BIBLIOTHECA LATINO-HEBRAICA SIUE DE SCRIPTORIBUS LATINIS, QUI EX...

Carlo Giuseppe Imbonati, Hubert Vincent, Francesco Andreoni, ...

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA LATINO-HEBRAICA IMBONATI.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Franc. Andreonus Pinx. *Romæ. Sup. lic. 1694* *Hub. Vincent Sculp.*

מגן וחרב ומלחמה

BIBLIOTHECA LATINO-HEBRAICA

SIVE

DE SCRIPTORIBVS LATINIS,

Qui ex diuerſis nationibus contra Iudæos, vel de re Hebraica vtcumque ſcripſere: additis Obſeruationibus Criticis, & Philologico-Hiſtoricis, quibus quæ circa patriam, ætatem, vitæ inſtitutum, mortemq; Auctorum conſideranda veniunt, exponuntur.

Cum quadruplici Indice, Nominum, Cognominum, Heterodoxorum, & Materierum.

Loco Coronidis

ADVENTVS MESSIÆ A IVDÆORVM BLASPHEMIIS, AC HÆRETICORVM CALVMNIIS VINDICATVS,

Sacrarum Scripturarum, SS. Patrum, Conciliorum, Rabbinorumque ſuffragijs obſignatus. Geminas DISSERTATIONES Theologico-Hiſtorico-Dogmaticas complectens. *Vnà*, MESSIAM in Lege promiſſum aduenisse, Veteris Teſtamenti, & Rabbinorum calculis demonſtratur. *Alterà*, omnes fermè hæreſes contra DIVINITATEM ac HVMANITATEM Chriſti Domini referuntur, & refelluntur.

Ex Hebraico, Græco, Latinoque Codice, Auctoritatibus depromptis.

Ἵνα πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κύριος Ἰησοῦ Χριστός, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός.
Πρός Φιλιππ. Κεφαλ. β′.

AVCTORE ET VINDICE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

D. CAROLO IOSEPH IMBONATO MEDIOLANENSI
Cong. S. Bernardi. Ord. Ciſterc. Monacho, Sac. T. & Ling. S.P.

Præmittitur

Chronotaxis totius Sac. Scripturæ, qua ſtatuitur NATALE CHRISTI Anno ab Orbe condito 4000.

Vnum contra vnum, & non fecit quicquam deeſſe. Eccleſiaſtic. 42. 25.

ROMAE, Ex Typographia Sacræ Congreg. de Propag. Fide. MDCXCIV.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO D.

INCLYTO, MAGNO, ABSQVE SECVNDO, MVNIFICENTISSIMOQVE

PRINCIPI D. LVDOVICO FRANCISCO DE LA ZERDA,

Aragon, Enriquez, Afan de Riuera, Methymnæceliæ, Segoruiæ, Alcala, Lerma, & Cardona Duci: Præexcellenti ornato dignitate, *Vulgò* Adelantado Mayor de Caſtiglia: Denia, Tariſa, Comares, Alcala, Cogolludo, Cea & Pallares Marchioni: Sanctæ Gadeæ de Buendia, Ciuitatis & magni Portus S. Mariæ Emporiarum, Molares & Pradas Comiti: Vicecomiti de Villamur, Satrapæ maximo, ac Notario ſupremo Bethicæ: Hiſpalis, eiuſque finitimarum terrarum excelſo Iudici: Satellitij Præfecto maximo: Ciuitatum Lucenæ & Solſonæ Domino: Cathedrarum matutinæ & veſpertinæ Sacræ Theologiæ D. Thomæ Vniuerſitatis Complutenſis, veſpertinæ S. Stephani Salmanticenſis, matutinæ & veſpertinæ Valliſoletanæ vnico Patrono: Regij Stabuli Præfecto: Regiarum ruralium Domuum, Solis Mantuæ Carpentanæ, Riparum Valliſoleti, & ipſius Caſtelli, necnon Arcis Ciuitatis Burgenſis Cuſtodi maximo ac perpetuo: A Regio Cubiculo Catholicæ Maieſtatis, eiuſdemque apud SS. INNOCENTIVM XI. ALEXANDRVM VIII. & INNOCENTIVM XII. Pont. Max. feliciter regnantem Ordinario Oratori, &c.

D. Carolus Ioſeph Imbonatus Mediolanenſis Congreg. S. Bernardi Monachus.

FELICITATEM PERENNEM.

EA eſt rerum humanarum viciſſitudo, Excellentiſſime Princeps, vt ea quæ ob tenuitatem ſe ipſis ſtare nequeunt, Fortiorum fulcita munimine, ac Patrocinio ſubſiſtant. Quinimmò quo imbecilliora ſunt, eo potiorem Patronum deſiderant. Anxiè

Digitized by Google

xiè inter Potentes hoc exile laboris mei Opus Mecœnatem quæritabat, quando Te Vnum, qui non agnoſcis ſecundum, imbecillitatis ſuæ dulciſsimum Patrem, Patronum inuictum, & Mecœnatem potentiſsimum obuium habuit. Et iure merito, quia ſi ſublimem Tui Regij ſanguinis indolem ſuſpicimus, quid nobilius, quid auguſtius? Tu ALPHONSI CASTELLÆ REGIS, *ſapientis inaugurati, decimuſquartus*: IOANNIS PRIMI LVSITANIÆ REGIS *vndecimus*: FERDINANDI ARAGONIÆ REGIS *ſeptimus Nepos. Quaſi verò auguſtiſsimæ Tuæ Domus ſplendoribus anguſtum foret Hiſpanicum Hemiſphærium, Plus vltra, & ad exteros etiam Principes, ac Reges Tibi ſanguine vinciendos Fama conuolauit & Virtus.* BLANCA *etenim Sanctiſsimi* LVDOVICI REGIS *ac Regum exempli filia*, ALPHONSO DECIMO CASTELLÆ REGI *ſacro coniugij vinculo copulata, ex quibus Potentiſsimi Principes* ALPHONSVS, & FERDINANDVS *Methymnæceliæ Capita ortum agnoſcunt, Te Regali Galliæ ſanguini*

Rodericus Mendez Silua in vita Cõdeſtabilis Luſitaniæ, pag. mihi 109. & 115.

Europa Luſitana Tom. 2. part. 2. c. 2. p. mihi 135. n. 19 in Vita Dionyſij Luſitaniæ Regis.

fecit

fecit affinem. Te Ioanna Emanuel Ioannis de la Zerda quarti Methymnæceliæ Ducis Coniux, ODOARDO TERTIO *oriunda, Britanniæ Regibus coniunxit. Tanta denique cunctis ferè Chriſtiani Orbis Principibus Tibi ineſt propinquitas, vt ſi de Stilichone Claudianus cecinit:*

Originē trahebat per lineā Alphonſi I. Ducis Bragantiæ a Io: I. Luſitaniæ Rege, & Philippa de Lancaſtro Odoardi III. Angliæ Regis nepoti.

——————Et quæ diuiſa beatos
Efficiunt, collecta tenes.

Iure de te dicere liceat, quæ diuiſa Magnum efficiunt collecta tenes.

Ex his quis Te ad Magna non modò natum, ſed præparatum non conſpicit? Dum Natalibus Principem, ingenio Magnum, ſpe Maiorem, indicijs Maximum, Hiſpania plaudit, & Vrbs quæ totius Orbis compendium eſt, experitur. Nullibi ergo nec ſecurius, nec honorabilius, quàm nobiliſſimo Tuo in Sinu, potentiſsimoque Tuo ſub Patrocinio elaboratum Opus valet quieſcere. Hunc non tam tenuitatis meæ fœtum, quam ſeruitutis addictiſſimæ penſum benignus amplectere; Æternum viuet hoc Opus, ſi Tui Nominis & Ominis æternitate non priuabitur. Vale.

Scribebam ex Monaſterio D. Bernardi ad Thermas Diocletianas 14. Kal. Martij Anno Dominicæ Incarnationis 1694.

APPROBATIO.

DE plurium Idiomatum ſtudio & peritia ad Dei Opt. Max. gloriam noſtramque & aliorum ſalutem procurandam directa obuium eſt, quod Doctor gentium ſcripſit ad Corinthios recenſens inter Χαρίσματα τὰ γένη γλωσσῶν *Genera linguarum.* Si autem Ennius ideò dictus eſt ab antiquis tria corda habuiſſe, quod tres linguas Latinam, Græcam, & Oſcam poſſideret, ſi plures linguas callere *Diuinæ mentis munus* eſſe dixerunt SS. Eccleſiæ Patres Cyrillus & Ambroſius vel quiuis alius Epiſtolarum Apoſtoli Commentator apud ipſum; Si Caſſiodorus linguarum peritiam nominat *Diadema eximium, & notitiam impretiabilem*; ſi Philaſtrius *Angelicam gratiam* vocat; quid ſentiendum eſt de Hebraicæ linguæ excellentia, qua eloquia diuina magna ex parte conſcripta ſunt, vel qua Seruator noſter eſt locutus, & Beati in cælis æternùm locuturi, quæ tot habet myſteria, quot literas, quot apices, quot puncta, vndè veritas in fonte hauriatur, quæ ex ſeſe plena eſt auguſtæ Maieſtatis, quæ reliquis omnibus antiquitate antecellit, quæ Κατ' ἐξοχὴν לשון הקדש *Lingua Sancta* appellatur, vel quæ maximæ partis diuinorum Oraculorum cuſtos eſt, vel quæ ore Vindicis noſtri, & in titulo Crucis primo loco conſecrata eſt? Id totum improbo labore, & indefeſſo ſtudio luculentiſſimè oſtendit *A. R. P. D. Carolus Ioſeph Imbonatus Mediolanenſis meæ Congregationis Monachus Sac. Theol. & Ling. S. Profeſſor emeritus* in ſupplemento iam à ſe edito *Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ Reuerendiſſimi Patris Abbatis D. Iulij Bartoloccij*, vt cum Sancto ſuæ Patriæ Archipræſule Ambroſio iure in hæc verba erumpere poſſit: *Meritò exulto, ſicut qui inuenit ſpolia multa, inueni Pentateuchon, inueni Regnorum libros, inueni Prophetarum ſcripta, Hebræi ſpoliauerunt Aegyptios, & vaſa eorum abſtulerunt; Iudæorum ſpolia habet Populus Chriſtianus, & totum habemus, qui illi ſe habere neſciebant, illi aurum & argentum materiale abſtulerunt, nos aurum mentis accepimus, nos acquiſiuimus cæleſtis ſermonis argentum.* Quamuis autem Hebrææ linguæ non exigua commendatiò & dignitas reputetur, Principem eſſe trium inſignium Linguarum, *Quibus Sacramentum voluntatis Dei, & beati regni expectatio prædicatur, & regnum Chriſti ſcribitur*; quemadmodum loqui amant D. Hilarius, & noſter Venerabilis Arnoldus Abbas Bonæuallis de Hebraica, Latina, & Græca lingua differentes, de quibus intelligendum eſt illud D. Auguſtini monentis: *Accedentem ad interpretationem Diuinarum Scripturarum oportere præmunitum eſſe ſcientia Linguarum, ne in verbis locutionibuſque ignotis hæreat*; Nihiloſecius ſua quoque ineſt prærogatiua Latinæ linguæ, cui inſultantem Michaelem Imperatorem

I. cap. 13. v. 28.

Lib. 17. cont. Iulian. in I. ad Cor. c. 13. lib. 11. epiſt. I. lib. de hær.

Serm. 21.

Prol. in Pſ. tom. 22. Bibl. SS. PP. l. 3. de Doct. Chris. cap. I.

Epiſt. 8.

Digitized by Google

rem S. Nicolaus Pontifex Maximus perſtrinxit inquiens, potiorem dignitatem ipſi attributam in Titulo Crucis, vtpotè quæ Capiti Domini vicinior, ac proindè augustior aut viſa, aut facta. His accedit Maieſtas Romanæ Sedis ac Romani Imperij, adeò vt in Epheſino Concilio Epiſtolæ Celeſtini ſummi Pontificis primùm lectę fuerint ſermone Latino, quo erant exaratę; in Chalcedonenſi Synodo Iulianus Coenſis Epiſcopus S. Leonis Magni Legatus, & Marcianus Imperator homines Gręci inter Gręcos agentes Latino idiomate locuti ſint, ſicut longè antea in Concilio Nicęno Magnus Conſtantinus Latinè orauerat, tametſi Gręcè noſſet. Hinc appoſitè noſter Author *Bibliothecam Latino-Hebraicam* Bibliothecę Rabbinicę adiunxit, & ne quid in iſto eximio Opere à me inoffenſo pede iuſſu Reuerendiſſimi Patris D. Io: Franciſci à S. Bernardo noſtrę Congregationis Abbatis Generalis Meritiſſimi decurſo, & publica luce digniſſimo deſideraretur; loco coronidis appoſuit geminas Diſſertationes auctoritatibus nedum ex Hebraico & Latino, verùm etiam ex Gręco Codice deſumptis locupletatas de Aduentu Meſſię, & de Diuinitate ac Humanitate Chriſti Domini. Tantus profectò Liber inſtructiſſimę huic Bibliothecę debebatur; Iſtud namque diuinum volumen ſcriptum intus & foris Doctor Seraphicus profeſſus eſt ſibi eſſe inſtar amplę illius Bibliothecę, quam Pręceptor Angelicus, & ipſe Doctor maximus, & docibilis Dei Δίδακτος τοῦ Θεοῦ in eius cubiculo ſe ſperauerat viſurum. *O Librum*, exclamat Salmeron, *ſuper omnem librum*! *Quiſnam niſi ſapientia doctrix* (ità diſſertiſſimè ac opportuniſſimè de hoc diuino Codice fatur S. Laurentius Iuſtinianus in aureo Tractatu de Triumphali Agone Chriſti.) *poterat paucis tam multa colligere? Abbreuiatam quidem legem, legalia ſacramenta, charitatis compendium, perfectionis celſitudinem, virtutum normam, & totum redemptionis humanę modum ordinemque in hoc ſui corporis incluſit volumine; quamobrem cum ſcribere compleſſet, nihilque ſupereſſet ſcribendum, inquit, conſummatum eſt.* Ad hunc itaque primum Sapientię fontem adijt Author, atque ad eas aquas hoc in volumine hauſtas in eundem Oceanum refundendas ipſe fideliter ſectatus eſt S. P. Bernardum pulcherrima paręneſi ſic nos hortantem: *Origo fontium & fluminum omnium mare eſt, virtutum ac ſcientiarum Dominus Ieſus Chriſtus; quis enim Dominus virtutum niſi ipſe eſt Rex gloriæ, ſed & iuxta Annę canticum idem ipſe Deus ſcientiarum Dominus eſt; ſi quis callet ingenio, ſi quis nitet eloquio, ſi quis moribus placet, indè eſt, indè ſcientię, indè ſapientię ſermo: theſauri ſiquidem ſapientię & ſcientię ibi omnes abſconditi ſunt; cur non ſpirituales riui, vt arua mentium ri-*

gare non deſinant, proprio fonti ſine fraudibus, & ſine intermiſſione reddantur? Ex Cœnobio Sanctæ Pudentianæ de Vrbe Septimò Idus Februarij Anno Christiano CIↃ. IↃCXCIV.

D. Ioannes Maria Gabriellius Monachorum S. Bernardi Ord. Ciſtercien. Viſitator Generalis, Sac. Cong. Indicis Conſultor, ac S. Romanæ & Vniuerſalis Inquiſitionis Qualificator.

B*Ibliothecam Latino-Hebraicam R.P.D. Caroli Ioſephi Imbonati*, noſtræ Congreg. Ref. S. Bernardi Monachi Sacerdotis iuſſu Reuerendiſs. P. D. Io: Franciſci à S. Bernardo Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ord. Ciſterc. Abbatis Generalis noſtri non ſine mentis eximia iucunditate perlegi, eamque eruditione, doctrinaque ſingulari vndequaque refertam comperi. *Diſſertationes quoque de Diuinì Meſſiæ aduentus veritate dilucidis argumentis*, nec non ab ipſiſmet hebraicæ perfidiæ aſſeclis fortiſſimis armis depromptis, & in eoſdem, ac cæteros Infideles, & Etherodoxos contortis, ornatas, & inſtructas obſeruaui. Chronotaxim etiam accuratiſſimam de tempore Natiuitatis Chriſti Domini noſtri ſeruatoris adnotaui. Hoc inquam opus munitiſſima mihi viſa eſt arx, in qua, & noſtræ fidei veritas tutaretur, & omnigenæ eruditionis, doctrinæque copia ſuperabundaret: & quæ litterariæ ciuitatis (Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ) Reuerendiſſimi q. Abbatis D. Iulij Bartoloccij, cui ſupremum dictus *R. P. D. Carolus Ioſeph* lapidem impoſuit, ornamentum, munimen, ac decorem vltimum adeſſe cenſeatur. Cum itaque nihil in hoc Opere noſtræ Catholicæ religioni, boniſque moribus abſonum repererim, publici iuris fieri digniſſimum cenſeo, ſaluo &c. Ex S. Pudentianæ de Vrbe Cœnobio hac die 11. Februarij 1694.

D. Io: Baptiſta à S. Philippo Abbas S. Sebaſtiani ad Catacumbas Congr. Ref. S. Bernardi Sac. Congr. Indicis Conſultor.

D. Io:

Digitized by Google

D. Io: Franciſcus à S. Bernardo Monachorum Congregationis Reformatæ eiuſdem Sancti Ordinis Ciſtercienſis Abbas Generalis.

CVm Opus, cuius titulus eſt *Bibliotheca Latino-Hebraica* à *R. P. D. Carolo Ioſeph Imbonato* præfatæ Congregationis Monacho Sacerdote Profeſſo compoſitum, Admodum R. P. D. Io: Maria Gabriellius Viſitator Generalis eiuſdem noſtræ Congregationis, & itidem Admodum R. P. D. Io: Baptiſta à S. Philippo Abbas Titularis S.Sebaſtiani ad Catacumbas prędictæ pariter Congregationis ex commiſſione noſtra examinauerint, & in lucem edi poſſe probauerint, Nos, vt typis mandetur, quantum ad Nos pertinet, ſeruatis aliàs de Iure ſeruandis, facultatem concedimus. Romæ ex noſtro S. Bernardi ad Thermas Diocletianas Monaſterio die 12. Februarij 1694.

D. Io: Franciſcus à S. Bernardo Abbas Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

D. Bonauentura à S. Ioſeph Secret.

EX commiſſione Reuerendiſs. Patris Sacr. P. A. M. Fr. Thomæ Mariæ Ferrari perlegi volumen, quod eſt in ordine Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ, in fronte titulum habens *Bibliotheca Latino-Hebraica ab Ad.R. P.D. Carolo Ioſeph Imbonato* Monacho Ciſtercienſi exaratum, illiuſque Operis, Corona, & Complementum. Licet eruditionem contineat Hebraicam, fidem tamen redolet catholicam, vt non ſolum aliquid, vel minimum, contra illam attentet, verùm quantum Iudaicam deprimit Synagogam, tantum Chriſti Eccleſiam extollit, vt qui legit intelligat, quomodo reuelata Seruatoris noſtri Doctrina nutriri poſſit, roborari, & augeri. Vnde cum pariformiter Chriſtianos quoque mores informet, cenſeo impreſſione digniſſimum. Datum Romæ in Collegio Sacræ Pænitentiariæ Baſilicæ S. M. Maioris de Vrbe die 15. Ianuarij incipientis anni 1692.

Fr. Gregorius Compagnus Sac. Theol. Mag. Pęnit. S. Mariæ Maioris & Apoſtolicus Hebræorum Concionator in Vrbe.

Digitized by Google

LAtino-Hebraicam Bibliothecam, & de Meſſiæ aduentu Diſſertationes duas cum præeunte *Chronologia* Auctore *R. P. D. Carolo Ioſepho Imbonato* Ord. Ciſterc. S. Bernardi iuſſu Reuerendiſſimi P. F. Thomæ Mariæ Ferrari Magiſtri Sac. Pal. Apoſt. libens perlegi, expendi, & commendaui. Fructus enim ſine vlla fidei vel morum labe dulcis fuit gutturi meo, cum tam cito vix curſu incæpto Scriptor hic Magiſtrum ſuum fama clariſſimum aſſequi conatus, copiam vberem dederit proficiendi in Scriptorum notitia, & in fidei Chriſtianæ, Catholicæque defenſione; immò quò ferri præreptus Magiſter nequiuit, eò ſe extenderit, fidemque orbi litterario datam penè totam impleuerit. Quarè alacrem laborem alacri ſtudio cenſeo lucis publicæ pręmio eſſe decorandum. Dabam ex Vrbano Collegio de Propaganda Fide hac die 8. Februarij 1694.

Ioannes Paſtritius Philoſ. ac Sac. Theol. Doctor, nec non in eodem Collegio Polemicæ Theologiæ Profeſſor.

Imprimatur.

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

Sperellus de Sperellis Epiſc. Interamnen. Viceſg.

Imprimatur.

F. Thomas Maria Ferrari Ord. Præd. S. Palatij Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

SYLLABVS AVCTORVM,

BIBLIOTHECARVM,

SCRIPTORVMQVE PRÆCIPVORVM,

Quorum ſubſidio digeſta, atque conſtructa eſt hæc noſtra Bibliotheca Latino-Hebraica.

Eſt enim benignum, ut arbitror, & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris. Plinius ad Titum Veſpaſian. Imperat.

Martini Kempij.
Bibliotheca Aproſiana *Cornelij Aſpaſij.*
Bibliotheca Barberina.
Bibliotheca Belgica *Valerij Deſſelij.*
Bibliotheca *S. Bernardi de Vrbe.*
Bibliotheca Bibliothecarum *Philippi Labbe.*
Bibliotheca Bodleiana *Thomæ Hyde.*
Bibliotheca Cæſarea Vindebonenſis *Petri Lambecij.*
Bibliotheca Carmelitana *Petri Lucij.*
Bibliotheca *Em. Card. Caſanate.*
Bibliotheca Chartuſiana *Io: Trithemij.*
Bibliotheca *Illuſtriſs. D. Ciampini.*
Bibliotheca Ciſtercienſis Ord. *Caroli de Viſch.*
Bibliotheca Claſſica *Georgij Draudij.*
Bibliotheca *Collegij Neophitorum.*
Bibliotheca *Collegij Romani S. I.*
Bibliotheca *Collegij Vrbani de Propaganda Fide.*
Bibliotheca Cordeſiana *Io: Cordeſij.*
Bibliotheca Curioſa *Halleruordij.*
Bibliotheca Dominicana, *Altamuræ.*
Bibliotheca Eccleſiaſtica, *Auberti Mirei.*
Bibliotheca Flandriæ, *Antonij Sanderi.*
Bibliotheca *Sereniſs. Ducis Florentiæ.*
Bibliotheca *Geſneri, & Ioſiæ Simleri.*

Bi-

A

Acta *Eruditorum Lipſiæ.*
Albertus Bartholinus, *de ſcriptis Danorum.*
Andreas Roſſotus, *Syllabus Scriptorum Pedemontij.*
Antonius Poſſeuinus, *Apparatus Sacri.*
Antonius à Soto Maior, *Index Libror. probibitor.*
Antonius Teiſſerius, *Cathalogus Auctorum, &c.*
Aubertus Miræus, *de Clar. Viris Ord. Carmelit.*
Auguſtinus Oldoinus, *de Scriptis Peruſinorum.*

B

BAronius, *Annales Eccleſiaſtici.*
Bellarminus, *de Scriptor. Eccleſiaſtic.*
Bibliotheca Altempſiana.
Bibliotheca *Em. Card. de Alterijs.*
Bibliotheca Ambroſiana.
Bibliotheca Angelica, *apud S. Auguſtinum de Vrbe.*
Bibliotheca Anglorum Theologica.

Digitized by Google

D

DIonyſius Harduinus, *de Scriptoribus Flandriæ*.

F

FAbianus Iuſtinianus, *Index Vniuerſalis*.

G

GVilielmus Crouuæus, *Elenchus Scriptorum in Sac. Script.*

H

HEbedieſu, *Catalogus Librorum Chaldæorum*.
S. Hieronymus, *De Scriptoribus Eccleſiaſticis*.

I

IAcobus Waræus, *De Scriptoribus Hiberniæ*.
Ioannes Andreas Boſius, *De comparanda notitia* Scriptorum *Eccleſiaſtic*.
Ioannes Balæus, *De Scriptoribus maioris Britanniæ*.
Ioannes Cleſſius, *Elenchus librorum Hebr. Græc. Lat. & Germ.*
Ioannes Iacobus Hofmannus, *Lexicon vniuerſale*.
Ioannes Morinus, *Exercitationes Biblicæ*.
Ioannes Pitſeus, *De Scriptoribus Angliæ*.
Ioannes Trithemius, *De Scriptoribus Eccleſiaſtic.*

Lu-

Bibliotheca Heinſiana.
Bibliotheca Hiſpana, *Nicolai Antonij*.
Bibliotheca *Latini Latinij*.
Bibliotheca Lugduno-Bataua.
Bibliotheca Magna Rabbinica, *Iulij Bartoloccij*.
Bibliotheca Manuſcriptorum, *Philippi Labbe*.
Bibliotheca *Molani*.
Bibliotheca Neapolitana *Nicolai Toppi*.
Bibliotheca *SS. PP.*
Bibliotheca *Photij*.
Bibliotheca Pontificia, *Ludouici Iacobi à S. Carolo*.
Bibliotheca *S. Pudentianæ de Vrbe*.
Bibliotheca Realis Philoſophica, *Martini Lipenij*.
Bibliotheca *Ribadeneiræ, & Alegambe*.
Bibliotheca Romana *Mandoſij*.
Bibliotheca Sancta *Xiſti Senenſis*.
Bibliotheca Sluſiana.
Bibliotheca Theologica *Iacobi Zanachij*.
Bibliotheca Theologica *Petri Beſodneri*.
Bibliotheca Thuana.
Bibliotheca Vaticana.
Bibliotheca Vetus & Noua *Georgij Matthiæ Konigij*.
Bibliotheca Vmbriæ *Ludouici Iacobilli*.
Bibliotheca Vniuerſalis, & Hiſtorica.

C

CIaconius *de Geſtis Pontificum, & S. R. E. Cardd.*
Cornelius à Beughem, *Bibliographia Hiſtorica*.

Digitized by Google

Petrus Lucius, *De Scriptoribus Ord. Carmelit.*

Petrus Maphæus, *De Scriptoribus Ord. Præd.*

Philippus Labbe, *De Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

R

RAphael Sopranis, *De Scriptoribus Ligur.*

Raphael Trichetus du Freſne, *Catalogus librorum Bibliothecæ eiuſdem.*

S

SImon Starouolcus, *De Scriptoribus Polonicis.*

T

THeophilus Spizelius, *Sacra Bibliothecarum illuſtrium arcana retecta.*

V

VIncentius Maria Fontana, *Monumenta Dominicana.*

Vincentius Placcius, *De Scriptis & Scriptoribus Anonymis.*

FINIS.

L

LVcas Wadingus, *De Scriptor. Ord. Min.*

M

MArtinus Zeilerus, *De Hiſtoricis, Chronologis, & Geographis celebribus.*

Michael Iuſtinianus, *De Scriptor. Ligur.*

Michael Pocciantus, *De Scriptor. Florentinis.*

O

OLearius, *Abacus Patrologicus.*

Ouudin, *Supplementum Bellarmini.*

P

PAulus Colomeſius, *Gallia Orientalis.*

Paulus Freherus, *Theatrum Virorum eruditione clarorum.*

Petrus Daniel Huetius, *Demonſtratio Euangelica.*

Petrus Diaconus, *De Viris Illuſtribus Caſſinen.*

Petrus Grinæus, *De Scriptoribus Scotię.*

Petrus Halloix, *De Illuſtribus Eccleſię Orientalis Scriptoribus.*

Digitized by Google

Digitized by Google

SCRIPTORES DE RE HEBRAICA.

BIBLIOTHECÆ Magnæ Rabbinicę perfectio poſtulat, vt non ſolùm de Scriptoribus Rabbinis, eorumque ſcriptis plena habeatur cognitio; verùm etiam de his qui vel ipſos docentes, vel eorum ſcripta impugnantes, de Re Hebraica ſcripſere. Idcircò opere pretium duxi, Auctores hos, eorumque ſcripta, quorum notitia ad manus meas peruenit, hic breuitèr recenſere; quod ſi quatuor Volumina in colligendis, enarrandis, deſcribendiſq; Auctoribus omnibus Hebręis, eorũq; Libris, qui vel in totum, vel in partẽ Chriſtianę Religionis contemptu minimè carent, expleti ſunt: cur aliquas paginas in his, qui Iudaicę perfidiæ ſe ſe oppoſuere, non applicaremur? Sic enim ſcient Ieſu Nazareni hoſtes non deficere arma & ſagittas ad eorum incredulitatem, & nequitiam euincendam, euellendam, oppugnandam.

A

1 ABRAHAM BARDASCENADAD Syrus, Chaldaicè, ſeù Syra lingua compoſuit

Librum diſputationum aduerſùs Iudæos, cuius meminit Hebedieſu Metropolita Sobenſis in Catalogo librorum Chaldęorum, quem latinitate donauit Abraham Ecchellenſis. Excuſ. Romæ Typis Sac. Cong. de Propaganda Fide an. 1653. in 8.

2 ADAMANTIVS EREMITANVS collegit

Cenſuras in Commentarios R. Dauid Kimchì, & R. Leui Gerſon. Extant mſc. in Bibl. Collegij Neophyt. Romæ.

3 ADAMVS ESTON Benedictinæ familiæ Monachus, Nordouici, & Oxonienſis Doctor, S. R. E. Cardinalis, ſcripſit

In Alphabetum Iudæorũ poſtillam Hebraicam. Claruit an. 1390.

4 ADAMVS REISNERVS, tranſtulit

Pſalmorum librũ ex Hebræo ad verbum in Germanicam Linguam, addita breui explicatione ex Sacris literis petita. Excuſ. Francofurti an. 1568. Germanicè.

5 ADRIANVS FINVS Ferrarienſis, ſcripſit

Flagellum Iudæorũ ex Sacris Scripturis, excerptum. Excuſ. Ferrariæ an. 1537. in 4., & Venetijs per Petrum de Nicolinis de Sabio an. 1538. in 4.

6 ADRIANVS HOVTVYN ſcripſit

logus, inter omnes ſui temporis excellentiſſimus, Magiſter Pariſienſis, qui ob omnigenarum rerum eruditionem *Doctoris Vniuerſalis* cognomen promeruit. *Diuina reuelatione tactus*, ait R. P. Cryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi ſub die 30. Ianuarij, *habitum Converſorum in Ciſtercio induit, oues pauit, & alijs abiectiſſimis occupationibus ſe exercuit: vbi cùm diu ignotus lateret, tandem in Concilio Romæ celebrato; magno omnium applauſu cognitus, dignitates ſibi oblatas reſpuit, & in ſanctâ humilitate perſeuerans obdormiuit in Domino*. Integram eius hiſtoriam narrat Matthias Bonhome, qui de eo quod illi accidit in Concilio Lateranenſi IV. ſub Innocentio III. celebrato anno 1215. interueniente etiam Abbate Ciſtercij, tanquam totius ordinis ſuperiore, & cum eo noſtro Alano: *Tunc Abbas* (inquit Matthias Bonhome) *pergens Romam, duxit ſecum Alanum. Adueniente die diſputationis, Abbas voluit intrare locum diſputationis, cum quo Alanus voluit intrare. Cui Abbas dixit: Vade ad hoſpitium, & penſa de equis, quia locum iſtum non poſſes intrare propter cuſtodes, & clientes hic exiſtentes, qui non ſinunt intrare niſi Prælatos & magnos Clericos, & poſſes verberari. Cui Alanus dixit: Volo verberari, vt intrem. Et ſupponens ſe clamydi ſeù cappæ ſui Magiſtri, intrauit dictum locum. Et ipſe ſedens ad pedes ſui Magiſtri, audiuit diſputationem. Hæretici verò proponentes quæſtionem ſuperarunt, & vicerunt. Quod videns Alanus, exiuit latebras, dicens Magiſtro ſuo: Iube Domne benedicere. Et Abbas ſtupefactus dixit Alano: Sile miſer, quid vis facere? Tunc Alanus iterauit dicens,*

Monarchiam Hebræorum, quæ eſt de Imperio Monarchico in Populum Hebræum probatio ab Abrahamo ad diſperſam gentem. Excuſ. Lugd. Batau. apud Felicé de Lopez an. 1685. in 24.

7 ADRIANVS IVNIVS Hornanus Medicus. Auctor dánatus ſcripſit

Librum Faſtorum, quo quicquid peculiaritèr apud Hebræos, aliaſque exoticas Nationes memorabile quolibet die actum fuerit, & obſeruatum, compendio commonſtratur.

8 ÆGIDIVS VITERBIENSIS Ord. Erem. S. Auguſt. S. R. E. Cardinalis, vir eloquentiſſimus, ac diſſertiſſimus, omnique linguarum genere apprimè eruditus, quem Leo X. ob eius multiplices virtutes, ac merita ad Cardinalatus dignitatem ſublimauit, ſcripſit

Alphabeti Hebraici, ſingularumque literarum myſticam, ſeù potiùs Cabaliſticam interpretationem. Extat mſc. in Bibl. Vatic. Papyr. in 4. inter codices latinos, ſub n. 3146. Eius meminit Petrus Galatinus l. 1. c. 6. & Ciaconus an. 1513.

9 AGATIVS GVIDACERVS Clericus ex oppido Rocca Corragij Calabriæ, Regius Sac. Theologię Profeſſor, ſcripſit

Grammaticam Hebraicæ linguæ, & eſt breuis inſtructio legendi Hebraicè, ad Leonem X. P. M. Excuſ. Pariſijs in Collegio Italorum an. 1539.

10 AGOBARDVS EPISCOPVS ſcripſit

Opuſculum de inſolentia Iudæorum, & de ſuperſtitionibus Iudaicis.

11 ALANVS CONVERSVS de Inſulis, ſeù frater laicus Ordinis Ciſtercienſis, Orator, Philoſophus, & Theo-

Sanderus lib. de Scriptoribus Flandriæ, & Bollandus ſub die 30. Ianuarij. Alij verò confundunt hunc Alanum Conuerſum cum Alano Epiſcopo Antiſiodorenſi.

12 ALEXANDER ROSSÆVS edidit

Rerum Iudaicarum Lib. III. Excuſ. Londini an. 1617. & 1619. in 8.

13 ALHARDVS DE RAADT in academia Ducatus Geleriæ, atque Comitatus Zutphaniæ, Hebraicæ linguæ Profeſſor, ſcripſit

Librũ quem vocauit סוגיר הנקוד, hoc eſt *de Punctationis Hebraicæ natura Cõmentarius in duos libros diſtributus*. Excuſ. Lugd. Batau. apud Lothum de Haes an. 1671 in 8.

14 ALPHONSVS BONVS-HOMO Ord. Præd. Hiſpanus, ex Arabica lingua in latinam tranſtulit

Epiſtolam R. Samuelis Iudæi miſſam ad Iſaac, qua Prophetarum dictis Chriſtum Ieſum verum Meſſiam veniſſe, paſſum, mortuum eſſe, ac reſurrexiſſe, Cælos aſcendiſſe, ſecunduſque eius aduentus pulcherrimè demonſtratur. Excuſ. Mantuę an. 1475. Vid. Bibl. Mag. Rabb. Par. IV. pag. 393.

15 ALPHONSVS à CARANZA ſcripſit

Diatribam ſuper primam temporũ doctrinam, aduerſus Dionyſium Petauium: vbi agitur de anno Hebræorum, Ægyptiorum, Græcorum, & Romanorum. Excuſ. Coloniæ Allobrogum ex Typographia Iacobi Stoer an. 1630. in 4. vnà cum Tractatu de partu naturali, & legitimo eiuſdem.

16 ALPHONSVS DE ZAMORA Hiſpanus in academia Complutenſ-

vt prius, Iube Domne benedicere, vſque ad tertiam vicem. Quod videns Papa, permiſit eum arguere. Et Alanus recitans quæſtiones per dictos hæreticos motas, arguit, & confudit illos. Quod videns hæreticus confuſus dixit: Tu es diabolus, aut Alanus. Cui Alanus: Non ſum diabolus, ſed Alanus. Tunc Abbas Magiſter ſuus voluit ſibi dignitatem donare, quam Alanus ſuſcipere noluit, ſed per Papam, & Abbatem fuit ſibi conceſſum, vt duos Clericos haberet in dicta Abbatia, qui Clerici ſub ſe libros, quos ipſe dictaret, ſcriberent, vbi plures libros fecit. Hæc ille. Idem refert R. P. Ludouicus Iacob à S. Carolo, Carmelita Cabilonenſis, Regius Conſiliarius, & Eleemoſinarius ordinarius lib. 3. de claris Scriptoribus Cabilonenſibus, & R. P. Carolus de Viſch. in Bibl. ſcriptorum Sacri Ordinis Ciſtercienſis. His ſe opponit F. Angelus Manrique, Ciſtercienſium Annalium Author tom. 4. ad annum 1215. num. 12. qui promittit oſtendere apocryphum eſſe illud, quod de Alano memoriæ proditum eſt, affuiſſe videlicèt Concilio Lateranenſi IV., ac diſputaſſe coram Innocentio, Patribuſque, cum diſcipulis Amalrici hæretici damnati.

Inter eius pręclariſſima opera ſcripſit.

Libros duos contra Iudæos, & Paganos, ſeù Mahometanos, qui apponuntur in fine Bibliothecæ S. Ord. Ciſterc. Eius meminit Guil. Eiſegrenius, in Catalogo Scriptorum, Poſſeuinus in Apparatu, Sixtus Senen. in Bibliotheca, Robertus Holcot, Henricus à Gandauo lib. de Scriptoribus, Aubertus Mirçus in ſcholijs ad eundem librum, Antonius Verdier in Bibliotheca Gallica, Antonius

Digitized by Google

trum edit. Coloniæ Agrip. an. 1618. in fol.

19 ANDREAS CAMVTIVS ſcripſit contra

Tres Dialogos de Amore compoſitos à R. Iuda Ben R. Iſaaci Abrauanelli, cognomento *Leo Hebraus*, de quo in Bibl. Mag. Rabb. Par. III. pag. 56. num. 636.

20 ANDREAS MASIVS ſcripſit

Hiſtoriam Ioſue, duplici editione, Hebraica videlicèt, & Græca, vnà cùm duplici latina vtrique correſpondente. Inſuper veterum Hebræorum, & Talmudicorum deliramenta exagitat, cum multis alijs, quæ pag. 2. ſignantur. In calce exponit nomina Auctorum, & librorum Hebraicorum, quibus in ſcribendis iſtis Commentarijs vſus eſt. Excuſ. Antuerpiæ per Chriſtophorum Plantinum an. 1574. in fol.

21 ANDREAS PLACVS edidit

Difficiliorum & Græcarum, & Hebraicarum, omniumque peregrinarum dictionum in Geneſeos libro interpretationem. Baſileæ excudebat Henricus Petrus.

Inſtitutiones Grammatica Hebraa. Excuſſæ Viennæ Auſtriæ, vnà cùm Iona Propheta, & verſione eius latina, apud Ægydium Aquilam, an. 1552. in 8.

Idem ſeparatim ſcripſit

De Vocalibus, & his qua ad rationem legendi Hebraicè pertinent; vt ipſe de ſe teſtatur.

22 ANDREAS SENNERTVS in academia Witteberg. P. P. inter multa eius Opera, hæc ad Hebraicum ſtudium pertinent.

CL. V. Martini Troſti Grammatica Hebraica tenſi linguæ Hebraicæ Profeſſor, & excellens eiuſdem linguæ Scriptor, ſcripſit

Introductionem Artis Grammatica Hebraica. Excuſ. in academia Complutenſi in ædibus Michaëlis de Eguia.

Vocabularium breue omnium ferè primitiuorum Hebraicorum. Excuſ. ibid.

Tabulam terminorum Hebraicorum, & nomina Iudicum Iſraël, Regum Iuda, & Pontificum Hebraorum. Item *nomina Prophetarum V. T. qui non ſcripſerunt ſuas Prophetias, & eorum qui eas ſcripſerunt*. Excuſ. Ibid.

Tractatum de Ortographia Hebraica.

Epiſtolam ad infideles Hebraos Vrbis Roma, qua manifeſtè eorum perfidiam redarguit. Excuſ. hæc omnia Ibid. vnà cum Introductione &c. Tranſcripſit etiam diuerſos Codices charactere Hebraico perquam eleganti, & lectu facili; inter alios duo Romæ aſſeruantur, alter in Bibl. Angelica apud S. Auguſtini Cœnobium; & alter in copioſiſſima Selectorum librorum Bibliotheca Eminentiſſimi Brancatij. Eiuſdem fit mentio Par. II. Bibl. Mag. Rabb. pag. 31. & Par. IV. pag. 811.

17 AMBROSIVS IANVIER Congregationis S. Mauri Monachus Benedictinus Gallus de quo Par. II. pag. 31. latinè reddidit

Commentarios in totum Pſalterium R. Dauid Kimchij. Excuſ. Pariſijs anno 1666. apud Ludouicum Billaine in 4.

18 ANASTASIVS ABBAS Græcus, ſcripſit

Diſſertationem de Lege, Fide, & Gratia, contra Iudaos. Reperitur in Bibl. Vatic. mſc. inter Codices mſc. Græc. num. 725. Papyr. in fol. Vid. Bibl. Vet. Pa-

Digitized by Google

De vniuerſali Iudaeorum Vocatione. Meminit Hoornbeck pag. 35.

24 ANDRONICVS CONSTANTINOPOLITANVS ex Imperatoria Comnenorum Familia, ſcripſit

Diſſertationem ad modum Dialogi contra Iudaos. Extat apud Petrum Steuartium in Tomo ſingulari &c: Ingolſtadij an. 1616. in 4. pag. 255. Nec non in Bibl. Veterum Patrum Tom. 14. pag. 35. edit. Coloniæ Agrip. an. 1618. in fol. Extat etiam mſc. in Bibl. Vatic. inter Codices mſc. Græc. num. 724. Papyr. in fol. Et in Codice eiuſdem Bibl. fol. papyr. num. 1663. ſequentia carmina leguntur.

Η δογματικὴ τῶνδε θῶν λόγου, χάρις
Τὴν Ἑβραϊκὴν ἐξελέγχουσα πλάνην,
Τὰς εὐσεβεῖς δείκνυσι τοῖς πιστοῖς τρίβους.
Ἔγραψα δ' αὐτὴν Ἀνδρόνικος ἐκ πόθου,
Ἀδελφιδοῦς ἄνακτος αὐσόνων γένους,
Κομνηνοφυὴς ἐκ σεβαστοκράτορος,
Εἰς γῆν προαχθεὶς καὶ γλυκὺ βλέψας φάος.

Dogmatica horum ſermonum gratia
Hebraicum refellens errorem,
Pias oſtendit Fidelibus ſemitas.
Scripſi eam ego Andronicus ex deſiderio,
Filius fratris Imperatoris Auſoniorum ge-
Ex Imperatore familia Commenorū (neris,
In terrā productus, & dulce videns lumē.

25 ANGELVS CASSINIVS Anglarienſis, ſcripſit

Inſtitutiones linguæ Syriacæ, atque Talmudicæ, vnà cum Æthiopica, atque Arabica collatione. Excuſ. Pariſijs.

26 ANGELVS HIEROSOLYMITANVS, genere Hebræus de Tribu Iuda, Eremita Montis Carmeli, ſub Doctore Cyrillo. Hebraicè, Græcè, & Latinè peritus, plures Iudęos ſua prędica-

Hebraa; eademque vniuerſalis, recognita, & locupletata, vice tertia; in plurimis, iiſdemque innumeris locis, prout ex collatione Exemplarium ſingulorum conſtabit: adeò vt meritò tandem Grammatica noua dici poſſit. Acceſſit huic editioni poſteriori in fine

Compendium Lexici Hebrai plenioris Radicum omnium & ſingularum, nec non Vocum deriuatarum quarum cumque notabiliorum totius Codicis Biblici Veteris inſtrumenti: concinatum è Concordantiarum opere poſtremo Baſil. Cl. Buxtorfij &c. Auctore Andrea Sennerto &c. Excuſ. Wittebergæ, impenſis Iobi Wilhelmi Fincelij anno 1563. in 4.

Centuria Canonum Philologicorum, ſiue quod idem eſt, *De Idiotiſmis Linguarum Orientalium, Hebraa; & ex parte Chaldaa, Syra; Arabicaque Canones Centum*. Quibus doctrina hæc maximè neceſſaria, nobiliſſima, latè patentiſſimaque aliàs Compendio breuiſſimiſque ſanè traditur, recenſeturque; quorſum referri item facilè poſſunt, & viciſſim inueniri, ſi non omnes, certè plerique, ac potiſſimi quidem ſupradicti Idiotiſmi. Editio ſecunda correctior. Excuſ. Wittebergæ, typis & ſumptibus Io: Rohneri, anno 1665. in 4.

Hypotypoſis Harmonica Linguarum Orientalium, Chaldaa, Syra, Arabicaque cum Matre Hebraa. Excuſ. Ibid. in 4. anno non notato.

ΕΚΙΑΓΡΑΦΙΑ *doctrina inextricabilis adhuc, de accentibus Hebraorum*. Excuſ. ibid. an. 1664. in 4.

23 ANDREAS WILLETVS ſcripſit

Digitized by Google

ſtrumenti librorum pars explicatur. Excuſ. Coloniæ ex officina Melchioris Noueſiani an. 1540. in fol. Eſt Dialogus inter Magiſtrum, & Diſcipulum.

32 ANONYMVS interpretatus eſt

Candelabrum typicum in Moſis Tabernaculo, iuſſu diuino expreſſum, In quo priſcorum Hebræorum Patrum de diuina, humanaque Philoſophia ſententia explicatur, ipſaque luce clariùs demonſtratur, eos mirum in modum cum Theologis, de indiuiduæ Trinitatis, & cęterorum fidei arcanorum myſterio conſentire. Opus valdè vtile, & omninò Euangelicæ doctrinæ conforme, à Zohare, ceteriſque multis antiquiſſimis Cabalæ monumentis ad nos emanatum, nuperrimèque in lucem editum. Venetijs an. 1548. Incipit: *Meſſias mitiſſimus ille &c.*

33 ANONYMVS edidit

Pharetram fidei Catholicæ, ſiuè idoneam diſputationem inter Chriſtianos & Iudæos, in qua perpulchra tanguntur media, & rationes, quibus quiuis Chriſtifidelis, tàm ex Prophetis ſuis proprijs, quàm ex noſtris, eorum erroribus faciliter poterit obuiare. Excuſ. in 4 loco, & anno non notatis. Extat in Bibl. Vatic. inter Codices impreſſos, num. 3941.

34 ANONYMVS edidit

Obiectiones in dicta Talmudis ſeductoris Iudæorum. Excuſ. loco & anno non notatis. Extat in Bibl. Vatic. inter Codices impreſſos num. 1800.

35 ANSELMVS N. Reg. Obſeruant. Ord. Min. edidit

Deſcriptionem Terræ Sanctæ, & Vrbis Hieruſalem. Excuſ. Cracouiæ anno 1514. Huius meminit Wadingus.

AN-

dicatione ad Euangelij fidem conuertit. Hic doctrina, & vita ſanctiſſimus multa futura prædixit, de Regno Turcarum ampliando, de Republica Chriſtianorum affligenda, & de his prophetiam edidit. Excuſ. Italiæ. Martyrio tandem in Sicilia coronatur ſub Duce Berengario, quod eius inceſtum redarguerit, an. Domini 1220.

27 ANNA MARIA à SCHVRMAN Virgo nobiliſſima, de qua fit mentio in Bibl. Mag. Rabb. Par. III. pag. 757. edidit

Opuſcula Hebræa, Latina, Græca; Gallica; Proſaica, & Metrica. Excuſ. Traiecti ad Rhenum, ex officina Ioannis a Waeſberge an. 1642. in 8.

28 ANONYMVS edidit

Librum de Vita, & moribus Iudæorum. Excuſ. Pariſijs an. 1511. in 4.

29 ANONYMVS ſcripſit

De ſanctiſſima Trinitate contra Iudæos Græcè. Extat mſc. in Bibl. Vatic. num. 719. Papyr. in 4.

30 ANONYMVS edidit

Officium paruum B. M. V. Hebraico Græco-latinũ cum Pſalmis Pœnitẽtialibus: his acceſſerunt Epitome Controuerſiarum fidei contra Iudæos, & Caluinianos deciſarum ex textu Hebræo, Græco, & Latino Scripturæ ſacrę. Deindè acceſſit index alphabeticus radicum vocum omnium Hebræarum, quæ toto hoc libro comprehenſa ſunt. Poſtea methodus facillima legendi Hebraicè, & ſuum cuique voci Hebrçę tribuendi accentũ, in gratiam Tyronum linguæ Hebraicæ. Excuſ. Lugduni an 1660. in 24.

31 ANONYMVS, ſcripſit

Altercationem Synagogæ, & Eccleſiæ, in qua bona omnium ferè vtriuſque in-

Digitized by Google

Eiuſdem, *libri Iob Tranſlatio ex veritate Hebraica*. Excuſ. Venetijs Italicè 1534.

Epiſtola contra pertinaciam Iudæorum de vero Meſſia. Venetijs 1547. in 8.

41 ANTONIVS CEVALLERIVS Hebraicarum literarum Profeſſor recognouit

Alphabethum Hebraicum, in quo literę deſcribuntur, punctorum vocalium, accentuum forma, & vis, cum appellatione ſyllabarum & dictionum Hebraicarum. Excuſ. Lugduni an. 1566. in 8.

Idem ſcripſit

Grammaticam Hebream; Itemque recognouit, & auxit.

Theſaurum linguæ ſanctæ Santis Pagnini, Excuſ. Lugduni anno 1575. in fol.

42 ANTONIVS GIGGEIVS, edidit

Commentarios trium Rabbinorum in Prouerbia Salomonis. Mediolani ex Typographia Collegij Ambroſiani anno 1642. in 4.

43 ANTONIVS HVLSIVS, ſcripſit

Nomenclatorem Biblicum Hebræo-latinum, editum Bremæ an. 1650. in 4.

Theologiam Iudaicam de Meſſia. Excuſ. Ibid. Typis Abrahami Subbingij, an. 1653. in 4.

44 ANTONIVS IORDINVS natione Gallus, patria Aruernus à S. Floro, Societatem Ieſu ingreſſus anno 1580. edidit

Radices linguæ Hebraicæ, ſeù Primigenias Hebraiſmi Voces, centenis verſuum decadibus comprehenſas, cum earum lati-

36 S. ANTONINVS Archiepiſcopus Florentinus Ord. Præd. in ſecunda parte Chronicorum tit. 16. cap. 12. ex Petri Alphonſi libello refert nonnullos Hebræorum errores, nempè de quibuſdam corrigijs, quas Deo Iudæi attribuunt in Talmud Ord. 4. tract. 8. diſt. 5. Vide ibi alia, quæ item adducit de hac re ex Vincentio Belluacenſi.

37 ANTONINVS STABILI à S. Angelo à Faſanelli Ord. Præd., de quo in Bibl. Dominicana, vir ingenio acri, & doctiſſimo, Italicè ſcripſit

Faſciculum vanitatum Iudaicarum, in quo agitur de Teſtamento V. & N. & probatur aduentus veri Meſſiæ Ieſu Chriſti Redemptoris noſtri. Eſt veluti Dialogus, interlocutoribus Salomone, & Moſe. Excuſ. Anconæ apud Franciſcum Saluionum an. 1583. in 8.

38 ANTONIVS ARANDA Hiſpanus, qui multos annos Hieroſolymis vixit, edidit

Veram informationem Terræ Sanctæ, iuxta ſtatum in quo erat Anno 1530. Hiſpanicè.

39 ANTONIVS BONROMÆVS comes, & eques, artiumque ac I. V. Doctor, ſcripſit

Opuſculum de Chriſtiana Religione contra Iudæos. Tractat quæſtiones aliquot cum Hebræis, atque ad illorum argumenta reſpondet. Huius meminit Hoornbek in fine ſui libri de conuincendis Iudæis.

40 ANTONIVS BRVCIOLVS tranſtulit

Vtrumque Teſtamentum ex veritate Hebraica, in Italicum ſermonem. Opus impreſſum apud IunctasVenetijs anno 1532.

Digitized by Google

cam Monaſterij S. Galli in Heluetia, Varmienſem, & Heilsbergenſem in Boruſſia Poloniæ: Oxonienſium, & Cantabrigienſium in Anglia Biblioth.

46 ANTONIVS REVCHLINVS edidit

Lexicon Hebrææ linguæ, in quo ſingula capita Hebraicarum concordantiarum, in linguam latinam conuertit. Excuſ. Baſileæ.

Idem ex libris Eliæ Leuitæ collegit

Viginti Tabulas Hebraicarum Inſtitutionum, quibus addidit *exegeſim in 6. Pſalmos Dauidis*. Excuſ. Ibid. in fol.

47 ARCHANGELVS DE BVRGO NOVO edidit

Apologiam pro doctrina Cabalæ, & Concluſiones Cabaliſticas. Excuſ. Baſileę an. 1600. in 8.

48 ARNOLDVS PONTANVS Aquitanicus Burdegalenſis, in latinum vertit

Prophetias Abdiæ, Ionæ, & Sophoniæ, Chaldæa paraphraſi, & Commentarijs R. Salomonis Iarchì, Abraham Aben Ezra, & Dauidis Kimchì illuſtratas. Excuſ. Pariſijs an. 1566. in 4.

Idem ſcripſit

Carmina aliquot Hebraicè in laudem libri, & Auctoris G. Genebrardi, contra Ioſephi Alboni, Dauidis Kimchì & anonymi Iudæi argumenta: vbi Chriſtiana Religio à Iudæorum calumnijs vindicatur. Extant in fine ſupra recenſiti libri.

49 S. ATHANASIVS verè Magnus, aduersùs Arium hæreſiarcham ſtrenuè pro Catholica Fide propugnator, Alexandrinæ Eccleſiæ Patriarcha, inter multa, & præclara eius opera, quæ accuratè recenſet Philippus Labbe de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſcripſit *De*

na explicatione. His acceſſit: *Decas animaduerſionum ad eaſdem*. Excuſ. Lugduni ſumptibus Claudij Landrij anno 1624. in 8.

Scripſit etiam, ſed non impreſſit

Dictionarium Triglotton, & de Poeſi Hebræorum. De eo Petrus Ribadeneira in Bibl. Scriptorum Soc. Ieſu.

45 ANTONIVS POSSEVINVS, Mantuanus, Soc. Ieſu Theologus edidit

Bibliothecam ſelectam XVII. libris conſtantem, in qua agitur de ratione ſtudiorum, in hiſtoria, in diſciplinis, in ſalute omnium procuranda. Excuſ. Romæ in fol. ex Typographia Apoſtolica, anno 1593. tùm Venetijs anno 1603., ac Coloniæ annis 1603., & 1607. In ea ſępè iudicium interponit de varijs Auctoribus antiquis, recentioribuſque, Hebræis, Græcis, latinis, & qui vernaculis dialectis ſcripſerunt. Recenſet paritèr celebres Bibliothecas, incipiens à Vaticanæ Bibliothecæ codicibus Gręcè manuſcriptis, deinde recenſet Sfortianã, Vallicellanã, Frãciſci Turriani, Beſſarionis, Mediceam apud S. Laurentium, & apud S. Marcum, Vrbinatem, & Piſaurenſem, Meſſanenſem, Pathmenſem, Conſtantinopolitanas ſeptem; Imperatoriam Viennæ in Auſtria, Monachienſem Sereniſſimi Ducis Bauariæ, Auguſtanam, Heidelbergenſem, Bibliothecam Fontis Belli, ſiue Bellæi Regiæ in Gallia non procul Pariſijs, Bibliothecam Scoriaci in Hiſpania Catholici Regis Philippi II. Sirletianam, ſeù Columnenſem, Cæſenatenſem, Cremonenſem, quæ extat apud Patres Ord. D. Auguſtini, Piſaurenſem, Rhegienſem, Bibliothe-

Digitized by Google

iiſdem typis an. 1654. in fol.

Arca Noë, cuius Architectura exponitur libris tribus. Amſtelodami apud Ianſonium 1673. in fol.

Turris Babel, ſiuè Archontologia, qua Priſcorum poſt diluuium hominum vita, mores, rerumque geſtarum magnitudo, Turris fabrica, ciuitatumque extructio, confuſio linguarum &c. explicantur. Amſtelodami apud Ianſonium an. 1679. in fol.

Prodromus Coptus, ſiuè Ægyptiacus, in quo cùm linguæ Coptæ, ſiuè Ægyptiacæ, quondam Pharaonicæ origo, ætas, viciſſitudo, inclinatio, tùm hieroglyphicæ literaturæ inſtauratio, vti per varia variarum eruditionum, interpretetionumque difficillimarum ſpecimina, ita noua quoque, & inſolita methodo exhibentur. Et cum Thomas Obecinus Nouarienſis Ord Min. Linguarum Orientalium admodum peritus, ſed præcipuè Hebraicæ, loca ſancta per Paleſtinam, Arabiam, & Ægyptum ſuperioribus annis perluſtraſſet, atque ad radices Montis Oreb perueniſſet, ibi in ſaxo quodam exiguo literas Hebraicas antiquo charactere monogrammatico ſculptas adinuenit, diligentèr tranſcripſit, in Europam ſecum attulit, & huic eruditiſſimo Viro, rerum antiquarum indagatori, ac fido interpreti Athanaſio Kirchero conſignauit: qui mira claritate eas interpretatus eſt, vt ſequitur. Tales enim literæ à nemine antehac, vt ipſe aſſerit, explanatæ fuere; quarum interpretationem, vt cæteri diuinarum literarum indagatores tali bono fruantur, hic præterire nolumus.

De Sabbatis, & Circumciſione.

Diſceptationem aduersùs eos, qui quærunt qualem pœnam Iudæi daturi ſint, ſi non occidiſſent Chriſtum.

50 ATHANASIVS KIRKERVS natione Germanus; patria Fuldenſis Buchonij anno 1618. Soc. Ieſu ingreſſus, in Orientalibus linguis valdè eruditus, olim in Collegio Romano Hebrçæ linguç Profeſſor, in latinum ex Arabico vertit

Albenephi Arabis Iudæi librũ de ſapiẽtia Ægyptiorũ, eorumq; ſymbolica Philoſophia.

משלי שועלים *Parabolas Vulpium* Rabbì Nikdàn, librum iucundum & eruditum.

ספר אילים *Librum Ceruorum*, in quo de abditis naturæ myſterijs agitur. Auctore R. Salomone Medico Cretenſi.

Multa paritèr ſcripſit, & edidit, quç recenſet Ribadeneira in Biblioth. ſcript. S. I. Hæc autem tantùm ad noſtrum inſtitutum attinent

Oedipus Ægyptiacus in quatuor tomos diuiſus, quorum primus dicitur

Templum Iſiacum, de Origine, & duratione Ægyptiacæ ſapientiæ. Romæ typis Vitalis Maſcardi an. 1652. in fol.


Secundus, *Gymnaſium Ægyptiacum, quo Veterum Hebræorum, & Orientalium ſapientia inſtauratur*. Ibidem 1652. in fol.


Tertius, *Variarum Artium veteribus Ægyptijs Vſitatarum claſſes continet*. Excuſ. Ibid.

Quartus, *Theatrum Hieroglyphicum, quod eſt Obeliſcorum, cæterorumque Hieroglyphicorum monumentorum Romæ in Ægypto, & alibi interpretatio*. Romæ

Digitized by Google

Inſcriptio Hebraica in Saxo Montis Oreb inſculpta.





Vetbabten Ben. & illa pariet filium.
Itavt totius ſcripturæ ſenſus ſit.


ܝܝܝ ܥܠܡܬܐ ܝܒܛܢ ܘܬܒܛܢ ܒܪ
יי עלמתא יבטן ותבטן בן

Deus Virginem concipere faciet, & illa pariet filium.

Hanc interpretationem ponit in ſupra recenſito Prodromo Copto p. 204. & ſeqq., quam approbarunt Viri doctiſſimi, Sergius Archiepiſcopus Damaſcenus Minorita, Philippus Guadagnolus Ord. Cler. Min., olim in Archigymnaſio Romano linguæ Arabicæ Profeſſor. Abraham Echellenſis Arabicæ, & Chaldaicæ in academia Piſana tunc, & poſtea in Romana Profeſſor Syriacus. Cornelius à Lapide, Ignatius Lomelinus, & Io: Baptiſta Ferrarius doctiſſimi Viri Soc. Ieſu. Et reuerà cum Iulius Bartoloccius Magiſter meus b. m. illam

Ἀνάλυσις

Inſcriptionis Chaldaicæ antiquæ.



עלמתא יבטן ,,,
ܥܠܡܬܐ ܝܒܛܢ ...

Iebten Almatha Adonai
Deus Virginem concipere faciet.

Hanc literarum analyſin cùm penſiculàtiùs excuſſiſſet, in vltima voce יבטן duas alias adhuc voces contineri aduertit, videlicet ſequentes.

Digitized by Google

te abſumptus, anno 1530. dum in Corſicam ad Eccleſię ſuę adminiſtrationem nauigaret.

52 AVGVSTINVS STEVCHVS Eugubinus ſcripſit

Locutiones Hebraicas, an editæ ſint ignoro. Floruit Romæ ſub Paulo III.

53 AVGVSTVS VARENIVS edidit

Trifolium ſacrum de primogenitis, primitijs, & decimis. Vide Par. III. Bibl. Magn Rabb. pag. 118.

54 S. AVRELIVS AVGVSTINVS, Tagaſte in Numidia natus an. Chriſti 355. Hipponenſis Epiſcopus creatus an. 396. Manichæorum, cæterorumque Hæreticorum malleus; inter præclariſſima eius opera, à Roberto Bellarmino S. R. E. C. & ab alijs recenſita, ſcripſit

Concionem ad Cathecumenos contra Iudæos, Paganos, & Arrianos. Extat. Tom. 6. eius Operum editionis Louanienſis 1577.

Orationem aduersùs Iudæos. Et apud eum incerti Auctoris adeſt *Dialogus de altercatione Eccleſiæ, & Synagogæ*. Pluribus etiam in locis ſuorum Operum arguit contra Iudæos, præcipuè in *epiſtola 200. ad Aſſellium, de cauendo Iudaiſmo*; & in libris *de Ciuitate Dei*.

55 AVRELIVS PRVDENTIVS Clemens Hiſpanus, Cæſarauguſtæ natus, floruit Valētiniani ſecundi, & Theodoſij Magni, ac filiorum eius Arcadij, atque Honorij temporibus: fuit Poeta inſignis, & multa ſcripſit, quæ diligentèr refert Antonius Poſſeuinus in Apparatu ſacro; inter ea reperitur

Hymnus aduersùs Iudæos.

illam in Oedipo Kircherio viderit, & diligentèr obſeruauerit, non potuit in admirationem non trahi, & gratias D. O. M. agere, quod his nouiſſimis temporibus talem virum dederit, qui & arcana antiquorum Patrum, & myſteria noſtræ fidei in illis deliteſcentia, in totius Eccleſię conſolationem aperuerit. Multa de hac inſcriptione eiuſque interpretatione loquitur Ioh. Chriſtophorus Wagenſeilius in ſua *Tela ignea Satanæ*, neſcio tamen an veritatis amore. Excuſ. Romæ typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide anno 1636. in 4.

51 AVGVSTINVS IVSTINIANVS Genuenſis Ord. Præd. Epiſcopus Nebienſis, edidit

Pſalterium octaplum, Genuæ anno 1516. In ſingulis folijs prima columnella habet Hebraicam editionem, ſecunda latinam interpretationem reſpondentem Hebrææ ad verbum, tertia latinam communem, quarta Græcam, quinta Arabicam, ſexta Paraphraſim Chaldaicam, ſed literis Hebraicis conſcriptam, ſeptima latinam Chaldææ reſpondentem, vltima continet ſcholia, Ad eundem modum vniuerſum vetus Teſtamentum, ac nouum parauit: vbi præter quintuplicem ordinem Hebrææ, Latinæ, Græcæ, & Arabicæ linguæ, addidit etiam Chaldæam, figuris tamen Hebraicis, vnà cum eius interpretatione, & columnella ſcholiorum. Teſtatur hoc idem Auguſtinus in epiſtola ad Bendinellum Cardinalem. Floruit eruditiſſimus hic Vir, vt aſſerit Sixt. Sen. lib. 4. Bibl. Sanct. ſub Leone X. P. M. Romæ in Concilio Lateranenſi clarus, moriturque maritima tempeſta-

Digitized by Google

ſcepti diſputationem, habentur (vt ille inquit) vltra vndecim mille ſacræ Scripturæ loca explicata, ad quæ cætera quæcumque eiuſdem generis fuerint, referri poſſunt. Hunc verò librum cum proximo *de Actione* coniunctum, parare poſſe vnicuique aſſerit perpetuum ſacrorum librorum Commentarium.

Tubalchaim, ſiuè de menſuris ſacris liber tribus voluminibus diſtinctus: De Cubito. De Satho. De Siclo.

Phaleg, ſiuè de gentium ſedibus primis, Orbiſque terræ ſitu liber: in quo item de vtilitate, quæ ex ſacrorum librorum lectione percipitur, deque Geographiæ ratione, atque vſu agitur.

Liber Chanaam, ſiuè de duodecim Gentibus.

Chaleb, ſiuè de terræ promiſſæ partitione.

Noah, ſiuè de Arcæ fabrica, & forma.

Ariel, ſiuè de Templi fabrica, & ſtructura.

Exemplar, ſiuè de Sacris Fabricis liber.

Beſeleel, ſiuè de Tabernaculo.

Aaron, ſiuè ſanctorum veſtimentorum, ornamentorumque deſcriptio.

Nehemias, ſiuè de antiquæ Hieruſalem ſitu.

Daniel; ſiuè de ſeculis Codex integer, hoc eſt ſeculorum Index, de temporum ratione ex ſacris nominibus ſubducta.

Index Biblicus, Ioanne Harlemio Societatis Ieſu Theologo, Auctore.

Hebræa, Chaldæa, Græca, & Latina nomina virorum, mulierum, populorum, idolorum, vrbium, fluuiorum, montium, cęterorumque locorum

B

56 BARTHOLOMÆVS SCHERÆVS ſcripſit

Itinerarium in Pſalterium Dauidis; Hebraicè editum Wittebergę an. 1624.

57 BARTHOLOMÆVS VALVERDIVS Gandienſis Theologus Hiſpanus, & Linguę S. admodum peritus, de quo in Bibl. Mag. Rabb. Par. II. pag. 32. col. 2, latinos reddidit

Commentarios in quinquaginta priores Pſalmos R. Dauid. Kimchij, quorum mmſc. originarij aſſeruantur Romæ in Biblioth. B. Mariæ Tranſpontinæ Ord. Carmelit.

58 S. BASILIVS Seleuciæ Epiſcopus ſcripſit

Demonſtrationem aduersùs Iudæos, & Collectanea contra eoſdem ex Scripturis, & SS. Patribus. Habetur in Opera Petri Steuartij pag. 403. editionis Ingolſtadij an. 1616. in 4. In Biblioth Vat. extat quoddam mſc. Græcè eiuſdem contra Iudæos, papyr. in 4. num. 719.

59 BENEDICTVS ARIAS MONTANVS Hiſpalenſis, præfuit editioni Bibliorum, quæ ſumptu Philippi II. Hiſpaniarum Regis impreſſæ ſunt Autuerpiæ an. 1571. Hæc Biblia quinque linguis Hebraica. Chaldaica, Græca, Syriaca, & Latina, exarata, octo volumina comprehendunt, & poſtremo Tomo, libros ſeptem adiecit. In eius Apparatu ſacro hæc habentur

Collationes, & Familiares Hebraicę linguæ idiotiſmi Bibliorum interpretationibus, præcipuè verò Latinæ verſioni Sanctis Pagnini, accomodati.

Liber Ioſeph, ſiuè de Arcano ſermone, in quo præter totius argumenti ſu-

Digitized by Google

interpretatus eſt. Excuſ. Antuerpiæ an. 1575. in 4.

Pſalmos Dauidis Regis, aliorumque ſacrorum Vatum conuertit, cum argumentis, & elucidationibus. Antuerpię apud Plantinum an. 1574.

60 BENEDICTVS BLANCVCCIVS Romanus Sac. Theol. & Philoſophiæ Doctor, edidit

Inſtitutiones in Linguam ſanctam Hebraicam. In fine extat breuis Tractatus de Abbreuiaturis, quibus Rabbini in ſuis Commentarijs, & libris vtuntur. Romæ apud Bartholomæum Zanettum 1608. in 4.

61 BENEDICTVS à S. GERMANO Monachus Caſſinenſis, & poſteà eiuſdem Congregationis Abbas, Hebraicæ linguæ Profeſſor, qui viuebat anno 1570. ſcripſit

In Pſalterium Hebraicum Commentaria. Ex Arnoldo Wion lib. 2. Ligni Vitæ.

62 BENEDICTVS POSCANTINVS edidit Italicè

Dialogum de Meſſia. Venetijs 1548. in 8.

63 BERNARDINVS DE BVSTIS in Roſario ſermonum, Par. I. ſerm. 14. longam inſtituit contra Iudæos digreſſionem.

64 BERNARDINVS OCHINVS Senenſis ſcripſit

De Meſſia Dialogos XVIII. Excuſ. Baſileæ 1563. in 8. Habentur in Bibl. Vatic. num. 4451.

65 BERNARDVS CLIVERIVS Ord. Fr. Erem. S. Auguſtini ſcripſit

Librum contra perfidiam Iudæorum. Eius meminit Hoornbeek in fine lib. pro

rum, quæ in Biblijs vtriuſque Teſtamenti leguntur, in veteri interprete, cum aliquot appellatiuis Hebraicis, Chaldaicis, & Græcis vocibus, adiecta eorum expoſitione, & explicatione. Locorum præterea deſcriptio & Coſmographia.

Loca ex Chaldaica Paraphraſi reiecta, quę ſuperuacanea videbantur.

Variarum in Græcis Biblijs lectionum libellus à Guilielmo Cantero concinnatus.

Variarum lectionum in Pſalmos Guilielmi Sirleti S. R. E. Cardinalis.

Tabula Euangelicarum lectionum, ſicuti ex Matthæo, Marco, Luca, & Ioanne, in Dominicos, & feſtos dies anniuerſarios Eccleſiæ Syriacæ, ritu diſtribuuntur. Numeri verſibus ſingulis aſcripti ad paginas; in quibus lectionum huiuſmodi capita literis minoribus diſtincta ſunt, referri debent.

Loca reſtituta in Noui Teſtamenti Syriaci contextu, ope antiquiſſimi manuſcripti.

Variæ Lectiones in Latinis Biblijs editionis Vulgatæ ex vetuſtiſſimis exemplaribus collectæ, & ad textum Hebraicum, Chaldaicum, Græcum, & Syriacum examinatæ, opera, & induſtria aliquot Theologorum in academia Louanienſi.

Varię lectiones in Nouo Teſtamento ad textum Græcum, & Syriacum expenſæ. Hæc omnia vnà cum cęteris ab eo compoſitis Operibus recenſet Poſſeuinus. Scripſit

Antiquitatum Iudaicarum Libros IX. Excuſ. Lugd. Batau. ex officina Plantaniana an. 1593. in 4.

Itinerarium Beniaminis Tudelenſis

Digitized by Google

nia eo ordine diſpoſita, vt Textus cum Verſionibus vno intuitu conferri poſſint. Cum Apparatu, Appendicibus, Tabulis, varijs lectionibus, Annotationibus, Indicibus &c. Opus totum in ſex Tomos diſtributum. Excuſ. Londini an 1657. in fol. In Præfatione indicantur rationes, quibus Opus hoc ſuſceptum, quorum auſpicijs, & munificentia promotum, quorum collatis ſtudijs, & laboribus perfectum, quidque in hac Editione præ reliquis præſtitum. Præter ſupradictas Verſiones adſunt nonnulla ad Hieroſolymitanum Templum pertinentia per Ludouicum Capellum de quo ſuo loco. Inſuper adſunt XVI. Prolegomena, videlicèt -

I. De linguarum natura, origine, diuiſione, numero, mutationibus, & vſu.

II. De Literis, ſiua characteribus, ipſarum vſu mirabili, origine, & inuentione prima, & diuerſitate in linguis præcipuis.

III. De lingua Hebraica, eius antiquitate, conſeruatione, mutatione, præſtantia, & vſu.

IV. De Bibliorum editionibus præcipuis &c.

V. De Bibliorum verſionibus.

VI. De Varijs in Scriptura lectionibus.

VII. De Textuum Originariorum integritate, & auctoritate.

VIII. De Maſora, Keri, & Ketib, lectionibus varijs Orientalium, & Occidentalium, Ben Aſcèr, & Ben Nephtali, & de Cabala.

IX. De verſionibus Græcis, præcipuè LXX. Seniorum.

X. De

pro conuicendis Iudæis.

66 BERTRAMVS ISAACVS Caluiniſta, ex Latina lingua ineptè, & barbarè tranſtulit in Hebraicam

Cathecheſim fidei ſcholæ Palatinatus, cum precum formulis. Extat mſc. in Bibl. Vatic. Papyr in 4.

67 BONAVENTVRA CORNELIVS BERTRAMVS edidit

De Politia Iudaica tàm Ciuili, quàm Eccleſiaſtica, iam indè à ſuis primordijs, hoc eſt ab Orbe condito reperta. Geneuæ 1580. in 8.

De Republicâ Hebræorum Geneuę an. 1574. 1580. & 1655. in 8. Lugduni 1641. & 1651. in 24.

68 BONAVENTVRA HEPBVRNVS Scotus Ord. Min. ſcripſit

Lexicon linguæ ſanctæ ſuccintum. Excuſ. in 12. In quo deſcriptis duabus primis radicalibus literis maiuſculis in medio, ſeù fronte libelli, & tertia in margine, ſeù principio verſus, ſtatim affert interpretationem latinam.

69 BRIANVS WALTONVS edidit

Biblia Polyglotta complectentia textus Originales Hebraicos cum Pentateucho Samaritano, Chaldaicos, Græcos, Verſionumque antiquarum, Samarit. Chaldaic. Lat. Vulg. Æthiopic. Græc. Sept. Syriacę, Arabicę, Perſicæ. Quicquid comparari poterat. Cum Textuum, & Verſionum Orientalium Tranſlationibus latinis. Ex Vetuſtiſſimis mmſc. vndique conquiſitis, optimiſque Exemplaribus impreſſis, ſumma fide collatis. Quæ in prioribus Editionibus deerant ſuppleta. Multa ante hac inedita, de nouo adiecta. Om-

de Farris, in 4.

72 CÆSAR BARONIVS Soranus, Congregationis Oratorij Presbyter, à Clemente VIII. inter S. R. E. Cardinales titulo SS. Nerei, & Achillei inuitus cooptatus, Purpurei Senatus inclytum decus extitit.

Ingens Eccleſiaſticorum Annalium Opus, S. Philippo Nerio mandante aggreſſus eſt. A Chriſto nato exordium ducens, vſque ad Innocentij III. tempora Hiſtoriam perduxit, nempè vſque ad annum 1198. Diuiditur hoc Opus in Tomos duodecim, quorum Primus, ab aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti perducitur vſque ad Traiani Imperatoris exordium, & complectitur annos 100. Ex Romana editione an 1591. in 4. apud Aſcanium, & Hieronymum Donangelum. Cum autem plura in hoc Opere ad Iudæos pertinenentia tangantur, ſingula per ſingulos Tomos annorum ſerie indicata, in quibus talia referuntur, hic recenſere minimè pigeat.

Ex Tomo I.

Hebræi propriè qui? an. 34.
Iudæi ſub tributo à Romanis redacti. in appar.
— Sacerdotio ſpoliantur legitimo. ibid.
— à ſinceris dogmatibus deuiant. ibid.
— ab Auguſto odio habiti, inde poſt natum Chriſtum benè accepti. ibid.
— Romæ immunitatibus gaudebant. ibid.
— trans Tiberim habitabant. ibid.
— permutabãt ſulphurata vitro a. 94

X. De Vulgata latina verſione.

XI. De Samaritanis, & eorum Pentateucho, eiuſque verſionibus.

XII. De Lingua Chaldaica, & Targumìm, ſiuè Paraphraſibus.

XIII. De Lingua Syriaca, & Scripturæ verſionibus Syriacis.

XIV. De Lingua Arabica, & Scripturæ verſionibus Arabicis.

XV. De Lingua Ætiopica, & Scripturæ verſione Ætiopica.

XVI. De Lingua Perſica, & verſionibus Scripturæ Perſicis.

Opus hoc prohibetur in Romano Indice librorum prohibitorum. Vide Biblioth. Mag. Rabb. Par. IV. pag. 200. cum de Biblia Polyglotta ſermo eſt, vbi obiter nota, quod ibi dicitur *Biblia octo Tomis diſtincta*, cum reuera ſint tantũ ſex, ſed quia Edmũdus Caſtellus, addidit Lexicon duobus Tomis diſtinctum his Biblijs accomodatum, hinc frequentèr illa in octo Tomos eſſe diſtincta dicuntur.

C

70 S. CÆCILIVS CYPRIANVS Eccleſiæ Carthaginenſis in Africa Epiſcopus, qui alio nomine *Thaſcius* dictus eſt, ſcripſit

Aduerſùs Iudæos libros duos, Excuſ. Baſileæ apud Frobenium anno 1520. cum omnibus eius Operibus. Extat etiam Tractatus de Montibus Sina, & Sion aduerſùs Iudæos, falsò adſcriptus Cypriano.

71 CÆSAR ÆVOLVS Neapolitanus ſcripſit

Librum de decem Sephiròth, Maximiliano II. Imper. dicatum. Excuſ. Venetijs an. 1589. apud Dominicum

Digitized by Google

Iudæi non tantùm in Synagogis, ſed etiam in Templo de Lege differebant. an. 12.
— coram Caio multum irriſi. a. 42.
— ſupra quinquaginta millia ex improuiſo occiſi. ibid.
— ter in die ſub nomine Nazarenorum maledicunt Chriſtianis, & Chriſto. an. 43.
— linguas externas non ſuſcipiebant. an. 45.
— puluerem in aerem iactabant, cum maledicentes imprecarentur. an. 47.
— Roma pulſi quo anno. an. 51.
— quæ cauſa adicti. ibid.
— recutiti dicuntur, cur. an. 57.
— municipes Epheſi. ibid.
— cum Syris Cęſareę rixantur. a. 58.
— ad Occidentem conuerſi orabant. ibid.
— ſolebant in precibus genua flectere. ibid.
— quibus feſtis feriari ſolerent ſeptem diebus, & cur. ibid.
— Cæſarienſes ius Ciuitatis amittunt. ibid.
— Aſtra, & Angelos adorabant, quomodo intelligendum. an. 60.
— Aſtra animata exiſtimabant. ibid.
— Cœlicolæ dicti. ibid.
— ſalutando pacem deprecantur. an. 59.
— mortuo Claudio Romam reuertuntur. an. 56.
— à cognitione populi ſuſtulerunt neces Sanctorum. an. 60.
— libros Legis rapientes, Cæſarea ſecceſſerunt Narbata. an. 68.
— Nobiles à Floro patibulis affixi. ibid.
Iudæi iurare adacti in Regnum Herodis an. 1.
— omnes Nobiles cædendi iuſſu Herodis. an. 8.
— à Varo mile mulctati. ibid.
— Regno priuantur. in appar.
— Romę agentes pluſquam octo millia hominum. an. 8.
— à Varo in crucem acti. ibid.
— Legatos Romam mittunt, vt ſuis legibus viuerent, nec amplius ſub Regibus eſſent. ibid.
— citò filias nuptui tradebant. ibid.
— quando facti vectigales. ibid.
— ſedentes diſputabant. an. 12.
— Roma pulſi. an. 21.
— cuiuſdam impoſtura. ibid.
— in Sardiniam amandati. ibid.
— Seiani calumnia vexati. ibid.
— à Pilato fuſtibus cæſi. an. 28.
— & Samaritani cur tam infenſi inter ſe hoſtes. an. 31.
— bonum agrum vbique incolentes. an. 32.
— diſperſi, liberi remanſerunt. ibid.
— non tenebantur ſabbatis ad præſtanda vadimonia. an. 34.
— comitia facere in die feſto non prohibebantur. ibid.
— appenſos patibulo eadem die ſepeliebant. ibid.
— ante conuiuium pedes lauabant. ibid.
— in ſecundis menſis Deo benedicebant. ibid.
— an vterentur Crucis ſupplicio. ibid.
— quando conclamarunt Crucifige. ibid.
— Deum deprecaturi, loca ſuperiora conſcendebant. an. 41.

Digitized by Google

Iudæorum Reges quomodo Sacerdotibus ſubiecti. an. 57.
— turba ſupplex ad Petronium pro Templo. an. 42.
— mos ſcindere veſtimenta, cùm blaſphemiam audiunt. an. 48.
— ad viginta millia extincta ex compreſſione. an. 50.
— epulandi modus Romanorum ſimilis. an. 34.
— clades ex quo peccato. an 72.
— mos edendi agnum ſtando, quando antiquatus. an. 34.
— mores egregiè deſcripti. ibid.
— conſuetudo feſtis diebus, ante ſextam non comedere. ibid.
— præſumptio in Romanos milites. an. 8.
— hæreſes extinctæ, quomodo. an. 74.
— ſectæ. in appar.
— Pontificum ſeries à Ioſepho deſcripta. ibid.
— de genealogia Chriſti commenta. ibid.
— ſeditiones poſt obitum Herodis. an. 8.
— Regnum multi affectabant. ibid.
— legatio ad Auguſtum ſub Varo. ibid.
— ad duo millia à Varo crucifixi. ibid.
— Regnum in Tetrarchias diuiſum. ibid.
— Zelus de integritate Religionis, de aquila exciſa. ibid.
— Zelus de Clypeis à Pilato dicatis. an. 28.
— ſtudia circa cultum Religionis, quæ? an. 72.
— origines, in quo falluntur Ethnici
Iudæi in duas partes diuiſi. ibid.
— et Syri in diuerſis Ciuitatibus digladiantur. ibid.
— ad Templum confugientes incenſi. an. 72.
— ab Imperatoribus Chriſtianis beneficijs affecti, à Gentilibus vexati ſemper. an. 73.
— tetri, & fœtentes appellati. a. 72.
— quomodo lacrymas emebant. ibid.
— tributis à Domitiano grauati. an. 94.
— ſomnia vendunt. ibid.
— an liberi à tributo eſſe debeant. an. 1.
— fame vexati. an. 72.
— aurum in viſceribus condidiſſe putati, miſerè occiduntur à Syris militibus. ibid.
Iudæis omnis via ſalutis ad interitum verſa. ibid.
Iudæis ex vna tribu in aliam fœdere nuptiarum tranſire licitum. in appar.
Iudæorum genealogiæ per virorum ſeriem texebantur. ibid.
— conſuetudo in nuptijs contrahendis. an. 12.
— ordo ſeruandus in publico conuentu. ibid.
— frequentia ad feſtum Paſchale. ibid.
— mos adeundi Templum diebus feſtis, & manendo in eo. ibid.
— & Samaritanorum contentio de Templi primatu. an. 31.
— domus quales. ibid.
— mos à loco habitationis nomen accipere. an. 32.
— pura religio. an. 72.

Digitized by Google

— vt Cain profugus. an. 72.

Ex Tomo II.

Secundus Eccleſiaſticorum Annalium Tomus incipit ab exordio Traiani Imperatoris, & perducitur vſque ad Imperium Conſtantini: complectitur annos ducentos quinque, ſextum ex parte tantùm attingit. Romę ex Typographia Vaticana 1590. in fol.

Iudæi in Ægypto rebellāt ſub Traiano, eorumque immanitas in Romanos. an. 116.
— rebellantes deuaſtant Cyprum; & lege vetiti adire Cyprum. ibid.
— in Meſopotamia rebellant. ibid.
— aduerſus Gentes aliquando victores. an. 117.
— ſæpè à Romanis defecere diuerſis temporibus. an 121.
— rebellant tempore Hadriani. an. 130.
— collocant præſidia in cuniculis excauatis, eorumque latebræ inſtar cæmiteriorum. ibid.
— rebellantes concutiunt Orbem. ibid.
— perſequuti ſunt Chriſtianos ſub Hadriano. ibid.
— iterum ſub Hadriano rebellant. an. 135.
— iterum rebellant ſub Antonino Pio. an. 141.
— iterum rebellant ſub Seuero Imperatore. an. 119.
— à Quinto compreſſi, auctæque eorum clades maiores in dies. an. 116.
— Alexandriæ occiſſi omnes. an. 117.
— dira paſſi ſub Hadriano. an. 135.
Iudæi Scriptores. an. 58.
Iudæorum & Gentiliū Cęſarienſium rixę occaſio. an. 68.
— Romanis militibus occurentium interitus. ibid.
— decies centena millia Ægyptum habitaſſe. an. 64.
— decem millia thermis incluſa à Damaſcenis iugulantur. an. 68.
— clades diuerſis in locis. ibid.
— multiplices clades à Veſpaſiano illatæ. an. 69.
— quinque millia præcipitio perempta. ibid.
— ſupellex, fœnū, & cophinus. a. 94.
— inſidiæ. an. 58.
— fame cōſumptorū numerus a. 72.
— mendicitas an. 94.
Iudæos Saturnum colere exiſtimarunt Gentiles. an. 34.
Iudæos malis artibus lucrum captare ſolitos. an. 94.
— cibos omnes abſque delectu comeſturos in aduentu Meſſiæ. an. 51.
— non niſi manibus lotis orare conſueuiſſe. an. 94.
— quaſi ideas dictos, falſum eſt an. 58.
— plures vxores habere potuiſſe ibid.
— Paſchali conuiuio bis lauari ſolitos an. 34.
Iudæus nauta clauum reliquit ob Sabbatum. in appar.
— Tranſtiberinus ambulator. ibid.
— homo mancipium Iudæum habere non poterat. an. 60.
— populus Romanos ſaxis deturbat. an. 68.
— ſe occultans detegitur verpus. an. 94.
— inſtitor mercis ſulphuratæ. ibid.

Digitized by Google

attingit. Romæ ex Typographia Torneriana 1592. in fol.

Iudæi à Conſtãtino lege cohibiti. a. 315

— liuore tabeſcentes inſaniunt in Chriſtianos. ibid.

— à Conſtantino auriculis amputati ob ſeditionem. ibid.

— vetiti ducere fœminas in vxorem. an. 339.

— occaſione facinoris in Ioſephum admiſſi, Conſtantini reſcripto coercentur. an. 327.

— magicis præſtigijs impedire conantur Ioſephi ſtudium in erigendis Eccleſijs. ibid.

— & Gentiles in Catholicos Chriſtianos Alexandrinos armati. an. 342

— in Palæſtina tumultuantes compreſſi ſunt à Gallo Cęſare. an. 353.

— à Theophilo inſtituti ad fidem. an. 354.

Iudæis inhęrere nefandum. an. 325.

Iudæorum diſputatio Romæ cum Silueſtro cuius fidei ſit. an. 315.

— magiſtratus ſub Conſtantino, Patriarchæ, Apoſtoli, & alij. an. 327.

Iudaico more Paſcha celebrantes in Nicæno Concilio correcti. an. 325.

Ex Tomo IV.

Incipit hic Tomus à Iuliano Apoſtata Imperatore, perduciturque vſque ad obitum Theodoſij Auguſti: continet annos triginta quatuor. Venetijs apud Hæredem Hieronymi Scoti an. 1601. in fol.

Iudæi benè habiti à Iuliano. an. 363.

— incendunt Eccleſias Chriſtianorum diuerſis in locis. ibid.

Iu-

Iudæi vetiti accedere in Palęſtinam: an. 137.

— nec glebam quidem terræ in Orbe poſſidebant. ibid.

— ab Antonino Pio iterum compreſſi. an. 141.

— compreſſi ſub Seuero. an. 199.

— à Peſcẽnio Nigro dirè afflicti. ibid.

— falſæ pacis oraculo decepti. ibid.

— à Claudio latrone grauia paſſi. ibid.

— vetiti à Seuero circumcidi. a. 204.

— à Seuero quoque vetiti accedere in Palæſtinam. an. 199.

— deteriores õnibus Barbaris. a. 178.

— vbique ſaltem verbis ſoliti exagitare Chriſtianos. an. 212.

— ſtuduerunt corrumpere editionem Septuaginta. an. 231.

— in deſerto coluerunt Apin. a. 123.

— cum Chriſtiāo diſputatio. a. 212.

Iudæorum calumniæ redundantes in Chriſtianos. an. 120.

— legati ad Traianum. an. 106.

— portę inſculptus eſt porcus. a. 173

— calumniæ conuerſæ in Chriſtianos. an. 120.

Iudæos affligentes magna à Deo ſunt conſequuti beneficia. an. 100.

Iudæis tributus cultus Bacchi, & Adonidis à Plutarco. an. 137.

— tributus cultus Aſini, nec non cultus porci, an. 201.

— *Iudæus* baptizatus arena. a. 181.

Ex Tomo III.

Tertius Annalium Tomus incipit ab Imperio Conſtantini Magni, perduciturque vſque ad Conſtantij eius filij obitum: complectitur annos quinquaginta quinque, ſextum ex parte tantùm

Digitized by Google

num. ibid.
Iudæi Theodoſij reſcripto exagitati. ibid.
— aduersùs Chriſtianos inſurgunt in Inſula Minoricenſi. an. 418.
— credentes cruce ſignantur. ibid.
— ſecuti Theodorum ad conuerſionem. ibid.
— Theodoſij lege perſtricti. a. 423.
— in Creta Inſula ſeducti ab impoſtore reſipiſcunt. an. 432.
— non ex Græcis, ſed Græci ex Iudæis. an. 438.
Iudæorum ſecta dicta Cælicolæ. a. 408.
— teſſera in occidendis Chriſtianis. an 415.
— conuerſio per viſiones demonſtrata. an. 418.
— Inſulæ Minoricæ Summus Sacerdos Theodorus. ibid.
— fœminæ iaciunt lapides in Chriſtianos. ibid.
— Synagoga à Chriſtianis incenſa. ibid.
— primus Ruben conuerſus. ibid.
— prodigioſa diſperſio. ibid.
— Antiſtes Theodorus conuertitur. ibid.
— refractarij Innocentius, & Meletius coguntur nomine Chriſtum inuocare ambo ad fidem conuertuntur cum ſuis. ibid.
— Minoricenſium conuerſorum numerus. ibid.
Iudææ fœminæ obſtinatiſſimæ mira conuerſio. ibid.
Iudææ Matronæ fuga, & conuerſio. ibid.
Iudæos afflixit Hõorius Imperator. ibid.
— expellit à Ciuitate Cyrillus, & eorum Synagogas incendit. an. 415.

Iu-

Iudæi quo conatu curant reſtitutionem Templi. ibid.
— ad Chriſtum conuerſi territi miraculis in extructione templi viſis. ibid.
Iudæis fauet Maximus. an. 387.
Iudæos Chriſtianos ſeruos habere vetat Theodoſius. an. 384.
Iudæorum confeſſio, & reſipiſcentia. an. 363.
— Synagoga incenſa à Chriſtianis. an. 388.

Ex Tomo V.

QuintusAnnalium Tomus incipit ab Exordio Imperij Arcadij, & Honorij Auguſtorum, anno Domini trecenteſimo nonageſimo quinto, vſque ad quadringenteſimum quadrageſimum: continet annos quadraginta quinque, ità diſpoſitus, vt commodè Sextus Tomus à Sancto Leone magno Pontifice Maximo inchoetur. Venetijs apud Hæredem Hieronymi Scoti 1601. in fol.

Iudæi ab Arcadio coerciti. an. 397.
— cultores olim Cœleſtis idoli. an. 399.
— prohibiti habere collectas. ibid.
— vbique infeſti; & infenſi. ibid.
— habebant Patriarchas, quibus parebant. ibid.
— naufragio pereunt, ſaluis Chriſtianis Catholicis. an. 413.
— ſub figura hiſtoriæ Aman ſacrilegium in Chriſtum patrabant. an. 408.
— in ſpeluncis ſoliti ſepelire mortuos. an. 415.
— quid in Chriſtianos Alexandrinos. ibid.
— crucifigunt puerum Chriſtia-

Digitized by Google

— omni magiſtratu ; & dignitate priuantur. an. 523.
— fuerunt ingrati in benefactorem. ibid.
— victi ab Eleſbaan Rege Æthiopum, & occiſi. ibid.
— viguerunt magna potentia, & Reges conſtituerunt. an. 541.
Hebræis conceditur doceri omni lingua. an. 552.
— conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris. ibid.
Hebræorum conuerſio per Simeonem Salum. an. 548.
— conuerſio Aruerni. an. 579.
— Synagoga deſtructa. ibid.
Hebrææ fœminæ conuerſio per S. Germanum Pariſienſem Epiſcopum. ibid.
Iudæi templum in Ægypto erexeruut. an. 530.
— in Chriſtianos irruunt, qui coercentur à Iuſtiniano Imperatore. a. 555.
— habent velamẽ in pectoribus magis quam Moiſes in facie. an. 579.
— ad fidem conuertuntur in Gallia. ibid.
— baptizantur à S. Auito in nocte Pentecoſtes, & non conuerſos expulit. ibid.
— non conuerſi Maſſiliam venerunt. ibid.
— an compellendi ad conuerſionem. ibid.
Iudæorum Synagoga deſtruitur. ibid.
— Synagogę nõ cõburendę. ibid.
— fœtor abſterſus baptiſmate. ibid.
In Iudæos conſtitutio Iuſtiniani, ne poſſint teſtimonium ferre contra Chriſtianos. an. 531.
— ſtatuit Iuſtinianus, ne accedant ad Eccleſiaſticos ritus, ne habeant ſeruos

Iudæus puer, Euchariſtia ſumpta, in ignem iniectus, illęſus. an. 424.
— ſæpiùs baptizatus. an. 419.

Ex Tomo VI.

Sextus Annaliũ Tomus incipit ab anno Dñi quadringẽteſimo quadrageſimo, perduciturque vſq; ad annum duodeuigeſimum, vt Septimus inchoetur ab Imperio Iuſtini Senioris: complectitur annos ſeptuaginta octo. Excuſ. Venetijs apud Hæredem Hieronymi Scoti anno 1601. in fol.

Iudæi primùm erant, qui habitabant in Auſtrali plaga. an. 515.
— in Syria Cyprum oppidum extruxerunt. an. 448.
— proditio facta. an. 508.
Iudæus Saluatoris imaginem cultro percuſſit, & multus ſanguis emanauit, indè cum vxore Chriſtianus effectus. an. 446.
— ab igne liberatur, & conuertitur. an. 471.

Ex Tomo VII.

Septimus Annalium Tomus incipit ab anno Domini quingenteſimo decimo octauo perduciturque vſque ad annum quingenteſimum nonageſimum, nempe ab anno primo Iuſtini Senioris vſque ad quintum Mauritij Auguſti. Complectitur annos ſeptuaginta tres. Excuſ. Romæ ex Typographia Vaticana an. 1596. in fol.

Hebraica perfidia proſtrata, & eius cornua iterum confringuntur. an. 523.
Hebræi inimiciſſimi ſunt Chriſtianorum. an. 522.

Digitized by Google

cepti. an. 653.
— vexant Hiſpanias. an. 686.
— rebellant in Hiſpanijs aduersùs Regem Egicanem. an. 694.
— reducti in ſeruitutem in Hiſpania. ibid.
— reuocati in Hiſpaniam per Vutizam, & aucti priuilegijs. an. 701.
Iudæorum ancillæ, & ſerui confugientes ad Eccleſiam ne reddantur. a. 593.
— neophytorum iuramentum Regi præſtitum. an. 653.
— filij ſeptennes à parentibus ablati. an. 694.
Iudæis conuerſis neceſſaria ſuppeditanda. an. 598.

Ex Tomo IX.

Nonus Annalium Tomus incipiens ab anno Redemptoris ſeptingenteſimo decimo quarto, perducitur vſque ad annum octingenteſimũ quadrageſimum ſecundum. quo & orta hoc ſeculo in Oriente, debellata eſt penitùs Iconoclaſtia; vt planè qui Tomum hunc Panöpliam dixerit aduersùs impios Iconoclaſtas, veritatis ſcopum attinget. Non deſunt tamen aliqua ad Iudęos ſpectantia; maximè quia primus huius hæreſis Auctor fuit Iudæus quidam maleficus, Sarantapechys nomine, de quo in Bibl. Mag. Rabb. Par. IV. p. 446. col. 1. Continet annos centum viginti octo. Excuſ. Romæ ex Typographia Vaticana an. 1600. in fol.

Hebræi Leoni Iſauro Imperium pręnuntiant. an. 716
— falſa Arabum Regi vaticinantur. ibid.
— Iuramento Leonem impellunt factuos Chriſtianos, & alia. an. 535.
In Iudæos canon Concilij Aurelianenſis, & edictum Regis ne ſe miſceant inter Chriſtianos. an 540.
Iudæus imaginem Saluatoris telo transfixit, ex qua ſanguis effluxit. an. 560.
— in ſcelere inuentus lapidatur. ibid.
— effundit oleum fœtidum ſuper caput Iudæi conuerſi. an. 579.

Ex Tomo VIII.

Octauus Annalium Tomus incipiens ab anno Domini quingenteſimo nonageſimo, perueniens vſque ad ſeptingenteſimum decimum quartum, complectitur annos centum viginti quatuor, nempè à Gregorio Magno Romano Pontifice, vſque ad Gregorium ſecundum. Excuſ. Romæ ex Typographia Vaticana an. 1599. in fol.

Iudæi ne cogantur inuiti ad fidem. an. 591.
— à Gallis coguntur ad fidem. ibid.
— in Hiſpania coguntur ad fidem. an. 614.
— ne ducant funera pſallendo. an. 598.
— quo præuio catechiſmo debeant baptizari. ibid.
— quæ à Neophyto paſſi fuerant. ibid.
— emunt Chriſtianos captiuos in Palæſtina, & occidunt eos. an 614.
— ab Heraclio Imperatore ad Baptiſmum compulſi. ibid.
— occidunt Anaſtaſium Patriarcham Antiochenum. an. 609.
— in Chriſtianos graſſantur Antiochiæ. ibid.
— apoſtatæ quibus conditionibus re-

comparat, & quare. an. 976.
— à S. Nicone baculo Lacedæmone pellitur. an. 982.
Iudæi iuſſu S. Niconis Lacedęmone pelluntur. ibid.
Iudæorum & Chriſtianorum diuerſa à Deo obſeruata caſtigandi ratio. an. 846.

Ex Tomo XI.

Vndecimus Annalium Tomus ab anno Redemptoris milleſimo primo exordium ſumens, ad annum ſe milleſimum centeſimum excluſiuè extendit, continens annos nonaginta nouem. Excuſ. Romæ ex Typographia Vaticana. an. 1605. in fol.

Iudæi per literas Principi Babylonis perſuadent, vt Templum ſepulchri Dominici Hieroſolymis deſtruat, & quare. an. 1009.
— cognito facinore vbique pelluntur, & dire necantur. ibid.
— multi ex ijs timore mortis baptizati, paulò poſt relabuntur. ibid.
— omnes penè vi ventorum Romæ pereunt, & quare. an. 1017.
— Auctores delicti decollantur, & ceſſat tempeſtas. ibid.
— Chriſtianis dominari prohibentur à Gregorio VII. an. 1080.
— trucidantur paſſim à Chriſtianorum exercitu, in Orientem contra infideles profecturo. an. 1096.

Ex Tomo XII.

Duodecimus Annalium Tomus incipit ab Anno Domini milleſimo centeſimo, & perducitur vſque ad annum mil-

ctorum ſe quod poſtulant. ibid.
— ad necem quæſiti. ibid.
— à Syro impoſtore ſeducuntur. an. 721.
— Ducis eorum nefarium conſilium. an. 723.
— ipſi, & Arabes Chriſtianorum imagines comburunt. ibid.
— Eccleſiarum ornamenta emunt. an. 757.
Iudæi Toletum proditione hoſti tradunt. an. 716.
— à Leone Imperatore ad baptiſmum coacti. an. 721.
— poſt baptiſmum deteriores facti. ibid.
— Gizid Sarracenorum Principi contra Sacras imagines Auctores. an. 723.
— Leoni Iſaurico hæreſis cauſa. an. 726.
— pro imaginum abolitione ipſum deprecantur. ibid.
— Idololatriam Chriſtianis ſæpè obiecerunt. an. 727.
Iudæo non baptizato Chriſtianus filiam ſuam dare prohibetur, nec ſeruum aut ancillam vendere ei debet. an. 743.

Ex Tomo X.

Decimus Annalium Tomus ab anno Redemptoris octingenteſimo quadrageſimo tertio exordium ſumens, ad annum ſe milleſimum incluſiuè extendit. Comprehendit annos centum quinquaginta octo. Excuſ. Romæ ex Typographia Vaticana an. 1602. in fol.

Hebræus quidam medicus Sedechias nomine Carolum Caluum Imperatorem veneno necat. an. 877.
— alius S. Nilum Danieli prophetæ

Digitized by Google

il finto Meſſia delli Hebrei, che nell' anno 1666. ſi dichiarò Mahomettano in Conſtantinopoli.

74 CAROLVS DE FABRIS I. V. D. ſcripſit Italicè Librum, quem appellauit.

Scutum Chriſti, ſeù Dauidis, præmiſſa in fronte medietate verſus 36. capitis 22. Samuelis 2.

ותתן לי מגן ישעך :

Vatbithèn lì maghèn Iſcghekà, & dediſti mihi ſcutum ſalutis tuæ. In eo agitur de nominibus Dei, Chriſti, Mariæ Virginis, Principum Angelorum, Dęmonum, antiqui populi Hebræi, eiuſque lingua. Excuſ. Brachiani in agro Romano an. 1621. in 4. Cuius cenſuram vide in Biblioth. Mag. Rabb. Par. IV. pag. 165.

75 CAROLVS MONTESA, Romanus, referente Nicolào Antonio in Appendice ad Biblioth. Hiſpanicam, imperfectum à Parente opus relictum ipſe noua opera exemplo inductus domeſtico abſoluit, Leonis nempè Hebræi *Dialogos de Amore* famigeratiſſimos ex Italica in Hiſpanam linguam conuertens hoc titulo.

Filoſofia Vniuerſal dè toto el Mundo. Excuſ. Cæſarauguſtæ an 1584. in 4.

76 CAROLVS SIGONIVS edidit

De Republica Hebræorum Lib. VII. Spiræ apud D. Albinum anno 1583. in 8.

77 CASPAR LEDEBVHRIVS Coſlinus Pomeranus ſcripſit

שלשלת המקרא *Scialſcelcth hamikrà, Catenam Scripturæ*. Eſt Tractatus nouus in quo ratio accentuum, quibus Hebræus S. Scripturæ contextus interpungi.

milleſimum centeſimum nonageſimum octauum, nempè ab anno primo Paſchalis Papæ ſecundi, ad vltimum, continens annos nonaginta octo. Excuſ. Romæ ex Typographia Vaticana anno 1607. in fol.

Iudæi vehementèr exultant ob Calliſti II. Papę in Vrbem introitum. a. 1120.

— Innocentiò II. Pariſijs occurrunt ingenti cum triumpho. an. 1131.

— item Eugenio III. ad Vrbem venienti. an. 1145.

— paſſim per Germaniam, & Galliam trucidantur à Chriſtianis militibus cruce ſignatis. an. 1146.

— apud Noruicum Angliæ Vrbem crucifigunt Willelmum puerum Chriſtianum. ibid.

— occurunt lætitiæ cauſa Alexandro III. an. 1165.

Iudæos non interficiendos, ſed diuitijs ſpoliandos, & exercitui Chriſtianorum ex ijs ſuccurendum cenſet Petrus Cluniacenſis. an. 1146.

Præter Annales ſcripſit quędam alia, ab Alphonſo Ciaconio in Vit. Pontific. relata. Moritur Romę in Ædibus Congregationis Oratorij pridie Kalendas Iulij anno ſalutis 1607. cuius mortem ſibi prænunciatam refert idem Ciaconius ad annum 1592.

73 CAROLVS ALPHANVS ſuppreſſo nomine ſcripſit italico ſermone.

Acta, & geſta Sciabbathài Tzeuì (de quo in hac Bibl. Mag. Rabb. Par. IV. pag. 48. col. 2.) qui anno 1666. Meſſiam Iudæorum ſe fecit, ac tandem ſectam Mahomettanam amplexus eſt. Prodijt Vitterbij eodem an. in 16. ſub hac inſcriptione: *Il Sabbathai, ouero*

Digitized by Google

Hieronymi Presbyter, primùm Gandaui, deindè Cameracci, à Iacobo de Croy eius loci Epiſcopo 1509. euocatus, iuuentutem optimis & diſciplinis, & moribus imbuit. Multa ſcripſit, inter quæ

Calendaria quatuor, Ægyptium, Hebraicum, Macedonicum, & Romanum, Excuſa vnà cum ſuo Chronico Antuerpiæ typis Ioannis Crimiſi anno 1540. in fol.

81 CHRISTIANVS MATTHIAS edidit

Diſputationes de diuinitate, & officio Meſſiæ, habitas in academia Altorfina.

82 CHRISTIANVS NOLDIVS in Reg. academ. Hau. SS. Theol. D. & PP. ſcripſit

Concordantias particularum Hebræo-Chaldaicarum, in quibus partium indeclinabilium, quæ occurrunt in fontibus, & hactenùs non expoſitæ ſunt in Lexicis, aut Concordantijs, natura, & ſenſuum varietas oſtenditur. Digeruntur ea methodo, vt Lexici, vt Concordantiarum loco ſimul eſſe poſſint. Accomodantur huc etiam particulæ græcæ, conferuntur verſiones, & multa Scripturæ loca ita explicantur, vt vbi tenebræ, & diſſenſiones ſunt, adiungantur annotationes, & vindiciæ. Excuſ. Hafniæ an. 1679. in 4.

83 CHRISTODOLVS Monachus Græcus ſcripſit

Contra Iudæos, ſermones VIII. Extant mſc. in Biblioth. Vatic. in fol. Papyr.

84 CHRISTIANVS WECHELVS edidit

Inſtitutiones in Hebræam Linguam. Pariſijs an. 1533.

gitur; nunc primùm inuenta luculenta methodo accuratiſſimè exprimitur. Opus ad interpretationem diuinarum literarum in primis neceſſarium. Excuſ. Lugd. Batau. ex officina Ioannis Maire an. 1647. in 8.

78 CHRISTIANVS ADRICHOMIVS Delphus, ſcripſit

Theatrum Terræ Sanctæ, & Biblicarum Hiſtoriarum, cum Tabulis Geographicis ex ære expreſſis. Hic liber continet Deſcriptionem Terræ Sanctæ iuxta duodecim Tribus Iſraël, cum Deſerto Pharan, deindè Vrbis Hieroſolymitanæ deſcriptionem, prætereà Miſcellaneam locorum, & Chronicon generale breuiſſimum ad noſtra vſque tempora, ac deindè Chronicon alterum, vtriuſque Teſtamenti hiſtorias ab ipſo Mundi initio per Patriarchas, Iudices, Reges, Prophetas, Machabęos, D. N. Ieſum Chriſtum, & Apoſtolos, deductum vſque ad mortem D. Ioan. Euangeliſtæ, adnotatis temporum rationibus: Denique catalogum Auctorum, quibus vſus eſt in deſcribenda Terra Sancta, & Chronico. Excuſ. Coloniæ Agrippinæ ex officina Birckmannica, an. 1590. Non deſunt alij qui de locis Palæſtinæ, ac Terrę Sanctæ ſcripſere, quos refert Poſſeuinus Tom. 1. Apparatus Sacri.

79 CHRISTIANVS BORNITIVS Wrzenſis edidit

בית כנסיות *Domus Congregationis ſiuè de Synagogis Veterũ Hebræorum Exercitatio Philologica*. Wittebergę an. 1650. in 4.

80 CHRISTIANVS MASSÆVS à Warneſtuno, ſiue Waſtena oriundus ad Liſam fluuium in Flandria, an. 1469. 12. Maij Congregationis S.

GESIPPVS ſcripſit

De Bello Iudaico. Excuſ. Pariſijs 1611. in fol.

89 CHRISTOPHORVS HELVICVS ſcripſit

Elenchos Iudaicos, quos in Germanicum idioma tranſtulit Ludouicus Seltzerus.

Lexicum Hebraicum. Excuſ. Gieſſæ 1621.

90 CHRISTOPHORVS LAVRETVS Agendicenſis, ſcripſit

Hazoar, ſiuè Illuſtrationem Prophetarum de plenitudine temporis Meſſiæ. Prodijt Pariſijs ex officina Huelliana apud Sebaſtianum Cramoiſy, via Iacobœa ſub Ciconijs 1610. in 8.

91 CHRISTOPHORVS NOLDIVS emiſit

Hiſtoriam Idumæam; ſeù de Vita, & geſtis Herodum Diatribe. Acceſſerunt hinc inde Notæ in Ioſephum, vt & pro eo vindiciæ, & reſponſiones contra Baronium, Serarium, Salianum, & Alios. Excuſ. Franequeræ ſumptibus Ioannis Arcerij Bibliopolæ. An. 1660. in 16.

92 F. CHRISTOPHORVS SANTO-TIS, (quod à S. *Tyrſo* venit cognomen) Burgenſis, Eremita Auguſtinianus, ſacræ Theologiæ Magiſter; ſacræ Tridentinæ Synodo, cum poſtremò cogeretur interfuit: in Germania vtraque ſuperiore, atque inferiore geſtis apud ſuos muneribus, concionatoriaque laude claruit. Ad nos reuerſus

Pauli Burgenſis Scrutinium Scripturarum, à prima, & antiquiſſima editione ferè deperditum, in lucem è tenebris *à ſe recognitum, atque emendatum* protra-

tra-

85 CHRISTOPHORVS ANGELVS Græcus ſcripſit

Statum, & Ritum Eccleſiæ Græcæ, in quo oſtendit, quomodo Patriarcha Græcorum venenum bibens ex inſidijs Iudæorum, nullum malum, aut nocumentum ei fecerat. Excuſ. Francofurti latino idiomate an. 1655. in 8.

86 CHRISTOPHORVS à S. ANTONIO Ord. Fratrum Minorum de obſeruantia edidit librum inſcriptum

Triumphus Ieſu Chriſti contra infideles; qui fuit examinatus per Magiſtrum Ioannem Siliceum Cathedraticum Vniuerſitatis Salmanticenſis, (qui deindè fuit Archiepiſcopus Toletanus, & à Paulo IV. factus Cardinalis). Diuiditur in 20. Titulos.

87 CHRISTOPHORVS CELLARIVS ſcripſit

מדינתא דבבל *Medinthà Debavèl Prouinçia Babylonis*, ſiuè *Chaldæa in tres Prouincias*, 1. *Grammaticam Chaldaicam*; 2. *Vſum Chaldaiſmi triplicem*; 3. *meſiologianam Targumicam diuiſa*. Cizæ an. 1678. in 4.

Sciagraphiam Philologiæ Sacræ, *difficiliores Quæſtiones pleraſque*, & *linguarum Orientalium vſum genuinum delineans*. Editio ſecunda & emendata, & vſu Arabiſmi etymologia aucta. Proſtat Ienæ in Bibliopolio Bielkiano, excudit Cizę Fridemãnus Hetſtedt. 1679. in 4.

Grammaticam Hebræam in Tabulis Synopticis cum conſilio 24. horis perdiſcendi linguam ſanctam. Excuſ. Cizæ ſumptu Ioannis Bielcki Bibliopolæ Senenſis an. 1681. in 4.

88 CHRISTOPHORVS HE-

Digitized by Google

braicis, quæ apud nos extant. In altera verò multis teſtimonijs, & ipſa locorum adductione demonſtratur Talmudicos aliter retuliſſe nonnulla Scripturæ Sacræ teſtimonia quàm extant hodie in noſtris exemplaribus Hebraicis, in quo præcisè conſiſtit eius præſens controuerſia. Excuſ. Pariſijs apud Petrum Variquet an. 1667 in 12.

96 CLAVDIVS DVRETVS ſcripſit

Librum de Linguarum origine; citatur à Kirchero in Oedipo Claſſ. 11. Grammat. cap. 11.

97 CLAVDIVS FRASSENIVS Peronenſis. Sacræ facultatis Pariſienſis Doctor, Theologus, & Profeſſor emeritus: atque Conuentus, & Collegij Generalis FF. Minorum Pariſienſium Guardianus, edidit librum cuius Titulus eſt

Scotus Academicus, ſeu Vniuerſa Doctoris ſubtilis Theologica dogmata, quæ ad nitidam & ſolidam Academiæ Pariſienſis docendi methodum concinnauit: ſelectiſſimis SS. Patrum oraculis firmauit, & illuſtrauit; Nec non explanatione grauiorum Controuerſiarum, quæ nunc temporis in Scholis agitari ſolent, ditauit, & ampliauit. Opus hoc diuiditur in quatuor Tom. in quorum Tertio Quæſtionem inſtituit de aduentu Meſſię: *Vtrum reuerà peractum ſit Incarnationis myſterium, & Iudæis promiſſus Meſſias aduenerit*. Ibi nonnulla Iudæorum effugia, contendentium Meſſiam vel nondum veniſſe; vel nequaquam fuiſſe venturum, vel eius aduentum longè præceſſiſſe Natiuitatem Ieſu Nazareni, proponit, & reicit. Excuſ. Pariſijs apud Edmundum Couterot an.

traxit; cui & appendicis loco ſimul cum Auctoris vita adiunxit opuſculum

De Vera Hæreticorum origine agnoſcenda, in quo oſtenditur Hæreticos omnes, vel Iudæorum impios ritus ſequi vel à Iudæorum ſtirpe originem ducere. Hæc vnà cum alijs eius Operibus refert Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſpan.

93 CHRYSOSTOMVS ZANCHIVS Bergomas, Ord. Canonicorum Lateranenſium; Opus inchoauit magni laboris, & traditionis, quod tamen moriens non potuit abſoluere, quodque Bergomi mſc. hodiè (vt refert Poſſeuinus) aſſeruatur in Cœnobio eiuſdem Ordinis. Opus illud prænotatum eſt

Hebrææ Græcæque linguæ, ex Sacroſancta Septuaginta Interpretum editione Paralleli, Latina explicatione ἀντιστρόφως *illuſtrati*. Prætereà Vocum Hebręarum ex Septuaginta Interpretum, explanatio.

94 CHRYSOSTOMVS Epiſcopus Conſtantinopolitanus vir Sanctus, vide in verbo, *Ioannes Chryſoſtomus*.

95 CLAVDIVS CAPPELLANVS Doctor Sorbonicus ſcripſit

Mare Rabbinicum infidum, ſeu quæſtio Rabbinico-Talmudica; Num Talmudiſtæ aliter aliquando referant ſacrum contextum quàm nunc ſe habeat in noſtris exemplaribus Hebraicis? & num ſit fidendum Rabbinis? Diuiditur in duas partes. In prima refellitur Flauignius aſſerens nullum hactenùs vidiſſe apud Talmudicos, aut aliquos alios Rabbinos, vlla Scripturæ Sacræ teſtimonia, alio modo relata, quàm nunc habeantur in voluminibus He-

Digitized by Google

alienum , & peregrinum detorquent (quos Talmudiſtas vocamus) *librum* edidit .

100 CNÆVS CORNELIVS Vythag. Sac. Theol. & linguæ ſanctæ Doctor ſcripſit

גלוי הנקוד *Galui anekud , Reuelatio Punctationis* . Eſt Diſſertatio de Antiquorum ſine punctis legendi ratione , deque punctorum vocalium nouitate contra erroneam aliorum de authentia punctorum opinionem inſtituta . Excuſ. Lugd. Batau. apud Petrum Graaf. anno 1680. in 12.

101 CONRADVS GESNERVS Tigurinus , medicus , & Philoſophus ſcripſit

De origine Germanicorum vocabulorum quam plurimorum ex Hebraica , Græca , & Latina . Hic Auctor eſt damnatus in Romano Indice librorum prohibitorum .

102 CONRADVS HVSERVS Tigurinus , in gratiam Reipublicæ Chriſtianæ latinè reddidit .

Tractatum de Impoſturis , & Caremonijs Iudaeorum noſtri temporis , anteà quidem ab Auctore anonymo Germanicè editum , & falsò Marco Lombardo inſcriptum . Excuſ. Baſileæ per Petrum Pernam an. 1575. in 4. Extat in Bibl. Vatic. inter Codices Latinos ſub num. 4494.

103 CONRADVS KIRKERVS Auguſtanus edidit

Concordantias Gracas veteris Teſtamenti Hebrais vocibus reſpondentes ; ſimul etiam *Lexicon Hebraico-Latinum, Hebraico-Gracum , Graco-Hebraicum &c.* Francofurti apud Claudium Marnium an. 1607. in fol.

104 CONRADVS PELLICANVS

an. 1677. in fol. Inſuper edidit

Diſquiſitiones Biblicas , quatuor Libris comprehenſas .

I. Veneranda Scripturæ Sac. præ omnibus Libris , quorum memoria extat antiquitas , præſertim in Pentateucho , cuius Auctor Moſes , à quo Veteres Ethnici Sapientiam ſuam deriuarunt .

II. Præcipuæ SS. Librorum editiones : Hebraica vbi de *Miſcnà* , *Maſſorà* , & *Maſſorethis* , atque *Chaldaicis Paraphraſibus* . Græcæ variæ , præſertim Septuaginta Interpretum : Latina , Vulgata , cuius præ ceteris auctoritas , & ſinceritas à Criticorum criminationibus vindicatur .

III. Veteris , & Noui Teſtamenti Librorum Canones , cùm Antiqui , tùm Recentiores : Eorundem Librorum diſtributio , integritas , obſcuritas , & varij ſenſus ; de cuiuſque inſcriptione , Auctore , ſcopo , diuiſione , & controuerſijs .

IV. Conciliantur præcipui Textus ſpecie-tenùs pugnantes , nullamque in Libris Sacris diſſonantiam eſſe ſuadetur . Excuſ. Lutetiæ Pariſiorum apud Lambertum Roulland. an. 1682. in 4.

98 CLEMENS ALEXANDRINVS Athenis natus Pantæni Auditor inter inſignia eius volumina , quæ refert Poſſeuinus , ſcripſit

De Canonibus Eccleſiaſticis , & aduersùs eos , qui Iudaeorum ſequuntur errorem , Librum vnum .

99 CLEMENS ALEXANDRINVS alter , anno milleſimo nonageſimo quarto

Contra Apoſtatas illos , qui verum , & genuinum Sacrarum literarum ſenſum in

Digitized by Google

teuchum, dictam *Bereſcith Rabbà*, magnæ apud Iudæos auctoritatis.

Faſciculum Mirrha in totum Moſem R. Abraham Hiſpani.

Capitula, vel Pirke R. Eliezer filij Hircani magni, continentia Theologiam Iudaicam.

Geſta Regum Iſrael, tempore Templi ſecundi, vſque ad vltimam Iudaeorum captiuitatem, ſub Adriano Principe.

Talmudica quoque latinè reddidit.

Prologum, & Introductionem R. Moſis Bar Maymon, quem Iudæi *Rambam* vocant. Eiuſdem quoque Talmudicos libros multos.

Ex Talmud Babylonico tranſtulit

Maſſechèt Berachòth cum Gemara in prima duo capita.

Item *Maſſechet Sciabbàth*.

Maſſechet Sanhedrin cum Gemarà in prima duo capita.

Item *Michlòl R. Dauidis Kimchi*, & *R. Moſis punctatoris*. Pleraque alia ſcripſit, & tranſtulit, quæ aſſeruantur in Bibliotheca Tigurina. Obijt Tiguri anno Domini 1556. an. ætatis ſuæ 79. Multis annis poſt eius obitum, denuò excuſi ſunt Commentarij in omnes fere Veteris Teſtamenti libros. Tiguri 1582. in fol.

105 CONSTANTINVS APHRICANVS ex lingua Arabica in Hebræam tranſtulit.

Opus de Vrinis. Extat mſc. in Biblioth. Cæſar.

106 CONSTANTINVS L' EMPEREVR de Oppyck Sac. Theol., & Controuerſiarum Iudaicarum in academia Lugdunenſi Batau. Prof. de Hebraico in latinum vertit

מסכת מדות מתלמוד בבלי hoc eſt, *Talmu-*

NVS Auctor damnatus in Romano Indice librorum prohibitorum, ſcripſit.

Grammaticam Hebraicam.

Dictionarium Hebraicum, adijcens methodicam proficiendi in ea lingua rationem. quam poſteà Groeningerus Argentorati vnà cùm Margarita philoſophica publicauit.

Hebraicas voces D. Hieronymi Operibus, Vt Capnion Græcas adiecit.

Pſalterium ad Hebraicam veritatem tranſtulit, & breuibus ſcholijs illuſtrauit, impreſſum primò Argentorati, deindè Tiguri an. 1522.

Syriacas Onkel., Ionathæ, aliorumque Iudaeorum interpretationes omnes, in latinum tranſtulit, præter ea quæ iam prius tranſlata erant in Opere Franciſci Cardinalis Toletani, & in Opere Auguſtini Iuſtiniani in Pſalmos olim excuſo. Prętereà tranſtulit ex Hebraicis plurium Rabbinorum Commentaria ad literam, nempe

R. Dauidis Kimchij in Geneſim, Ioſue, Iudicum, Samuelis. Regum, Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, XII. Prophetas minores, & totum Pſalterium.

Item *R. Abraham Aben Ezra in XIV. Libros Canonicos iuxta editionem ſecundam Danielis Bombergi.*

R. Salomonis Iarchi Galli in omnes Canonicos.

R. Leuì Ben Gerſon, in Parabolas Salomonis, in Danielem, plurimaque in Ioſue, Iudicum, & Samuelis &c.

R. Abraham Perizol, in Iob vſque ad vigeſimum Caput.

R. Simeonis in verba dierum. Tranſtulit quoque.

Ordinariam Gloſſam in totum Penta-

Digitized by Google

cellum Silber Alsfranck an. 1515. in 4.

109 S. CYPRIANVS. Vide in verbo, Cæcilius Cyprianus.

110 S. CYRILLVS Alexandrinus Epiſcopus, Concilio Epheſino aduerſus Neſtorium, nomine S. Cœleſtini Papæ anno 431. præfuit. Eius natalem officij duplicis ſolemnitate celebrat 28. Ianuarij, Carmelitarum Ordo, qui inter Carmeli Atletas eum collocat; ſub eodem enim die, Lectione quartà ad ſecundum Nocturnum hæc in Matutinis recitat: *Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus claris parentibus ortus, Theophili item Epiſcopi Alexandrini ex fratre nepos, à quo adoleſcens Athenas ſtudiorum cauſa miſſus, cùm plurimùm profeciſſet, ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum, vt Chriſtianæ vitæ perfectione imbueretur ſe contulit. Cuius conſuetudine in Carmelum montem ſeccedens, ibi cum aliquot pijs viris illic degentibus cæleſtem vitam in terra aliquandiu egit*. Idem ſenſit Trithemius, qui ab eo appellatur: *Montis Carmeli quondam decus, & cultor inſignis*, quem plurimi ſequuntur Recentiores. At fabellam hanc ſeù potiùs quorundam adinuentum, acritèr, vt par eſt réfellit Sacri purpurei Senatus decus Cæſar Cardinalis Baronius, ad annum 444. num. 18. *Sanè quidem reſpuimus*, inquit, *atque exufflamus figmentum illud, incerto Auctore proditum, Chronico nimirum, quod extaſſe fingunt apud quendam Franciæ Regem, quo tradunt, eundem S. Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum monachum fuiſſe montis Carmeli; cui quidem aſſertioni Tritthemius leuitèr nimis fidem præſtitit. Vndè hæc quæſo, incerto Auctori, ſi, qui certi, atque probati ſunt Auctores eiuſdem Cyrilli æquales eiuſdemque*

mudis Babylonici Codicem Middoth, ſiuè de Menſuris Templi. Additis, præter accuratas figuras, commentarijs, quibus tota templi Hieroſolymitani ſtructura cum partibus ſuis, Altari, cæteriſque eò pertinentibus, è Talmudiſtarum aliorumque Iudæorum ſcriptis diſtinctè explicatur variaque Scripturæ Sacræ loca illuſtrantur. Excuſ. Lugd. Batau. ex officina Bonauenturæ & Abrahami Elzeuir an. 1630. in 4.

הליכות עולם *Halicòth Olàm*, ideſt *Itinera Seculi* R. Ioſuè leuitæ, de quo in Biblioth. Magna Rabb. Par. III. pag. 933. Excuſ. Lugduni Batau. ſub nomine *Clauis Talmudica*, an. 1634. in 4. Complectitur formulas, loca dialectica, & rhetorica priſcorum Iudæorum. ſcripſitque

De Legibus Hebræorum forenſibus. Excuſ. ibid. an. 1637. in 4.

Notas in Itinerarium R. Beniaminis. Excuſ. ibid. an. 1633. in 8.

Librum contra Abrauanelem in Iſaiam cap. 53.

107 COSMVS PHILIARCHVS Piſtorienſis, Canonicus, & Theologus ſcripſit

De Officio Sacerdotis, vbi Tom. 2. pag 321. agit *De Chriſtiana Religione contra Iudæos*. Excuſ. Florentiæ apud Antonium Padouanium anno 1590. in 4.

108 CYPRIANVS BENEDICTVS vulgò Benetus Aragonenſis, Ord. Pręd. doctor Pariſienſis, Theologus celeberrimus tàm ſcholaſticus, quàm moralis, vt teſtatur Ambroſius de Altamura in Biblioth. Dominicana, ſcripſit

Tractatum de non mutando Paſchate Excuſ. Romę in Campo Florę per Mar-

Digitized by Google

cumque tum ſedata fuit, nihilominùs tamen Iudæi alteri populi factioni aduerſarij eſſe non deſtiterunt. Atque tametſi Iudæi Chriſtianis erant ſemper infeſti, tùm tamen propter ſaltatores, multò in eos infenſiores facti ſunt. Itaque cùm Oreſtes Præfectus Alexandriæ πολιτείαν (ſic enim publica Præfecti edicta appellant Alexandrini) in theatro proponendā curaret, aderant etiam Cyrilli Epiſcopi neceſſarij, vt edicta à Præfecto publicata conſiderarent, inter quos erat vir nomine Hierax, humilioris literaturæ magiſter, qui attentiſſimus auditor Epiſcopi Cyrilli fuit, & in concionibus eius plauſum diligentiſſimè excitare conſueuit. Hunc igitur Hieracem vt primùm Iudæorum multitudo in theatro conſpicata eſt, extemplò vociferari cœpit, eum ob nullam aliam cauſam ad theatrum acceſſiſſe, quàm vt populum ad ſeditionem concitaret. Oreſtes autem, & ſi ante Epiſcoporum poteſtas illi odio propterea fuerat, quod per eos nonnihil de auctoritate eorum, qui ab Imperatore ad magiſtratus gerendos deſignati erant, admodùm detractum fuit, tamen tùm vel maximè, quod Cyrillus videbatur in eius edicta curioſè inquirere; proindè Hieracem palàm in theatro comprehenſum grauibus diuexauit ſupplicijs. Qua re intellecta Cyrillus Iudæorum primarios acceſſit: illis, ſi non contra Chriſtianos tumultus ciere deſiſtant, debitas pœnas ſe irrogaturum minatur. At multitudo Iudæorum, cognitis Epiſcopi minis, multò maiore iracundiæ æſtu exardeſcere, machinaſque ad Chriſtianis nocendum excogitare cœpit: quas quidem præcipuam cauſam Iudæos Alexandria

quæ res geſtas quàm diligentèr proſecuti, hæc neſcientes, obruta ſilentio reliquerunt? vel quæ apud huius temporis Scriptores mentio de cultu Carmelo à vita monaſtica profeſſoribus? Etenim cùm apud S. Hieronymum, Palladium, Euagrium, Caſſianum, Theodoretum, Cyrillum monachum, & alios ſaculi huius Scriptores frequens mentio ſit de Monachis in Palæſtina degentibus, nuſquam penitùs apud eos de monachis Carmelitis. Faceſſat igitur eiuſmodi de monachiſmo Cyrilli in Carmelo fabella, ſicut illa huic haud impar, qua traditur & Ioannes Hieroſolymorum Epiſcopus Origeniſta fuiſſe etiam monachus Carmelita: ſicut enim hæc leuitèr effinguntur, ità & facilè refelluntur. Flagrans enim cupido nobilitatis auitæ cogit interdum homines delirare.

Iudæorum gentem ab Alexandria eiecit Cyrillus, cuius rei cauſa (ſi Socrati hac in re credendum eſt) hæc fuit. Populus Alexandrinus, *inquit Socrates*, præter cæteros ſeditionibus delectatur: in quibus ſi quando ſit oblata illarum conflandarum occaſio, ſcelera eduntur prope intolerabilia: quippe ſine ſanguine nunquam populi impetus ſedatur. Id temporis tumultus, non de cauſa aliqua neceſſaria, ſed de ſtudio ſaltatores ſpectandi (quod malum per omnes Ciuitates ſerpit) in ipſa multitudine fortè ciebatur. Nam die Sabathi ingens turba ad quemdam ſaltatorem ſpectandum confluxit. Et quoniam Iudæi, qui illo die feriantur, non Legi audiendæ, ſed ſpectaculis, & ludis ſcenicis contemplandis totos ſe ſe dederant, dies ille populi factionibus inter ſe mutuo dimicandi cauſa extitit. Ac quamquam populi diſcordia à Præfecto vt-

ibi geſtis refert. Cyrillus etiam Imperatori Iudæorum ſcelera per litteras ſignificat; & nihilominùs tamen de amicitia concilianda (ad illud namque faciendum populus Alexandrinus illum impulerat) cum Oreſte agit &c. *Hactenùs Socrates.*

Plures ſcripſit libellos ſeù ſermones Cyrillus, ex quibus eos tantùm, qui ad Legem veterem pertinent hic referam, quorum tituli hi ſunt.

In Geneſeos caput primum, *de formatione Adami*, ſermo primus, incipiens *Paulus ille Sacratiſſimus &c.*

In Gen 6. *Noe, & Arca*, ſermo 2.

In Gen. 9. *De Nudatione Noe*, ſer. 3.

In Gen. 11. *De Turri, & eius ſtructura*, ſer. 4.

In Gen. 14. *De Abraham, & Melchiſedech*, ſer. 5.

In Gen. 15. *De Abraham, & promiſſione ei facta in Iſaac*, ſer 6.

In Gen. 22. *De Sacrificio Abraham, & Iſaac*, ſer. 7.

In Gen. 24. *De Iſaac, & Rebecca*, ſermo 8.

In Gen. 25. *De Eſau, & Iacob, duos populos figurantibus*, ſer. 9.

In Gen. 27. vſque ad 35. *De Perſecutione Eſau*, ſer. 10.

In Gen. 30. & 31. *De ijs, quæ inter Iacob, & Laban geſta ſunt*, ſer. 11.

In Gen. 32. *De Iacob mittente nuncios ad Eſau*, ſer. 12.

In Gen. 37. *De nocturna luctatione Iacob*, ſer. 13.

In Idem *De Ioſeph Iſmaelitis vendito*, ſermo 15.

In Gen. 38. *De Iuda, & Thamar*, ſermo 16.

In Gen. 48. *De benedictione filiorum Ioſeph*

exturbandi fuiſſe, iam oſtendam: Iudæi cum teſſeram ipſi ſibi dediſſent, nimirum, vt quiſque annulum ex cortice palmæ confectum geſtaret, nocturnam pugnam contra Chriſtianos inſtituunt. Itaque nocte quadam per vniuerſas Vrbis Regiones à quibuſdam conclamandum curant, totam Eccleſiam Alexandri nomine nuncupatã igne conflagrare. Quo audito Chriſtiani, alius aliunde, concurrunt, vt Eccleſiam ab incendio liberent. Tùm Iudæi protinùs impetu in Chriſtianos facto, eos trucidant. Atque vt à ſuis, annulis demonſtratis, manus abſtinebant; ſic Chriſtianos, qui ipſis fortè obuiam facti erant, è medio tollebant. Vbi autem illuxit dies, ſceleris Auctores minimè obſcuri, & incogniti fuerunt. Qua de re Cyrillus grauitèr commotus, cum ingenti manu ad Iudæorum Synagogas (ſic enim eorum templa vocantur) recta pergit: & ex Iudæis nonnullos necidat; alios expellit è Ciuitate, eorumque fortunas à multitudine diripi permittit. Itaque Iudæi, qui vſque ab Alexandri Macedonis temporibus illam Vrbem incoluerant, tum vniuerſi inde eiecti, alij in alia loca diſperſi vixerunt. Adamantius ex numero Iudæorum, qui medicinam docebat, Conſtantinopolim profectus, ad Atticum Epiſcopum ſe contulit, qui poſteà quam Chriſtianam Religionem profeſſus erat, Alexandriæ denuò habitauit. Oreſtes illius Vrbis Præfectus, illud Cyrilli factum valdè iniquo animo tulit: magnumque cœpit dolorem, tàm præclaram Ciuitatem tantà hominum multitudine prorsùs orbatam eſſe. Quamobrem ad Imperatorem de rebus

Digitized by Google

nobis panis vitæ, *& de primitijs*, ſer. 36.
In Num. 19. *De Vitula ruſa*, ſer. 37.
In Num 21. *De Serpente æneo*, ſer. 38.
In Deut. cap. 20. *De miſſis in bellum*; ſermo 39.
In Deut. 21. *De muliere captiua in vnguibus abradenda*, ſer. 40.
In Deut. 22. *De boue in foueam lapſo* ſermo 41.
In Deut. 27. *De lapidibus trans Iordanem erigendis*, ſer. 42.
In Deut. 31. *De inſtitutione*, *& electione Ioſue*, ſer. 43.

Cæteri libri à S. Cyrillo ſcripti, quotquot reperiri potuerunt, poſt varias editiones prodierunt Pariſijs Græco latinè anno 1638. ſeptem Tomis diſtincti. Qui illius cenſendi ſint genuini fœtus, Bellarminus lib. de Script. Eccleſiaſticis, & alij tulere iudicium. Liber quem dicunt aliqui ſcripſiſſe aduersùs Iudæos, apud Bellarminum certitudine caret: Conſule Sixtum Senenſem, Poſſeuinum, & Philippum Labbe.

D

111 DANIEL BOMBERGVS primus

Biblia Hebraica cum Targùm, Maſſorà, & varijs Hebræorum Commentarijs, non tàm pro Iudæis, quàm Iudæorum opera, in Chriſtianorum vſum magna cura, magniſque ſumptibus Venetijs celebris Typographus euulgauit, vna cùm plurimis alijs Hebræorum monumentis.

112 DANIEL SCHVENTERVS ſcripſit

עומר שפת הקדש *Omed Sephàth Hakkòdeſc*, *Manipulum Linguæ Sanctæ*. Excuſ. Noriber-

ſeph, ſer. 17.
In Gen. 49. *De benedictionibus Patriarcharum*, ſer. 18.

Hos ſermones Græcè conſcriptos, Latinè reddidit Ambroſius Mediolanenſis monachus Caſſinenſis.

In Exod. cap. 4. *De tribus ſignis, a Deo Moyſi exhibitis*, ſer. 19.
In Exod. 12. *De ſacrificio agni*, ſer. 20.
In Exod. 13. *De conſecratione primogenitorum* ſer. 21.
In Exod. 15. *De aqua Marath*, ſer. 22.
In Exod. 16. *De manna*, *& coturnicibus*, ſer. 23.
In Exod. 17. *De petra in Raphidim percuſſa*, ſer. 24.
In Exod. 19. *De monte inacceſſibili*, *& Iſrael iuxta eum poſito*, ſer. 25.
In Exod. 24. *De aſcenſu Moyſis, Aaron, Nabad, & Abiud*, ſer. 26.
In Exod. 32. *De fabricatione vituli*; ſermo 27.
In Exod. 34. *De velamine in facie Moyſis*, ſer. 28.
In Leuit. 1. *Quod paſſio Chriſti ſalubris eſt*, ſer. 29.
In Idem *Quod participes myſticæ benedictionis Sancti*, *& ſacri vndequaque erimus*, ſer. 30.
In Leuit. 14. *De mundatione lepræ*, ſermo 31.
In Leuit. 16. *De Iudæorum Synagoga, quæ ex infidelitate cecidit*, ſer. 32.
In Idem. *Quod non ſemper ingrediatur Aaron in Sancta Sanctorum*, ſer. 33.
In Numeri cap. 13. *De Exploratoribus Terræ promiſſionis*, ſer. 34.
In Num. 14. *De Chriſto*, *& Iudæorum Synagoga*, *& populi murmuratione*, ſermo 35.
In Num. 15. *Quod Chriſtus factus eſt*

Digitized by Google

ni apud Claudium Morillon, an. 1611. in fol. Wading. de Script. Ord. Min.

117 DIDACVS DE AREDA Iunior dictus, natione Luſitanus, natus in oppido Arrayolos Diœceſis Eborenſis in Societatē Ieſu adſcitus eſt anno Domini 1615. Edidit ſermones aliquot lingua vernacula

Contra Iudaicam perfidiam, & Hæreticorum prauitatem coram Inquiſitoribus Goæ an. 1644. De eo Petrus Ribadeneira in Biblioth. Script. Soc. Ieſu.

118 F. DIDACVS GABILAN VELA, Præmoſtratenſis, in Domo Roderico-politana, quam *Deiparæ Virginis de Charitate* appellant. edidit ex Luſitanico Vincentij da Coſta Matos perutilem, & doctum librum, ſcilicet

Diſcurſo contra los Iudios. Excuſ. Salmanticæ apud Antonium Ramirez an. 1631. in 4. Ità Auctor Biblioth. Hiſpan.

119 F. DIDACVS GATICA, Bęticus, & vt credit Auctor Biblioth. Hiſpan., Hiſpalenſis, Ordinis Deiparæ Virginis de Mercede redemptionis captiuorum, edidit

De aduentu Meſſiæ aduersùs Iudæos à fide Chriſti lapſos. Excuſ. Matriti in fol.

120 DIDACVS HVMADAS confecit

Cenſuras ſuper librum, qui appellatur, *Faſciculus mirrhæ R. Abraham Sabag*. Extat mſc. in Collegio Neophytorum Romæ an. 1580.

Item *in librum Nachaſidin R. Iuda Chaſid*. Extat mſc. ibidem.

121 DIDACVS DE LEDESMA, Cuellarienſis Louanij, Soc. Ieſu, ſcripſit

De Diuinis Scripturis quauis paſſim lingua

rlbergæ an. 1624.

113 DAVID CLODIVS Linguarum Orientalium in alma Giſſena Prof. edidit

Biblia Teſtamenti Veteris idiomate authentico expreſſa verſibus, capitibus, & Paraſciòth, ſiuè ſectionibus interſtincta Maſſoretharum Kerì Ketif, & quæ ſunt eius generis notis, inſtructa. Variantibus lectionibus, orientalium, & occidentalium; Ben Aſcèr, & Ben Nephtali, & quæ præterea in editionibus Plantini, Bombergij, Baſilienſi, Hiſpanica Regia, & Anglicana Polyglotta deprehenſæ fuerunt, adaucta, latiniſque ſummarijs, vel lemmatibus illuſtrata. Excuſ. Francofurti ad Mœnum Typis, & impenſis Balthaſaris Chriſtophori Wuſtij. an. 1677. in 8.

114 DAVID KIBERVS Argentinenſis ſcripſit

Tabulas quaſdam de lingua Hebraica, & *libros tres de re Grammatica Hebraicæ linguæ*: Excuſ. an 1552. Peſte ſublatus obijt ętatis ſuę 28. anno Domini 1553.

115 DEMOCRITVS HISTORICVS ſcripſit

de Iudæis Librum, vbi ait Iudæos aureum Aſini caput adóraſſe, & ſeptimo quoque anno peregrinum aliquem minutatim conciſum obtuliſſe.

116 DESIDERIVS RICHARDVS, Gallus Barri-Albanus, Doctor Theol. Pariſienſis, Ord. Min. Conuentus S. Mariæ Angelorum, prouinciæ D. Bonauenturæ Guardianus, abſoluit, & edidit opus, quod Ioannes Nodin incœpit, & inſcripſit

Victoriam Hebræorum contra Ægyptios, Catholicorum triumphum contra hæreticos præſignantem. Excuſ. Lugdu-

Digitized by Google

in Oppido Willeſcuſa Conchenſis territorij ſacri, inter eius Opera, quæ refert Author Biblioth. Hiſpan. ſcripſit

De Religione Chriſtiana contra tranſeuntes, aut redeuntes ad Iudæorum ritus, Libros III.

126 F. DIDACVS DE ZVNGA, Salmaticenſis, Ord. Eremit. edidit

Commentaria in librum Iob, quibus triplex eius editio Vulgata latina, Hebræa, & Græca LXX. Interpretum nec non & Chaldæa explicantur, & inter ſe conciliantur, & præcepta vitæ cum virtute colendæ moralitèr deducuntur Toleti an. 1584. in 4. & Romæ 1591. in 4.

127 F. DIMAS SAENZ Ord. Deiparę Virginis de mercede cum pręeſſet ſodalibus domus del Puche Valentinæ Vrbis circa annum 1544. vt refert Auctor Biblioth. Hiſpan., edidit Librum

Contra Iudæos.

128 DIODORVS TARSENSIS compoſuit libros numero ſexaginta, quos combuſſerunt Arriani, remanſerunt verò ex illis nonnulli, qui recenſentur in Catalogo librorum Chaldæorum Hebedieſu pag. 25. inter eos reperitur

Liber aduersùs Iudæos

129 DIONYSIVS AMOELOTH Presb. Cong. Oratorij mentionem facit in notis in Euangelium S. Matthæi, de Euangelio Hebraico Munſteri, & Ioannis Tilij Epiſcopi Briccenſis, quæ duo exemplaria quamuis ſuſpecta non immeritò ab eruditis habeantur, quaſi Iudæorum opera confecta ſint; ex ijs tamen plerumque non parum lucis, ſeù Græcis fontibus, è qui-

gua non legendis: ſimul & de Sacrificio Miſſa, cæteriſque officijs in Eccleſia Chriſti Hebræa tantùm, Græca, aut Latina lingua celebrandis. Excuſ. Colonię apud Maternum Cholinum an. 1570. in 8. apud Geminum Calenium 1574. ibid. tertiò 1597. in 8.

122 F. DIDACVS DE LEON, Vtrarienſis, Ordinis Carmelitarum, inſignitèr doctus auditur à domeſticis, ac trium linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ peritus. Interfuit Epiſcopus Columbricenſis Concilio Tridentino. Extare nonnulla opera huius Auctoris in Cœnobio Hiſpalenſi refert Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſpan., inter quæ

De Arte Grammatica Hebræa, lib. I.

123 DIDACVS LOPEZ DE MESSA natione Hiſpanus, patria Zafrenſis, Societatis Ieſu, collegit

Errores, & cenſuras in Commentarios R. Abraham Aben Ezra ſuper Pentateuchum, an. 1378. Extant mſc. in Collegio Neophytorum Romæ.

Item *in R. Iacob Baal Turim ſuper Pentateuchum, & in R. Leuì Gerſon ſuper Prouerbia Salomonis*. Extant mſc. ibidem.

124 DIDACVS MARTINEZ natione Hiſpanus, patria Cordubenſis à puero Societatis Ieſu inſtitutum arripuit anno ſalutis 1583. Linguarum Græcæ, & Hebraicæ, Syriacæ, atque Arabicæ inſignitèr peritus, de quo Petrus Ribadeneira in Biblioth. Scriptorum Societatis Ieſu, ſcripſit inter alia prælo parata

Deſcriptionem Idumææ. Tomis II.

125 DIDACVS RAMIREZ DE FVENLEAL, natus anno 1459.

Digitized by Google

nos miſterios, y excelencias diuinas, que ſe hallan en las tres letras conſonantes del Sacroſancto y inefable nombre de IHS: ſeguń ſe eſcriue en el Texto original Hebreo. Excuſ. ibid. apud Laurentium de Robles an. 1598. in fol.

134 DOMINICVS GINNASIVS Romanus, iuxta quod refert Ferdinandus Vghellius Tom. I. Italiæ Sacræ; natum verò eſſe in Caſtro Bononienſi vult Ciaconius Tom. 4. Vit. PPont. & SS. E. CC. ad annum 1592. à Clemente VIII. Pontifice Maximo inter S. R. E. Cardinales connumeratus eſt, an. 1604. edidit

Interpretationes in Pſalmos. Romæ anno 1636. vbi in titulum enarrationis Pſalmi 45. aſſerit ſcripſiſſe

Tractatum contra Iudæos.

135 DOMINICVS MARCHIONVS de Foſſumbruno, Plebanus de Orciano ſcripſit Italica lingua

Simplices, & pias rationes morales de aduentu Meſſiæ, de Virginitate Mariæ poſt partum &c. Eſt veluti Dialogus inter Auctorem, & Catholicum, ad confuſionem Hebræi, & Hæretici, & Fidei Catholicæ confirmationem. Excuſ. vt creditur Foſſumbruni in 4.

136 DOROTHEVS LOVFFIVS, natione Belga, patria Grauienſis Societati Ieſu ſe mancipauit anno ſalutis 1619. Inter eius Opera à Petro Ribadeneira in Biblioth. Soc. Ieſu relata, ſcripſit

Breue artificium legendi Hebraicè. Excuſ. Antuerpiæ typis Maurſianis an. 1640. in paruo ſoliculo.

quibus manare videri poſſunt, ſeù latinæ conuerſioni, cui ſæpiſſimè concordant afferri poſſe, deprehendimus.

130 F. DIONYSIVS IVBERO, Aragonus, Barbaſtrenſis, nobili loco natus, vt refert Auctor Biblioth. Hiſpan. ſodalis Carmelitarum Caſtellæ prouinciæ, cuius præfectura ei iniuncta fuit anno 1604. Græcè, & Hebraicè doctus, Salmantinuſque Artium ac Theologiæ Magiſter, ibique Philoſophus Profeſſor: abſoluiſſe dicitur

Dictionarium Hebraicum; quod fortè, vt alia in ſchedis ſeruata viri doctiſſimi monumenta Tormes fluuius, qui Salmanticam præterfluit vrbem, grandi illa & miſerabili ante aliquot annos inundatione in ima eius ſuburbia effuſus, vnà cum Bibliotheca ipſa, & Cœnobio Carmelitarum perdidit.

131 DIONYSIVS PETAVIVS natione Gallus, patria Aurelianen. ingreſſus in Societatem Ieſu anno 1605. compoſuit

Carmina nonnulla Hebraica ad Philippi Aquinatis eruditiſſimi Hebræi modos. Extant in principio libri eiuſdem Aquinatis de tredecim modis exponendi Pentateuchum.

132 DIONYSIVS VOSSIVS traduxit in linguam latinam

Tractatum de Idololatria R. Moſis Maimonidis, quem cum textu Hebraico charactere quadrato, & notis ſuis typis euulgauit Amſtelodami an. 1641.

133 DOMINICVS GARZIAS Aragonus Hebrææ linguæ Complutenſis profeſſor, edidit

Propugnaculum Chriſtianæ Religionis contra Iudæos. Cæſaraugustæ, anno 1606. in 4. Item, *Teſoro de los ſobera-*

Digitized by Google

pretum difficiles, ac diſcrepantes ſententiæ, conſeruntur, & examinantur. Cui acceſſit breuis, & Harmonica (quantum fieri potuit) Grammaticæ omnium præcedentium linguarum delineatio. Londini imprimebat Thomas Roycroft LL. Orientalium Typographus Regius. Proſtant apud Guilielmum Wells, & Robertum Scatt. anno 1669. Totum opus duobus Tomis in fol. comprehenditur.

138 EDO ROBES ſcripſit

De Iudæa & Iudæorum rebus. Citatur à Fabiano Iuſtiniano in Indice Vniuerſali.

139 EDOARDVS BREREVVODIVS Anglus. Aſtronomiæ in Collegio Greſhamenſi Londini olim Profeſſor, ſcripſit

Scrutinium linguarum, in quo cap. 5. pag. 107. agit de Iudæorum per Orbem diſperſorum lingua, eorum expulſione à Regnis nonnullis, & his ſimilibus. Excuſ. Francofurti ſumptibus Thomæ Mathiæ Gotzij an. 1659. in 8.

140 EDVARDVS LEIGH anglicè ſcripſit

Criticam Sacram. Diuiditur in duas partes, quarum prima continet obſeruationes Philologicas, & Theologicas in omnes radices veteris Teſtamenti. Secunda continet Theologicas, & Philologicas obſeruationes in omnes græcas voces noui Teſtamenti. Excuſ. Londini an. 1650. quam Henricus à Midoch in latinum ſermonem conuertit, & denuò excuſ. Amſtelodami anno 1678. in fol.

141 EDVARDVS POCOCKIVS, de quo in Biblioth. Mag. Rabb. Par. 4. pag. 105. col. 1, ex Arabi-

E

137 EDMVNDVS CASTELLVS S. T. D. Regiæ M. à Sacris, & linguæ Arabicæ apud Cantabricenſes Profeſſor, edidit

Lexicon Heptaglotton Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Samaritanum, Æthiopicum, Arabicum coniunctim, & Perſicum ſeparatim. Opus non tantum ad Biblia Polyglotta Londinenſia, Biblia Regia Pariſienſia, Biblia Regia Antuerpiana, Bibliaque Cardinalis Ximenij Complutenſia; ſed ad omnes omninò tam mſc., quam impreſſos Libros, in vniuerſis hiſce linguis extantes, apprime vtile, & perneceſſarium. In quo vocum ſignificationes, omnium præſertim in SS. Biblijs Hebræis ſemel tantùm occurentium, multò alitèr quàm apud modernos, ſiuè Hebræos, ſiuè Chriſtianos, ex tribus Chaldæis Targumim, vtroque Babylonico, & Hieroſolymitano Talmude, vetuſtiſſimorum Rabbinorum Commentatoribus, Theologis, & Philoſophis, varijs S. Scripturæ Lectionibus Hebr. Chald. &c. tribus exemplaribus V. & N. T. Syris, tribus magna ex parte vtriuſque Æthiopicis, tribus Arabicis, duobus Perſicis, tribus Pentateuchis Samaritanis: Lexicis item in omnibus hiſce linguis vix numerandis, Alcorano Auicenna Geographo Nebienſi &c. vt ex Græca LXX. Interpretum verſione, amplè, & dilucidè eruuntur, proponuntur, & explicantur. Adiectis hinc inde vocabulis Armenis, Turcicis, Indis, Iaponicis &c. ad illuſtrationem harum linguarum inſeruientibus. Variorum inſuper Inter-

Digitized by Google

leſcentiæ flore vix 15. annos natus ; de quo plura refert Ribadeneira in Bibliotheca Soc. Inter cætera eius Opera ſcripſit

Notationes in totam Sacram Scripturam, quibus tum difficiles loci, tùm variæ ex Hebræo, Chaldæo, & Græco lectiones mirà breuitate, & vix niſi longo vſu ſacræ paginæ ſubactis lectoribus percipienda explicantur. Excuſ. Antuerpiæ typis Plantinianis Moreti anno 1598. in 4.

146 E.P.R.H. ſcripſit

Documenta breuia, quibus quiſque numeroſè, & promptè Hebraicè, vel vnius menſis ſpatio, legere addiſcat, ad Sacræ Scripturæ intelligentiam ex Hebræo fonte eximiè conductura, etiam illis qui Hebraicam Grammaticam non didicerunt. Modus nouus, & nunc primum excogitatus, neque à Grammaticis, aut alijs, (vt ipſe ait) hucuſque traditus, tribus tamen paginis comprehenſus. Excuſ. Venetijs an. 1639. apud Ioannem Colleonem in 4.

147 EPHREM MAGNVS, qui Propheta Syrorum cognominatus eſt, edidit

Diſputationes cum Iudæis; eius mentio fit in Catalogo librorum Chaldæorum Hebedieſu pag. 45. ex verſione Abrahami Ecchelenſis.

148 ERHARDVS SCHIEGGIVS Stekboræus Heluet. ſcripſit

Carmen Hebraicum in commendationem libri D. G. Stukij de antiquitatibus conuiualibus. Impreſ. Tiguri apud Froſchonerum an. 1582.

Euangelia D. Ioannis, & D. Lucæ in Hebraicam linguam tranſtulit

Homiliam item *nonageſimam tertiam*

D. *Rod.*

rabica in Latinam linguam vertit

שמונה פרקים *Octo Capitula* Bar Maiemonis de Anima, & operationibus eius & de homine, illiuſque natura.

142 EDZARDVS HAMBVRGENSIS ſcripſit

Conſenſum Antiquitatis Iudaicæ nobiſcum. Excuſ. Hamburgi in fol.

143 ELIAS HVTTERVS Germanus, Auctor damnatus in Romano Indice librorum prohibitorum, ſcripſit

Pſalterium harmonicum, Hebraicè, Græcè, Latinè, & Germanicè. Excuſ. Norimbergæ an. 1592. in 4.

Dictionarium harmonicum, Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, Latinè, Germanicè, & Saxonicè. Excuſ. ibid. anno 1598. in 4.

Biblia Sacra, Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, Latinè, Germanicè, & Saxonicè. Excuſ. ibid. an. 1599. in fol. Item iiſdem linguis, dempta Saxonica, & eius loco poſita Sclauonica.

Lectiones Euangeliorum, & Epiſtolarum anniuerſarias, Hebraicè cum radice, literis ſeruilibus, & latina verſione, Græcè, Latinè, & Germanicè harmonicè & Symmetricè. Excus. ibid. an. 1601. Eſt tranſlatio inepta, & contra Grammaticales regulas Hebraicas paſſim errat & inſulſè loquitur.

Nouum Teſtamentum harmonicum, Hebraicè, Græcè, Latinè, & Germanicè. Excuſ. ibid. an. 1602. in 4.

144 ELIAS SCHADÆVS ſcripſit

Grammaticam Hebræam

145 EMMANVEL SA, Luſitanus, Interamnenſis ex oppido *Villa de Condè*, Societati Ieſu Conimbricæ ſe addixit anno ſalutis 1545. in ipſo ado-

Digitized by Google

ſuis operibus ſæpiſſimè acerbi, & irreconciliabilis Iudęorum erga Chriſtianos odij aliorumque eorundem nefandorum facinorum meminit. Poſſeuinus tom. 1. Apparat. ſac. obſeruat, quod in verſione Donati Veronenſis, qui è Græco in latinum vertit opus Euſebij de Demonſtratione Euangelica, deeſt initium capitis primi huius operis. Quare è Gręco ait ſupplenda eſſe, quæ ſequuntur:

Incredulitatis Iudaicæ gentis in Chriſtum prædictio, ſignumque quod ipſis à Domino dabatur. Erat autem huiuſmodi: Virgo Deum gignens, ob cuius ortum omnimoda Iudaicæ nationis euerſio prædicebatur; & quo pacto alienigenæ, & hoſtes terram eorum occupaturi erant, & quomodo ea quæ prius deſerta erat, Diuinum cultum conſecuta vberes fructus allatura erat; ſic videlicet indicata Eccleſia, quemadmodum Diuinus Euangeliſta &c. Inter alia præclariſſima opera, eſt etiam

Onomoſticon Vrbium, & locorum Sacræ Scripturæ, ſeù liber de locis Hebraicis, Græcè primùm, deindè à Sancto Hieronymo Latinè ſcriptus, in commodiorem ordinem redactus, & varijs additionibus auctus, opera R. P. Iacobi Bonfrerij Soc. Ieſu Pariſijs prodijt Græcè, & Latinè an. 1631. poſt Commentaria in Ioſue, Iudices, & Ruth. *Labbe de Script. Eccleſiaſt.* diſcit ex præfatione ipſius Euſebij ad Paulinum, antea ipſum ſcripſiſſe. I. Qua ratione in linguam Græcam vertenda ſunt variarum orbis nationum nomina, quæ Hebraicè continentur in Sacra Scriptura, ſiuè, vt vertit S. Hieronymus quomodo diuerſarum vocabula nationum apud Hebræos olim dicta ſint, & nunc dicantur. II. Topographiam terræ Iudææ, & diſtin-

D. Rod. Gualtheri in priorem ad Corinthios Hebraicam reddidit, quam etiam publicè recitauit anno Domini 1583.

Burrhardi Lemani breuem methodicamque Chriſtianæ Religionis inſtitutionem germanicam, Hebraicam fecit.

149 ERHARDVS WINHEIM Albimænius, ſacri Cartuſienſis Ordinis, collega Herbipolenſis, dum hoſpitaretur Colonię pręlo adornabat Germanico idiomate

Tria colloquia inter Chriſtianum, & Iudæum, Sacerdotem, & Laicum. De eo Reuerendiſſimus P. Carolus Ioſeph Morotius B. M. Conſolat. Taurinen. Abbas in Theatro Chronologico ſacri Cartuſienſis Ordinis.

150 ERNESTVS HESSENIVS ſcripſit

Flagellum Iudæorum. Non deſunt alij libri huiuſmodi inſcriptione.

151 EVAGRIVS, alius ab Euagrio Scholaſtico Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Authore, edidit

Altercationem Simonis Iudæi, & Theophili Chriſtiani, quæ penè omnibus, vt ait Poſſeuinus tom. 1. Apparat. ſac., nota eſt.

152 S. EVCHERIVS ex Lerinenſi Monacho ad Archiepiſcopatum Lugdunenſem aſſumptus anno circiter 434. vixit vſque ad diem 22. Iunij anni 454. quo Valentiniano, & Martiano Imperatoribus ad ſuperos abijt. Scripſit inter cætera

Hebraicorum nominum interpretationem. Ext. in Biblioth. Vet. PP. edit. Lugd. 1677. Tom. 6.

153 EVSEBIVS Cęſarienſis Epiſcopus, Pamphilus cognominatus, eo quod cum ipſo familiariter vixerit, in

Digitized by Google

theca Mag. Rabb. Par. IV. pag. 202.

160 FIGVEROLA VALENTINVS referente Poſſeuino tom. 1. Apparatus ſacri, ſcripſit

Librum contra Iudæos.

161 FLAVIVS IOSIPPVS quiſquis ille fuerit ſub hoc nomine ſcripſit

Compendium Hiſtoriarum Ioſephi. Excuſ. Wormat. an. 1529. in 8. Baſil. 1559. in 8. & Cracouiæ 1589. in 8.

162 FRANCISCVS ALCOBACENSIS Abbatiæ in Luſitania ſac. Ord. Ciſterc. Monachus, de quo ex Henriquez hæc ſcribit Carolus de Viſch in Biblioth. Ciſterc. Vir conſilio fuit prudens, ſermone diſertus, & opere circumſpectus; qui vniuerſis mundi opibus ſtudia prætulit, præſertim ſacrarum literarum; quas etiam primo in Ordine priuatim, ac poſteà etiam publicè in Conimbricenſi Academia profeſſus eſt. Edidit

Inſigne volumen contra Iudaicam perfidiam, maximè contra huius temporis Iudæos, qui magno numero in Luſitania adhuc degunt. Floruit circa annum 1597.

163 FRANCISCVS BOVTONVS natione Gallus, gente Sequanus in Societem Ieſu cooptatus anno ſalutis 1597. inter eius opera, quæ refert Ribadeneira, ſcripſit

Lexicon Hebraicum abſolutiſſimum, quo quam legitimè interpres Hebræum Textum Bibliorum expreſſerit, quamque Rabbini, & Hebraizantes aberrarint, accuratè demonſtrat.

164 FRANCISCVS CARBONVS Venetus ſcripſit

Flagellum Hebræorum, ſuper Iudaicam perfidiam, Prophetarum iaculis tabeſa-

ſtinctas Tribuum ſeries III. Ipſius Hieroſolymitanæ Vrbis Templique in eam cum breuiſſima ſingulorum locorum expoſitione picturam.

154 EVSEBIVS Hemſenis (referente Hebedieſu in Catalogo librorum Chaldæorum) compoſuit

Librum aduersus Iudæos, quæſtiones Legis veteris, & orationem de D. Stephano.

155 EVTHYMIVS ZIGABENVS, Monachus Græcus inter alia opera refertur ſcripſiſſe librum cuius titulus

Orthodoxæ fidei Panoplia Dogmatica aduersus omnes hæreſes, in duas Partes diuiſa; vbi Par. I. accerrimè contra Hebræos calamum ſtringit.

F

156 FABIVS LICINVS, ſcripſit

De Iudæa, & Iudæorum rebus.

157 FABRITIVS CAPITO Vuolphangus, Author damnatus, edidit

Inſtitutiones linguæ Hebrææ. Baſileæ an. 1518.

158 FAVSTINVS TASSVS, alias Iaſon Venetus Ord. Min. obſer. cuius meminit Wadingus de Scriptor. Ord. Min. ſcripſit inter alia

Tractatum de Aduentu Meſſiæ. Excuſ. Venetijs an. 1585. in 4.

159 FELIX, natione Etruſcus, patria Pratenſis, linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ Profeſſor

Pſalterium ex Hebraica veritate latinè tranſtulit. Excuſ. Venetijs anno 1515. in 4. Huius fit mentio in Biblio-

Digitized by Google

De primo ; & ſecundo aduentu Chriſti; De eius exaltatione ; De cæcitate Hebræorum ; De eorum eiectione ob ſpretum nouæ Legis,& congregatione Chriſtifidelium ; De benedictione Dei in Chriſtianos,& maledictione in Hebręos De prædicatione nouæ Legis ; De electione , & fructu Apoſtolorum Chriſti; De eius Sacerdotio , & Legis innouatione ; De ſacrificijs Hebræorum , quæ Deus repulit ; De ſacrificio azimorum; De ſacrificio aquæ , De ſacrificio panis, & vini ex ore Prophetarum prædicato ; De Catholica Eccleſia ; De Synagoga, & eius indignitate ; De ignorantia Hebræorum in Lege ; De muſicali laudis ſacrificio in Eccleſia diuinitus præordinato. Poſt hæc oſtendit , quod Iudæi facti ſunt Deo apoſtatæ , ideò inexcuſabilis culpa , ineuitabilis pœna ; agit etiam de Alcorani , & Euangelij vi ad arguendum Hebræos. Totus liber eſt in modum Dialogi inter Iudæum , & Chriſtianum . In fine extat oratio Auctoris ad Hebræos . Excuſ. Venetijs anno 1672. typis Stephani Curti in 12. ſcripſit etiam Italicè librum , cuius Titulus

Le Piaghe dell' Ebraiſmo nouamente ſcoperte , col lume delle piu pretioſe dottrine d' antichi Scrittori Cattolici , Ebrei , e Gentili. Excuſ. Venetijs an. 1674. in 8. Hoc Opus prohibetur in Romano Indice.

165 F. FRANCISCVS DONATVS Romanus Ord. Præd. Theologus , ac Orientalium linguarum Profeſſor, cuius præclara merita , & geſta commendat Vincentius Maria Fontana de Romana Prouincia Ord. Præd. his verbis: Vix Sacerdos effectus , & vigeſimum ſextum annum ingreſſus, ſalutis

beſfactam . Tribus libris per capita diſpoſitum ad ſingulorum vtilitatem in Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti Meſſię probationem. In primo libro agit de comeſtionibus , & quomodo intelligatur hoc præceptum: de ignorantia Hebræorum in Noui Teſtamenti Lege , & eorum ignominia , ac damnatione ; De captiuitate hodierna Iudæorum ; De reædificatione Ieruſalem ; De Baptiſmo ; De prædicatione , & Idolis ; De aduentu Meſſiæ , qui fuit Chriſtus ; De varijs obiectis circa Meſſiam ; De his , quæ futura erant in Meſſia ; De vera expoſitione Pſalmi *Miſerere mei Deus;* De miraculis Dei in conuerſione Iudæi ; De Imaginibus Sanctorum , & Trinitatis. In libro ſecundo ſummariè exponuntur præcipua exempla ad confirmationem veræ Fidei , quæ perfidiam Hebræorum omninò conuincunt , & delent . In libro tertio inſurgit Rabbi quidam Iudæus ſapientiſſimus , qui lorica virtutis indutus , & lumine Spiritus Sancti incenſus ſuam deteſtatur vanam doctrinam , & à Synagogæ Doctoribus petit reſolutionem infraſcriptorum capitum , hæſitans de Fide , imò eiuſdem fallaciam exprobando , Chriſti nouus Miles , quæ de Chriſto probantur tuetur , & docet . Infraſcripta capita , ſunt ſequentia : De cauſa captiuitatis huius Iudæorum ; De circumciſione , & cęremonijs ; De nullitate Legis Hebraicæ , & æterna deſolatione ; De vana ſpe libertatis , & ſalutis ; De ſecuritate captiuitatis æternæ , cui nemo Prophetarum prædixit terminum ; De quarto peccato Filiorum Iraël ; De manifeſta Iudæorum damnatione ; De ira Dei æterna propter Chriſti occiſſionem ;

Digitized by Google

ſacrarum precum verſiones ſtudioſis perutiles, delectabileſque complectitur. Excuſ. Romæ apud Stephanum Paulinum an. 1618. in 4.

Ex Hebraica lingua in Latinam tranſtulit

כתר מלכות *Chèter Malchùt*, ideſt, *Diadema Regni*. Eſt libellus à R. Salomone filij Gabirolis compoſitus. Extat in fine eiuſdem libri ſupra recenſiti.

Carmina Hebraica in laudem Marij Calaſij, & Operis Concordantiarum ipſius, compoſuit, præfixa ſunt in primo Tomo Concordantiarum excuſ. Romæ apud Stephanum Paulinum an. 1621. in fol. Item

Carmina Hebraica in laudem D. Caroli de Fabris Authoris libri inſcripti, *Scudo di Chriſto, ouero di Dauide &c.* Extant in principio eiuſdem libri excuſi Brachiani per Andream Feum anno 1621. in 4.

166 FRANCISCVS FEVARDENTIVS Gallus Ord. Min. Pariſienſis Theologus, & Doctor, ſcripſit

In Ionam Prophetam Commentarios ex veterum Patrum, Hebræorum, Græcorum, & Latinorum ſcriptis collectos, & chriſtianis myſterijs, ac concionibus aptatos. Excuſ. Coloniæ apud Henricum Falckenburgium, an. 1595. in fol. Hoc opus vnà cum alijs refert Poſſeuinus, relinquit Wadingus.

167 F. FRANCISCVS FOREIRIVS, vulgari idiotiſmo *Foreiro* Luſitanus, patria Vlyſiponenſis Ord. Præd. ſummæ eloquentiæ, & eruditionis Vir; triumque linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ peritiſſimus, quem Luſitaniæ Rex, cuius erat concionator, ad Concilium Tridentinum miſit: de quo plura

animarum ſitientiſſimus, petijt, & obtinuit ſe à Sac. Congregatione de Propaganda Fide Apoſtolicum Miſſionarium ad infidelium partes quaſcumque deſtinari. Ad Orientales Indos propterea profectus, apud Goam manſit; deinde ad Coccinum iuit; poſtmodum ad Serram de Malauari, vbi male tractatus, ex eadem regione exire coactus eſt & aſſumpto nauigio Malaccam verſus, ſuis orationibus ſingulari præſidio fuit Luſitanis, in bello contra Regem de Acem pugnantibus. Inde digreſſus, perrexit ad Solor, & apud Sicam manſit. Iterum aſſumpto itinere, in Chinam tranſiuit, & apud Maccaſſor pedem fixit. In quibus locis, & Chriſtianitates (vt vocant) fundauit, & infideles multos ſacro Lauacro regeneratos, filios Eccleſiæ dedit. Cum verò ad Ceilam perueniſſet, inde Goam reuerſurus nauigium iterum conſcendiſſet, à Mauris propè Barcellor captus, adduci non potuit, vt abnegata catholica fide Mahometicæ ſectæ adhæreret: quare nauigij dux hanc illi optionem præbuit, vt vel catholicam fidem deteſtaretur, aut gladio periret; at Franciſcus alta voce Ieſum Chriſtum verum Deum, Mundiq; Redemptorem profeſſus, truncato capite in Cœlum euolauit anno 1635. corpore in mare proiecto. Eius vitam, geſta, ac mortem pretioſam euulgauit anno 1669. Ioſeph de Sancta Maria Biſſinianenſis Epiſcopus. Scripſit

תפוחי זהב *Tepuchè Zaàu*, hoc eſt, *Poma aurea* Hebraicæ linguæ in tria Opuſcula diſtributa. Primum eſt *de Accentibus*. Secundum, *de Abbreuiaturis*. Tertium, *Doctrinam Chriſtianam* Hebraico ſermone conſcriptam; variaſque

Monoteſſaron ſine vlla poſpoſitione vocum vel rerum. Deindè vnico contextu ex omnibus quatuor conficiendo vnam narrationem nunquam interruptam, additis notis Euangeliſtarum, Latinè, Græcè, Hebraicè.

171 FRANCISCVS GRISENDVS Romanus Vir multiplici literarum cognitione illuſtris, pręcipuè in Hebraicis, nunc ſeleſtiſſimæ Bibliothecæ Em. Card. Caſanatæ Præfectus, ſcripſit

Epiſtolam de Anticipatione liberationis populi ex Ægypto.

Epiſtolam alteram de Angelis. Excuſit Iulius Bartoloccius in ſua Bibliotheca Mag. Rabb. Par. I. pag. 172. & 206. Fit etiam mentio Par. III. pag 756. De eo Mandoſius in Bibliotheca Rom. In Operibus Ioſephi Ciantes de Trinitate, & de Incarnatione, inueniuntur

Rythmica Hebraica latinè à Griſendo tranſlata.

172 FRANCISCVS AB HVSEN. Ex Hebræo in Latinum tranſtulit

R. Iſaaci Abrabanelis Commentarium in Hoſeam, cui pręmiſſum eſt Procemium in duodecim Prophetas Minores, vnà cum ſuis notis. Id egit vt longiuſculum Abarbanelis in duodecim Prophetas Minores Procemium, vt & integrum in Hoſeam Commentarium, Latio donaret, non verba ſed ſenſum expreſſurus, quo liceret latinis auribus aliquid indulgere. Verſioni ſubiunxit Notas in quibus non omnium quidem, ne Opuſculum nimis excreſceret, ſed præcipuarum, atque obuiarum ſententiarum, quibus Abrabanel delectatus eſt, examen vel explicationem inſtituit; non tam rationibus, quam proprio in primis vel gentis

plura apud Ambroſium de Altamura in Bibliotheca Ord. Præd. ad annum 1576. & in Biblioth. Hiſp. apud Nicolaum. Inter eius præclara Opera, extat

Vetus, & noua ex Hebraico verſio Iſaiæ Prophetæ cum Commentarijs, ſiuè in Iſaiam ad Hebraicam veritatem Commentaria. Excuſ Venetijs an. 1563. in fol. & Antuerpiæ apud Nutium anno 1565. Traduxit præterea ex Hebræo in Latinum

Libros Iobi, Dauidis, Salomonis, & Prophetarum omnium.

168 FRANCISCVS GARSIA DE VALLE natione Hiſpanus, patria Calaguritanus, in Societatem Ieſu adſcriptus anno ſalutis 1590. Moliebatur, ſed non impreſſit typis

De Natiuitate Moyſis, & Lege ſcripta aduerſùs Iudæos.

Itinerarium Filiorum Iſrael. Ribadeneira.

169 FRANCISCVS GOMARVS Germanus, Lutheranus, in Academia Groeningæ, & Omlandiæ Hebrææ linguæ Profeſſor, ſcripſit

Librum de Arte poetica V. T. cui Titulum præfixit: *Dauidis Lyra*, ſeù noua Hebræa ſac. Scripturæ ars poetica, canonibus ſuis deſcripta, & exemplis ſacris demonſtrata, cum ſelectorum Dauidis, Salomonis, Ieremiæ, Moſis, & Iobi poematum analyſi poetica. Excuſ. Lugd. Batau. ex officina Ioannis Maire an. 1637. in 4.

170 FRANCISCVS DE LA GRANGE Sacerdos ex Britannia Gallica, ſcripſit

Vitam Sancti Sanctorum contextam: primo per quatuor columnas ex verbis ſingulorum quatuor Euangeliſtarum, ideſt

Digitized by Google

tam, quæ ſimul methodum ſuppeditat, iuxta quam qui ſurdi nati ſunt, ſic informari poſſunt, vt non alios ſaltem loquentes intelligant, ſed & ipſi ad ſermonis vſum perueniant. Excuſ. Sulzbaci typis Abrahami Lichtenthaleri an. 1667. in 12.

175 FRANCISCVS MACERATENSIS, Picenus Ord. Min. adiecit

Argumenta ſingulorum capitum ſeptem libris Ioſephi de Bello Iudaico, quæ pro epitome ſunt in fronte Latini Ioſephi Venetijs olim excuſ. Wadingus de Scriptoribus Ord. Min.

176 FRANCISCVS MACHADVS Luſitanus ſacri Ciſtercienſis Ordinis, Theologiæ Doctor Pariſienſis, à Tomarenſibus Ordinis noſtri Monachis, Abbas electus, de quo plura apud Chryſoſtomum Henriquez, & Carolum Viſchium, Ciſtercienſium Scriptorum celebratores, ſcripſit inter alia

Duo egregia Volumina contra Iudæos quæ mſc. extant Alcobaciæ.

177 F. FRANCISCVS MARIA ex Ord. Capucinorum ſcripſit

Vitam R. Salomonis Meir Ben Moſis Nauarra prelo ſubdi paratam, de qua in Biblioth. Mag. Rabb. Par. IV. pag. 526. & ſeqq.

178 FRANCISCVS MARIA MAGGIVS Clericus Regularis, Panormitanus edidit

Syntagmata linguarum Orientalium, quæ in Georgiæ Regionibus audiuntur; diuiditur in duos libros. Primus complectitur Georgianæ, ſeù Ibericæ linguæ Grammatices Rudimenta in quatuor partes digeſta; in cuius fine extat *Cathecheſis Chriſtiana*; ſiuè aliquot Fidei

tis ſuæ gladio Abrabanelem, vbi opus confodere annilus eſt. Excuſ. Lugd. Batau. an. 1686, in 4. *Ex actibus Eruditorum editis Lipſiæ*.

173 FRANCISCVS IVNIVS Biturix, Gallus Caluiniſta, apud ſuos celeberrimus, apud Noſtros deteſtabilis. Prodijt in lucem anno 1545. Annos natus 12. lectionibus publicis operam dedit, & Iuris ſtudium arripuit ſub preceptoribus Franciſco Duareno, Hugone Donello, Antonio Concio, & Ludouico Ruſſardo, ſed eo poſtea neglecto ad Theologiam ſe applicuit, Geneuę, Antuerpię, Limburgi, Hęreticis Gallicis aliquandiu præfuit, ſicut & in Flandria fecit, Gandaui, Burgis, & alibi, Heidelbergam deindè profectus ibidem aliquantiſper hæſit. Tandem dum per Lugdunum Batauorum tranſiret, retentus per decenniu n ibidem hæreſim docuit magno ſuæ, & aliorum animarum detrimento. Peſte abſumptus, animam ad Orcum tranſmiſit an. 1602. Scripſit

Orationem de lingua Hebræa.

Grammaticam Hebrææ linguæ.

Lexicon Hebraicum, & alia Opuſcula damnata. Pariter vna cum Immanuele Tremellio

Teſtamenti Veteris libros Latinos ex Hebræis fecit, eoſque ſcholijs illuſtrauit. Ambo hi Authores, neſcio quo caſu fortuito enumerati fuere inter Rabbinos in Bibliotheca Mag. Rabb. Par. IV. pag. 272. cum Hæretici vtique, ſed non Hebræi extiterint.

174 F. M. B. ab Helmont publici iuris fecit

Alphabeti verè naturalis Hebraici breuiſſimam delineationem, à ſe compoſi-

Digitized by Google

gam miſſus, animo ipſius ad mercaturam minus aut apto, aut inclinato, apud eos ipſos ad quos miſſus erat, commoditatem nactus eſt ſtudia pauxillum intermiſſa per biennium plus minus continuandi. Deindè Lutetiam proficiſcens, vbi florente tum Academia, magnos in linguis Græca, & Hebræa fecit profectus. Superuenientibus ibidem bellorum ciuilium tumultibus, in Angliam ſe contulit, & Cantabrigiæ aliquantiſper Græcam linguam profeſſus eſt, donec Antuerpiam commigrauit, ibique Biblia illa, quæ Regia vocant, edere Plantinum contigit, in quorum Typographica correctione multos ſuſtinuit labores.

Grammaticam Hebræam ex optimis quibuſque Grammaticis cum iudicio, & cura collectam, addidit.

Epitomen Theſauri linguæ Hebrææ Santis Pagnini infinitis vocibus auxit, & innumeris locis emendauit, vt ex teſtimonio Benedicti Ariæ Montani inter prolegomena præmiſſo, patet. Scripſit præterea

Dictionarium Chaldaicum. quod poſterioribus editionibus *Epitomes Pagnianæ* ſubiunxit. Item alia quædam, ſed omnia in priuatos vſus ſuos, vt

Obſeruationes linguæ Hebrææ, & alia ad linguam Perſicam, & Arabicam ſpectantia, quæ hic prætermittimus, ne extra chorum choream ducamus. Nonnulla etiam ex Hebręo in Latinum tranſtulit, ex quibus pauciſſima typis commiſſa ſunt. Tandem obijt an. Chriſti 1597. ætatis ſuæ 58.

183 FRANCISCVS RIBERA Hiſpanus, ex oppido Caſtellæ Villacaſtin, Theologus Societatis Ieſu, Gręcæ,

Fidei rudimenta. Secundus Arabum, & Turcarum ortographiam, ac Turcicæ linguæ Inſtitutiones complectitur; vbi etiam agit de characteribus Hebręorum, quibus Turcica, atque Arabica deſcribuntur; & de Syriacæ ſiuè Chaldaicæ linguæ elementis, quæ ad ſcribendos Turcarum, atque Arabum Codices adhibentur. Excuſ. Romæ ex Typographia Sac. Congregationis de Propaganda Fide an. 1670. in fol.

179 FRANCISCVS MONCÆIVS, Atrebas ſcripſit

De Portis Ciuitatis Iudææ, & de Fori Iudiciorumque in ijs exercendorum priſco ritu. Excuſ. Pariſijs an. 1587. in 4.

180 FRANCISCVS QVARESMIVS, Guardianus Montis Sion in Hieruſalem, edidit

Elucidationem Terræ Sanctæ Hiſtoricam, Theologicam, & Moralem. Antuerpiæ an. 1639. in fol.

181 D. FRANCISCVS DE QVEVEDO WILLEGAS eques S. Iacobi, cuius Opera refert Nicolaus in Biblioth. Hiſp., vbi dicit, quod Thomas Tamaio de Vargas in defenſione *Ioannis Marianæ* pag. 38. ſcriptas habere ait Queuedum perſuaſione eius prope diem edendas

In omne genus Scriptorum, Hebræorum, Græcorum, Latinorum obſeruationes.

182 FRANCISCVS RAPHELENGIVS Lanoij ditionis Inſulanę oppido, natus 27. Febr. anno Chriſti 1539. prima literarum fundamenta cum Gandaui ieciſſet, patrem amiſit, proinde matris iuſſu ad mercaturam ſe conuertere coactus, à mercatoribus apud quos collocatus erat, Norimber-

Script· ſac. Ord. Ciſterc.

187 FRANCISCVS STANCARVS, Mantuanus, Author damnatus edidit

1 *De modo legendi Hebraicè inſtitutionem breuiſſimam.* Venetijs an. 1530.

2 *Grammaticam Hebræam* Baſileæ anno 1546.

188 FRANCISCVS TISSARDVS ſcripſit

De Hebraicis ſtudijs.

De Hebræorum ritibus.

Grammaticam Hebraicam.

189 FRANCISCVS TITELMANVS, natus Haſſalti (quod agri Leodienſis oppidum eſt) Louanij, vt refert Wadingus, ita diligentèr bonis literis operam nauauit, vt ſexto decimo ætatis anno omnium ingenuarum artium diſciplinam, nec non Hebraicæ, Chaldaicę, & Græcę notitiam perfectè videretur aſſecutus. Suſcepto Minorum apud Louanienſes inſtituto, in id totus incubuit, vt quam ſibi propoſuerat vitę normam, perfectè obſeruaret. Scripſit

In Cantica Canticorum, cum adnotationibus ex Hebræo, Chaldæo, & Græco textu. Excuſ. Lugduni a. 1547. apud Rouillium. Pariſ. 1550. & Antuerpiæ apud Ioannem Stelium eodem anno.

190 FRANCISCVS DE TORRES, ſiuè Torrenſis, vel Turrianus, Societatis Ieſu, plura ſcripſit ante, & poſt Religionis ingreſſum, inter quæ

De exponenda Lege per omne Sabbatum Iudæis. Citatur à Poſſeuino lib. 9. Biblioth. cap. 3. Sequentia etiam ad Hebræos ſpectantia, ex Græco in Latinum vertit

Theodori Abucaræ Epiſcopi Cariæ opuſcula contra Hæreticos, Iudæos, & Saracenicæ, & Hebraicę linguę peritiſſimus; inter plura opera, quę referunt Ribadeneira, & Poſſeuinus, edidit

Libros V. de Templo, & de ijs quæ ad Templum pertinent Fabrica, Arca, Altari, Sacrificijs, Veſtibus, Sacerdotibus, Feſtis, & alijs. Excuſ. Lugduni apud Iuntas an. 1592. Antuerpię apud Bellerum an 1593. & rurſum apud Martinum Nutiũ an. 1603. in 8. Item

De diebus feſtis Hebræorum. Extat mſc. in Biblioth. Vatic.

184 F. FRANCISCVS DE ROBLES Hiſpanus Ord. Min. ſcripſit

Rationem accentuum omnium ferè dictionum difficilium tàm Linguæ Latinæ, quàm Hebraicæ nonnullarumque Græcarum; ſed præcipuè earum, quæ per ſacras literas ſparguntur, cum quibuſdam Orthographiæ regulis, & additionibus Ioannis de Robles. Excuſ. Toleti anno 1572. in 8.

185 FRANCISCVS RVEVS, Doctor Medicus Inſulanus, quę Ciuitas eſt in Belgio, ſcripſit

De Hebraicis Gemmarum nominibus, deque earum admiratione, vſu, abuſu, & viribus. Excuſ. Lugduni apud Franciſcum Fabrum anno 1588. vnà cum Franciſci Valeſij Philoſophia ſacra.

186 FRANCISCVS SECVRIS, Luſitanus, ſac. Ord. Ciſterc. Monachus in Alcobacienſi magna huius Ordinis domo, ac Pariſienſis Doctor Theologus, nuncupauit Sereniſſimo Henrico S. R. E. Cardinali Portugalliæ Infanti,

Veritatis repertorium in Hebræos Conimbricæ 1567. in 4. *Nicolaus* in Bibliotheca Hiſp. Huius nulla fit mentio apud *Carolum de Viſch* in Bibliotheca

Digitized by Google

tablus, vt protinus Robertum Stephanum typographum iam apoſtaſiam ſuam meditantem, & accelerantem, ad ſe accerſitum grauiſſimè obiurgaret, & falſi crimine, quod non niſi fuga diluere potuerit, poſtularet. Poſſeu. in Appar. Sac. refert ex Genebrardo, Theodorum Bezam in Iconibus, Leoni Iudæ Heluetio eam attribuiſſe, cum eius cauſa Robertus Stephanus Geneuam ſontium receptatricem profugiſſet, ſumptis ſecum Regijs characteribus, adulterinos alios partus viris bonis, & doctis ſuppoſiturus, vel genuinos ritu loci corrupturus: quare Lutetiæ in ſtramineo ſimulachro cõbuſtus eſt, quod viuus capi non potuerit. Eius ſcripta non parùm ab Hæreticis fuiſſe maculis conſperſa, teſtatur Cornelius à Lapide Prolegomenis in Epiſtolas D. Pauli, *Vatablus*, inquit *Catholicus fuit, ſed eius Scripta ab Hæreticis excuſa, & deprauata ſunt: Alioquin vir ipſe fuit egregiè doctus tàm in Hebrais, quàm in Græcis. Acutè Literam breuiterque proſequitur, ſed ſæpè à noſtro Interprete diuerſus eſt.*

192 FRANCISCVS VOERSIVS à Cheraſco, ſeù Claraſco Ord. Carmelit. vir & doctrina illuſtris, & prudentia inſignis, pietate tamen eximius, Papiæ ſtudiorum Regens, Angliæ Prouincialis, & in Romana Vrbe ſui Ordinis Procurator General. Inter eius opera relata ab Andrea Roſſotto meæ Congregationis Monacho in Syllabo Scriptorum Pedemontij, ſcripſit Italico idiomate

Simbolo della venuta del Meſſia Gieſu Chriſto Figliolo di Maria Vergine, Saluator del Mondo, nel quale ſi proua con autorita de Profeti, con detti delle Sibille, è

 Scrit-

racenos. Extant tum ſeorſim à Iacobo Gretſero edita; tum etiam Tomo 9. Par. II. Bibliothecæ Magnæ Patrum.

Baſilij Seleuciæ Epiſcopi Demonſtrationem aduersùs Iudæos de Chriſti aduentu. Extat Tomo 3. eiuſdem Bibliothecę

Anaſtaſij Abbatis contra Iudæos Opus.

191 FRANCISCVS VATABLVS Ambianenſis Hebraicæ linguæ peritiſſimus, Profeſſor eiuſdem linguæ inſtitutus in Academia Pariſienſi anno 1536. à Franciſco I. Gallorum Rege, vbi pro Republica literaria Hebraica plurimum laborauit, vt videre eſt *in Annotationibus in V. T.*, quæ ſub eius nomine circumferuntur. Excuſ. Pariſijs apud Robertum Stephanum, qui in Biblijs à ſe an. 1540. excuſis, ſic Lectorem alloquitur: *Dedimus operam haud mediocrem, vt Franciſcus Vatablus Hebræarum Literarum Profeſſor Regius doctiſſimus, & in Architectonica non vulgaritèr exercitatus, nobis ob oculos poneret Tabernaculi Moſaici, Templi Salomonis, & præcipui eorum inſtrumenti difficillimam, & obſcuriſſimam conſtructionem. Quod quàm libentèr & alacritèr publicæ vtilitatis cauſa præſtiterit ſummus ille vir, certo ſcimus, quàm exactè verò, & peritè, tu cognoſces. Eſt enim Franciſcus Vatablus præter multarum rerum cognitionem, ſummo, & acutiſſimo iudicio præditus, in his præſertim, quæ ad Germanam Bibliorum Interpretationem pertinent. Quod dũ conſidero non poſſum non petere à Deo Opt. Max. vt per longam, & incolumen vitam liceat Vatablo noſtro aliquid memoriæ prodere, quod libros V. T. faciliores reddat.* At hæc editio eſt ſuppoſititia, & falsò noſtro Vatablo adſcripta, & adeò ex hac editione fuit offenſus Va-

Digitized by Google

bet: Pentateuchus triplicem babet editionem, Hebraicam videlicèt, Chaldaicam, & Græcam ſeptuaginta Interpretum, cui connexæ ſunt tres Latinæ editiones, videlicèt Latina Hieronymi Hebraicæ veritati reſpondens: Chaldaicæ alia Latina reſpondet de verbo ad verbum à viris eius linguæ peritiſſimis elaborata: Græcæ autem LXX. Interpretum correſpondet interlinearis Latina verſio. Hagiographi, & Prophetici libri duplici lingua excuſi ſunt Hebræa, & Græca, cum alijs duabus Latinis tranſlationibus, illis correſpondentibus; Chaldaica verò omiſſa eſt, quod in cæteris libris, præterquam in Pentateucho corrupta ſit aliquibus in locis, & fabulis, meriſque Thalmudiſtarum nugis conſperſa; & indigna prorsùs, quæ in ſacris codicibus inſeratur. Libri verò, qui extra Canonem ſunt Hebræorum, Græcam tantum habent Scripturam, ſed cum duplici tranſlatione Hieronymi ſcilicèt, & altera interlineari de verbo ad verbum. Hìc corrigendus eſt Ciaconius, qui verbis fortaſſe à Sixto Senenſi mutuatis, inquit: *Libri verò qui extra Canonem ſunt Hebræorum, quos Eccleſia ad ædificationem legit, Græcam &c.* Vtique antiquitùs Eccleſia illos ad ædificationem legebat, hodie tamen tantam auctoritatem habent, quantam reliqui, neque ſunt minus infallibilis veritatis, quàm alij protocanonici.

Nouum verò Teſtamentum Grȩcum habet contextum cum Hieronymi verſione nudis tantum literis conſcriptum ſine vllis aut tenorum, aut ſpirituum notis ad inſtar antiquiſſimorum Græcorum, quos abſque hiſce accentibus, faſti-

Scritture de Dottori eſſer vera la ſua Venuta. In Monteregali apud Ioannem Giſlandum, & Ioannem Thomam Rubeum an. 1622. in 4.

193 FRANCISCVS XIMENIVS, Hiſpanus, ex nobili, & vetuſta Ximeniorum familia natus, Ciſnerius è Ciſneros ab aliquibus cognominatus. Anno reparationis humanæ 1477. S. Franciſci inſtituto ſe ſe mancipauit, & adeò in illo virtute, & prudentia profecit, vt Ferdinando Aragonum, & Siciliæ Rege Catholico poſtulante, ad Cardinalatus dignitatem eueheretur. anno 1507. à Iulio II. P. M. ſacra Purpura donatum, à quo ab eodem antea Toletanus Archiepiſcopus delectus; quo in munere totum ad conſtruenda pro iuuentute Collegia ſe ſe applicuit, vbi præter ferè omnium ſcientiarum ſtudia, potiſſimum curæ fuit vt linguæ Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ addiſcerentur. Hinc Collegium D. Ildefonſo ſacratum erexit, in quo omnibus facultatibus Grammaticæ, Humanioribus literis, Græcæ, & Hebraicæ Linguæ addiſcendis cathedras inſtituit: deindè Collegium alterum Trilinguæ nuncupatum, in quo triginta alumni cohabitaſſent, conſtruxit; ita vt decem linguam Græcam, totidem Hebraicam, reliqui Latinam addiſcerent. Edidit

Vniuerſum Vetus, ac Nouum Teſtamentum, lingua Hebraica, Græca, & Latina, Leoni X. Pont. Max. dicatum, quod *Biblia Complutenſia* vulgò dicitur, in Vrbe Complutenſi maxima cum diligentia, immenſis ſumptibus, laboribus, ac vigilijs; ſex Tomis impreſſa. Horum Bibliorum diſpoſitio ſic ſe ha-

Digitized by Google

Opere maiorem apud omnes bonos inijſſet gloriam, ſi à ridicula, quam habet in præfatione, abſtinuiſſet allegoria, qua rationem reddit, cur Latinam in medio eſſe voluerit: ſe, inquit, mediam inter Hebraicam, & Græcam poſuiſſe, tanquam duos hinc inde latrones, medium autem Ieſum, hoc eſt, Romanam, ſiuè Latinam Eccleſiam. ad Cœlos tandem euolauit anno 1517. Idibus Nouembris, ætatis circitèr octuageſimo, Pontificatus verò Iulij II. vigeſimo ſecundo. Cuius corpus Complutum, vbi ſe humari iuſſerat, deportatum eſt, in cuius ſepulchri fronte hoc inſculptum eſt Epigramma

Condideram Muſis Franciſcus grande Lyceum
Condor in exiguo nunc ego Sarcophago.
Prætextam iunxi ſacco, galeamque galero
Frater, Dux, Præſul, Cardineuſq; Pater.
Quin virtute mea iunctum eſt diadema cucullo
Cum mihi regnanti paruit Heſperia.

Non defuerunt ſuæ Vitæ Scriptores, Latino, Hiſpanico, Italico, & Gallico idiomate, quos recenſet Ciacon. Nobile Epigrāma de eo ſcripſit Petrus Martyr Mediolanenſis, videlicèt

Ordo Cardineus quondam decus eſſe ſolebat,
Ornabatq; viros hac data flāma nitens.
Nunc autem recipit, dare quod rubeo iſte galerus
Eſt ſolitus; velat quem caput iſte tuum.

Aliud de eodem legitur Epigramma Simonis Cugnæ Riberæ Luſitani, & eſt tale.

Qui ſtupet ex humili me perueniſſe cucullo,
Præſul ad culmen, Cardineumq; decus.

 Adiun-

faſtigijſque literarum ſcriptitaſſe, Callimachi poemata vetuſtiſſima, Sybillina carmina, & marmorum vetuſtiſſima fragmenta indicant. Nam cum vniuerſum Nouum Teſtamentum Græcè ſcriptum fuerit, voluit Auctor priſcam in eo linguæ illius vetuſtatem, ac maieſtatem intactam retinere, & ad imaginem antiquarum Scripturarum publicare, ne rei tam Sanctæ auctoritati, ac venerandæ maieſtati adiectitijs, ac nouitijs rebus detrimentum afferri videretur. Cæterùm ne alicui dubium aliquod poſſit occurrere, in qua videlicèt ſyllaba accentum oporteat collocari, ſimplicem tantum apicem in polyſyllabis dictionibus adiecit, & hunc quidem non tanquam Græcum accentum, ſed tanquam notulam, ac ſignum quo dirigi poſſit lector, ne in prolatione, modulationeue dictionū aliquando labatur. Appoſuit vltimo loco in fine totius operis copioſiſſimum Dictionarium Hebræorum, Chaldæorum, Græcorumque vocabulorum, in quo ſimplices non modò dictionum interpretationes, tàm primitiuarum, quàm deriuatarum continentur; ſed quod omnium operoſiſſimum fuit, quot locis in V. T. vnaquæque Hebraica dictio propter linguæ illius fœcunditatem multiplicet ſignificata, adiectis quamplurimis concordantijs, continuò ſubiungitur. De eo Ciaconius, Andr. Victorell. in Addit. ad Ciacon. Panuinius, Felix Contelor. in Elencho, Ant. Sander. in Elog. Card. Henricus Spondanus in Annal. Eccleſ. Io: Mariana in Hiſt. Hiſpan. Poſſeu. in Appar. Wading. de Script. Ord. Min. Iulius Bartoloc. Bibl. Mag. Rabb. Par IV. p. 191. At ex hoc

Digitized by Google

tur. Excuſ. Antuerpiæ, anno 1581. in 8.

198 FRIDERICVS SPANHEMIVS F. ſcripſit

Elenchum Hiſtorico Theologicum ſelectiorum de Religione Controuerſiarum etiam cum Græcis, & Orientalibus, & cum Iudæis; nuperiſque Antiſcripturarijs. Impr. Lugd. Batau. anno 1687. Opus hoc damnatum, & prohibitum fuit à Sacra Indicis Congregatione die decima Septembris 1688.

199 FVLBERTVS Carnotenſis Epiſcopus, vir ſanctitate, & doctrina inſignis, inter alia præclara opera, ſcripſit

Sermonem aduersùs Iudæos. Viuebat anno 1010.

G

200 GABRIEL à S. MARIA, & TECLA Congregationis FF. Eremit. Diſcalc. S. Auguſtini Italiæ, Sacerdos, & Theologus, ſcripſit

Tecla Illuſtrata, opus prope diem typis euulgandum, in quo plura Scripturæ ſacræ loca iuxta Hebraicæ eruditionis, & idiomatis rigorem expenduntur. Eiuſdem

Lectiones Scripturales viginti ſuper primum Caput libri Geneſeos, iuxta Hebræorum lectionem expoſitæ, & in Eccleſia Cathedrali Ferrariæ publicè perlectæ.

201 GASPAR AMMONIVS, Theologiæ Doctor, Prouincialis Auguſtinianæ familiæ in Prouincia Sueuiæ, ſcripſit

Grammaticam Hebraicam, in quinque libros diſtinctam.

Adiunctumq; ſagis ſceptrum, Libyamque ſubactam
Totq; Deo, & Muſis Templa dicata ſacris:
Virtutes potius ſtupeat, quibus Orbis, & omnis
Ceſſit honos, tituli, purpura, Regna, decus.

194 FRECVLPHVS Monachus Fuldenſis S. Benedicti, Epiſcopus Lexouienſis, hiſtoricus ſui temporis non incelebris, ad quem Rabanus Epiſcopus quatuor in Geneſim libros ſcripſit. Floruit anno 830. Scripſit

Ab Orbe condito vſque ad Chriſti Domini aduentum, Hiſtoriam rerum geſtarum tàm in Gentibus, quàm in Iudæis. Quo in opere difficiles nodos diuinarum Scripturarum explicuit. Excuſ. Coloniæ Agrippinæ an. 1539. Poſſeu. in Appar. Sac.

195 FRIDERICVS BLANKENBVRGIVS, linguarum Orientalium Profeſſor, ſcripſit

דקדוק לשון הקדש *Dikduk leſciòn hakkòdeſc Grammaticam linguæ ſanctæ;* Per quæſtiones, & reſponſiones plena, & facili methodo, in gratiam, & vſum tyronum compoſita, & propoſita in Academia Argentoratenſi. Excuſ. Argentorati impenſis Eberhardi Zetzneri, an. 1623. in 8.

196 FRIDERICVS MVLLERVS, ſcripſit

De Sepulchris Hebræorum veterum, lib. 3. Excuſ. Gieſſę an. 1666. in 4.

197 FRIDERICVS PETRVS. Auctor damnatus, Hebraicè conuertit

Euangelia anniuerſaria, quæ Dominicis diebus, & in Sanctorum Feſtis legun-

Digitized by Google

blicas, ac Rabbinicas, & Carmen morale R. Chai Gaòn. Hamburgi an. 1638. in 4.

205 GASPAR WASERVS, Tigurinus, ſcripſit

De antiquis nummis Hebræorum, Chaldæorum, & Syrorum, quorum Sacra Biblia, & Rabbinorum ſcripta meminerunt, libros duos: quibus cùm ſacri, tùm prophani Auctores locis innumerabilibus illuſtrantur, additis figuris ære expreſſis. Excuſ. Tiguri in officina Vuolphiana. an. 1605. in 4.

De antiquis menſuris Hebræorum, quarum ſacra Biblia meminerunt, libros tres: quibus intermiſſæ ſunt menſuræ Ægyptiorum, Arabum, Syrorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum, quę cùm ipſæ per ſe explicantur, tùm per has Hebraicè. Impr. Heidelbergæ apud Gothardum Vœgelinum, anno 1610. in 4. Eiuſdem

Archetypum Grammaticæ Hebrææ. Baſileę an. 1600. in 8.

206 GEORGIVS AGRICOLA, ſcripſit

De rebus Iudæorum. Citatur à Fabiano Iuſtiniano in Indice Vniuerſali Alphabetico.

207 GEORGIVS CASP. KIRCHMAIER, edidit

De rebus, moribuſque Iudæorum ex Taciti lib. 5. Hiſtor. Wittebergæ anno 1676. in 4.

208 GEORGIVS BARTH Oſnaburgenſis Germanus, Germanicè ſcripſit

Contra Iudæos.

209 GEORGIVS BENIGNVS Archiepiſcopus Nazarenus, qui viuebat an. 1490. ſcripſit

De

1 *De literis, ſyllabis, & punctis omnibus*.

2 *De nomine, prima parte Orationis cum pronomine*.

3 *De verbo, & participio, ſecunda parte Orationis*.

4 *De conſignificatiuo quadruplici, tertia parte Orationis: & omnium trium partium inter ſe conſtructione, & regimine*.

5 *De Proſodia, hoc eſt de triplici accentu, & carmine componendo*. Singulis libris ſua capita cum argumentis proponuntur. Ab initio autem operis extant Epiſtolæ Vuolfangi Capitonis, & Ioannis Oecolampadij ad Authorem, qui hoc ipſo præceptore in ſancta Lingua vſi ſunt. Opus hoc manu Authoris conſcriptum extat Tiguri apud Conradum Pellicanum, qui cum ſit hæreticus cauendum eſt, ne ſuorum more, labe aliqua opus aſperſerit.

202 GASPAR FAGOL Ilerdenſis, Ord. Præd. Theologus, doctrina, pietate, ac eruditione conſpicuus, vt audaciam Iudæorum, ac Mahumetanorum compeſceret, librum euulgauit

Contra Iudæos, & ſectam Mahumetanam. Ambroſius de Altamura in Biblioth. Ord. Præd.

203 GASPAR POMADANEVS ſcripſit librum, quem vocauit שלשלת המקרה *Scialſceleth hammikràh Catena lectionis*. Tractat de punctis, & accentibus Hebraicis latinè. Extat in Biblioth. Vatic.

204 GASPAR SEIDELIVS edidit

Tres Manipulos linguæ Sanctæ: Compendium Grammaticum; Sententias Bi-

Digitized by Google

An. 1626. in 8.

213 GEORGIVS GENTIVS, ex Hebræo in Latinum vertit

חלכות דעות *Halacòth Daaòth*, *Canones Ethicos* R. Moſch Maiemonidis Hebræorum ſapientiſſimi, vberioribuſque notis illuſtrauit. In quibus inter cętera ad ethicam ſpectantia refert illam præclariſſimam ſententiam, quę Auctori Gnacabiæ debetur, videlicèt tria homini olim excogitanda, ne peccaret, propoſuiſſe: -

הסתכל בשלשה דברים ואין אתה בא לידי עבירה דע
מאין באת ולאן אתה הולך ולפני מי אתה עתיד ליתן דין
וחשבון מאין באת מטפה סרוחה ; ולאן אתה הולך :
למקום עפר רמה ותולעה : ולפני מי אתה עתיד ליתן
דין וחשבון : לפני מלך מלכי המלכים הקדוש ברוך
הוא :

O homo! tria accuratè attendas, & non peccabis. Vndè veneris, Quò abeas. Et cui demum rationem reddas. Vnde veneris? Ex gutta putrida; Quò abeas? In terram ad vermes, & ſerpentes. Cui demum rationem reddas? Regi Regum, Deo omnipotenti, qui benedictus ſit. Cui ego addam: Vtinam Iudæi hæc ſaperent, & intelligerēt, ac nouiſſima prouiderēt. Excuſ. hoc opus Amſtelod. apud Ioh. & Cornelium Blaeu, an. 1640. in 4. Item

Hiſtoriam Iudaicam, quæ complectitur res Iudęorum ab euerſa æde Hieroſolymitana, vſque ad hæc ferè tempora. Excuſ. Amſtelodami apud Petrum Niellium, anno 1651. & 1671. in 4.

214 GEORGIVS HOLZHAIVS, natione Germanus, gente Algoius in Societatem Ieſu ingreſſus anno ſalutis 1594. in qua plurimum profecit, ſcripſitque

Intro-

Defenſionem pro Ioanne Reuchlino. Eſt Dialogus, num libri Iudæorum, quos Talmud appellant, ſint ſupprimendi.

210 GEORGIVS CASSANDER Brugenſis, Author damnatus compoſuit librum inſcriptum

Liturgia de ritu, & ordine Dominicæ Cœnæ celebrandæ, ex varijs monumentis, & probatis Scriptoribus collecta; vbi deſcribuntur ritus, quibus Iudæi celebrioribus feſtis inter conuiuandum iam olim vtuntur quos Chriſtus aliqua ex parte in ſua Cœna, præſertim vt ea à Luca deſcribitur, obſeruaſſe videtur. Excuſ. Pariſijs apud Hieronymum Drouart, an. 1616. in fol.

211 GEORGIVS CSIPKES Comerinus SS. Theol Doctor, & eiuſdem facultatis in illuſtri ſchola Debrecina Profeſſor, ſcripſit

Scholam Hebraicam, in qua theticè, & per breues poſitiones, ratio rectè legendi, & fundamentalitèr intelligendi linguam Hebraicam, ita traditur, vt quis etiam ſine vllo præceptore, priuato ſtudio, ſufficientem linguæ Hebrϵæ cognitionem, ad intelligendum ſcripta, ad ſcribendum intellecta, comparare poſſit. Acceſſit eiuſdem Auctoris Oratio inauguralis, de linguæ Hebrææ vtilitate, dignitate, neceſſitate, & præſtantia, habita Debrecinæ, an. 1653. die 8. Auguſti, cum ad Gubernium ſcholæ illuſtris Debrecinæ introduceretur. Excuſ. Traiecti ad Rhenum, typis Gilberti à Zijll, & Theodori ab Ackerſdijck, an. 1654. in 8.

212 GEORGIVS FABER edidit

Inſtitutiones Grammaticæ Hebrææ.

Digitized by Google

dam, de quo Iulius Bartoloccius in Biblioth. Mag. Rabb. Par. III. pag. 21.

217 GEORGIVS SAM. DORFELLIVS edidit

Tyrocinium accentuationis, ad lectionem Biblicam practicè accomodatum: in quo doctrinę de accentibus Hebręis reſtauratus nucleus, nec non vſus varius, circa Senſus ſcrutinium, Membrorum orationis proportionem, ac collationem, Emphaſium euolutionem, Dictorum diſpoſitionem dichotomicam, Verſionumque, & Controuerſiarum exegeticarum examen, noua, breui ac facili methodo commonſtratur. In gratiam Incipientium, maximè verò eorum, quibus tantùm otij, vt diu huic ſtudio ampliſſimo vacare queant, non ſuppetit, concinnatum. *In tres Sectiones* diuiditur hoc opus

1 *Sectio Theoretica*; pręcognita neceſſaria breuitèr pręmittit, & fundamentum ponit.

2 *Sectio Practica*, circa tres Regulas, Exempla, & vſum eſt prolixiùs occupata.

3 *Sectio Hypomnematica*, maioris illuſtrationis cauſa adijcitur. Impr. Plauię Variſcorum, typis ac impenſis Ioh. Chriſtiani Meyſij, an. 1670. in 4.

218 GEORGIVS THEODORVS DIETERICVS, Haſſię Conſiliarius, ſcripſit

Diſcurſum de Iure, & ſtatu Iudaeorum in Republica Chriſtiana. Excuſ. Marp. 1648. in 4. & Francof. 1656. Hoc Opus prohibetur in Rom. Ind.

219 GEORGIVS WICELIVS, Germanus, ſcripſit

Orationem in laudem Hebraicæ linguæ Excuſ. Colonię apud Melchiorem Nouesia-

Introductionem methodicam in primam illam, cæleſtemque Linguam ipſius ſacræ Scripturæ fontem. Dilingę.

Grammaticam & Lexicon Hebraicum parauerat, ſed non edidit. Ribadeneira de Script. Soc. Ieſu.

215 GEORGIVS MAYR, natione Germanus, gente Boius, Domo Rainenſis, Societatis Ieſu, in Hebraicis, & Græcis doctiſſimus, qui, vt refert Ribadeneira, cùm Sacrum nouæ legis inſtrumentũ ex Latino Hebręum feciſſet, eius recognoſcendi cauſa Romam profectus, ibi fecit viuendi finem die 25. Auguſti anno 1623. Scripſit inter cætera

Inſtitutiones linguæ Hebraicæ in ſex partes diſtributas

1 *De ratione legendi, & pronuntiandi*

2 *De Nomine*.

3 *De Verbo*.

4 *De Dictione, & quibuſdam communibus partium Orationis attributis*.

5 *De Syntaxi*.

6 *De Poëſi Hebræorum*: Quibus acceſſit Exercitatio Grammatica in Ionam Prophetam. Excuſ. Auguſtę typis Chriſtophori Mangij, an 1616. in 8. Ingolſtadij 1624. in 12. & Lugduni apud Nicolaum Iullieron an. 1622. in 8. & Ibidem apud Antonium Iullieron, an. 1649. in 8.

Catechiſmum Petri Caniſij Hebraicè vertit. Excuſ. Ingolſtadij an. 1620. in 12.

216 GEORGIVS MICHAEL AMIRA, edidit

Grammaticam Syriacam, in cuius Prologo quam plurima argumenta profert ad linguam Syriacam primatui, & antiquitati linguæ Hebraicę præferen-

Digitized by Google

NVS Molinenſis, ex Hebraica in Latinam linguam conuertit

דברי הימים של משה *Diurè haiiamim ſcel Meſce, Chronica Moſis*, videlicèt Hiſtoriam de vita, & morte Moſis, adiunctis ab eo annotationibus. Excuſ. Pariſijs, an. 1629. in 8. Huius libri fit mentio in Biblioth. Mag. Rabb. Par. IV. pag. 218. In illis annotationibus pag. 175. pollicetur

Diatribam de Apocryphis Hebræorum ſcriptis. Hunc Authorem maximè commendat Abrahamus Ecchelenſis Præfat. in Hiſtoriam Arabum, ad calcem Chronici Orientalis, Pariſ. 1651. *Supellectilem*, inquit, *librorum Arabicorum mſſ. nobis ſuppeditauit Bibliotheca illuſtriſſimi Gilberti Gaulmini Equitis, & Comitis Conſiſtoriani Ordinarij, & ſuppli. cum Libellorum in aula Magiſtri, linguarum omnium peritiſſimi, ac Literariæ Reipublicæ Vnici ornamenti*. Idem fatetur Epiſt. Præf. in Semitam Sapientiæ ex Arabico Latinè verſam, Pariſ. 1646.

227 GILBERTVS GENEBRARDVS, Gallus Aruernus, Pariſienſis Theologus, Diuinarum Hebraicarumque literarum Profeſſor Regius, ex Sacro Ordine D. Benedicti, Congregationis Cluniacenſis, ad Aquenſem Archiepiſcopatum aſſumptus. Vir pietate, zelo, & virtute clariſſimus ac hæreticorum expugnator acerrimus, de cuius pietate, & doctrina tam in Græcis, & Hebræis, quàm Latinis Literis tota gloriatur Gallia, vt fatetur *Ludouicus Dorleans* in nouis cogitationibus ad Tacitum pag. 388. Pariſijs 1622. Tranſiuit ad Superos Semuri Burgundiorum, anno ſalutis 1597. circitèr ætatis 60. vt de eo ſcribit Du Breul in libro

tieſianum an. 1535.

Compendioſam deſcriptionem belli Iudaici ex Flauij Ioſephi libris concinnatam Excuſ. ibid. an. 1552.

Iudæorum cum Chriſtianis Concertatio coram Imperatore Conſtantino.

220 GEORGIVS WEIGENMEIERVS ſcripſit

Abbreuiaturas Hebræorum. Excuſ. Tub. an. 1604. in 8.

221 GERARDVS DVYRETORFF, ſcripſit

De Iudæa, & Iudæorum rebus. Fabianus in Ind. Vniuer.

222 GERARDVS GONTHI, natione Belga, Patria Leodienſis, in Societatem Ieſu cooptatus anno Domini 1598. vbi literas humaniores, linguam Græcam, & Hebraicam docuit, nonnulla etiam ſcripſit.

Tres linguas Latinam, Græcam, Hebraicam editis Commentarijs illuſtrauit. Ribadeneira.

223 GERARDVS IOANNES, ſcripſit

De Iudæa & Iudæorum rebus. Fabianus in Ind Vniuer.

224 GERARDVS WELTWICKIVS edidit librum cuius Titulus eſt

Itinera Deſerti. De Iudaicis diſciplinis, & earum vanitate. Impr. Venetijs anno 1539. in 4.

225 GILBERTVS Gallus, Theologus, Orator, & Poeta, ex Italica lingua in Gallicam vertit

Dialogum de ſolatio curſus naturalis homini, in quo agitur de fide Chriſtiana contra Iudæos. Editus eſt Lugduni apud Ioannem Dogerollum an. 1558.

226 GILBERTVS GAVLMI-

pud Petrum Rainerium an. 1587. in 4. vbi multa vocabula rabbinica in Tabula referuntur, & index librorum Rabbinicorum editorum, qui ad eius notitiam peruenerunt, perhibetur.

Ioel Propheta cum Annotationibus, & verſione trium inſignium Rabbinorum, Salomonis Abraham Aben Ezra, Dauidis Kimchi, & Chaldaea paraphraſis. Pariſijs apud Martinum Iuuenem, an. 1563.

Collectanea Eliæ Leuitæ, & R. Iacobi Salomonis filij, in quibus ſummatim explicatur quicquid Iudæi de Chriſto ſapiunt. Excuſ. Pariſijs Hebraicè, & Latinè, apud eundem. An. 1572. in 8.

Varia opuſcula è Rabbinis tranſlata. Pariſijs apud Martinum Iuuenem, an. 1575. in fol., & Ægidium Gorbinum 1584.

Flauij Ioſephi Opera Gallicè è Græco repræſentata, Libris ex Hebræo aucta, Chronologijs, figuris, annotationibus, Indicibus illuminata. Pariſijs apud Michaelem Sonnium an. 1578. & apud Carolum Rogerium an. 1588. in 8.

Annotationes, & Hebraiſmorum explicationes in Sacros omnes Veteris & Noui Teſtamenti libros, ad Nicolaum Peleueum Cardinalem, Rhemorum, & Senonum Archiepiſcopum.

Abſoluta linguæ Sanctæ inſtitutio, ſiue Tabulæ Clenardi in Grammaticam Hebræam, inſtructæ annotationibus, praxi, radicibus omnibus, ac vocabulis alijs ſubobſcuris; tractatibus de miniſterialibus literis, accentibus, numeris, ſintaxi, poëtica, figuris, rebus denique cęteris ad plenam linguæ abſq; magno labore, & longa diſquiſitione cognitionem neceſſarijs. Impreſ. cum hac

H

bro de antiquitatibus Pariſ. p. 758. *Gilbert Genebrard Docteur en Theologie, Religieux de l'ordre de S. Benoiſt, eſtoit Profeſſeur du Roy en langue Heb. des l'ann. 1577. & l'ann. 1592. eſtant Prieur de S. Denis de la Chartrè, il fut eſleù Archeueſque d'Aix. Il deceda au mois de Mars l'an. 1597. & eſt enterrè au Prieurè de Semur en Bourgogne. Il a compoſè pluſieurs belles œuures, le Catalogue deſquelles ſe trouue à la fin du Liure intitulè*, La Sainte Liturgie. *Pierre Vignal ſuccedà à Genebrard*. Suorum operum Catalogus prodijt etiam Pariſijs an. 1591. ex Officina Sebaſtiani Niuellij, à Poſſeuino in Appar. Sac. auctus, & expenſus. Nos verò cęteris prætermiſſis, eos libros tantùm, qui ad inſtitutum noſtrum pertinent, recenſemus. Sunt igitur ſequentes

Contra R. Ioſephum Albonem, R. Dauidem Kimchium, & alium quendam Iudæum Anonymum nonnullos fidei Chriſtianæ articulos oppugnantes. Pariſijs apud Martinum Iuuenem, an. 1566.

Pſalmi Dauidis vulgata editione, Calendario Hebræo, Syro, Græco, Latino, Hymnis, argumentis, & commentarijs genuinum, & primarium Pſalmorum ſenſum, Hebraiſmorumque breuiter aperientibus. Excuſ. Pariſijs apud Petrum L'Huillier an. 1581. in 8. & Lugduni apud Iuntas, an. 1592. ab Authore in duas partes diuiſi, & indicibus locorum Sac. Scripturæ, & Hebraiſmorum, & quibuſdam alijs aucti.

Iſagoge de legenda; & intelligenda Hebræorum, & Orientalium ſine punctis ſcripta, cum Tabulis artium, & ſcientiarum vocabula exhibentibus, Ad Sixtum V. Pont. Max. Impr, Pariſijs a-

Digitized by Google

rum Orientalium Lectorem, & anagnoſten. Talitèr prodijt hoc Opus Pariſijs apud Ambroſium Drouart an. 1600. in fol. Cui acceſit.

Chronologia Hebræorum maior, quæ סדר עולם רבה *Seder olàm Rabbà*, inſcribitur; & minor, quæ סדר עולם זוטא *Seder olàm zutà*, de Mundi ordine, & temporibus ab Orbe condito vſque ad annum Domini 1112. cum alis opuſculis ad res Synagogę pertinentibus eodem Genebrardo interprete, additis eiuſdem annotationibus in aliquot loca ſuperioris Chronici. Opuſcula ſunt ſequentia.

Hiſtorica Cabbala ſapientis illius, Rectorum ornamenti R. Abraham Leuitæ Dauidis filij.

Eldad Danius Hebræus hiſtoricus de Iudæis clauſis, eorumque in Æthiopia Imperio. Quæ de his cæteri ſentiant teſtimonia aliquot. De Chriſto caput vndecimum; deq; legibus Regum, & præliorum, ex Deuteronomio R. Moſis Maiemon. fil, pag. 763. Ibi deſcribitur Chriſtus ſeù Meſſias Iudæorum.

Scriptura, in quibus Chaldæus Paraphraſtes interiecit nomen Meſſiæ, ſiuè Chriſti, præter literam Hebraicam explicationis gratia, ex Methurgeman Eliæ Leuitis in Radice משח *vnxit*. Obſeruatio diligens, erudita, & perutilis, vt in puſillo quaſi ſpeculo conſideremus, quos locos vetus Synagoga citra controuerſiam acceperit de Chriſto. Eos nimirum, quos nos Chriſtiani de eodem exponimus, etiam hoſtium noſtrorum confeſſione.

Symbolũ fidei Iudæorũ è R. Moſe Ægyptio. Eſt Oratio quam Iudæi Deo proponũt diebus ſolénioribus in memoriã ſuę fidei ex pag. 66. Breuiarij Hiſp deſũpta. *Supre-*

hac inſcriptione.

Scholia, & Tractatus quatuor in Grammaticam Hebræam Clenardi ad abſolutiorem linguæ Sanctæ inſtitutionem. Pariſijs apud Martinum Iuuenem in 8. & 4. an. 1564. & 1582.

Alphabetum Hebraicum. Indicata Pſalmorum primi, & ſecundi Lyrica, ad formam Pindari, Strophe, Antiſtrophe, & Epodo. Excuſ. apud eundem anno 1567. 1572. 1584. in 8. & 4.

Paratitla Talmudicæ doctrinæ, ſiuè Iuris Veterum Hebræorum. An ſit excuſ. non mihi innoteſcit.

Chronographiæ libri quatuor. Quorum priores duo ſunt de rebus veteris populi, & præcipuis quatuor millium annorum geſtis: quæ ſunt in ſex ætates diſtincta: Doctrinam etiam Eccleſiæ ad vniuſcuiuſque ætatis calcem promulgatam per Prophetas, eiuſque continuationem habent. Quod quidem in prioribus editionibus, præterquam in ea quæ emiſſa eſt an. 1588. haud extabat. Poſteriores alij recentes hiſtorias reliquorum annorum complectuntur vſque ad Gregorium XIII. Pont. Max. Excuſ. Pariſijs apud Martinum Iuuenem an. 1580. apud Ægidium Gorbinum, & Michaelem Ionnium 1585. & Coloniæ anno 1586. Poſteriores duo libri ex Arnaldi Pontaci Vaſatenſis Epiſcopi Chronographia aucti, ſpeculum ſunt vniuerſæ hiſtoriæ, in Eccleſiæ præſertim ſęculo, à mendacijs, malis, impoſturis Centuriatorum, aliorumque hæreticorum deterſum, emendatum, adauctum etiam & collocupletatum cum Appendice ad A.D. 1600. Iubilæum maximum, & ſęculare per Petrum Victorem Palmam Caietanum I.V.D. & Regium lingua-

Digitized by Google

Ioh. Buxtorfium, Lugd. Bat. Kal. Iun. 1606. ſcribat: *Quod Genebrardus Monachus de Rabbinorum lectione magis tentauit, quam abſoluit, id, vt tu melius iudicare potes, nihil aliud eſt, quam cento ex alienis pannis conſutus. Longe inſtructiorem Magiſtrum poſtulat illud opus, quàm Genebrardum, qui obtrectando plus famæ apud ſui ſimiles, quam docendo apud ſtudioſos peperit ſibi.* At hoc vnum volo vt ſciat Scaliger, Opus hoc à ſe ipſo laudari, à ſe ipſo defendi; fuit fortaſſe opus vnius diei, cũ in ipſo quatuor decennia conſumpſerit? Opus à pijs, prudentibus, atque erudititſſimis viris non ſatis laudatum: hinc *omninò ſufficit*, inquit meus Theodidactus Bernardus ſer. 24. in Cant. *aduerſùs os loquentium iniqua, opinio bonorum cum teſtimonio conſcientiæ.* Vtique longè inſtructiorem Magiſtrum poſtulat *Liber de emendatione temporum* in Romano Indice prohibitus, quàm Scaligerum, qui feſtucam in alienis oculis videns, trabem in ſuis ignorat. De Genebrardo fit mentio in Biblioth. Mag. Rabb. Par. I. pag. 20. 37. & 128. Par. II. pag. 26. 737. & 738. Par. IV. pag. 101. & 193.

228 GILSBERTVS Abbas Weſtmonaſterienſis, ſcripſit

Diſputationem Iudæi cum Chriſtiano. Reperitur inter opera S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi edita Lutetiæ Pariſiorum 1675. pag. 512. in fol.

229 GODESCALCVS PRÆTORIVS, edidit

Grammaticam Hebræam Baſileę in 8.

230 GODOFREDVS Delphenſis, ſcripſit

De Iudæa & Iudæorum rebus. Fabianus in Ind. Vniuer.

Supremum Lugentium officium ex libro precationum Hebraicarum, qui inſcribitur Machazor Synagogæ Romanæ.

Precationes, in quibus commemorationem faciunt ſuorum diuorum, præter ſuperiorem, in qua inuocabant Patriarchas, & Angelos. Aliæ pro his, qui deſpondentur, & coniungantur, è Breuiario Hebræorum.

Sexcenta tredecim Legis præcepta, è Morè Neuuchìm. Hæc omnia excuſa ſunt Pariſijs vnà cum Chron. apud Ambroſium Drouart. an. 1600. in fol. Excuſ. antea ibid. apud Martinum Iuuenem an. 1578. in 8. In præfatione ad præfata opuſcula rationem reddit, cur illa ex Hebraico in latinum traduxerit, eam videlicèt ob cauſam, vt ex ijs, quę Rabbini aut aſſerunt, aut recitant in officio Lugentium, conſtet quibus veritatis catholicæ hoſtes argumentis faciliùs conuincantur. Perſpicient Hæretici in ſolemnibus Iudæorũm ſacris vſurpari, quæ à Munſtero, & conſimilis metalli hominibus, vt eneruent librorum de Machabæorum geſtis veritatem, vt receptam Eccleſiæ de orando pro mortuis conſuetudinem infirment, malignè aſſeuerant, nunquam in hunc vſque diem fuiſſe apud ipſos vſitata. Conſiderabunt in publicis precibus Diuorum commemorationem fieri, compluraque alia, quæ à priſcis ſæculis, continuata quadam doctrinæ ſucceſſione, Iudæorum animis inhęſiſſe non dubitabit is, qui ipſos reminiſcetur ſemper retinentiſſimos extitiſſe auitarum traditionum.

Noſtrum hic eſſet, laborioſiſſimum hoc Opus Chronologicum à Scaligeri calumnijs vindicare, cum in Epiſt. ad

Digitized by Google

do, alto ſilentio facto, Archiepiſcopus ad ipſum, omnemque Iudæorum cœtum ſermonem dixit, hincque ſequuta eſt diſputatio per modum dialogi inter S. Archiepiſcopum, & Herbanum; poſt multas verò quæſtiones dixit Herbanus: Quorſum tempus in diſputationibus conſumimus? ego controuerſiam dirimam, & ſi vis vt non fruſtrà Ieſu credam, hunc ipſum viuum mihi oſtende, & ego cum eo congreſſus, contemplabor ipſum, & alloquar, atque illicò me victum fateor, & Chriſtianus fio.

Vt autem Herbanus ſic loquutus eſt, Iudæorum turba circumſtans alta & valida voce clamauit: Rogamus te & obteſtamur, Magiſter, ne ineſcatus, & errore deluſus fias Chriſtianus; ſed potius virum te præbe, & fortiter age. Scis quod nihil Deo Patrum noſtrorum verius eſt, & certius. Quibus Herbanus reſpondit: nugas vos in medium confertis, & deblateratis. Si mihi certam, & indubitatam fidem faciat, quòd hic & ipſe eſt verè, de quo multa Prophetæ prædixerunt, alienus ero à Deo Patrum noſtrorum, niſi in eum indubitantèr credam. Archiepiſcopus intuitus ipſum, & ſciens eum verè, nec ſimulata mente locutum eſſe, nec per ſannam, & ludibrium, ad ipſum dixit: Quomòdo vis me tibi certam, & plenam fidem facere? Reſpondit Herbanus: ſupplex Dominum tuum ora, ſi in Cœlo eſt, vt dicis, ad me deſcendere, vt videam ipſum, & conueniam: & viuit Dominus, quem dicis Patrem eſſe Chriſti tui, illicò baptizor, & credo. Hæc autem vt dixit Herbanus, Scribarum, & Phariſæorum multitu-

titu-

231 S. GREGENTIVS Archiepiſcopus Tephrenſis, ſcripſit *Diſputationem cum Herbano Iudæo*, Græcè primùm edita cum interpretatione Nicolai Gulonij, Literarum Græcarum Profeſſoris Regij, & notis ab eo illuſtrata. Lutetiæ Pariſiorum apud Franciſcum Morellum an. 1586. in 8. Deinde Tom. 4. Biblioth. Patrum edit. Col. Habetur etiam mſc. Græcè in Bibiloth. Vatic. ſub num. 687. in 4. Ex qua diſputatione orta eſt miraculoſa conuerſio omnium Iudæorum in Homeritanorum Regno degentium, cuius nonnulla geſta ad præſentis Iudæorum obſtinationis confuſionem, hic ex Biblioth. Patrum Tom. 6. edit. Lugd. referre, minimè pigeat. Accidit autem hoc modo.

Dierum quadraginta ſtato præfinitoque tempore iam demum peracto. Iudæi ad diſputandum, ſicut iuſſi fuerant, conuenerunt. Probatione quidem facta in Threlleto (hæc autem aula eſt Regiarum maxima, & prima), omnique ordine congregato, & Sacro Senatu præſente, Rex etiam adfuit cum S. Archiepiſcopo. At qui ipſi poſtquam conſederunt, totius Ciuitatis ad audiendum concurſus auctus eſt, Ingreſſi igitur Iudæi Herbanum diſputationis Auctorem, & ducem conſtituerunt. Hic vir certè erat apprimè doctus, Legem intelligens, & ſacros Prophetarum libros, & Octateuchum, & reliqua ſcripta. Vt autem Scribarum, & Phariſæorum, & legis doctorum (erant enim ex omnibus Ciuitatibus principes ipſorum doctores, & qui ſcientia, & eloquentia valebant, ex Regis edicto congregati) hunc circumſtetit multitu-

Digitized by Google

uimentum flexo, tùm ſurgens, & ad Cœlum manus expandens, omnibus videntibus, ex imo corde dixit:

O Verbum tremendum terribilis, & magni inuiſibilis Patris, antè ſæcula impatibilitèr, & ſine fluxu ex ipſo genitum, non factum, ex ſolo ingenito lumine ſolum Vnigenitum coruſcans. Tu qui per ipſum ab initio Cœlum, & terram firmaſti, & Spiritu tuo Sancto fundaſti, & ſuper aquis vtraque texiſti. Tu qui Cœlos inclinaſti, & deſcendiſti vt pluuia in vellus, in Sanctam Virginem Mariam: qui diſcipulos tibi ipſi ex tua terra, & Hebræorum elegiſti, & in oculis Coryphæorum transfiguratus es in monte Thabor: qui ſtupenda ſigna, & prodigia in medio Iudæorum nefariorum operatus es; Ieſu Chriſte innocamus te vbique præſentem, & omnia implentem: miſerere huius turbæ obtenebratæ, & vmbra ipſam tua virtute: aperi tenebroſos ipſorum oculos, quos diabolus excæcauit: & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, his te ipſum manifeſta vt apertè, & clarè te videant, & credant in te ſolum Deum verum, & in eum qui te miſit Patrem, & in Spiritum tuum Sanctum. Amen.

Atque vt fidelis turba & Rex cum optimatibus dixerunt Amen, (erant enim omnium oculi in ipſum conuerſi, & intuebantur) terræmotus magnus factus eſt, atque ab Oriente tam vehementèr intonuit, vt horrore omnes correpti fuerint, & ceciderint in terram. Qui paulò poſt cum ſurrexiſſent omnes, & Orientem verſus intenti eſſent, ecce apertæ ſuut Cœli portæ, & repentè nubes fulgida explicata eſt à porta Cœli, velut planus campus ad eos vſq; perueniens. Adhuc autem contentis ocu-titudo vociferata eſt: Nę Domine, qui magnus es, fac modò, & videamus vtrum tuorum ſermonum fremitus per opera fidem facit, & confirmat. Oſtende nobis Chriſtum tuum, & cum timore, & tremore credemus in ipſum, non amplius habentes quod defendamus. Cum autem vociferarentur, ſenſim etiam, & ſummiſſè dicebant, Vis tu vt eum nobis oſtendat? Vę quia fiemus Chriſtiani. Alij dicebant; Siquidem nobis oſtendat ipſum, quamobrem non credemus? Alij dicebant: Cùm nobis ipſe oſtendet hominem, qui tanto tempore mortuus hodiernum diem habeat. Vbi etiam apparebit, cuius oſſa, vt liceat dicere; in vrna ſiue loculo monumenti diſſoluta ſunt? Vir autem Sanctus ſciens, niſi poſtulatum ipſorum expedierit, ſuum ſilentium ipſis in maximam victoriam ceſſurum eſſe, reſpondens eis dixit. Cognoſcite quòd vobis ipſum proculdubio oſtendam, & tametſi nolueritis, credetis: ſin minus, gladius vos abſumet. Sin autem non oſtendam, reuertemini arbitrio veſtro.

Hoc autem Herbano, & eis qui erant cum ipſo, placuit. Dicebant autem inter ſe: Non poterit ipſum nobis oſtendere vllo modo, quia interfectus eſt à patribus noſtris, & mortuus eſt, & in monumento firmitèr concluſus, ſurreptus fuit à diſcipulis ſuis. Sanctus autem Gregentius certò, & perfectè ſciens quod dixit Dominus; *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis &c.* Surgens ſolus eorum, qui illinc erant, exiuit, cum Regi præcipiſſet eodem in loco manere, ne conſeſſus refertiſſimus diſſolueretur. Tunc Beatus longè à cœtu ſummotus ad precandum ſtetit, & genu ter ad pa-

Digitized by Google

pareo vobis in oculis veſtris, ego crucifixus à patribus veſtris. Voce autem edita attoniti ſtupuerunt omnes, & proni in terram conciderunt: & quod Beato Paulo, cùm huic cominus apparuit, quondam accidit vt excœcaretur, hoc idem ipſis euenit, ſiquidem apertis oculis neminem videbant. Quæ cùm ſic facta fuiſſent, ad faciem Domini radicata in ſublimi, quæ erat deorſum ſub ipſo nubes lucida, eum occultauit à facie ipſorum: & ſic Seruatore ad interna ſurſum perambulante, paulatim conduplicabatur à tergo ipſius nubes, donec ad cœleſtia domicilia reuerſus eſt Dominus. Rex autem & turbæ Chriſtianorum fiducia recollecta, tunc valida, & firma voce clamarunt, *Domine miſerere.* Et Reuerendus Archiepiſcopus cernuus, & pronus in terram incumbebat, & ad Dominum Deum noſtrum preces fundebat. His ita conſecutis, & omnibus in Concilio congregatis, Rex & cum ipſo Senatus, Archiepiſcopum religioſè admodum verentes, & honore incredibili proſequebantur venerantes, & admirantes, Iudæorum autem vnus alterum interrogabat: Videsne, & tu frater? hic dicebat; Nullo modo. Herbano dixerunt; Væ nobis Magiſter, quidnam modo faciemus? Hic autem ipſis dixit; Nos ſoli excœcati fuimus, Chriſtianorum Deum conſpicati? nunquid & illis hoc idem accidit? Quidam ex Chriſtianis cũ hæc audiuiſſent, alta voce dixerunt; Abſit. Nos equidem Chriſtiani gratia eius inexplicabili ipſum contemplati acutiùs, & meliùs nunc cernimus quàm antea videbamus. Vos ſoli cœci facti eſtis propter perfidiam, & incredulitatem oculis intuebantur, ecce Dominus Ieſus à portis exitus illius venit: & ad ipſos ſupra nubem deambulans accedebat coram oculis ipſorum. Erat autem ſpecioſus forma valde. Venit igitur, & in extremis partibus nubis ſtetit propè Archiepiſcopum, conſeſſum ſiue concilium, ſupra ipſos ferè ducentos cubitos, ita vt ipſe videretur ab omnibus purpurea nube circumamictus pulcherrima, ex qua diuinitatis radij emicabant. In capite eius ſplendor fulguris, & diadema pulchritudinis inæſtimabilis, & radijs velut ſpinea corona: gladiumque tenebat manu ſiniſtra, & dextra ſceptrum. Vt igitur ſtetit coram ipſo Dominus, tremor non enarrabilis cum gaudio in ipſum Regem & optimates incidit, atque in omnem Chriſtianorum multitudinem, ſic vt præ illo horrendo ſpectaculo neque ipſi loqui poſſent. Solummodo ſurſum obtuentes iucundè ipſum conſpiciebant, & præ immenſa atque incredibili lætitia attoniti ſtupeſcebant. Iudæi verò cum ſuo Herbano horribile, & tremendum illud myſterium ſpectantes animo percellebantur valdè, ſua pectora tundentes, & præ timore ac formidine huc & illuc circumſpicientes, fugam quærebant. Archiepiſcopus autem ad Herbanum alta voce clamauit: Contemplare, ò Herbane, horrificum illud myſterium, de quo tibi magna eſt ſcrutatio, & inquiſitio, atque inconcuſſam, & certam habeto fidem, & crede indubitantèr, quod vnus eſt Dominus Ieſus Chriſtus in gloria Dei Patris, Amen.

Hic autem adhuc tacebat. Venit igitur vox à Domino ad Iudæos: *Propter magnam Archiepiſcopi inuocationem ap-*

Digitized by Google

nibus. Atque cùm ex his vnus cœleſti lauacro tinctus fuit, continuò apertis oculis viſum recepit, & clamauit dicens *Ieſus Chriſtus Deus eſt verus, & credo in ipſum*. Hoc cùm audijſſent cæteri, cum alacritate magna ad Sacroſanctum lauacrum acceſſerunt, & Chriſti ſignaculo accepto, cum Chriſtianis annumerati ſunt. Et factum eſt gaudium magnum & lætitia Eccleſiæ Dei in illo, & diabolo damna multa. Herbanus etiam lauacro ſpiritali tinctus, & omnes qui cum ipſo erant, mox oculis apertis, & in priſtinum aſpectum reſtitutis, Deum glorificarunt. Deindè Herbanus attonitus ob apparitionem, ſiuè viſionem Domini, & Dei Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, dicebat: In Cœlis erat Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quem ſtulti Patres noſtri crucifixerunt, & occiderunt; & nos ſtupidi cum dormientibus, & in ſepulchris iacentibus eſſe putabamus. Et percutiens pectus cum lacrymis dicebat: Here Domine Ieſu Chriſte, filij Dei viui in veritate, ignoſce mihi quæ tibi peccaui, ignorantia erga te affectus. Beatum quoque Gregentium reuerebatur, & ſummo honore afficiebat, & vt Dei Angelum intuebatur, neque ab eo diſcedere & diuelli potuit. Rex autem Herbanum ſciens virum eſſe ornatiſſimum, & eruditiſſimum, eius in Sancto Baptiſmo fideiuſſor ſiue ſponſor factus, ipſum Leonem nominauit, & vnum ſui Senatus declarauit, Υϖικλησιόνα, ſuum conſtituens quem Romani Patricium, & Κανικλείονα nominant. His ita progreſſis, & ex Iudæi cum Herbano circiter quinquies mille quingentis millibus lauacro ſpiritali tinctis, atque erogationibus publicè tem veſtram. Cum igitur omnes cæci eſſent neque omninò viderent, Herbanus manu ductus ad Archiepiſcopum venit, & dixit ad ipſum.

Herbanus. Omnis homo ſuum Deum intuitus, ab eo beneficium accipit: nos autē Deum tuum vidimus, & malè accepimus, ſi huiuſmodi beneficia in eos confert qui ad ipſum accedunt: certè ſui patris bonitatem non adeptus eſt.

S. Archiepiſcopus. *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum etiam nunc liberè egit*. Secundum veſtras blaſphemia, ideſt, impias contumelias, & ſacrilega conuitia veſtra in illum, vobis factum eſt.

Herbanus. Si malum pro malo rependit, cuinam poſteà noſtra curanda committis?

S. Archiepiſcopus. Medicus membrum ſecans quodcumque putruit, non vt Auctor lectionis redarguitur. Indignis enim oculis Dominum contuiti, excæcati fuiſtis.

Herbanus. Ex omnibus quæ abs te audiuimus, & vidimus, hoc ſolum tibi reſtat, vt aperiantur oculi noſtri, & Chriſtiani omnes efficiamur. Quod ſi hoc nobis non perfeceris, reddas rationem in die iudicij pro nobis.

S. Archiepiſcopus Si vultis vt vos ſpiritali lauacro perfundam, viſum recipietis.

Herbanus. Si nos perfuderis, & neque noſtri aperiantur oculi, quid futurum.

S. Archiepiſcopus. Vnum, inquit, purifico lauacro abluam ex vobis, qui ſi viſum non receperit, ne tunc acceperitis.

Hoc autem Herbano placuit, & om-

Digitized by Google

annum Concionatoris ad Hebræos munus Romæ exercuiſſet, ſuorum laborum prœmium recepturus, ad ſuperos euolauit die 21. Februarij anno 1688. ætatis 77. Scripſit

Reſponſionem ad librum cuius Titulus eſt, *Hæc eſt Porta Domini iuſti ingredientur in ea*. In quo varijs capitibus, præcipuè ex decem teſtimonijs V. T. probatur falſam eſſe Chriſtianam religionem. Hæc reſponſio diuiditur in duas partes, quorum vna continet loca Sac. Scripturę cum explicatione Hebręorum altera verò id quod Chriſtiani dicunt, & quomodo ipſi intelligunt ſupradicta Sac. Scripturæ teſtimonia.

Notitiam principalium Mundi ſectarum, hoc eſt, *Philoſophorum*, *Aſtrologorum*, *Machiaueliſtarum*, *Idololatrorum*, *Hebræorum*, *Turcarum*, *Hæreticorum*, *& Chriſtianorum*. Vbi per modum Dialogi inter Cathecumenum, & Patrem Cathechizantem ſoluuntur principaliora dubia quæ ab infidelibus fieri ſolent contra S. Fidei veritatem. Item

Concionum Tom. 6. ſuper Paraſciòth; quorum primus ab eo dictus eſt titulo *S. Thomæ Aquinatis*; Secundus *S. Ludouici Bertrandi*; Tertius *S. Raymundi*; Quartus *S. Hiacynthi*; in quinto ſunt *Conciones diuerſæ*; Sextus inſcriptus titulo *S. Caterinæ*. Aliaque huiuſmodi; quæ omnia ſeruantur mſc. in Bibliotheca Collegij Sacræ Pœnitentiariæ prope S. Mariam Maiorem.

233 GREGORIVS COMPAGNVS, Romanus Ord. Præd. Theologus, & Magiſter, in Baſilica S. Mariæ Maioris Pœnitentiarius, linguæ Hebraicæ Profeſſor, & huius Bibliothecæ ex mandato Reuerendiſſimi P. S. Palatij Apoſto-cè factis, non exiguis acceptis, magnâ animi voluptate domos ſuas reuerſis, Regis iuſſu & Archiepiſcopi omnis Synagoga Iudæorum, quæ omnibus Regni ipſius vrbibus habitabat, baptizatur. Et ſtatim de conſilio, & ſententia Sanctiſſimi Archiepiſcopi, Rex piiſſimus familias ſiuè tribus, quas ipſi inter ſe habebant, diſſipauit, & edixit, vt Chriſtianorum familijs miſcerentur. Regi etiam præcepit beatiſſimus Gregentius, vt legem ferret; Ne quis vllo modo Hebræorum recens illuminatorum auderet inpoſterum generum ſibi aſciſcere ex contribulibus, ſed ex gentibus Chriſtianis filiæ ſuæ maritum; & filio ſimilitèr. Qui verò legem violaret, gladij ſupplicio ſubijceretur. Hac lege ſcripta, & lata, omnis Iudæorum natio hoc modo Chriſtianorum nationi commixta, & confuſa, temporis decurſu in priorum obliuionem omninò venit. Hæc videntur contigiſſe in quinto ſæculo, poſt debellatum Dunam Hebræum Homeritarum Regem, & reſtitutos in ea regione Reges Chriſtianos ope Elesboam Regis Æthiopum. Quod contigiſſe tempore Iuſtini Imperatoris patet ex Procopio lib. I. de bello Perſico, & narratione quadam de Chriſtianis Homeritis à Iudæis interfectis, quæ habentur apud Surium 24. Octobris.

232 GREGORIVS BONCOMPAGNVS de Scarintijs, Romanus Ord. Præd. Sac. Theologiæ Magiſter, de quo in Biblioth. Mag. Rabb. Par. III. pag. 749. & 751. Vir verè pius, & doctus, inter Pœnitentiarios apud S. Mariam Maiorem, Vicarius, qui poſtquã ſupra trigeſimum octauum

Digitized by Google

bus in locis veritatem Sanctiſſimæ Trinitatis aſtruit. Quemadmodum & facit tum ex Deuteron. cap. 6. tum ex Dauidis Pſalmorum varijs locis, nempè 54. 49. 17. 35. 109. 2. 32. 106. 103. 118. Hoc enim ordine illos citat: tum ex Iſaiæ cap. 6. & 48. & ex Prouerbiorum libro cap. 8. atque ex Iob cap. 27. Iterum autem ex Geneſeos cap. 30. & ex Ioannis Euangelio c. 17. & ex Iſaiæ 9. Quod & pergit deinceps ex Baruch, & Iſaia, & Michæa, & Daniele Diuinarum Perſonarum, & Chriſti Domini Dei, & hominis veritatem comprobans.

De Chriſti cruciatibus etiam, & morte contra illoſmet Hebræos agit, incipiens, *Dauid ex perſona Chriſti, conſilium, inquit, malignantium obſedit me: Foderunt manus meas*. Pſal. 21. vbi & Iſaiæ c. 30. & Pſal. 68. ac rursùs Iſaiæ cap. 50. & 53. adducit

De Chriſti Reſurrectione ex Pſal. 15. Oſeæ 6. Matth. 27. Ioſepho Iudæo lib. 18. de antiquitate Iudæorum c. 4. vbi inſigne extàbat teſtimonium de Chriſto, quod Iudæos eraſiſſe fertur. Certè Niſſeni tempore apparet extitiſſe. De eo mentio apud plurimos Authores, inter quos, apud S. Hieronymum Sophronium, Socratem, Sozomenum, Theodoretum, Poſſeuinum & Philippum Labbe.

235 GVIBERTVS Abbas B. Mariæ de Nogento, ſcripſit

Tractatum de Incarnatione contra Iudæos Excuſ. Pariſijs an. 1661. in fol.

236 GVIDO Epiſcopus Auen. Scripſit

De erroribus Iudæorum, Extat mſc. in Bibl. Vat. inter Latinos, num. 988.

Apoſtolici Magiſtri, diligens Reuiſor, in munere apud Hebræos Concionatoris, ſupradicto Gregorio Boncompagno meritiſſimus ſucceſſor, qui non minori laude, & fructu, Rabbinorum iacula retrudens, expectatum à Iudæis Meſſiam adueniſſe, Sac. Scripturæ teſtimonijs, ſatis ſuperque oſtendit. Scripſit ſupra centum

Conciones ad Hebræos, quæ apud ipſum extant mſc.

234 S. GREGORIVS NISSENVS, Niſſæ in prima Cappadocia Epiſcopus, Magni Baſilij Cæſareæ Archiepiſcopi frater natu minor, quem perperam Emiſenum Honorius in Catalogo, & Tritemius vocarunt; vir eloquentiſſimus, & omnium virtutum genere ornatus: floruit anno 392. Theodoſij Imperatoris 14. & obijt anno ſalutis 395. vel ſequenti, vt alij tradunt. Quamplurima opera, ſapientia, & eruditione plena conſcripſit, inter quæ

De Sanctiſſima Trinitate aduersùs Iudæos, ex veteri Teſtamento delecta teſtimonia cum explicatione. Laurentio Siſano interprete. Excuſ. vnà cum alijs eius Operibus Pariſijs apud Sebaſtianum Niuelliũ an. 1573. Nonnulla extát fragmenta ex Niſſeni Operibus ab Euthymio collecta, & in ſuæ Panopliæ prima parte inſerta; in quibus habentur

Capita contra Hebræos ex libro, qui inſcribitur *de cognitione Dei*, & eius eſſe fertur. Incipit, *Lex, & Prophetæ quorum plenitudo Chriſtus eſt, omnia, quæ tum ad ipſum Chriſtum, tum etiam ad Sanctam pertinent Trinitatem, ſubtilitèr ſcripſerunt*.

Ex libro item Geneſeos aduerſus eoſdem, ex c. 1. 3. 11. 18. Quibus omni-

rævallis. Hæc excerpta ſunt ex Gallia Chriſtiana tomo 2. in Epiſcopis Catalaunenſibus. Calamo exaratum reliquit librum

De Altercatione cuiuſdam Chriſtiani cum Iudæo de fide catholica. Hoc opus fidelitèr exciptum eſt ex antiquo Manuſcripto Bibliothecæ Catalaunenſis per P. Robertum Deſgyues Canonicum Regularem Congregationis Gallicanæ, Prępoſitum maioris domus-Dei Beluacenſis. Extat in Biblioth. Vet. PP. tom. 20. in fine, edit. Lugd. an. 1677.

240 GVILIELMVS BEVEREGIVS, Eccleſiæ Anglicanæ Presbyter, ſcripſit

Diſſertationem de Linguarum Orientalium præſtantia, & vſu. Excuſ. Londini an. 1658. in 8.

241 GVILIELMVS CODDÆVS, natus Lugduni Batauorum an. 1575. quarto, aut paulò amplius menſe poſt ſolutam eiuſdem Vrbis obſidionem. Sub Franciſcis Raphelengio, & Iunio, linguam Hebraicam adeptus eſt, ediditque

Notas ad Grammaticam Hebræam Martini Nauarri Morentini. Lugd. Batau.

Catalogum Librorum omnium Arabicorum, Chaldaicorum, Syriacorum, & Hebraicorum, qui aut allegantur, aut tam inediti, quam editi adhuc extant. Huius operis meminit Philippus Labbe in Bibliotheca Bibliothecarum.

242 GVILIELMVS FRANCHVS Romanus, Monachus Congregationis Vallis Vmbroſæ ſcripſit Italico ſermone

Grammaticam Hebræam, præfixo nomine שמש לשון הקודש *Scèmeſc leſciòn hakkò-*

237 GVIDO FABRICIVS BODERIANVS peregrinarum linguarum interpres

Nouum Teſtamentum ex Syro charactere in literas Hebraicas tranſcripſit, ac latinæ interpretationis facibus colluſtrauit. Excudi curauit Pariſijs anno 1584. apud Ioannem Benenatum. Præfixa epiſtola ad Chriſtianiſſimum Galliæ Regem Henricum III.

Nouum Teſtamentum Græcè, Latinè, & Hebraicè edidit paritèr Pariſijs apud eumdem. Item,

Dictionarium Syro-Chaldaicum. Huius fit mentio in Bibliotheca Magna Rabb. Par. III. pag. 882.

238 GVILIELMVS ALABASTER Anglus, ſcripſit

Apparatū in reuelationem Ieſu Chriſti, in quo varia Hebraica explicat. Hoc opus prohibetur in Romano Indice.

239 GVILIELMVS DE CHAMPEAVX cognomento VENERABILIS à natali Solo ſic dictus, oppido de Campellis, Pariſienſis diœceſis in Eria, tertio à Meluduno milliario, Eccleſia collegiata inſigni. Pariſienſis Eccleſiæ Archidiaconus effectus, ad Epiſcopatum Catalaunenſem aſcendit. Benedixit S. Bernardū in Abbatē Clareuallenſem ipſi apprimè notum, & familiarem, vti memorant Albericus, & vita ipſius Bernardi lib. 1. cap. 7. Idem S. Bernardus Epiſt. 3. ad quoſdam Canonicos Regulares (quorum habitum aſſumpſit idem Guilielmus, vt teſtatur antiquus Scriptor Anonymus) vocat eum clariſſimum virum. Exceſſit è viuis anno 1121. 8. Cal. Februarij, ſicuti docent tabulæ S. Stephani, & Albericus. Eius corpus extat in Abbatia Cla-

nologiam Sacro-prophanam à Mundi conditu ad annum M. 5352. vel Chriſti 1592. Cui addita ſunt

פרקי ר׳ אליעזר *Pirkè R. Eliezer*, *Capitula R. Eliezer*, continentia in primis ſuccinctam hiſtoriæ ſacræ recenſionem circiter 3400. an. ſiue à Creatione vſque ad Mardochæi ætatem, cum veterum Rabbinorum commentarijs; vtraque per ipſum ex Hebræo in Latinum verſa, & obſeruationibus illuſtrata; quibus etiam inſerta ſunt Hebræorum tam veterum, quam recentiorum teſtimonia de D. IESV, nec non de Pſeudochriſtis Iudæorum. Excuſ. Lugduni Batau. ex Officina Ioannis Maire, an. 1644. in 4.

245 GVILIELMVS LINDANVS Dordracenus, qui poſteà Epiſcopus Ruræmondenſis Eccleſiæ, ſe Guilielmum Damaſi Lindanum nominauit; plura vir doctus, & Hæreſum expugnator edidit, quorum Catalogus recenſet Poſſeuinus, inter quæ

Paraphraſes in Pſal. 118. cum annot. pro Vulgata Pſalmorum verſione contra Iudaizantes noſtra iſtius ætatis interpretes anno 1568.

Pſalterium Vetus à mendis ſexcentis repurgatum, & de Græco, atque Hebraico fontibus illuſtratum, an. 1567. Cuius mentio in Biblioth. Mag. Rabb. Par. IV. pag. 208. Sequentia ſunt inedita

Epiſtolarum lib. 3. Politicarum, Theologicarum, & Miſcellanearum, & quartus Hebraicarum Quæſtionum, qui habet Apologiam 72. Interpretum.

De Victoria Chriſti contra Iudæos, & Iudaizantes Bibliorum interpretes, vbi ordine alphabetico plurima oſtenduntur SS. Bibliorum loca à Iudæis modo depra-

hakkòdeſc, hoc eſt, *Sole della lingua Santa, Sol linguæ Sanctæ*. Excuſ. Bergomi anno 1591. 1599. & 1657. apud Cominum Venturam, in 4. Item

Alphabetum Hebraicum, in quo quicquid ad Hebraicam linguam legendam pertinet, continetur. Excuſ. Romæ apud Nicolaum Mutium, anno 1596. in 8. Hic Auctor eſt Neophytus, vt ipſe aſſerit; at quia non fuit poſitus inter Hebręos, nolui eum præterire inter Latinos.

243 GVILIELMVS HAMERVS, Noueſianus, Germanus, Ord. Præd. Theologus inſignis, Poeta, & multarum linguarum, ac ſcientiarum peritus, ſcripſit

Doctas, vtiles, & lectu iucundas in Geneſim commentationes, plurimis clariſſimorum Hebrææ linguæ Sacrorum, & prophanorum Auctorum ſententijs adeò ornatas, vt ab æquo, candidoque lectore ſine magno fructu, & voluptate legi non poſſint. Harum initium eſt: *Mundus hic, quem alio nomine Cælum*. Altamura in Biblioth. Ord. Præd. Sixtus Senenſis lib. 4. Bibl. Sanctæ.

244 GVILIELMVS HENRICVS VORSTIVS, ex Hebræo in Latinum tranſtulit

הלכות יסודי התורה *Halacòth Ieſodè Thorà, Conſtitutiones de fundamentis legis* R. Moſis Maiemonidis; additis quibuſdam notulis.

Librum de Capite fidei R. Iſaaci Abrauanelis, in quo continentur radices, & capita, ſeu principia Religionis. Amſtelodam. apud Guiliel. & Ioan. Blaeu. anno 1638. in 4.

צמח דוד *Tzèmach Dauid, Germen Dauidis R. Dauid Ganz*, continens Chro-

Digitized by Google

Chaldæo tranſlatum, in quo innumera latent ſecreta, & myſteria, ac oſtenditur priſcam priſcorum Moſis auditorum doctrinam, omninò eſſe conformem doctrinæ Euangelicæ, & reformationis Iudaicæ à Chriſto inculcatæ, & ſuo ſanguine confirmatæ.

Librum Behir ex Chaldæo tranſtulit, in quo ſucceſſus Regni Chriſti videtur.

Abrahami Patriarchæ librum Iezirah inſcriptum, ex Hebræo in Latinum tranſtulit. Excuſ. Pariſijs anno 1552. Vt autem quiſque de ſtulta huius hæretici ſapientia poſſit ferre iudicium, audiat quid de ipſo ſcribat Paulus Colomeſius in Gallia Orientali. Hic, *inquit*, apud Barentonium Normaniæ Vicũ obſcuris ortus parentibus cùm ingenium apprimè capax, & ad concipiendas artes idoneum à naturæ bonitate accepiſſet, melioris diſciplinæ ſubſidio deſtructus, ea nitidioris eloquentiæ facultate caruit, quæ vnà maximè doctorum hominum ſcriptis dignitatem atque ſplendorem afferre poteſt. Adoloſcentiam vix attigerat, quando ipſe adhuc docendus difficile docendi munus aggreſſus eſt, cumque multos vitæ annos in vicinorum Liberis erudiendis, ac perpetuo ſtudiorum labore traduxiſſet, tandem è Ludimagiſtro pagano, creatus à Rege peregrinarum Linguarum Profeſſor, in vrbem venit, editis locupletibus Commentarijs, quibus duodecim inter ſe differentes & variæ linguæ ſuperba doctrinæ oſtenſione explicantur. Neque multò poſt viſendi Orbis cupiditate incenſus reliquit Galliam, confectaque ſexdecim annorum peregrinatione, Venetijs demum conſedit: Vbi neſcio cuius mulierculæ præſtideprauata, & alitèr lecta, quam olim vetus legit Synagoga, LXX. & doctiſſ. D. Hieronymus, Aquila, Symmachus, & & Theodotion, imò ipſorum Paraphraſtes Chaldæus, qui Eccleſiaſticæ verſioni non rarò contra illos ſuffragatur.

Paraphraſis in Cantica Canticorum cum annotationibus variarum lectionum, & trium linguarum.

Dauidicus crucifixi Chriſti Typus, vbi Chriſtianus Lector videat, quanto ſacrilegio, & Chriſti Ieſu odio diuina Prophetarum oracula & Iudæi, & noui SS. Bibliorum interpretes Iudaizantes plerique omnes obſcurarint, eneruarint, adulterarint.

246 GVILIELMVS POSTELLVS, Barentonius, Auctor damnatus in Romano Indice, ſcripſit

Alphabetum, introductionem, & legendi modum, linguarum duodecim characteribus differentium, nempè Hebraicæ, Chaldaicæ, recentioris Chaldaicæ, (quam à tranſitu fluminis vocant) Samaritanæ, Arabicæ, vel Punicè, cuius Grammatica ſub compendio traditur: Indicæ, Græcæ, Georgianæ, Tzeruianæ, Hieronomyanæ, vel Illiricæ, Armenicæ, Latinæ. In ſingulis autem illis rariſſimas Chriſtianorum in diuerſis Orbis partibus agentium hiſtorias habes, quibus illæ linguæ (præter Arabicam, Hebraicam, & Samaritanam) ſunt in Sacrorum vſu, ac Grammaticis communes. Excudit Pariſijs Dionyſius Leſcuier, an. 1538. in 4.

De originibus, ſeu de Hebraica lingua, & gentis antiquitate, deque variarum linguarum affinitate, librum ibidem impreſſum.

Zoharis Opus ſuper librum Geneſeos ex

gnitæ, nonnulliſque alijs ad hanc linguam vtilibus elucidatæ, adeò vt facillimum ſit huius linguæ ſtudioſo, eius fundamenta inde addiſcere; acceſſit Lexicon dictę lingụę breuiſſimum, cum Tabulis Synopticis rerum Grammaticarum, & Verborum imperfectorum. Excuſ. Lipſiæ Impenſis Michaelis Ruſſuuorm. an. 1678. in 8. cum antea prodierint Arnſtadiæ Typis Petri Schmidij an. 1647. in 8.

Horologium Hebræum, ſiue Conſilium, quomodo Sancta lingua ſpatio 24. horarum ab aliquot Collegis ſufficientèr apprehendi queat. Iam ſæpius comprobatum, & ad exemplar quintæ editionis Lipſienſis de anno 1633. diligentèr non ſine mendarum ſublatione recuſum. Fronekeræ, impenſis Iohannis Duiringh, typis Idzardi Alberti, anno 1651. in 8. Prodijt etiam Londini an. 1639. in 8.

משפט המלך *Miſcpàt hammèlech*, *Ius Regium Hebræorum è tenebris Rabbinicis erutum*, *& luci donatum*. Cum animaduerſionibus, & notis Ioannis Benedicti Carpzouij, Hebr. Ling. in Academia Lipſienſi Prof. Accedunt indices locorum Sac. Scripturæ, rerumque ac verborum neceſſarij. Agit de electione; de Pietate; de Aula; de Subditis; de Bello; de Morte, & Succeſione. Excuſ. Argentinæ anno 1625. & Lipſiæ an. 1674. in 4. Hoc Opus prohibetur in Romano Indice.

בחינת הפירושים *Bechinàth happerùſcìm*, *ſeu Prodromus examinis Commentationum Rabbinicarum*, Excuſ. Tub. anno 1632. in 4. Extant etiam eiuſdem

Ecloga Sacra Hebr. Lat. ſeu Epitome Bibliorum, continens præcipua Vet. Teſt. loca

præſtigijs abſurda quædam; & impia de Religione commentus eſt, quæ deindè Lutetiæ frequenti auditorum turba publicauit; cùm ſe morte obita reuocatum ad ſuperos, & iuuenili ætati reſtitutum ineptè mentiretur; magna quidem ſtolidæ plebis admiratione, præſertim eorum, qui ante profectionem eum nouerant, quod videlicèt meminiſſent iam vetulum, & caneſcentem hinc abijſſe, quem longo poſt interuallo reducem nigrante barba, & æui flore conſpicuum cernerent. Sic enim eos captabat, ſimulatoque per pigmenta miraculo fidem ſuis nugis, atque auctoritatem conciliare conabatur. Sed vrgente Magiſtratu, violatæ perſuaſionis reus, aufugit in Germaniam, & in Ferdinandi Cæſaris aula tandiù fuit, dùm recantatis erroribus in patriam redeundi, & publicè profitendi facultas à Principe reddita eſt. At cùm eodem recidere videretur, ex Senatus decreto in D. Martini Monaſterium relegatus eſt; quo in ſeceſſu viribus integris ad alterum, & octogeſimũ ſuperioris ſæculi peruenit annum, centenarioque proximus interiit.

247 GVILIELMVS, ſiuè WILHELMVS SCHICKARDVS, Hebr. Ling. in Academia Tubingenſi quondam Profeſſor, ſcripſit

Inſtitutiones linguæ Hebrææ nouitèr recognitas, & auctas; acceſſit Armonia perpetua aliarum linguarum Orientalium Chaldææ, Syræ, Arabicæ, Ætiopicæ, opera M. Ioannis Erneſti Gerhardi Ienenſis. Excuſ. Ienę an. 1648. in 4. Nunc verò multorum rogatu, eiuſdemque permiſſu ſeiunctim in vſum Gymnaſiorum ſcholarumque denuò reco-

Digitized by Google

251 GVILIELMVS ZEPPERVS ſcripſit

Legum Moſaicarum Forenſium explicationem. Excuſ. Herb. Naſſ. an. 1604. & 1614. in 8.

252 GVSTAVVS PERINGERVS, Suecus, latinè reddidit

Duos Codices Talmudicos עבודה זרה ותמיד *Auodà Zarà, & Tamid*; quorum primus agit de Idololatria; alter, de Sacrificio Iugi, quod olim in Templo Hieroſolymitano quotidie offerebatur. Excuſ. Altdorfi Noricorum apud Ioannem Henricum Schonnerſtædt, anno 1680. in 4.

H

HADRIANVS vide ADRIANVS.

253 HAMMONIVS, in Itinerario B. M. agit

De Iudæa, & Iudæorum rebus.

254 HAMMVLVS Lugdunenſis in Gallia Epiſcopus, ſcripſit ad Carolum Imperatorem

Contra Iudæos Opus inſigne. Floruit an. 830. Poſſeuinus in Apparatu Sac.

255 HARTMVNDVS Germanvs, Monachus Monaſterij S. Galli, quod eſt apud Heluetios Ord. S. Benedicti, linguarum Græcæ, Latinæ, & Arabicæ, maximè autem Hebraicæ peritiſſimus, Rabani Mauri quondam auditor, ſcripſit

Commentarios in Sac. Scripturam, iuxta Hebraicam Veritatem. Floruit an. 870.

256 HECATÆVS ABDERITA, Philoſophus, conſcripſit

Hiſtoriam de Iudæis. Euſebius de præparat. Euang. lib. 9.

257 F. HECTOR PINTO, Luſi-

loca in Nouo citata. Excuſ. ibid. anno 1633. & Erfurti an. 1650. in 8.

Oratio de Feſto Purim. Excuſ. ibid. & Londini an. 1660.

248 GVILIELMVS TOTANVS, ſcripſit

Fortalitium fidei. Excuſ. Lugd. an. 1525. in 4. Sunt alij libri huiuſmodi inſcriptione.

249 GVILIELMVS TYRIVS, Tyri in Phœnicia Archiepiſcopus Metropolitanus, quem nonnulli Gallum, alij verò Germanum faciunt. Scripſit

Belli Sacri hiſtoriam, lib. 23. comprehenſam, de Hieroſolyma, ac Terra promiſſionis, adeòque vniuerſa penè Syria per Occidentales Principes Chriſtianos recuperata: narrationis ſerie vſque ad Regnum Balduini quarti, per annos 84. continuata. Opus mirabili rerum ſcitu digniſſimarum varietate refertum, ac hiſtoriæ ſtudioſis vt iucundiſſimum, ita & vtiliſſimum futurum: ante annos quidem circiter quadringentos conſcriptum, nuncque primùm doctiſſimi viri Philiberti Poyſſenoti opera in lucem editum. Baſileę anno 1549. in fol. Poſſeuinus dicit extare plures eius Epiſtolas ad Bernardum Antiochenum. At confundit hunc cum alio Guilielmo Tyrio pariter Archiepiſcopo antiquiore, quàm noſter, de quo eſt ſermo.

250 GVILIELMVS VELVODIVS, edidit

Iuris Diuini Iudæorum, ac Iuris ciuilis Romanorum parallela, ſiue Vtriuſque è ſuis Vndequaque ſedibus ad Verbum tranſcripti ocularis Collatio. Lugd. Batau. ex officina Plantiniana apud Franciſcum Raphelengium, anno 1594. in 4.

Digitized by Google

260 HELPHRICVS EMMELIVS, ſcripſit

Syluam quinque linguis Vocum, & Phraſium Germ. Lat. Græc. Heb. & Gall. Excuſ. Francofurti in 8.

261 HENRICVS APITIVS, edidit librum, cuius Titulus

Syriaſmus facilitati, & integritati ſuæ reſtitutus, ſimulque Hebraiſmo, Chaldaiſmo harmonicus, exemplis plurimis, & ſingularibus, ex Verſione Syriaca totius V. & N. T, illuſtratus. Lipſiæ, & Francofurti apud Bartholomæum Mola, an. 1678. in 4.

262 HENRICVS CANISIVS Nouiomagus Germanus, I. V. D. & Canonum publicus in Academia Ingolſtadienſi profeſſor, edidit

Tomos Antiquæ lectionis, quos ſigillatim refert Poſſeuinus in Apparatu ſac. In quorum tertio reperitur notis illuſtratus

Anaſtaſij Abbatis Liber contra Iudæos. In quinto verò

Fragmentum ex Leontio Cyprio contra Iudæos.

263 HENRICVS CVLENS ſcripſit

Iubilæi Veteris Hebræorum, & noui Chriſtianorum collationem. Excuſ. Antuerpiæ an. 1607. in 8.

264 HENRICVS DECIMATOR Giffhornenſis, edidit

Syluas vocabulorum, & Phraſium Linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ. Lipſiæ anno 1605. & 1606. in 8.

265 HENRICVS DIESTIVS apud ſuos S. Theologię Doctor, eiuſdemque vt & Linguæ S. Profeſſor, typis euulgauit

Grammaticam Hebræam, facili methodo

Luſitanus, Couilhanenſis, edidit

Commantaria in Iſaiam, Ezechielem, Danielem; Hieremiam, & Nahum, cum explanatione, & obſeruationibus ex Hebræo. Prius enim ſenſum literalem explicat, deinde ad finem ſingulorum capitum, ex Hebræo, Chaldæo, Græcoque annotationes ſubnectit. Prodierunt Colonię quinque voluminibus in 4. an. 1616. Lugduni tribus voluminibus in fol. & Pariſijs 1617. De eo agit Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſp.

258 HEGESIPPVS Hiſtoriagraphus, inter Scriptores Eccleſiaſticos vetuſtiſſimus, vixit ſub Marco Antonino Imper. ab anno plus minùs Æræ Chriſtianæ 165. ad 180. Floruit Romæ ſub ſummis Pontificibus Aniceto, Sotere; & Eleutherio; Eius nomine circumferuntur

Libri quinque de rebus à Iudæorum Principibus in obſidione fortitèr geſtis, deque excidio Vrbis Hieroſolymitanæ, aliarumque Ciuitatum adiacentium, ſub Tito Veſpaſiani Imperatoris filio. D. Ambroſio Mediolanenſi Archiepiſcopo Interprete; Eius Anacephalæoſis fini operis adiecta eſt. Excuſ. apud Sacuzam Romanorum Coloniam; anno 1525. in fol. & Coloniæ anno 1559. in 8. De eo plura Euſebius lib. 2. cap. 22. Sanct. Hieronymus, Bellarminus, & nuper Philippus Labbe de Scriptor. Eccleſiaſticis.

259 HEINRICVS, Gallus, ſcripſit

Verſus de radice Hebraica inueſtiganda. Citatur à Friderico Blankenburgio inter nomina Auctorum, quibus ipſe vſus eſt ad Grammaticam linguæ Sanctæ conficiendam.

Digitized by Google

De Hebræorum nummis Paradoxa. Acceſſit eiuſdem

De Republica Hebræorum Exercitatio. Helmſt. an. 1676. in 4. Citatur à Martino Lipenio in Bibliotheca Reali Philoſophica.

270 HERMANVS GERMBERGIVS, ex Germanica lingua latinè reddidit

Synagogam Iudaicam, & Iudæi cum Chriſtiano Diſputationē de Meſſia noſtro, Auctore Io: Buxtorfio, de quo infra.

271 HERMANVS RENNECHERIVS, ſcripſit

Explicationem literalium ſeruilium linguæ Hebraicæ.

272 S. HIERONYMVS Stridonienſis Presbyter, Eccleſiæ Doctor, Hæreticorum malleus, Tullianæ eloquentiæ, quàm in iuuentute didicerat non impar; linguarum orientalium, maximè verò Hebraicę amantiſſimus, ad quam diſcendam, quos labores non ſuſtinuit? Quid de huius viri eleganti induſtria, quam erga Latinos, Græcos, Hebræos, Arabicos, Chaldæoſque in diſcendo elementorum apices habuit, præſtantiùs dici poteſt, quam ipſius ad Ruſticū monachū verba dicentis? *Dum eſſem iuuēis, & ſolitudinis me diſerta vallarent; incentiua vitiorum, ardoremque naturæ ferre non poteram: quem cum crebris ieiunijs frangerem, mens tamen cogitationibus æſtuabat, ad quam edomandam, cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in diſciplinam dedi; vt poſt Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemque Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabethum diſcerem, & ſtridentia anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris inſumpſerim, quid ſuſtinuerim diffi-*

thodo propoſitam. Cum rudimentis linguæ Chaldaicæ, & Syriacæ. Dauentriæ excudebat Ioannes Columbeius. Proſtat Amſtelodami apud Ioannem Ianſſonium à Waeſberge, & Elizeū Weyerſtraet, an. 1665. in 8.

266 HENRICVS MAVROY Gallus, Ord. D. Franciſci, concionator facundiſſimus, literis Græcis, Hebraicis, & Latinis non mediocritèr excultus, & in lectione Doctorum Hebræorum optimè verſatus, edidit

Apologiam pro Iudæis Chriſtianis, & ijs qui ex reliquijs Patriarcarum piè, & ſanctè de Chriſto Ieſu, & fide Catholica ſentiunt, in Archiepiſcopum Toletanum, & aſſeclas eius, iſtos à ſuis Eccleſijs, & beneficijs Eccleſiaſticis excludentes. prodijt liber Pariſijs primùm apud Michaelem Feozendat in domo Altetrica an. 1552. denuò apud Vincentium Gualterotium, & Sebaſtianum Niuellium an. 1553. Poſſeu. in Appar. Wading. de Script. Ord. Min. & Iulius Bartoloccius in Biblioth. Magn. Rabb. Par. I. pag. 97. Par. III. pag. 787. & Par. IV. pag. 58.

267 HENRICVS VRANIVS, ſcripſit

Compendium Grammaticæ Hebrææ. Excuſ. Coloniæ anno 1570. Huius fit mentio in Biblioth. Mag. Rabb. Par. III. pag. 44. inter Scriptores Latinos, qui de Grammatica Hebræorum ſcripſerunt.

268 HERMANVS BARCALAO, ſcripſit

De Iudæa & Iudæorum rebus: Citatur à Fabiano in Ind. Vniuer.

269 HERMANVS CONRINGIVS, edidit

Digitized by Google

lutis 440. & alios ab Oldoino loco citato recenſitos. Ad Superos euolauit nonageſimo octauo ætatis ſuæ anno, Imperij Theodoſij iunioris duodecimo; ex chronico verò S. Proſperi obijt Honorio Imperante anno Domini 422. ætatis ſuæ nonageſimo primo. Et ſecundum Baronium obijt anno Domini 420. ætatis 70. Operum D. Hieronymi Catalogum, texerunt Sixtus Senenſis, Poſſeuinus, Bellarminus, Philippus Labbe, & alij: quænam eiuſdem cenſenda ſint genuini fœtus, diligentèr obſeruant; nos verò, quæ tantùm ad inſtitutum noſtrum pertinent, recenſere delectat.

Omnes Veteris Teſtamenti libros, *ex Hebræorum codicibus* in Latinum vertit.

Danielem Prophetam Chaldaico ſtylo prolocutum, & Iob iuſtum Arabico, in Romanam linguam vtrumque Auctorem, perfecta interpretatione mutauit.

Matthæum ex Hebræo fecit eſſe Romanum. Hæc referuntur in eius vita ab anonymo conſcripta quæ habetur in fine Tomi noni eiuſdem Hieronymi, edit. Romæ in ędibus Populi Romani, an. 1572.

Pſalterium ex Hebraico ab ipſo Hieronymo latinitate donatum, reperitur paritèr in eadem editione, qua ego vtor. Item

Quæſtiones, ſiuè traditiones Hebraicæ in Geneſim.

Quæſtiones, ſiue traditiones Hebraicæ in libros Regum, & *Paralypomenon*. Parum liquet quo Auctore, niſi quod probabile eſt, quędam ex Hieronymi commentarijs, quos in præfatione pollicetur, per ſtudioſum quempiam decerpta.

difficultatis, quoties deſperauerim, quotieſque ceſſauerim, & contentione diſcendi rursùs incæperim; teſtis eſt conſcientia tam mea, qui paſſus ſum, quam eorum, qui mecum duxerunt Vitam, & gratias ago Domino, quod de amaro ſemine literarum dulces fructus carpo. Epiſt. verò ad Pammachium, & Oceanum. *Dum eſſem*, inquit, *iuuenis, miro diſcendi ferebar ardore, nec iuxta quorundam præſumptionem ipſe me docuit. Appollinarium audiui Antiochiæ frequentèr, & colui: iam tunc me in Stripturis Sanctis erudiret, canis ſpargebatur caput, & magiſtrum potius, quam diſcipulum decebat. Perrexi tamen Alexandriam, audiui Didymum, in multis eis gratias ago. Quod neſciui didici: quod ſciebam, illo docente non perdidi. Putabant me homines finem feciſſe diſcendi. Veni rurſum Hieroſolymam, & Bethlehem, quo pretio, quo labore Barrabanum Hebræum nocturnum habui præceptorem? Timebat enim Iudæos, & mihi alterum exhibebat Nicodemum*. Temporibus Theodoſij Imper. floruit, vt ipſe in Catalogo Scriptorum teſtatur, anno videlicèt 378. Nonnulli Cardinalem faciunt; alij à Purpureo Senatu excludunt: neque noſtrum argumentum eſt circà hoc quæſtionem texere, aut aliquid definire, cum adhuc penes Iudicem lis ſit; adeant qui velint, Baronium qui oppugnat Ciaconium affirmantem S. Hieronymum à Damaſo Papa Cardinalem renuntiatum titulo S. Anaſtaſiæ; legant Oldoinum in annotationibus ad Ciaconium; audiant Cyrillum Epiſcopum Hieroſolymitanum, Euſebium eiuſdem Hieronymi diſcipulum, Petronium Epiſcopum Bononienſem, qui floruit circa annum noſtræ ſa-

Digitized by Google

BONVS, Italus, Solodienſis, Ord. Min. prouinciæ Brixienſis ſtrictioris obſeru. Hebraicæ linguæ Profeſſor, Baſilicæ Lateranenſis Pœnitentiarius, edidit

Breue Compendium Artis linguæ Sanctæ addiſcendæ. Bergomi Typis Comini Venturæ anno 1616. Wading. de Script. Ord. Min.

275 F. HIERONYMVS GRACIAN, Pincianus, Ord. Carmelitarum diſcalceatorum *à Matre Dei* cognominatus, de quo plura in Biblioth. Hiſpanica, ſcripſit inter cætera

Modum diſputandi contra Sarracenos, & Iudæos. Item Hiſpanicè Abecedarium ſcripſit cum hoc Titulo

Abecedario de las cinco lenguas Griega, Hebrea, Arabiga, Bozna, y Latina.

276 HIERONYMVS MASSARIVS, Auctor damnatus ſcripſit

Grammaticam Linguæ Hebraicæ, quam tamen non edidit.

277 HIERONYMVS MEGISERVS edidit

Specimen quinquaginta linguarum, cum earundem Dictionario. Francofurti ad Menum an. 1603. in 8.

278 HIERONYMVS MESSIVS, ſcripſit Italicè

Contra Iudæos; ex eo quia Iudæus in locis Chriſtianorum, præcipuè in Ciuitate Anconæ non dignoſcatur à Chriſtiano. Excuſ. an. 1550. in 8.

279 HIERONYMVS MVNOZ, Valentinus, linguarum Hebraicæ, & Græcæ peritiſſimus, prælo parauit

Alphabetum Hebraicum cum ratione legendi cum punctis.

280 HIERONYMVS OLEASTER; dictus de Azambuia, quod eſt

De locis Hebraicis, ex Euſebio, in quorum appendice habetur: *De Actis Apoſtolorum*. Opus autem hoc non eſſe D. Hieronymi colligitur ex eo, quod, dum de Smyrna Liciç ciuitate meminit, ipſum citat Hieronymum.

De nominibus Hebraicis, interpretationes, videlicèt *nominum Hebraicorum, quæ in omnibus libris V. & N. T. occurrunt* ex Philonis Iudæi, & Origenis lucubrationibus Græcis, Latinè redditæ, vt ipſemet S. Doctor in Præfatione docet; incipit: *Philo Vir diſertiſſimus Iudæorum, Originis quoque teſtimonio &c.*

De interpretatione Alphabeti Hebraici, ad Paulam Vrbicam. Eſt epiſt. 155.

Opera D. Hieronymi nouem continentur tomis excuſ. Lugduni an. 1530. Romæ à Paulo Manutio, hoc eſt Primus, Secundus, & Tertius Tomus, an. 1665. Deindè Quartus, Quintus, Sextus, Septimus, Octauus, & Nonus in Ædibus Populi Romani, anno 1571. 1572. & 1576. Pariſijs item an. 1580. & 1623. Epiſtolæ D. Hieronymi à Petro Caniſio multis in locis ad collationem Veterum Exemplarium reſtitutæ, & in tres libros redactæ prodierunt Dilingæ in Germania, an. 1565. Louanij 1573. Antuerpiæ 1578. & Pariſijs an. 1583.

273 HIERONYMVS ALLE', Bononienſis, Ord. S. Hieronymi Feſulenſis, ſcripſit Italicè opus, cuius Titulus

Li conuinti, e confuſi Ebrei. Diuiditur in aliquas Conciones, ab ipſo Venetijs in Patriarchali Templo S. Syluestri habitas.

274 HIERONYMVS COM-

tarum, de quo plura in Biblioth. Hiſp. ſumma ope, diligentiaq; inexpugnata veterum omnium Hebraicæ, Græcæ, Latinæque Hiſtoriæ Scriptorum monumenta peruoluit, ac Hiſpanicè edidit 27. libros, duobus voluminibus comprehenſos

De Rebus publicis, Hebræa, Chriſtiana, Gentilica ſiuè Romana, Moſcouitica, Veneta, Genuenſium, Helueticorum, Æthiopum, Anglorum, Lucenſium, Raguſina, Indica, Tartarica, Sinica Turcica, atque Fezenſi. Medinæ-campi an. 1575. in fol. Deinde auctiores Salmanticæ, an. 1595. apud Ioannem Fernandez. Scripſit etiam Hiſpanicè Opus, cuius Titulus

Sagrada Chronica Hebrea: tomis tribus.

283 HIERONYMVS DE LA RVA, Toletanus Sacerdos, in ſchola eiuſdem Ciuitatis Philoſophiæ priùs, poſt Sacræ Theologiæ publicus Profeſſor, edidit

Duo Volumina controuerſiarum Theologicarum, partim poſitiuarum, partim ſcholaſticarum. Primum continet *de Libris Sacris, & Canonicis: De Codicibus Hebraicis Sacræ Scripturæ: De Feſtis & ieiunijs Hebræorum &c.* Secundum *De Matrimonijs Hebræorum: De Prophetia: De Hebdomadibus Danielis: De ſenſu literali quatuor primorum Verſuum Pſalmi 18. &c.* Prodierunt Romæ an. 1584. in fol. & Matriti 1619.

284 HILARIVS PRACHIVS, Latinè reddidit, & notis illuſtrauit librum R. Iedaaiàh. Ben Abraham Happenini, cuius Titulus eſt.

בקשה *Bakaſcià Petitio*, cuius dictiones incipiunt à litera מ *Mem*. Prodijt Lipſiæ

eſt oppidum adiacens Tago flumini, Luſitanus, S. Theologiæ Magiſter; Sacrum Prędicatorum Ordinem amplexus anno ſalutis 1520. tantum in eo profecit, vt Ioannes III. Luſitanorum Rex vnà cum alijs eiuſdem Ordinis Theologis ad Oecumenicam Tridentinam Synodum deſtinaret. Elucubrauit

Commentaria in Pentateuchum Moyſis, hoc eſt in quinque primos Bibliorum libros, Geneſim, Exodum, iuxta Santis Pagnini Lucenſis editionem: in quibus primùm Hebraicam Veritatem exactiſſimè explicauit: deinde Verò quæ ad morum compoſitionem aptari poſſunt, ex ipſius literæ penetralibus ſeorſim adiunxit. Edit. Oliſſipone primum anno 1556. in fol. Deindè Antuerpiæ apud hæredes Stelſij an. 1586. in fol. mox Lugduni 1586. & 1589. apud Petrum Landrij, in fol. Item

Hebraiſmos, ſiue phraſes Hebrææ linguæ peculiares. De eo agunt Sixtus Senenſis, Poſſeuinus, Nicolaus Antonius, Antonius Luſitanus, & Altamura in Bibliotheca Ordinis Præd.

281 F. HIERONYMVS RAMIREZ de Arellano, Hiſpanus, Minorum Fratrum ſtrictioris obſeruantiæ, prouinciæ S. Gabrielis, Prædicator Apoſtolicus, & trium linguarum peritus; in præfatione Commentariorum in caput 13. Ioannis Euangeliſtæ, fidem ſuam obſtrinxit, ſi vita ſuppeteret pro alterius Operis editione.

De Republica Hebræa. Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſp. & Wading. de Script. Ord. Min.

282 F. HIERONYMVS ROMAN, Lucronienſis, Ord. Eremi-

Digitized by Google

limo profundi, ideſt, in corruptionem inferni propter obedientiam in paradiſo abiectam; *& non eſt ſubſtantia*, ideſt, auxilium. *Defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deo meo quando veniet, & ſaluum me faciet*, & quæ ſequuntur; poſtea dicit tamquam ex perſona ſua Chriſtus, *quæ non rapui, tunc ſoluebam*, ideſt, qui non peccaui, pro peccato Adæ ſuſtinui mortem. *Quoniam tu ſcis inſipientiam meam, & delicta mea à te non ſunt abſcondita*, ideſt, non enim, inquit, deliqui, quamobrem *non erubeſcant, qui expectant videre* meam poſt triduum reſurrectionem, ideſt, Apoſtoli; *quoniam propter te*, vt tibi obedirem, *ſuſtinui opprobrium*, ideſt, crucem, quando Iudæi *operuerunt confuſione faciem meam; quando alienus factus ſum fratribus meis ſecundum carnem, & peregrinus filijs matris meæ*, ideſt, Synagogę; *Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & improperia improperantium tibi*, & ſacrificantium idolis *ceciderunt ſuper me, quamobrem contra me loquebantur, qui ſedebant in portis*; extra portam enim crucifixerunt eum; *& in me pſallebant, qui bibebant vinum*, ideſt in feſto Paſchæ. Ego verò *oratione mea ad te Domine* dicebam. *Pater remitte ipſis gentibus*, quoniam tempus beneplaciti gentium: *ne igitur demergat me tempeſtas* tentationum, *nec abſorbeat me profundum*, ideſt, infernus: *non enim relinques animam meam in inferno, nec vrgeat ſuper me puteus os ſuum*, ideſt, ſepulchrum, propter inimicos meos eripe me, ne glorientur Iudęi dicentes abſorbeamus eum. Hæc omnia Chriſtus œcumenicè tamquam homo precabatur, qui erat verus Deus. Sed vt anteà dixi, *forma ſerui erat*.

Lipſiæ annò 1662. in 4. De eo Iulius Bartoloccius in Biblioth. Mag. Rabb. Par. III. pag. 7.

285 S. HIPPOLYTVS Martyr Clementis Alexandrini diſcipulus, ex Metropolitano Arabiæ, Portuenſis Epiſcopus (vt aliqui volunt) creatur, licèt S. Hieronymus dicat ſe non potuiſſe ſcire nomen vrbis, cuius fuerit Epiſcopus. Sub Alexandro Seuero Imperatore martyrium paſſus eſt die 22. Auguſti circa annum Domini 230. Inter eius Opera habetur

Demonſtratio contra Iudæos, à Franciſco Turriano Latinè reddita, quam, cum ſit breuis, & valdè efficax, ad induratæ Iudæorum incredulitatis confuſionem, hic recenſere volo.

Inclina aurem tuam Iudæe, & audi verba mea, & attende. Sæpè gloriaris tu, quod Ieſum Nazarenum morti condemnaſti; & quòd acetum, & fel ei ad bibendum porrexiſti; & hoc glorioſum putas. Accede igitur, & conſideremus communitèr, vtrum ne iniuſtè gloriaris ò Iſrael, & illud parum aceti, & fellis has horribiles minas tibi intulit; vtrum ne propter illud in iſtis infinitis calamitatibus es: procedat igitur in medium qui per Spiritum Sanctum loquitur, & verax eſt, Dauid filius Ieſſe. Hic, cum quædam propheticè de vero Chriſto caneret, & Deum noſtrum per Spiritum Sanctum canendo celebraret, omnia, quæ à Iudæis in paſſione eius facta ſunt, clarè denunciauit, vbi Chriſtus qui ſe humiliauit, & formam ſerui Adam induit, tamquam ex perſona noſtra inuocat Deum Patrem, qui in Cœlis eſt, & ait Pſal. 68. *Quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam: infixus ſum in*

Digitized by Google

tuam & furor iræ tuæ comprehendat eos ; *& fiat commoratio eorum deſerta* , templum ſcilicèt illud celeberrimum. Sed quare ò Propheta , ediſſere nobis , cur templum deuaſtatum eſt ? an propter illam olim vituli fabricationem ? an propter populi idololatriam ? an propter ſanguinem Prophetarum ? an propter adulteria , & fornicationes Iſrael ? minimè , inquit , in omnibus enim illis ſemper veniam , & indulgentiam ferebant ; ſed quia filium Auctoris beneficiorum interfecerunt , ipſe enim eſt coæternus Patri ; vnde ait , *ſit Pater* , *templum eorum deuaſtatum* ; quoniam quem propter ſalutem mundi volens percuſiſti , *ipſi perſecuti ſunt* , ideſt ipſi me violenta , & iniuſta morte perſecuti ſunt . Hoc enim ſignificat , *& ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt* . Prius habuit dolorem tamquam amator hominum propter errorem gentium , ſed huic dolori alium ſuo errore adiunxerunt . Idcirco Pater *appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum ; & afflictionem , & non intrent in iuſtitiam tuam*, ideſt , in Regnum tuum , ſed *deleantur de libro viuentium , & cum iuſtis non ſcribantur* , ideſt , cum ſanctis Patriarchis ſuis . Quid ad hæc dicis Iudæe ? non hæc dicit Matthæus , neque Paulus ſed Dauid Chriſtus tuus , qui contra te decernit , qui propter Chriſtum pertimeſcendam ſententiam retribuit, & pronunciat , & tanquam ille magnus Iob ἐγῶ πρὸς ὑμᾶς τῷ δικαίῳ , καὶ ἀφυδεῖ λέγοντας , emiſiſti Chriſtum tanquam ſeruum ; veniſti ad eum tanquam ad latronem in hortum . Producam in medium prophetiam Salomonis de Chriſto ; quæ apertè & perſpicuè , quæ ad Iudæos

erat , quæ hæc loquebatur , & patiebatur . Quamobrem ſubiunxit , *improperium expectauit anima mea , & miſeriam* , ideſt , non inuitus paſſus ſum , neque per vim : *expectaui* tamen , *qui ſimul contriſtaretur & non fuit* . Domino enim derelicto , omnes Diſcipuli fugerunt , & *expectaui qui conſolaretur , & non inueni* . Audi & aduerte Iudæe quid dicat Chriſtus , *dederunt in cibum meum fel & in ſiti mea potauerunt me aceto* ; & hæc paſſus eſt à vobis . Audi Spiritum Sanctum dicentem , quid retribuet vobis pro illo modico aceto : ait enim Propheta tamquam ex perſona Dei , *fiat menſa eorum in laqueum , & in retributionem* , quam retributionem dicit ? manifeſtum eſt , eam miſeriam dicere , in qua nunc ſunt Iudæi . Audi deindè quæ ſequuntur , *obſcurentur oculi eorum , ne videant* . Atqui obſcurati ſunt vobis oculi animæ obſcuratione tenebroſa , & æterna ; ſiquidem orto vero lumine , vos tamquam in nocte erratis , in inuia vos impingentes , ac præcipitantes , quia viam illam reliquiſtis , quæ aiebat , *Ego ſum via* . Præterea , audi quod grauius , & periculoſius eſt , ait enim , *dorſa eorum ſemper incurua* , ideſt , vt ſeruiant gentibus non quadringentis triginta annis , vt Babylone , ſed ſemper inquit , in ſeruitutem incurua . Quid iam deinceps fruſtra , & vanè liberationem huius miſeriæ ſperas ? Quod enim magis mirandum eſt , cæcitatem oculorum tuorum non iniuſtè imprecatus eſt , quia tu oculos eius velaſti , cum eum alapis cædebas ; & idcircò dorſum eorum ſemper in ſeruitutem incurua , & quia ſanguinem eius cum ira effudiſti , audi remunerationem , *effunde* , inquit , *ſuper eos iram*

Digitized by Google

mus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij: nos inſenſati vitam illius exiſtimabamus inſaniam, & finem illius ſine honore. Quomodo computatus eſt in filijs Dei, & in Sanctis ſors illius eſt. Ergo errauimus à via Veritatis, & iuſtitia lumen non luxit, & ſol non ortus eſt nobis. Laſati ſumus in Via iniquitatis, & perditionis, ambulauimus Vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia noſtra? tranſierunt omnia illa tamquam Vmbra. Poſſeuinus in Appar. ſac aſſerit deeſſe quædam. De eo agunt Gelaſius lib. de duabus naturis, Iſidorus lib. 6. originum cap. 17. Nicephorus lib 5. cap. 15., Baronius, Scaliger, Petauius, & alij.

286 HONORIVS ſacri Ord. Ciſtercienſis Monachus, & Brechinenſi Epiſcopo Vicarius; floruit 1452. ſcripſitque.

Linguarum Orientalium Synopſin lib. 1.

De lingua Hebraica, lib. 1.

Dictionarium Hebraicum, lib. 1.

Paraphraſim in Vniuerſum T. V. cum Repertorio, lib. 9.

Chronicon R. Salomonis, ſiue Commentarium de rebus Romanorum Hebraicè conſcriptum, latinitate donauit. Carolus de Viſch in Bibliotheca ſacri Ord. Ciſterc.

287 HVGO BROVCHTONVS, ſcripſit

Reſponſionem ad Epiſtolam Iudæi expetentis cognitionem fidei Chriſtianæ, Excuſ. Amſtelodami Heb. Lat. an. 1606. in 4.

Epiſtolas varias, & variarum Linguarum de Byzantiacis Hebrais diſcupientibus

Iudæos ſpectant, ediſſerit, non ſolum quæ hoc tempore eueniſſe eis cernimus, ſed quæ in futuro euenient propter contumaciam, & id, quod auſus eſt in Chriſtum Principem vitæ, ait enim Propheta: *Non rectè cogitauerunt impij de Chriſto dicentes, circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & improperat nobis peccata legis, & promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat*. Poſtea dicit, *grauis eſt nobis etiam ad Videndum, quoniam diſſimilis eſt alijs Vita illius: & immutatæ ſunt Viæ eius, tamquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à Vijs noſtris tanquam ab immunditijs, & præfert nouiſſima iuſtorum*. Et rurſus, audi Iudæe, nemo ex iuſtis, vel ex Prophetis vocauit ſe filium Dei; ait igitur iterum Salomon in perſona Iudæorum de hoc iuſto; qui eſt Chriſtus: *Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum, gloriatur Patrem ſe habere Deum: videamus ergo, ſi ſermones illius Veri ſunt, & tentemus, quæ erunt nouiſſima illius, ſi enim eſt Verus Dei filius, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum, morte turpiſſima condemnemus eum, erit eius reſpectus ex ſermonibus illius*; & rurſus Dauid in Pſalmis ait de futuro ſæculo, *tunc loquetur ad eos Chriſtus in ira ſua; & in furore ſuo conturbabit eos*; & iterum Salomon de Chriſto, & Iudæis, quòd quando ſtabit iuſtus in magna conſtantia ante faciem eorum, qui eum afflixerunt, & ſermones eius repudiarunt, *videntes*, inquit, *turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, & dicent intra ſe pænitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: hic eſt, quem habui-*

Digitized by Google

vſque ad Moyſen fuerit ordo Eccleſiæ, quæ feſta, quæ templa, quæ ſacrificia; qui miniſtri, qui ritus, & cæræmoniæ, & alia multa arcana ex fontibus præſertim ſacri ſermonis exhauſta. Lugduni ſumptibus Claudij Landry anno 1626. in 8. & Pariſijs apud Ioſephum Cottereau. an. 1630. in 4.

Commentaria in lib. Iob; præmiſſa Hebræi idiomatis accurata verſione, ac breui paraphraſi; variæ etiam tum editiones, tum lectiones cum Vulgata collatæ expenduntur; nec non idiomatiſmi phraſes, & ſingula textus vocabula, potiſſimum Hebræa diligentiſſimè explanantur, ex eiſque omnibus genuinus, ac primarius literæ ſenſus tandem eruitur. Tomus alter ampliſſima Tropologia locuples eſt. Lutetiæ Pariſiorum in 3. editione in duobus tom. in fol. Wading. de Script. Ordinis Minorum.

291 IACOBVS BROCARDVS; ſcripſit librum

De primo, & ſecundo Meſſia aduentu.

292 IACOBVS BVRDEGALENSIS, Capuccinus, edidit

Elementa linguæ Hebraicæ. Pariſijs an. 1646.

293 IACOBVS CALVERTVS, ſcripſit

Colluctationes cum tribus ingentibus dubijs, videlicèt, de reditu decem Tribuum, de conuerſione Iudæorum, & de menſuris ſacris Ezechielis. Excuſ. Londini, an. 1674. in 4.

294 IACOBVS CHRISTMANVS, Academiæ Heidelbergenſis profeſſor, ſcripſit

Commentarium, quo rationem Calen-*tibus erudiri in Chriſti D. ſacro Volumine*. Baſileę an. 1599. in 4. & Amſtelodami an. 1606. in 4.

Epiſtolam Hebræam, qua Byzantiaco Iudæo reſpondetur de Religione, in patriam linguam tranſtulit. Excuſ. Londini an. 1606.

288 HVMPHRIDVS PRIDEAVX, Latinè vertit, & notis illuſtrauit

Tractatum R. Moſis Maimonidis de iure pauperis & peregrini apud Hebræos. Excuſ. Oxonij è Theatro Sheldoniano an. Domini 1679. in 4.

I

Quemadmodum litera י *Iod* in Bibliotheca Magna Rabbinica adeò eſt Rabbinorum nominum feraciſſima, vt omnes alias numero Auctorum ab ea incipientium ſuperet: ſic litera I in Bibliotheca Latino-Hebraica, ſiue eorum qui contra Iudæos, vel de re Hebraica vtcumque ſcripſere, omnes alias ita excedit, vt ferè trecentorum Auctorum nomina, ne dicam ſupra, ab hac litera incipientia, nobis exhibeantur.

289 IACOBVS ALTINGIVS, edidit

De Republica Hebræorum. Amſtelodami an. 1652. in 12.

F. IACOBVS BONAVENTVRA HEPBVRNVS, vide BONAVENTVRA HEPBVRNVS.

290 IACOBVS BOVLDVC, Pariſinus, Capuccinus prouinciæ Pariſienſis Definitor, & Concionator eruditus, edidit

De Eccleſia ante legem libros tres. In quibus indicatur quis à mundi principio

Digitized by Google

Abdita diuina Cabalæ myſteria contra Sophiſtarum logomachiam defenſa. Pariſijs an. 1625.

Indicem codicum cabaliſticorum manuſcriptorum, quibus eſt vſus Ioannes Picus Comes Mirandulanus. Pariſijs ex Typographia Viduæ Hieronymi Blageart, an. 1651. in 8.

300 IACOBVS GAILLARDVS Eccleſiæ Gallo-Belgicæ Paſtor, ſac. Theol. & Phil. Doctor, Collegioque Gallo-Belgico, Academiæ Lugduno-Batauæ Præfectus, edidit librum quem inſcripſit

אשכול ענבים, hoc eſt, *Specimen Quæſtionum in Nouum Inſtrumentum, de Filio hominis.* Lugd. Batau. apud Felicem Lopez Bibliopolam, & Collegij Gallo-Belgici Typographum, anno 1684. in 4. Inter alias Quæſtiones agit præcipuè de nomine quadrilitero יהוה *Adonâi.* Item

מלכי־צדק מלך שלם *Malchi tzèdek Mèlech Scialòm, Melchiſedechus Chriſtus vnus Rex Iuſtitiæ, Rex pacis.* Lugd. Batau. apud eundem, anno 1686. in 8.

301 IACOBVS GOVSSET Eccleſiæ Pictauienſis Paſtor, nunc Dordraci exulans, vt ſe inſcribit, typis euulgauit librum inſcriptum

עמר ראשית קצירי: *Controuerſiarum aduersùs Iudæos Ternio*, in ſpecimen operis iam affecti quo R. Iſaaci Chizzuk Emouna confutatur; præmiſſa Præfatione de opera Iudæis ad Chriſtianam fidem conuertendis nauanda, tum in ſe, tum in ea eius parte, quam nunc ſuſcipit ſpectata; inſtituit deindè tres Controuerſias aduersus Iudæos. Prima de Geneſeos cap. 3. v. 15. -

lendarij Romani; Ægyptiaci, Arabici, Perſici, Syriaci, Hebræi explicati & interualla præcipuarum ærarum ita declarat, vt ab olympiadibus, & vrbe condita vſque ad noſtram memoriam, per annos Habonaſari, Iulij Cæſaris, & Chriſti, certa temporum ſeries conſtare poſſit. Edit. Francofurti apud Andream Wechelium, Claudium Marnium, & Ioannem Aubrium, anno 1590. in 8.

295 IACOBVS CIVEROSVS, Darocenſis prouinciæ Aragoniæ, ſcripſit

Triumphum perfidiæ Iudæorum de aduentu Meſſiæ. Edit. an. Incarnationis Dominicæ 1339. Sunt 30. capitula, quæ proponit contra perfidiam Iudæorum. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. inter codices latinos, num. 1002.

296 IACOBVS EISINGRENIVS Stucchardianus è Vittembergēſi Ducatu, Sueuus, impendit operam

In Pſalmorum ex Hebræo verſionem.

297 IACOBVS FABER, Stapulenſis, ſcripſit

Pſalterium Gallicum, Romanum, Hebraicum. Excuſ. in Cœnobio S. Germani propè muros Pariſienſes, anno 1508. & Pariſijs apud Henricum Stephanum, anno 1513. in fol.

298 IACOBVS FERRAN natione Hiſpanus patria Barcinonenſis; Soc. Ieſu, qui vt refert Ribadeneira in Biblioth. egregium Opus molitus eſt, cuius editionem mors immatura intercepit

De repudio Synagogæ, & Eccleſiæ cum Chriſto connubio.

299 IACOBVS GAFFARELLVS ſiue CAFFARELLVS, edidit

Digitized by Google

Vicarius S. Saluatoris prope Erphordiam, in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, inter eius concinnatas vigilias, quas refert Carolus Ioſeph Morotius in Theatro Chronologico ſacri Cartuſien. Ord. ſcripſit ſuper hoc quæſitum

An pueri Iudaorum non renati per baptiſmum, aliquo modo ſaluentur.

304 IACOBVS LAVRENTIVS ſcripſit

Diſſertationem de libris gentilium, Iudaorum, Turcarum &c. tolerandis; proteſtantium verò prohibendis, & comburendis: contra Gretſerum, & Sandæum. Excuſ. Amſtelodami an. 1619. in 8.

305 IACOBVS LEDESMA natione Hiſpanus, patria ex Cuellar Caſtellæ Opido, Societatis Ieſu Theologus, de quo plura apud Ribadeneiram in Biblioth. S. I. edidit librum

De Diuinis Scripturis, quauis paſſim lingua non legendis: ſimul, & de Sacrificio Miſſa, cæteriſque officijs in Eccleſia Chriſti, Hebraa tantùm, Graca aut Latina lingua celebrandis. Coloniæ apud Maternum Cholinum, an. 1570. in 8. & apud Geminum Calenium, anno 1574.

306 IACOBVS MARTINVS, ſcripſit

Diſputationem de Meſſia.

307 IACOBVS PANTALEO, ſcripſit

De Iudaa & Iudaorum rebus. Citatur à Fabiano in Ind. Vniuer.

308 IACOBVS PEREZ de Valentia, à Patria cognomen adeptus, ex S. Auguſtini Eremitarum Ordine ad Chriſtopolitanum Epiſcopatum aſſumptus an. 1468. Scripſit

ואיבה אשית בינך ובין האשה ובין זרעך ובין זרעה
הוא ישופך ראש ואתה תשופנו עקב :

Et inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter ſemen tuum, & inter ſemen eius: ipſum conteret tibi caput, & tu conteres ei calcaneum. Secunda de Geneſeos 49. v. 10.

לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו עד כי יבא
שילה ולו יקהת עמים ;

Non recedet Virga ex Iehudah, & legiſlator de inter pedes eius, vſquequò Veniat Schiloh, & ei (erit) *obedientia populorum.* Tertia de Iſaiæ 7. v. 14.

הנה העלמה הנה וילדת בן וקראת שמו עמנואל :

Ecce Virgo pragnans, & pariens filium, & Vocabis nomen eius Immanuel. Et cap. 9. v. 6.

כי ילד ילד לנו בן נתן לנו ותהי המשרה על שכמו
ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אבי עד שר שלום :

Quia paruulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & erit principatum ſuper humerum eius, & Vocabitur nomen eius, Admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater aternitatis, princeps pacis. Acceſſit monitum de Philippi à Limborch, pro veritate Religionis Chriſtianæ, nuper edita. Excuſ. Dordrechti ex officina Viduæ Caſpari, & Theodori Goris, an. 1688. in 8. Libellum hunc ex integro accuratè perlegi, à cuius cenſura abſtineo, alijs me doctioribus tale iudicium relinquens.

302 IACOBVS IACOBI, ſcripſit

Chronicum Iudaicum è ſacris literis, & Ioſepho carmine expreſſum. Excuſi Hafniæ an. 1634. in 8.

303 IACOBVS IVNTERBVICK Teuto, Cartuſienſis Ordinis,

Digitized by Google

tis cum modernis Italorum, Gallorum, Hiſpanorum, Belgarum &c.

De menſuris, ſeu vaſis eorundem; de menſuris longitudinum &c. Antuerpiæ apud Martinum Nutium an. 1632. in fol. Eædem obſeruationes extant, tum in Apparatu Briani Waltoni ad Biblia ſua Polyglotta, Londini an 1659 pluribus Tomis excuſa; tum in Biblijs, ſiuè quæ dicuntur Magna, quinque Tomis maioribus Pariſijs an. 1644 editis, ſiuè quæ Maxima Verſionum & Annotationum, appellari placuit, in eadem Vrbe Pariſienſi publicatis, atque in Tomos XIX. diſtributis, apud Dionyſium Bechet, Ludouicum Billaire, Antonium Bertier, & Simeonem Piget, an. 1660. nullibi tamen præfixo ipſius Tirini nomine, quod ratio poſtulabat, & ſumma æquitas, vti meritò conqueritur Philippus Labbe in ſua Bibliotheca Nummaria.

313 IACOBVS VAGARELLVS, alijs VNGARELLVS, Patauinus, Ord. Min. ſcripſit

Tractatum eruditum contra Hebræos. Obijt Foroliuij cum opinione Sanctitatis, vbi hoc legitur Epitaphium.

Hic iacet
Corpus D. Iacobi Vagarelli
De Padua
Ordinis Minorum
Regularis Obſeruantiæ.
Obijt An. MDXVII.

Ex Wadingo de Script. Ord. Min.

314 IACOBVS WINDET natione Anglus, profeſſione Medicus, ſcripſit

מנחה

Libellum contra Iudæos de Chriſto reparatore generis humani. Excuſ. ter Lugduni cum expoſitione in Pſalmos Dauidicos eiuſdem, in officina Ioannis Thomæ an. Domini 1512. 1514. & 1517. in fol.

309 IACOBVS SALIANVS natione Gallus, patria Auenionenſis, Deo ſe in ſocietate Ieſu dicauit anno 1578. ętatis ſuę 21. de quo plura apud Ribadeneiram. Scripſit, & edidit

Annales Eccleſiaſticos Veteris Teſtamenti ab Orbe condito vſque ad Chriſti Domini mortem. Tomis 4. qui ab anno 1618. vſque ad annum 1624. prodierunt Lutetię Pariſiorum ex Officina Niuelliana per Sebaſtianum Cramoiſy, & Coloniæ ſumptibus Antonij Hierati in fol.

Epitomen eorundem Annalium. Pariſijs apud Michaelem Soly, an. 1635. in fol. & nuper Lugduni apud Iacobum Faeton, an. 1664.

310 IACOBVS SIMANCA Septimacenſis Epiſcopus, ſcripſit

Inſtitutiones Catholicas in quibus agit de Iudæis.

311 IACOBVS SIRMONDVS natione Gallus, patria Ricomagenſis, Societatis Ieſu Presbyter, in lucem edidit librum

האמונה *Haemunà* R. Iſaaci Iudæi Neophyti, de quo in Biblioth. Mag. Rabb. Par. III. pag. 902.

312 IACOBVS TIRINVS natione Belga, patria Antuerpienſis, Societatis Ieſu Theologus, in Prolegomenis ad eruditiſſima Commentaria in ſac. Scripturam agit inter cætera

De antiquis Hebræorum, Græcorum, Romanorum ponderibus, ac monetis colla-

Digitized by Google

apud ipſum Authorem, qui obijt Romæ in Collegio Romano die 1. Ianuarij an. 1675.

317 IGNATIVS LANDRIANVS Mediolanenſis, Abbas S. Victoris Oliuet. olim Theologus, & Concionator Sereniſſimi D. D. Ferdinandi Ducis Mantuæ, edidit librum inſcriptum

Virginis partus eiuſque filij Emmanuel Diuinitatis, & humanitatis ſcripturalis Diſſertatio, atque demonſtratio aduersùs Hebræos, & Hæreticos. Mediolani an. 1641. in 4.

318 IGNETVS CONTARDVS, Mercator Ianuenſis, ſcripſit

Diſputationem cum Iudæis. Extat in Biblioth. Vatic. inter Codd. mſc. Latin. ſub num. 4074. Papyr in 4. Hunc librum typis euulgauit Franciſcus Carbonus, ſub titulo *Flagellum Hebræorum*, de quo ſupra pag. 40. num 164.

319 IMMANVEL TREMELLIVS, Author damnatus, edidit ſequentes libros, ſic inſcriptos

חנוך בחירי יה hoc eſt, *Initiatio Electorum Domini*: eſt Catechiſmus per Interrogationes; & Reſpp. Excuſ. an. 1554. in 8.

Catechiſmus Hebraicè, & Græcè. Pariſijs an. 1551. in 8.

Grammatica Chaldæa, & Syra. Pariſijs an. 1564. in 4.

Ionathanis filij Vzziel Chald. Paraphraſis in 12. Prophetas minores Latinè per Tremellium. Heid. an. 1567. in 8. Paritèr vnà cum Franciſco Iunio eiuſdem farinæ, de quo ſupra pag. 44. num. 173.

Teſtamenti Veteris libros, ex Hebręis Latinos fecit, & ſcholijs illuſtrauit.

מנחה בלולה *Minchà belulà*, ideſt *Munus confuſum*, Tit. ex Leuit. 1. 26. & 9. 4. Στρωματευς επιστολικος *De Vita functorum ſtatu ex Hebræorum, & Græcorum comparatis ſententijs concinnatus cum Corollario de Tartaro Apoſtoli Petri*, in quem præuaricatores Angelos deiectos memorat. Excuſ. Londini anno 1677. in 12. Auctor eſt hæreticus, inter alia docet poſt reſurrectionem corpora noſtra non eſſe futura eiuſdem rationis, ideſt ſine membrorum apparatu; damnatum ante diem iudicij non puniri pœna ſenſus, ſed tantum pœna damni, & negat Purgatorium. Eſt primæ Claſſis, quia tractat præcipua Capita Religionis, videlicet reſurrectionem mortuorum, & ſtatum animarum ex profeſſo. Prohibetur ſub die 9. Iulij an. 1686.

315 IANNOTIVS MANETTVS, Florentinus, ſcripſit

Libros decem aduersùs Iudæos, & Gentes, ad Alphonſum Aragonum Regem tranſmiſſos. Extant mſc. in Biblioth. Vrbinat. num. 58. in perg. in fol.

Pſalterium ex Hebraico in Latinum, vertit. Extat in eadem Biblioth. num. 57. Floruit an. 1400.

IANVS DRVSIVS Vide IOANNES DRVSIVS.

316 IGNATIVS BOMPLANVS natione Italus, patria Anconitanus Societatis Ieſu Sacerdos, Theologus, & in Collegio Romano olim Hebraicæ linguæ ordinarius Profeſſor, ſcripſit ordinatim, & ſuccinctè

Omnes Radices Hebraicas Vocum omnium Sac. Bibliorum ad normam Dictionarij Hebraici. Extabat opus hoc mſc.

Digitized by Google

Franciſcum mox naſcituros, non ſolum ore prædixit, ſed etiam pictura oſtendit quem habitum geſtaturi eſſent: vt videre eſt in Templo S. Marci Venetijs, vbi eorum imagines ad viuum expreſſæ conſpiciuntur, antequam Sancti illi mundo innoteſcerent, depictæ. Victoriam denique de Turcis, anno 1571. partam glorioſiſſimè, quadringentis ferè annis præuidit, & prænuntiauit, vt ex libris eius in Apocalypſim optimè intellexerunt, qui triumphi Eccleſiæ catholicę fuerunt Authores. Plura ſcripſit contra Iudæos, & alios fidei hoſtes, inter quæ

De VII. Sigillis, contra Iudæos lib. 1. incip. *Primum tempus Synagoga &c.* De eo agunt Baronius, Blaſius Viegas, Bellarminus, Carolus de Viſch in Biblioth. Ciſterc. & Philip. Labbe de Script. Eccleſiaſt.

322 IOACHIMVS BEVSTIVS ſcripſit

Libellum Chriſtiados lingua Hebraica exornatum, quo Euangelia per annum, & per dies feſtos carminibus diſtichis breuiter compilantur. Quibus additur precatio Hebraica ad filium Dei, & Pſalmi 6. metaphraſis. Excuſ. Wittebergæ apud Ioannem Cratonem anno 1572. in 8.

323 IOACHIMVS FRIZIVS Caluiniſta edidit librum erroribus plenum, falsò inſcriptum

Summum bonum, in quo plura de Iudæorum Cabala pertractat. Francofurti an. 1629.

324 IOACHIMVS RACHELIVS, edidit

Hebdomadale ſtudium linguæ Hebraicæ, de

320 S. INNOCENTIVS Pont. Max. huius nominis Primus, Innocentij filius, patria Albanus, antequam S. R. E. Diaconus Cardinalis nominaretur, teſte Petro Ricordato, Monachorum inſtitutum ſecutus eſt. Ad Vniuerſalis Eccleſiæ regimen aſſumptus eodem anno quo S. Anaſtaſius I. eius Anteceſſor obijt, qui fuit Chriſti CCCCII. Arcadij, & Honorij Impp. anno octauo ſedit in Pontificatu annos 15. menſes 2. & dies 10. A Sanctis Eccleſiæ Patribus Hieronymo, Auguſtino, Ioanne Chryſoſtomo mirificè commendatus, licet Card. Baronius in Quinto Tomo, geſta, ſcripta, obitum eius fusè perſequatur, oſtendere volens non eſſe hunc Innocentium, ſed alterum Epiſcopum, ad quem D. Baſilius duas ſcripſit Epiſtolas; adeant qui velint Ciaconium, & alios quos citat. Scripſit inter cætera

De Iudæis & paganis.

321 IOACHIM Ordinis Ciſterciēſis Monachus ex Calabria oriundus, Curatij, ſeù Coratij Abbas, & Florenſis Cœnobij Fundator, ac Congregationis, quæ ab eodem Florenſi Cœnobio cognominatur, Inſtitutor. Florebat teſte Trithemio, anno 1200. Spiritu prophetico clarus, plura prædixit, intèr quæ licèt Trithemius dicat ipſum aberraſſe, cum Fridericum III. Imp. ſomniarit hoſtem Eccleſiæ futurum, quem omnes norunt vſque ad mortem pacificum, & Romano Pontifici fidelem perſeueraſſe, conſtat tamen plura eius vaticinia completa eſſe, vt (teſte Arnoldo Wionio lib. 15. ligni vitæ, cap. 86.) Gręcorum Imperium ob perfidiam in Romanam Eccleſiam, Turcis dandum. Sanctos Dominicum, &

Digitized by Google

Grammaticam Hebræam. Witteberga an. 1570. in 8.

Dictionarium Hebraicum. Ibid. an. 1589.

331 IOANNES AVGVSTINVS PANTHEVS Venetus Sacerdos, ſcripſit

De literis antiquis Hebræorum. Floruit an. 1530.

332 IOANNES DE BACCONE, ſiue DE BACCONTHORPE, Anglus, Carmelita, vtriuſque Iuris ac Theologiæ Pariſienſis Doctor, qui vixit temporibus Clement. VI. Pont. Max. & Carol. IV. Imp. Scripſit inter cætera

De Aduentu Meſſiæ lib. 1.

De Iudæorum perfidia. Lib. 1. Obijſſe fertur Londini anno Domini 1346.

333 IOANNES BALTHASSAR BAVMBACH, edidit

De Antiquitate, & Vſu Linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, & Syræ: de Appellationibus Dei apud Rabbinos: de Vrim, & Thummim, & Bath-Kòl & de modo diſputandi cum Iudæis. Norib. an. 1609. in 4.

334 IOANNES BAPTISTA BVSCHETVS Cherienſis (natus tamen in Oppido Bennenſi) I. V. D. vt refert Roſſotus in Syllabo Scriptorum Pedemontij, Sanctorum Mauritij, & Lazari Eques, & Magnus Sabaudiæ Cancellarius, vir ſcientia, prudentia, eruditione celebris, & morum integritate eximius. Scripſit ad petitionem Caroli Emanuelis Sabaudię Ducis huius nominis primi, Poema Italico carmine inſcriptum

L' Vſcita del Popolo d' Iſraele dall' Egitto. Extat mſc. in Regia Sabaudi Biblio-

de modo inueſtigandi Radices. Roſt. anno 1624. in 8.

325 IOACHIMVS REIMERVS, ſcripſit

Rempublicam Hebræorum. Edit. Hafniæ anno 1657. in 12. & Altenb. 1671.

Eccleſiam Hebræorum. Ibid. in 4.

Scholam Hebræorum. Ibid. in 8.

Antiquitates Hebræorum. Ibid. in 4.

326 IOACHIMVS STEPHANVS Iuris Conſ. typis euulgauit

Libros quatuor de Iuriſdictione Iudæorum, Græcorum, Romanorum & Eccleſiaſticorum. Francofurti anno 1604. in 8. Prohibentur in Romano Indice.

327 IOANNES ADAMVS SCHERZERVS, Lipſienſis, ſub finem Trifolij ſui Orientalis, pag. 155. ſpecimen exhibuit

Theologia Hebræorum myſtica, exemplis varijs illuſtrata.

328 IOANNES ANDREAS, ſcripſit

Epiſtolam parnaticam ad Congregationem Iudæorum.

329 IOANNES ARNOVX, ſeù ARNOS, vel ARNVLPHVS, natione Gallus, patria Riomenſis in Aruernis; Societati Ieſu ſe mancipauit anno ſalutis 1592. inter eius Opera, quæ refert Ribadeneira, ſcripſit

Veterum Rabbinorum in exponendo Pentateucho modos duodecim, quorum explicatio lucem maximam affert ijs, qui legem accuratè volunt interpretari, & ſcripta Rabbinorum facilè intelligere. Excuſ. Lutetiæ Pariſiorum ex officina Niuelliana, an. 1620. in 4.

330 IOANNES AVENARIVS Egranus, Theol. Doctor, edidit

Digitized by Google

rorem Typographi, cum verus illius Auctor fuerit Nicolaus Riqueil Rothomagenſis, eiuſdem ſocietatis.

338 IOANNES BAPTISTA MEDICVS, qui floruit anno 1500. ſcripſit

Confutationem ſectæ Hebraicæ.

339 IOANNES BAPTISTA VALENTIANVS, Sabaudus Cambarienſis Poeta non ignobilis, vt refert Roſſottus in Syllabo Scriptorum Pedemontij, ſcripſit latino carmine

De Bello Hieroſolymitano. Excuſ. Camberij an. 1611.

340 IOANNES BAPTISTA VILLAPANDVS natione Hiſpanus, patria Cordubenſis, ſocietati Ieſu ſe mancipauit an. 1575. Poſt eius, atque Hieronymi Pradi ex eadem ſocietate Theologi doctiſſimos in Ezechielem Prophetam Commentarios, adiunxit

De poſtrema Ezechielis Prophetæ viſione, quæ eſt Explanationum Pars ſecunda, in qua Templi eiuſque vaſorum forma, tum Commentariorum æneis, quàm plurimis deſcriptionibus exprimitur. Romæ typis Aldephonſi Ciacconij, excudebat Carolus Vullietus an. 1604.

Apparatum Vrbis, & Templi Hieroſolymitani, in quo de Vrbe copioſiſſimè differit, extatque de Hebræorum ponderibus, numiſmatibus, atque menſuris tractatus ampliſſimus multiſque mathematicis demonſtrationibus munitus, ac tabellis ponderum, proportionum &c. decoratus, vndè alij poſtea largitur hauſerunt. Excuſ. ibidem apud eundem. De eo apud Ribadeneiram in Biblioth. S. I.

341 IOANNES BENEDICTVS CARPZOVIVS Hæreticus, Hebraicæ Lin-

theca. Plura de eo, eiuſque nobiliſſima Familia apud citatum Authorem.

335 IOANNES BAPTISTA FERNANDEZ NAVARRETE, Cordubenſis Presbyter, typis euulgauit

Commentaria in Threnos Hieremiæ Prophetæ, cum expoſitione textus Hebræi & ſeptuaginta Interpretationis, & Chaldææ verſionis. Cordubæ apud Gabrielem Ramos Beiarano, an. 1602. in 4.

336 IOANNES BAPTISTA FERRARIVS, natione Italus, patria Senenſis; vir vt refert Ribadeneira in Biblioth. Scriptor. Soc. Ieſu, multi ingenij & eruditione præſtans, in Societatem Ieſu adſcitus anno ſalutis 1602. Scripſit plures Orationes, inter quos quatuor extant ad Hebraicum ſtudium pertinentes, videlicèt

I. *Hebraicæ linguæ ſuauitas*, ſiuè *de literis Hebraicis à falſa criminatione vindicatis*

II. *Hebraica Muſa*, ſiuè *de diſciplinarum omnium Hebraica origine.*

III. *Hebraicæ literaturæ ſecuritas*, ſiuè *de arguto dicendi genere vſurpando.*

IV. *Stylus Hebraicus*, ſiuè *in hoſtes veritatis.* Excuſ. Lugduni anno 1625. Mediolani an. 1627. in 8. & Romæ an. 1635. in 24. vnà cum alijs Orationibus num. 37.

337 IOANNES BAPTISTA MARTIGNAC natione Gallus, patria Sebuſianus, ſocietati Ieſu adſcriptus anno ſalutis 1598. Sub eius nomine circumfertur

Sylua radicum Hebraicarum ordine Alphabetico. Excuſ. Pariſijs apud Sebaſtianum Cramoiſy, anno 1622. in 8. Ribadeneira aſſerit hoc accidiſſe per er-

Digitized by Google

345 IOANNES BRAVNIVS Palatinus, edidit Opus inſcriptum.

בגדי כהנים *Bighdè Cohanim*, ideſt, *Veſtitus Sacerdotum Hebræorum*, ſiuè Commentarius ampliſſimus in Exod, cap. 28. ac 29. & Leuit cap. 16. aliaque loca ſac. Scripturæ quamplurima, cum Indicibus locupletiſſimis, & Tabulis æneis elegantiſſimis. Excuſ. Amſtelodami an. 1680. in 4. Diuiditur in duos Libros; in quorum primo agit De Origine Veſtium ſacrarum, deque eorum genere, numero, & defectu; de Veſtibus redundantibus; de materia primorum Veſtimentorum; De Veſtibus albis Pontificis Maximi; De ſerico veterum; De Lana, & eius varijs generibus; De Auro in veſtibus ſacris; De coloribus ſacrarum Veſtium, De purpura Tyria; De varijs licijs in ſacro veſtitu, fundis, & teſſellis. In ſecundo, De Brachis Sacerdotum; De Tunica; De Pileo totius Sacerdotum turbæ; De Pallio Pont. Max. ; De Ephodo; De Pectorali; De lapidibus pretioſis in genere, & in ſpecie; De Vrim, & Thummim; De Tiara, De Lamina, ſiuè Corona aurea; De modo veſtiendi ſacra veſtimenta; De pretio, & vſu veſtium ſacrarum; Deque earum ſignificatione, ſiuè de ſenſu myſtico. In Præfatione ſcribit ſe ante aliquot annos varia habuiſſe quæ in publicum ederet, non tantum aliquot Codices Talmudicos, ſed & alia quorum quædam controuerſias, alia interpretationem ſacræ Scripturæ ſpectabant, nonnulla etiam humaniores literas: & cum ſatis diu multumque hæſitauerit quid euulgari, quid ſupprimi ab ipſo debuerit, ob grauiſſimas cauſas in animum tandem indu-

Linguæ in Academia Lipſienſi Profeſſor, addidit

Textum Hebraicum Commentarijs RR. Moſis Ægyptij, & Obadiæ de Bartenora ſuper Miſnaiòth Maſſecheth Sciabbàt. Excuſ. Lipſiæ an. 1661. in 4. Item latinas fecit

הלכות תעניות ר׳ משה בר מימון

Halacòth Taaniòth R. Moſceh Bàr Maijmon, Conſtitutiones de Ieiunijs R. Moſis Bar Maimonidis. Eas Lipſiæ excudebat Ioannes Ericus Hahn 1662. in 4. Adiecit

Animaduerſiones, & notas ad משפט המלך *Miſcpàt hammelech*, *Ius Regium Hebræorum* Wilhelmi *ſchickardi* Excuſ. Lipſiæ an. 1674. in 4. Quas animaduerſiones, & notas, vnà cum Wilhelmi Schickardi opere prohibet, & damnat Sac. Indicis Congregatio.

342 IOANNES BOHEMVS, ſcripſit

De Iudæa, & Iudæorum rebus. Citatur à Fabiano in Ind. Vniuer.

343 IOANNES BONIVS, referente Paulo Colomeſio in Gallia Orient. ſcripſit

Verſus Hebræos in Obitum Bezæ.

344 IOANNES BOVLISIVS, Presbyter Gallus, Linguę Hebraicę Pariſijs Profeſſor publicus, typis euulgauit

Linguæ Sanctæ Compendium. Pariſijs an. 1576. in fol.

Alphabethum Hebraicum. Ibid. an. 1575. in fol.

Variam Dictionum ſignificationem ad myſticos Scripturæ ſenſus. Ibid. eodem anno.

Interpretationem 70. Hebdomadarum Danielis. Ibid.

347 IOANNES BVRDELOTIVS Senonenſis, in Orientalibus linguis non mediocritèr inſtructus, floruit circa annum 1629. ſcripſitque

Pſalmos 4. Hebræo Latinos cum Commentarijs R. Dauid Kimchi. Excuſ. Lutetiæ an. 1619. in 4.

348 IOANNES BVRDIGALENSIS; Concionator, Capuccinus, edidit

Synopſim Inſtitutionum Hebraicarum. Pariſijs apud Martinum, & Ioannem Henault an. 1646.

349 IOANNES BVTEO, Delphinas, Gallus cum Iuriſprudentia, & Mathematicis potiſſimùm excelleret, ſcripſit an. 1550 ad Franciſcum Turnonium Cardinalem

De Arca Noe, cuius nam formæ, & capacitatis fuerit, Incipit, *In arcam illam Seminarium Mundi &c.* Excuſ. vnà cum alijs eius operibus Lugduni apud Thomam Bertellum, an. 1554. De eo Poſſeuinus in Appar. ſac.

350 IOANNES BVXTORFIVS, Pater, in Academia Baſileenſi, Linguæ Hebraicæ profeſſor, & facilè Princeps; Vita functus an. 1629. literarum monumentis conſignauit opera ſequentia

Biblia Hebraica, & Chaldaica cum Maſſorà magna, & parua, & Rabbinorum Commentarijs R. Salomonis Iarchì, Abrahami Aben Ezra R. Dauid Kimchì, R. Leui Gerſon, R. Saadia Gaòn, R. Iſeſchaia, & Collectaneis in S. Scripturam ex libro Bàal Turrim; poſt quatuor editiones Venetas correcta, & pluribus in locis emendata, eius opera, & ſtudio prodierunt Baſileæ an. 1619. in fol. quatuor Tomis diſtin-

induxiſſe nil noui tractare ſed vetuſtiſſima tantum ea ſcilicèt, quæ ob antiquitatem omnem hominum cognitionem longè fugiſſe videbantur, præſertim autem ſanctum illud & auguſtiſſimum כהונת יהוה *Sacerdotium Dei*. Opus illud in 4. omninò partes ſe diuiſiſſe. Pars I. huius voluminis *de Veſtibus Sacris* II. *de Tabernaculo in deſerto & de templo Salomonis; de Vaſis ſacris* ideſt *de tota ſacra ſupellectili* III. *de Sacrificijs & oblationibus*. IV. *de ipſis Sacerdotibus, de eorum origine, inſtitutione, familia, natiuitate, ſucceſſione, honore, muneribus, iuribus, priuilegijs, prærogatiuis*, & *id genus alia*. In fine verò pollicetur; Si prima iſta Pars placuiſſet ſe curaturum quam citò ſi vita ſuperſtes editionem ſecundæ Partis. Hic Auctor eſt Hæreticus & incidentèr in præfato Opere diſſeminat nonnullas hęreſes, V. G. quod quælibet diſtractio Sacerdotis dirimit Sacrificium, poſt Chriſtum, nullum dari Sacerdotium, nos iuſtificari ſola Chriſti iuſtitia, & ſimilia. Prohibitus fuit hic liber ex Decreto ſac. Congregationis Indicis publicato die 3. Aprilis 1685.

346 IOANNES BRVNNERVS Togkenburgenſis, ad poſteros tranſmiſit

Rudimenta Hebraicæ linguæ, accurata methodo, & breuitate conſcripta; cum eorumdem Rudimentorum Praxi, quæ viuæ vocis loco eſſe poſſit. De Hebraica Syntaxi Canones Generales. Omnia tunc recens recognita, & aucta in vſum ſtudioſorum Linguæ ſanctæ in inclyto Archigymnaſio apud Friburgum Briſgoiæ. Excuſ. Friburgi Briſgoiæ anno 1585. in 4.

Digitized by Google

3. *De Samariticis Legibus, ſectionibus, colis, periodis, alijsq; notulis*.

4. *Quæ veterum Grammaticorum de punctorum Authoribus ſententia*.

5. *Variæ Lectiones ex antiquis textus Hebræo-Samaritani Codicibus collectæ; & iſtius textus, quà diſcedit à Iudaico, cum antiquis tranſlationibus comparatio*.

6. *Lexicon Samaritanum omnes dictiones difficiles explicans*. Excuſ. Pariſijs apud Gaſpardum Meturas, an. 1657. in 8. Nonnulla alia ſcripſit, quæ

Digitized by Google

Chronologiam Regum Iudæ, & Iſrael. Excuſ. Louan. an. 1628. in 4.

455 IOANNES PASCHA, ſcripſit

De Iudæa, & Iudæorum rebus. Citatur à Fabiano Iuſtin. in Indice Vniuer.

456 IOANNES PASTRITIVS, Dalmata, Spalatenſis, Philoſophiæ, ac S. Theol. Doctor, & Polem. Theol. in Collegio Vrbano de Propaganda fide Lector, Linguarum Hebraicæ, & Græcæ peritus, & in cęteris Orientalibus Linguis, non mediocritèr inſtructus; Bibliothecam Magnam Rabbinicam Iulij Bartolocij cuius olim adoleſcens in lingua Hebraica auditor fuerat, ex commiſſione Reuerendiſſimi Patris Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici perlegit ipſique calculum ſuum adiecit, præſenti etiam Bibliothecę Latino-Hebraicę adiecturus, ſi vita ſuperſtite, & Deo dante, finem imponam. Plura ſcripſit, quæ ad res Hebraicas ſpectant quorum elenchus dum ab eo expeterem, his plane verbis tranſmiſit

1. מצות תורה *De præceptis legis Moſaicæ* oſtendens quod non ſint תרי״ג 613. vt indubitanter pro principio aſſumunt Iudæi.

2. *De præcepto* מילה *Circumciſionis*, quod non tantùm ad diſtinctionem populi ex Abraam deſcendentis datum fuerit, vt prędicant Hebræi, ſed potiſſimum ad proteſtandum ex Abraam deſcenſurum Meſſiam, & ad tollendum in maribus peccatum originale.

3. *De peccato originali*, quod licèt Iudæi negent, teneantur tamen in antiquorum effatis illud agnoſcere; Circumciſionem inſtitutam ad illud tollendum

Annotationes in Geneſim, iuxta Hebræum Textum ex ore eius exceptæ, Baſileæ, an. 1536.

449 IOANNES DE OOSTERROYCK, Belga, Thenenſis, Tertij Ordinis Presbyter, ſuſcepta peregrinatione in Terram Sanctam anno 1356. 1357. ſcripſit

Tractatum de Terra Sancta, quem Ioannes Bollandus in notis ad caput 14. vitæ B. Petri Tomaſij 39. Ianuarij dicit apud ſe habere mſc. Wading. de ſcrip. Ord. Min.

450 IOANNES OPORINVS, Germanus Herbſter, Auctor damnatus in Romano Indice, poſtquam aliquandiu Linguam Sanctam Baſileæ publicè docuiſſet, & circa eam nonnulla ſcripſiſſet, Chalcographico inſtituto ibi nomen dedit

451 IOANNES OPSOPÆVS, Brettanus, edidit

Sibyllina Oracula ex Vett. codd. aucta, renouata, & notis illuſtrata. In quibus plura de aduentu Meſſiæ, & Hebræorum geſtis prædicuntur, & enarrantur. Excuſ. Pariſijs, an. 1599. in 4.

452 IOANNES OSIANDER, edidit

Diſſertationem de Iubilæo Hebræorum, Chriſtianorum, Academicorum. Tubingę, an. 1677. in 4.

De Aſilis Hebræorum, Gentium, Chriſtianorum. Francof. an. 1674. in 12.

453 IOANNES PAGETVS, ſcripſit

Contra Allegationes Talmudicas.

454 IOANNES PALVDANVS, vulgò VANDER BROECK, Belga, Machlinienſis, Doctor Theologus Louanienſis, elucubrauit

Digitized by Google

rum, ſeu Æquinoctijs, & Solſtitijs, quòd ab eis aſſignetur procul à veris.

14. *De Paſchate Iudaico*, quod celebrandum eſt à Iudæis, diciturq; הגדה של פסח: diſtingui debere à feſto Paſchatis, nec tribui nocti 15. diei *Niſàn*, ſeu primi menſis, ſed iuxta legis præſcriptum, & Hebræorum obſeruantiam nocti 14. diei *Niſàn*, eſſe præ omnibus alijs noctibus peculiarem, & ideò eam ſolam euitandam, & ſemper euitatam à Chriſtianis, licèt in eundem diem 15. *Niſàn* feſtum Paſchatis vtrorumque concurrat.

15. *De Paſchate Chriſti Domini vltimo;* Quòd iuxta legem, & vnà cum alijs omnibus Iudæis Hieroſolimitanis illud celebrarit Dominus nocte præcedente ad diem feriæ 6. in quem eo anno incidit dies feſtus Paſchatis; & quod idem Paſchatis primi in Ægypto celebrati tempus fuerit, ideò à Chriſto Domino expectatum, vt ſic finem illi imponeret, & aliud Paſcha ſubſtitueret.

16. *De Paſchatis exacto tempore*. Non eſſe obligationem Chriſtianis ad illud ſeruandum, ſed Hebræis, qui tamen errarunt in eo, & errabunt; Chriſtiani verò curant ſolùm de vniformitate, & de celebratione poſt verum tempus prò Iudæis. Ideò Calendarium Gregorianum eſſe iure perpetuum, & non errare in regulis, nec erraſſe.

17. *Epiſtola Conſtantini Magni Græca ad Eccleſias*, vbi habetur circa tempus Paſchatis computum Iudæorum errare notabiliter, verſa cum notis.

18. *De* כפור *Chippùr Expiationum feſto*, expoſitio ceremoniarum deſcriptarum à Iudæis in miſcnà, & à D. Paulo in

dum in maribus, & ſuffectum Circumciſioni Baptiſmum copioſiùs ad eundem finem in omnibus.

4. *De Siclis, & nummis Hebraicis*.

5. *De lotione manuum* apud Iudæos, quæ appellatur ab ipſis נטילת ידים *Nethilàt iadàim*.

6. בתי הכנסיות *De Synagogis Iudaicis*, earum miniſtris, officialibus, & actionibus, quæ ibi fiunt.

7. *De Sacerdotum Moſaicorum Priuilegijs* מתנות כהונה quod non ſunt 25. vt Moyſes Maimonides cum alijs aſſumit pro indubitato, ſed 60. & amplius.

8. *De* קרבנות *Sacrificijs*, varijsque eorum generibus in Pentateucho.

9. *De animalibus, & Volatilibus quibuſcumque in genere, & ſpecie*, pro vt in textu Bibliorum continentur. Quænam ex ijs munda, quæ tum immunda? & an hæc differentia fuerit ante diluuium, vel ante legem in Sinai.

10. *De Calendario* סדר זמנים *Iudæorum*, quod in horis diei, ac notis numerandis, diebus menſium, & anni errent, & veram dicant eam viam, quæ à Chriſtianis proponitur.

11. *De* ראש השנה *Roſc haſciana*, *Exordio anni*, quod à Deo fixum fuerit Iudæis in prima Luna, ſeu menſe *Niſàn*, tàm pro ſacris, quàm pro ciuilibus, nullo verò modo in *Tiſcri*, ſeù ſeptimo menſe.

12. *De* עבור *Anno Emboliſmico Iudæorum* ex 13. Lunis, quod in illo erretur à Iudæis; & quod perfectius ſit vti anno Solari, imperfectius Lunari; ideoque Hebræis imperfectis à Deo hic traditus, ille verò Chriſtianis conueniat.

13. *De* תקופות *Tekuphòth* Iudæo-

Digitized by Google

Lege, *Prophetia*, *& reſurrectione*, quæ ſuæ ſolùm nationi conuenire falsò prædicant Iudæi.

26. *De Talmud*, eiuſque peruerſa doctrina, nec excuſabili, cum in ſenſu literali non allegorico loqui ſæpiſſimè ſit manifeſtum.

27. *De Iudæorum Academijs antiquis, & modernis, deque eorum ſcholis, exercitijs, ſtudendiq; methodo.*

28. *De Lingua Hebraica antiquitate, vtilitate, & praſtantia*, & quod prima in orbe fuerit totius generis humani, non verò Chaldæa, aut alia.

29. *Characteres modernos Iudæorum eſſe acceptos in Babylonià ex Chaldæis*; ideòque collatione facta cum ijs, qui dicuntur *Eſtranghelo* nihil, vel parum differre: antiquos verò à Moyſe ſcriptos eſſe *Samaritanos*.

30. *De ignorantia Iudæorum* non modò in ſcientijs, ſed etiam in Scriptura Sacra, quam ſemper legunt; in rebus ſuis Iudaicis, imò in ipſa lingua Hebraica.

31. *De literis* פ *&* ם *in Pentateucho tum magnis, tum paruis: eorumque origine.*

32. *De Rabbinorum creatione, eorum titulis, & auctoritate.*

33. *De Epitaphijs, & inſcriptionibus Iudæorum.*

34. *De* שאול *Sceòl, &* גהינם *Gehenna*, Inferno ſcilicèt Iudæorum, eiuſq; gradibus inter quos Purgatorium.

35. *Iudæos non modò debere affirmare Eliam eſſe venturum, ſed etiam Henoch, vt Chriſtiani prædicant.*

36. *De* יוסיפון בן גוריון *Ioſiphon ben Gurion*, & auctoritate eius hiſtoriæ in lingua Iudaica, quæ circumfertur.

lo in Epiſtola ad Hebræos.

19. *De* ארץ ישראל *Palæſtina, ſeu Terra Sancta, & promiſſa; deque Metropoli Hieroſolyma: de populis eius; de diuiſionibus, de ſtatu antiquo, & nouo; de partibus Vrbis, & vicinijs iuxta Rabbinos, & alios ſcriptores.*

20. *Cur Abrahæ, & Patribus Iudæorum promiſſa fuerit Palæſtina?* quia fuit ſedes primorum parentum, & eorundem lingua ibi viguit tempore Abrahæ, cui tradita fuit.

21. *De familia* חסמונאי *Chaſmonài, ſeu Aſſamonæorum, & Maccabæis, deq; feſto* חנוכה *Chanuccà, & dedicationis templi.* Falſum eſſe miraculum, quod Iudæi deprædicant tunc accidiſſe in oleo, & cuius gratia nuncupant huiuſmodi feſtum *Solemnitatem luminum, vel candelarum*.

22. *De Matrimònio Iudaico, gradibus vetitis, repudio quod dicitur* גט *Gheth*. Non fuiſſe hoc repudium licitum ex lege Moſaica, niſi in vno caſu, nempe Adulterij; & hoc explicaſſe Chriſtum in Euangelio, cum dixit *excepta fornicatione* non licere virum ab vxore diſcedere; hunc eumdem ſenſum fuiſſe Rabbinorum in Miſcnà.

23. *De falſitate perſuaſionis, & doctrinæ Iudæorum*, quod Iudæus conuerſus ad Religionem Chriſtianam mutet דת *Dath* ritum, fidem ſeu אמונה *Emunà* retineat.

24. *De Symbolo fidei Iudæorum ex 13. articulis, & de Chriſtiano ex 12.* Prioris oſtenditur author, & in aliquibus articulis falſitas; ſimulque Iudæos poſt Chriſtum non eſſe eiuſdem fidei, cuius erant Iudæi antiqui.

25. *De tribus Priuilegijs, nempe*

37. De

Digitized by Google

propriè eſt זנות etiam reprobanda à Iudæis tanquam prohibita à lege Moſaica, & peccatum.

47. *De Euilmerodaco, & Baltaſſare in Daniele, & alibi an ſint idem filius Nabucdonoſoris Regis.*

48. *An Lex Moſaica rectè dici poſſit à Chriſtianis promittere bona temporalia, non æterna.*

49. *De Idololatria* עכרים, vel עז male à Iudæis applicari Chriſtianis, ſiue ob Trinitatem, ſiue ob cultum Imaginum, ſiue Sanctorum, imò malè dici in eo ſenſu גוים.

50. *De Veſtibus Iudæorum tum in ſacris, tum extra, Vbi de* טלת *Taleth*, & aliis.

Hæc (inquit) *communicaui Iulio Mauroceno, olim Samuel Nachmias mihi multis titulis charo, dum ſcriberet, ederetque opus ſuum Italicè inſcriptum* דרך אמונה Via della Fede, *& ex ijs excerpſit, quæ placuerunt, inſeruitque nec ſine premio; in ipſa præfatione faciens mei mentionem ſupra meritum honorificam.*

Scripſi præterea alia.

51. *Diſputationes duas habitas cum Iudæis de aduentu Meſſiæ.*

52. פירוש של משלי *Expoſitionem libri Prouerbiorum Hebraicam iuxta mea meditata.*

53. *Verſionem libri Cabaliſtici* ספר של *cum notis.*

54. *Indicem Geographicum Alphabeticum Terræ Sanctæ ſeu Paleſtinæ relatum ad tabulam Adrichomij per quadrata linearum è lateribus numerata ad inueniendum citò in ea quemlibet locum tam in Biblijs Latinis, quam Hebraicis.*

55. ש״ת *Quæſtiones in Prophetas minores cum reſolutionibus, primò Iudæorum Rabbi-*

37. *De* קבלה *Cabala, eiuſque diuiſione, & auctoritate.*

38. *De decem præceptis Decalogi,* quomodo ſcripta in duabus tabulis, & an ipſæ in arca tum priores, tum poſteriores poſitæ, vt Rabbini docent?

39. *De* עשו *Eſau* ארום *Edom* יעקב *Iacob* ישראל *Iſrael*: nomine Iacob, & Iſraelis, non conuenire Iudæis, ſed Chriſtianis; illis verò congruere nomina *Eſau*, & *Edom*.

40. *De* עשרת הדברים *Numeratione decem præceptorum Decalogi*, prima communi Iudæis, ſecunda Chriſtianis. Oſtenditur quod vtraque eſt iuſta Pentateuchum, ſed quod habent Chriſtiani, eſſe accurratiorem.

41. *De Trinitate perſonarum in Deo*; eam credendam à Iudæis tum ex Scripturis, tum ex eorum Rabbinis.

42. *De* פתרון חלומות *Somnijs*, eorumque interpretatione apud Iudæos, & quid ſentiendum de iis iuxta ſacras literas, & rectam rationem.

43. *De* שבת *Sabbato*; eſſe eius præceptum antiquiſſimum omnium datum generi humano, & quidem naturale. ſed etiam commutationem celebrationis, & feſti in Dominica eſſe in naturæ dictamen ſuppoſita reſurrectione Chriſti.

44. De illo dicto vulgatiſſimo Phariſæorum, & ſcribarum apud SS. Matthæum, & Marcum cap. 15. *Munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit* non eſſe illam loquendi formulam in Miſenà tract. נדרים cap. קונם שאני נהנהלך vt vult Lightfoot.

45. *De Iudæorum odio in Chriſtianos, eiuſque cauſis.*

46. *De fornicatione ſimplici*, quæ

thematicum, & Philoſophicum.

67. *Additiones ad Manuale Buxtorfij.*

68. *Grammaticam Hebraicam cum faciliori methodo ad eam addiſcendam citius ab alijs diſtincta.*

69. *Grammaticam Chaldaicam, & Syriacam relatè ad Hebraicam.*

70. *Alphabeta plurima linguarum, & Dialectorum, nempe Samaritanum, Hebraicum, Rabbinicum, Chaldæum Eſtranghelo, Neſtorianum, Syriacum, Arabicum, Perſicum, Turcicum, Græcum, Cophtum, Armenum, Georgianum, Illyricum dictum Bucuiza, ſeu S. Hieronymi, & Chiuriliza, ſeu S. Cyrilli, & Gothicum, redacta ad Latinum Alphabetum.* Hactenus ille. Huius eruditiſſimi viri fit mentio in Bibliotheca Magna Rabbinica Part. III. pag. 750. 752. Part. IV. pag. 463. 527.

457 IOANNES A' PASTVRA, Belga, Sanctenſis, cum eſſet Monaſterii Gemblacenſis Prior, ad poſteros tranſmiſit

Paraphraſim in Pſalmos, iuxta Hebraicam veritatem. Excuſ. Louan. an. 1560. in 8.

458 IOANNES PAVLVS DE BONONIA, Italicè edidit.

Opus quo probatur Hebræis Aduentus Chriſti, Trinitas, mors, & reſurrectio, & Virginitas Beatiſſimæ Virginis Mariæ. Cremonæ anno non notato in 8.

459 IOANNES PAVLVS DAVBERVS, edidit

De Vtilitate, & neceſſitate Linguæ Hebraicæ. Marpurgi, in 4.

460 IOANNES PAVLVS VINDIGIVS, ſcripſit

Diſsertationem de Iudæis. Excuſ. Groninnin-

R

Rabbinorum qui ſunt in מקרא גדולה *deinde Chriſtianorum.*

56 *Notitiam Librorum Hebraicorum qui ad manus venerunt, vel aliorum qui citantur, vel habentur in Catalogis pluribus, præcipuè verò illorum quos citat.* אסף המזכיר

57. *Librorum in Bibliotheca magna Rabbinica Abb. Bartoloccij diſtributio in claſſes varias ſcientiarum, bàs enim præcipuè Bibliotheca habet. Additur præterea obſeruationes ad quædam in eadem Bibliotheca.*

58. *Expoſitionem & concordiam Vulgatæ, & textus Hebraici in verſ. Pſalmi* Rex virtutum dilecti, & ſpeciei domus diuidere ſpolia; ad petitionem Card. Felicis Roſpiglioſii.

59. *Concordiam apparentium diſcrepantiarum Vulgatæ à textu Hebraico in Biblijs.*

60. *De Elia Propheta: fuiſſe Sacerdotem ex familia Aaron iuxta ſenſum potiorem, & communiorem Rabbinorum tum veterum, tum recentiorum, totiuſq; Eccleſiæ Græcæ, ideoq; pingi poſſe in habitu Sacerdotis Moſaici.*

61. *De Monte* סינה *Sinai in Arabia tum ante Chriſtum, tum poſt Chriſtum ad hæc vſque tempora.*

62. *Vitam R. ſcelomò ben Meir de Nauarra in Chriſtiana Religione Proſperi Ruggeri cum epiſtolis ad me ſcriptis, & figuris Cabaliſticis, quas explicaui.*

63. *De erroribus* שלשלת הקבלה

64. *Controuerſias inter Iudæos, & Chriſtianos.*

65. *De precibus, & liturgijs Iudaicis comparatis ad liturgia Chriſtianorum, aliorumq; Gentium.*

66. *Dictionarium Hebraicum Ma-*

Digitized by Google

apud Sebaſtianum Cramoyſi an. 1636. in fol.

465 IOANNES PHILOSOPHVS, in eo libro qui Eccleſiaſticus dicitur, dialogo deſcripſit

Exitiale Iudaeorum in Chriſtianos odiũ. Floruit anno à Chriſto nato 1064.

466 IOANNES PHOCAS, edidit

De Locis Antiochiam inter & Hieroſolymam; nec non Syria, Phœnicia, Paleſtina. Gr. Lat. Coloniæ an. 1653. in 8. in Symictis Leonis Allatij initio lib. prim.

467 IOANNES PICVS, Italus, Mirandulæ Comes, & Concordiæ Dominus, à Conſtantino Cæſare origine traxiſſe dicitur. Vir, vt Sixtus Senenſis teſtatur, ingenij penè prodigioſi, & in omni Artium, ſcientiarum, & linguarum varietate vſque ad miraculum exculto, inter cætera mirabilem ſcripſit librum titulo *Heptaplum* de ſeptiformi expoſitione ſex dierum Geneſeos. Inter 900. Concluſiones quas Romæ diſputandas exhibuit ex omnibus ſcientijs, & auctoribus etiam Chaldæis, & Hebræis, 4. ſunt ſecundum Iſaac Narbonenſem, 3. ſecundum Moſem Ægyptium in Philoſophia, 6. ſecundum opinionem Chaldæorum Theologorum, 47. ſecundum ſecretam doctrinam ſapientum Hebræorum Cabaliſtarum, ex 80. concluſionibus Philoſophicis ſecundum propriam opinionem, vltima eſt huiuſmodi. *Si qua eſt lingua prima, & non cauſalis, illam eſſe Hebraicam, multis patet coniecturis.* Prætereà ſunt 72. Concluſiones Cabaliſticæ ſecundum opinionem propriam ex ipſis Hebræorum fundamentis Chriſtianam Reli-

ningæ, añ. 1633. in 4.

461 IOANNES PECCHAMVS, Anglus, patria Ciceſtrienſis, Ord. Min. S. Bonauenturæ aliquando diſcipulus, & imitator non indiligens, vt refert Wading. ac demum à Nicolao III. Pontif. Max. Cantuarienſis Epiſcopus creatus eſt. Inter plurima opuſcula ab ipſo conſcripta, habet

Collectanea Bibliorum lib. 4. Excuſ. Coloniæ apud Franciſcum Dirckmannum, an. 1513. & 1541. Pariſijs 1514. Habentur mſc. in Biblioth. Cartuſianorum Cantauiæ propè Iuliacum. Huius mentio apud Poſſeuinum, & alios.

462 IOANNES DE PERSICO, Cremonenſis, Ordin. D. Auguſtini, ſcripſit.

Varias Expoſitiones in Biblia, contra Iudaeos, atque Rebelles Eccleſiæ. Extant mſc. in Bibliotheca S. Auguſtini Cremonæ.

463 IOANNES PERVSINVS, Monachus, reliquit

Deſcriptionem Terræ Sanctæ, vnà cum Indice omnium eiuſdem locorum. Extabat mſc. in Biblioth. Grataroli. Ita Poſſeuinus in Appar. ſac.

464 IOANNES PHELIPPÆVS, natione Gallus, patria Andegauenſis, Societati Ieſu ſe addixit an. 1594. ſcripſitque

Oſeam primum inter Prophetas, commentarijs illuſtratum. In eo explicatur quid כסף *Ceſeph*, ſiue quid argentei ſicli aptati ad monetarum nobis cognitarum rationem: & quid libra, & Talentum. Item quid Corus, & dimidius Corus, & quid עמר Gomer in menſura præſertim aridorum, tum quid Hebes in liquidorum menſura. Excuſ. Pariſijs

Digitized by Google

ſtructus, vt eius opera teſtantur, videlicet

Florilegium Biblicum, Heb. Lat. Excuſ. Toloſæ an. 1644. Lodouæ an. 1645 in fol. duobùs Tomis.

Florilegium Rabbinicum, Heb. Lat. cum Bibliotheca Rabbinica. Excuſ. ibidem eodem anno.

נטעהגפן *Planta Vitis, ſeu Theſaurus Synonymicus Hebraico-Chaldaico-Rabbinicus*, in quo omnes totius Hebraicæ linguæ voces, vnà cum plerisque Rabbinicis, Talmudicis, Chaldaicis, earumque ſignificationes etymon, ſynonymia, vſus, elegantiæ, periphraſes, idiotiſmi, ex Hebraicorum Bibliorum contextu, horum Chaldaicis Paraphraſibus, ex immenſa Codicum Babilonij, & Hieroſolymitani Talmudica farragine, ex Rabbinorum Commentatoribus, *Medakdekim, Meturgemanim, Mekabbelim, Soucrim, & Chachamim*, hoc eſt Grammaticis, Expoſitoribus, Cabbaliſticis, Philoſophis, & Theologis alijſque reconditis Hebræorum monumentis, noua, & exacta methodo, per hexapla παραλλήλως demonſtrantur, ac vna cum auctoritatibus è ſacrarum literarum corpore deprom ptis energiam, & emphaſim vocum perhibentibus amplè, & dilucidè explicantur: nonnullorum quoque vocabulorum Græcorum, Latinorum, Gallicorum, Italicorum, Hiſpanicorum, Germanicorum, Anglicorum, Belgicorum, Polonicorum, &c. etymologia ab Hebræo, ſeu Chaldaico idiomate petita, paſſim vbique indicatur. Quibus acceſſit duplex Index locupletiſſimus, qui iuſti Lexici Hebraico-Latini loco, ſacræ linguæ ſtudioſis eſſe poſſit. Excuſ. Lodouæ Typis Ar-

Religionem maximè confirmantes. Cũ autem ab æmulis cenſura graui notatæ eſſent ex 900. Concluſionibus tredecim, inter quas de Magia, & Cabala Hebræorum, in ſua Apologi eas defendit, imò etiam in Tract. de hominis dignitate. De rebus Hebraicis habet quoque epiſt. 7. 12. & vltima ideſt 47.

Hæc edita ſunt inter opera ipſius Baſileæ ex Officina Henrici Petri a. 1572 in fol.

Eius priores 47. Concluſiones Cabaliſticas ſeu

Cabaliſtarum ſelectiora obſcurioraque dogmata ex eorum commentationibus: quę Archangelus Burgonouenſis Minorita luculentiſſimis interpretationibus illuſtrauit. Excuſ. Venetijs, an. 1569. in 8. & deinde in fol. 1587. Baſileæ, ex eadem Officina Hẽrici Petri in tomo 1. Artis Cabaliſticæ pag. 731. Vixit annos ſolùm 32. obijtque Florentiæ anno Domini 1494. De eo cum laude agunt Poſſeuinus, Bellarminus, & alii.

468 IOANNES DE PINEDA, Hiſpanus, Societatis Ieſu, ſcripſit librum de rebus Salomonis inſcriptum

Salomon prauius, in quo plurima vtriuſque Teſtamenti loca explicantur. Excuſ. Venetiis an. 1611. in fol.

469 IOANNES PISCATOR, in Schola Naſſouica Nerbornẽſi Theologiæ Profeſſor, Caluiniſta, ſcripſit

Rudimenta Linguæ Hebraicæ. Excuſ. Francof. an. 1588. in 4.

470 IOANNES PLANTAVITIUS, Pauſanus, Lodouenſis Epiſcopus, Montis bruni Comes, Catholicæ Reginæ in Hiſpania Eleemoſinarius, & S. Martini Ruricurtani Bellouacenſis Abbas, in Hebraicis ſtudiis apprimè in-

Digitized by Google

apud Nicolaum in Biblioth. Hiſp. edidit hiſpanicè librum inſcriptum

Tratado del Carbunco, donde ſe tratan ſus virtudes, y de las otras piedras, que eſtauan en el Racional del Sumo Sacerdote. Matriti an. 1634. in 4.

475 IOANNES QVINQVARBOREVS, Aurilacenſis Aruernus, collegij profeſſorum Regiorum Decanus, ac linguarum Hebraicæ, & Chaldaicæ Regius profeſſor primariuſque collegii Fortetæi Lutetiæ; Obiit an. 1587. elucubrauit

De re Grammatica Hebræorum opus; in gratiam ſtudioſorum Linguæ Sanctæ methodo quam facilima conſcriptum. Poſtrema editio ex authoris locuplete diligentique recognitione tertia parte aucta. Acceſſit

Liber de Notis Hebræorum, hoc eſt, de literis multarum literarum vim habentibus, quæ hactenus à viris doctiſſimis ex variis Hebræorum auctoribus ſunt excerptæ, ab ipſo poſt omnes, qui de illis ſcripſerunt media parte auctus, feriò, & feliciter Hebraicari volentibus apprimè vtilis. Excuſ. Pariſiis apud Martinum Iuuenem, an. 1549. & 1582. in 4.

Notas, & Verſionem Thargum Ionathanis in Hoſeam, Amos, Ruth, & Trenos, incerto Authore Chaldæo. Excuſ. Pariſiis an. 1556. in 4. In cuius Epiſtola ad Cardinalem Lotharingum pollicetur verſionem omnium Vet. Teſt. librorum Chaldaicè ſcriptorum.

Notas in Grammaticam Heb. Clenardi. Excuſ. Pariſiis an. 1559. & 1564. in 4.

Editionem Munſterianam Euangelij ſecundum Matthæum cum Præfatione. Excuſ.

naldi Colomerij Regis, & Toloſanæ Academiæ Typographi, an. 1645. in fol. De eo ſic Ludouicus Iacob in Tractatu de Bibliothecis, pag. 658. *M. Jean Plantauy de la Pauſe Eueſque de Lodoue, eſt tres bien verſè dans les ſciences diuines, & humaines, comme auſſi dans les langues Hebraique, Grecque, & Latine: Les ouurages qu'il a donnez au public en ſont des euidens teſmoignages, leſquels luy acquierent vne grande reputation, auſſy bien qu'vne celebre Biblioteque, qu'il a faite par vne grande recherche de bons liures*. Plantauitius non ſemel corrigitur à Iulio Bartoloccio in ſua Biblioth. Mag. Rabb. Part. I. pag. 16. 38. 40. 130. 137. 140. 167. 178. 217. 431. 435. 467. 693. Part. II. pag. 838. 845. 855. 856. Part. III. pag. 840. 849. 852. 861. 867. 869. 870. 911. Part. IV. pag. 1. 62. 72. 74. 58. 59. 222. 389. 401.

471 IOANNES POLYANDER, Metis quæ vrbs eſt Gall. Belg. in Lotharingia natus an. 1568. Gallicè edidit

Harmoniam locorum Sacræ Scripturæ prima fronte inuicem diſcrepantium ordine diſpoſitam.

472 IOANNES DE PRATO, Lugdunenſis edidit

Dictionarium Hebraicum. Huius meminit Hofmannus in Lexico vniuerſali.

473 IOANNES PRÆTORIVS, elucubrauit librum inſcriptum

Hebraiſmus reſtitutus. Excuſ. an. 1675. in 8. loco editionis minimè notato.

474 IOANNES DE QVINNONES, DE BENAVENTE, Hiſpanus, ex oppido *Chinchō* agri Toletani, de quo

Digitized by Google

Inſtitutiones Linguæ Hebrææ. Amſtelodami, an. 1677. in 4.

482 IOANNES RVDBEKIVS, Suecus, ſcripſit

De re Grammatica Hebræorum. Citatur à Iulio Bartoloccio in Biblioth. Magna Rabb. Part. III. pag. 44.

483 IOANNES RODVLPHVS A' CORDVBA, Areualenſis, Societatis Ieſu Theologus, ſcripſit

Catenam Proonymam verſionum, gloſſematum SS. Patrum, veterum, & neotericorum Interpretum Hebræorum, Græcorum, Latinorum in IV. libros Regum. Excuſ. Lugduni ſumptibus Philippi Borde, & Sociorum, anno 1652. in fol.

484 IOANNES RVSTIVS, elaborauit

Tabulas Synopticas Linguæ Sanctæ Etymologiam monſtrantes. Excuſ. Bernæ, an. 1613. in 8.

485 IOANNES SCHWEBELLIVS, Germanus, patria Phortzheimenſis ad Hercyniæ Syluæ radices, Caluiniſta, ſcripſit

Dialogum Chriſtiani cum Iudæo.

486 IOANNES SCOREB, edidit

De Iudæa, & Iudæorum Rebus. Citatur à Fabiano Iuſtiniano in Indice Vniuer.

487 IOANNES SEGERVS, elucubrauit

Lexicon Quadrilingue Orthograficum cognatas Vocabulorum Analogias ac Differentias in Lingua Hebræa, Græca, Latina, & Germanica exhibens. Excuſ. Lipſiæ, an. 1625. in 8.

488 IOANNES SELDENVS, An-

Excuſ. ibidem an. 1551. in 8.

Verſiones Libb. quorundam Auicennæ ex Hebræo, notantur in Bibliotheca Medica Paſchalis Galli Villeſanenſis.

Verſus Hebræos in laudem Coſmographiæ Theueti. De quo agunt Thomas Beauxamis, Gilbert. Genebrard in Iſagoge ad Rabbinos, Sixtus Senen qui malè eum Arelatenſem vocat, Ioannes Iſaacus in Libello contra Lindanum, Franciſcus Taylerus, Poſſeuinus, & alij. Huius etiam fit mentio in Biblioth. Magna Rabb. Part. III. pag. 44.

476 IOANNES RAYMVNDVS MERLINVS, Romanenſis apud Delphinates, circa annum 1552. Lauſanæ, & Geneuæ Linguam Hebræam docuit, ſcripſitq;

Expoſitionem Gallicam Decalogi. Excuſ. Lauſanæ, an. 1562.

477 IOANNES REINHARD, edidit

De Notis Marginalibus Maſorethicis. Wittebergæ, an. 1674. in 4.

478 IOANNES REVCHLINVS, vide IOANNES CAPNION.

479 IOANNES RHOMBERGIVS, Lutheranus, Wittembergenſis profeſſor, ſcripſit

Diſſertationem de Aduentu Meſſiæ contra Iudæos.

480 IOANNES DE ROBLES, Hiſpanus, accuratè calligauit, & auxit librum

De ratione accentuum omnium, ſeu dictionum Linguæ Latinæ, Hebraicæque, & quarundam Græcarum, præcipuè earum, quæ per Sacras Literas ſparguntur. Excuſ. Toleti an. 1552. in 8.

481 IOANNES ROVV, Perthēſis Scholæ in Scotia Rector edidit

Digitized by Google

Breuem Introductionem ad Linguam Hebraicam. Hagenau. in 4.

490 IOANNES SPENCERVS, Anglus S. T. D. Eccleſiæ Elienſis Decanus, & Coll. Corp. Chriſti Cantabrig. Præfectus, elucubrauit

De Legibus Hebræorum ritualibus, & earum rationibus, libros tres. I. fusè agitur de rationibus legum Iudaicarum generalibus; huic ad calcem additur Diſſertatio breuiuſcula de Theografia Iudaica. II. De legibus Moſaicis, quibus Zabiorum ritus occaſionem dedere fusè diſſeritur; huic ob argumenti vicinitatem addijcitur Diſſertatio in Decretum illud Apoſtolicum act. 15.20. *Vt abſtineant à pollutionibus idolorum, & à fornicatione, & à ſuffocatione, & à ſanguine*. III. De ijs Hebræorum legibus, & inſtitutis agitur, quibus gentium vſus occaſionem præbuit; hic octo Diſſertationibus abſolutus eſt. Harum 1. generalius agitur de ritibus è gentium moribus in legem translatis. 2. de origine Sacrificiorum. 3. de purificationibus. 4. de neomenijs. 5. de arca, & Cherubinis. 6. de Templo. 7. de origine τȣ̃ Vrim, & Thummim. 8. de hirco emiſſario. Excuſ. Cantabrigiæ ex Officina Ioan. Iayes, an. 1685. in fol. & Hagæ-Comitum, an. 1686. in 4.

491 IOANNES STANCARVS, ſcripſit

De re Grammatica Hebræorum. Refertur in Biblioth. Mag. Rabb. Part. III. pag. 44. inter Scriptores Latinos, qui de re Grammatica Hebræorum ſcripſerunt.

492 IOANNES STEPHANVS MENOCHIVS, natione Italus, patria Papienſis, Societati Ieſu adſcriptus,

Anglus, plura ſcripſit, inter quæ hæc ad argumentum noſtrum pertinent.

De Dijs Syris Syntagmata, vbi de Numinibus Commentitijs in Veteri Teſtamento memoratis; de Lingua Hebręa, quàm latè olim patuerit, quo pacto in varias dialectos migrauerit, vnde dicta, &c. Excuſ. Londini, an. 1617. Lipſiæ, an. 1628. & Lugduni Batau. an. 1629. in 8.

De ſucceſſione in Bona defuncti ſecundùm Leges Hebræorum. Excuſ. Londini, an. 1636. Lugd. Batau. an. 1638. in 8. Francofurti, an 1673.

De ſucceſſione in Pontificatum Hebræorum libri duo. ibid.

De Iure naturali, & Gentium iuxta diſciplinam Hebræorum. Excuſ. Londini, an. 1640. in fol.

De anno ciuili, & Calendario Veteris Eccleſiæ, ſeu Reipublicæ Iudaicæ, Diſſertatio; tum Talmudicorum, tum Karæorum ea de re diſciplinam exhibens, adeoque, & ipſam, quæ tam Apoſtolis, alijſque Chriſtianis primitiuis, quam ipſi Chriſto fuit in vſu. Excuſ. Londini, an. 1644.

Vxor Hebraica, ſeu de Nuptijs, & diuortijs ex iure ciuili, ideſt Diuino, & Talmudico veterum Hebræorum Libri tres. Excuſ. Londini, anno 1646. & Francofurti ad Oderam, anno 1673. in 4.

De Synedrijs, & Præfecturis Iuridicis veterum Hebræorum Libri tres. I. excuſ. Londini per Iacobum Fleſſer an. 1650. II. ibidem apud eundem 1653. III. ibid. 1655. & ſimul Amſtelodami, an. 1679. in 4.

489 IOANNES SETZERIVS, edidit

Digitized by Google

tum induit, in quo virtute, & ſapientia ſic emicuit, vt ab Eugenio IV. ſummo Pontifice, Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri honore, & onere renunciaretur; ſic enim in Apoſtolicis literis eidem tertio Kalen. Nouemb. an. 1436. datis, inquit: *Cum autem ſcientia, virtutes, & probitates tuæ nobis, Sedi Apoſtolicæ, & Rom. Eccleſiæ plurimùm per hæc tempora fuerint fructuoſa, cupientes eiſdem, vt tenemur, aliquali ex parte retribuere, & commiſſum tibi Magiſterium propter te in conſuetis honoribus reintegrare, ac nouis honorare, &c.* Deinde pro morum reformatione ad Baſileenſe Cōcilium miſſus, & ab eodem Eugenio IV. pro grauioribus Apoſtolicæ Sedis negotijs in Germaniam, & Hiſpaniam ad Regem delegatus, dum Romam rediret, inter S. R. E. Presbyteros Cardinales titulo S. Xiſti, poſtea Calliſti, 15. Kalen. Ianuarij, anno 1439. adſcriptus eſt; demum Epiſcopus Cardinalis Sabinus renuntiatus fuit. Obijt Romæ in Cœnobio S. Mariæ ſupra Mineruam die 26. Septembris 1468. & in Sacello à ſe conſtructo marmoreo tumulo, elogioque decorato ſepelitur. Inter eius ſcripta, quæ referunt Ciaconius ad annum 1431. & Altamura in Bibliot. Ord. Præd. habetur

Liber contra Iſraelitas noſtri temporis. Item

Liber contra eos, qui arcebant Hebræos, ne ad fidem Chriſti venirent.

499 IOANNES VÆVRÆVS, Gallus in Collegio Canonicorum Heduenſium cooptatus, ſcripſit

Carmen Hebræo-Latinum in Theſauro Linguæ Sanctæ Pagnini. Pariſijs, anno 1548. Latinè etiam vertit

Phi-

ptus, anno ſalutis 1593. ætatis 17. ſcripſit

De Republica Hebræorum Libros VIII. Excuſ. Pariſijs typis Antonii Barbier, an. 1648. & 1652. in f. Huius mentio apud Ribadeneiram in Biblioth. S. I.

493 IOANNES TERENTIVS, edidit

Meditationes Philologicas Hebraicas, Franekeræ, an. 1654., & 1667. in 8.

494 IOANNES THEODORVS FRENKEL, Hamburgenſis, publicè ventilandam exhibuit

Diſputationem Philologicam, in qua nonnulla dicta de Meſſia ex Gen. c. 49. ex 2. Sam. 23. 4. 5. & Mich. cap. 5. 1. diſſertatione Academica explicata ſunt. Excuſ. Argentorati, an. 1671. in 4.

495 IOANNES THOMAS FREIGIVS, edidit librum inſcriptum.

Moſaicus ab Orbe condito ad mortem Moſis. Baſileæ, an. 1640. in 8.

496 IOANNES THRASKE, euulgauit librum, cuius Titulus.

Treatiſe of Liberts, againſt Iudaiſme. Excuſ. Londini, an. 1610. in 4.

497 IOANNES TILIVS, Briocenſis Epiſcopus, ad poſteros tranſmiſit

Editiones Hebraicas Euangeliorum, quæ licèt ab Eruditis veluti ſuſpectæ habeantur, quaſi Iudæorum opera confectæ; non ſunt tamen inutiles, aut noxiæ.

498 IOANNES DE TVRRECREMATA, natione Hiſpanus, patria Valliſoletanus, ab oppido natali Torquemada cognomen ſortitus eſt. Adoleſcens in Valliſoletano S. Pauli Apoſtoli Cœnobio Ord. Præd. habi-

MVS HILLIGERVS, ſcripſit

Summarium Linguæ Sanctæ. Excuſ. Wittebergæ, an. 1679. in 4.

507 IOANNES WLFEN, Germanus, ex Hebræo in Latinum vertit librum inſcriptum

משמיע ישועה *Maſcmiah Ieſciùah, Prædicator ſalutis*, Tit. ex Iſai. 52. 7. de quo in Biblioth. Mag. Rabb. Part. III. pag. 879. & 936. cuius Latina verſio mſc. aſſeruatur apud eundem interpretem.

508 IOANNES WVLFERVS, Norimbergenſis, ex Hebræo in Latinum vertit, iuſtiſq; animaduerſionibus auxit, & in publicum miſit.

Theriacam Iudaicam ad examen reuocatam, ſiue ſcripta Amoibæa Samuelis Friderici Brenzij, Conuerſi Iudæi, & Salomonis Zeui, Apellæ aſtutiſſimi, à Viris Doctis hucuſque deſiderata. Opus non ſolùm Philologis: ſed & omnibus veritatis cupidis per quam vtile, ac neceſſarium, in quo vt Iudæi plurimorum ſcelerum, nequitiæ, & impietatis conuincuntur: ita & à multis facinoribus, ſalua veritate, vindicantur. Excuſ. Norimbergæ apud Andream Knorzium, an. 1681. in 4. Huius ſit mentio in Bibliotheca Magna Rabbinica Part. IIII. pag. 402.

509 IOANNES ZECHENDORFFIVS, ſcripſit

Circulos Coniugationum ad Linguas Hebræam, Chaldæam, Syriacam, & Arabicam. Excuſ. Hamburgi, an. 1642. in 8.

510 IOSEPH ACOSTA, elucubrauit

Librum de Chriſto reuelato contra Iudæos.

511 IOSEPH BARBATVS, Mene-

Philonem Iudæum de diuinis decem Oraculis. Excuſ. Lutetiæ, anno 1554. in 8.

500 IOANNES VALLENSIS, Hieronymianus, ſcripſit

De Proſodia Hebræorum, IV. Libros. Excuſ. Pariſijs, an. 1545. in 4.

501 IOANNES VASÆVS, contexuit

De Iudæis Hiſpaniæ degentibus Chronologiam ad annum Chriſti 137.

502 IOANNES VICCARS, Anglo-Londinus, edidit Librum inſcriptum

Decapla in Pſalmos, ſiue Commentarius ex decem linguis mſc. & impreſſis, Hebræa, Arab. Syr. Chald. Rabb. Græc. Rom. Ital. Hiſpan. Gallic. Excuſ. Londini, an. 1639. in fol.

503 IOANNES VOLANDVS, Grëſſenas Scholæ Isfeldenſis olim alũnus, referente Geſnero

Compendium Doctrinæ Chriſtianæ ex Germanico, & Latino idiomate, vnà cum Theodoſio Fabricio, Hebraicè, & Græcè conuertit, quod nunc Hebraicè, Græcè, Latinè, & Germanicè à Michaele Neandro eſt editum Wittebergæ, anno 1582. in 8.

504 IOANNES VORSTIVS, edidit

Philologiam Sacram, de Hebraiſmis noui Teſtamenti. Lugduni, an. 1658. in 4. & Amſtelodami, an. 1665. in 4.

Diſſertationem de lingua omnium prima. Tlensburgi, an. 1675. in 4.

505 IOANNES WEEMSVS, Scotus, ſcripſit

Librum de quatuor filijs degeneribus; quorum primi fuerunt Iudæi.

506 IOANNES WILHEHL-

Digitized by Google

Londini, an. 1673. in 8.

514 IOSEPH ROBVSTELLVS, Wulturrenus è Groſio, Collegij Vrbani de Propaganda Fide Alumnus, die 1. Menſis Iunij 1653. Feſto Pentecoſtes habuit in eodem Collegio

Orationem Hebraicam דרוש על רפואת אדם וחוה וביאת המשיח וירידת רוח הקדש על השלוחים בלשון אש *De Protoplaſtorum remedio, Meſſiæ aduentu, ac igneo Spiritus Sancti ſuper Apoſtolos deſcenſu*; Hebraicè, & Latinè, ſub Præceptore D. Ioanne Baptiſta Iona Galilæo in eodem Collegio, & in Lycæo Romano Linguæ Sanctæ publico Profeſſore. Excuſ. Romæ, Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, an. 1653. in 4.

515 IOSEPH SCALIGER, elucubrauit

Opus de emendatione temporum. Addita veterum Græcorum fragmenta ſelecta, quibus loci aliquot obſcuriſſimi Chronologiæ Sacræ, & Bibliorum illuſtrantur, cum notis eiuſdem. Excuſ. Geneuæ typis Rouerianis, an. 1614. & 1629. in fol. Prohibetur in Romano Indice donec emendetur.

516 F. IOSEPH DE SIGVENZA, Hiſpanus, à patria ſic appellatus, Hieronymianus, plura annotauit

De ſenſibus Scripturæ, reguliſque ad eandem intelligendam, doctiſſima, & Hebraicæ eruditionis luminibus imbuta. De eo agit Nicolaus Antonius in Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 624. & II. in Appendice, pag. 307.

517 IOSEPH DE VOISIN, Senator Burdegalenſis, in Hebraicis literis apprimè inſtructus, qui *Pugionem Fidei Raymundi Martini* ex mſc. Codi-

Menephiticus, typis euulgauit librum inſcriptum

Speculum Hebraicum. Louan. anno 1615.

512 IOSEPH CIANTES, Romanus, Epiſcopus, Marſicenſis ex Ord. Præd. aſſumptus, ex Latina, Hebraicam fecit

Summam Diui Thomæ Aquinatis contra Gentiles, quo ad tres libros. Alexandro VII. P. M. fauſtiſſimæ mem. dicat. Excuſ. Romæ ex Typographia Iacobi Phæi, an. 1657. in fol. Item ſcripſit

De Sanctiſſima Trinitate ex antiquorum Hebræorum teſtimonijs euidenter comprobata. Diſcurſum. Excuſ. Romæ, typis Vareſij, an. 1667. in 4.

De Sanctiſſima Incarnatione, clariſſimis Hebræorum doctrinis ab eorundem argumentorum oppoſitionibus euidenter defenſa. Diſcurſum. Excuſ. Romæ ex Typographia Nicolai Angeli Tinaſij, an. 1668. in 4.

513 IOSEHP COOPER, Anglus, ad poſteros tranſmiſit librum inſcriptum

מפתח בית משה או סיג לתורה hoc eſt, *Domus Moſaicæ clauis, ſiue Legis ſepimentũ*. In quo pũctorum Hebraicorum adſtruitur antiquitas: eaque omnia, cùm accentualia, tùm vocalia, ipſis literis fuiſſe coæua, argumentis vndique petitis, demonſtratur. Quæ verò in contrarium ab Elia Leuita Primpilo, Ludouico Capello, D. Doctore Waltono, Ioanne Morino, & Gordonio Huntlæo, eius aſſeclis, & interpolatoribus: cum paucis alijs, in Caſtra Eliana arte veteratoria pertractis, adducuntur, multa cum fidelitate examini ſubijciuntur, & diluuntur, quotquot ſunt omnia. Excuſ.

Digitized by Google

Catholicæ fidei noſtræ de Chriſto, diuiniſque perſonis adſtruit. Excuſ. Pariſijs, ſumptibus Simeonis Piget, anno 1647. in 8.

Librum de Iubilæo ſecundum Hebræorum, & Chriſtianorum Doctrinam. Excuſ. Pariſijs, an. 1655. in 8.

Librum de Lege Diuina ſecundum ſtatum omnium temporum ab Adamo ad Chriſtum. Excuſ. Pariſijs, an. 1650. in 8. De eo cum laude mentionem faciunt Ioannes Morinus Part.II. Biblicarum Exercit. pag. 291. Hilarion de Coſte dans la vie du P. Merſenne pag. 67. Ioannes Seldenus in Vxore Hebraica pag. 441. & Lib. II de Synedrijs Hebræorum, in limine. Et Abrahamus Ecchelenſis in Hiſtoria Arabum ad calcem Chronici Orientalis pag. 210. ſic inquit: *De loco Iſaiæ dum apud me ſolerter cogitabam, dumque me accingebam ad Rabbinorum commentaria conſulenda, en bonis auibus hæc meditanti adeſt Saphnath Pahaneah Hebræorum arcanorum reuelator Ioſephus de Voiſin, vir pietatis, doctrinæ, ac omnis generis eruditionis ornamentis clariſſimus, quemque non ſola Hebraicæ linguæ commendat ſumma peritia, ſed multò magis Rabbinicarum diſciplinarum, quæ mirificè in vtroque eius tomo de Iudæorum Theologia, ac altero de diuina lege elucet, admirabilis cognitio.*

518 IOSIAS SIMLERVS, Tigurinus Hæreticus, typis euulgauit

Vocabula rei Nummariæ ponderum, & menſurarum Græca, Hebraica, Arabica, ex diuerſis Auctoribus collecta, & in ordinem Alphabeticum diſpoſita. Tiguri apud Froſchonerum, an. 1584. in 8. vnà cum Dominici Maſſarii libris tribus de eodem argumento. &c. Ex Labbe in

ce Collegij Fuxenſis, in lucem edidit, ſuiſque notis, & obſeruationibus doctiſſimis auxit, & illuſtrauit; ſcripſit præterea

Verſionem & Comm. ad R. Iſraelis Diſputationem de Anima. Excuſ. Pariſijs, an. 1635. in 8.

Theologiam Iudæorum, vbi rem ipſam quæ nunc Chriſtiana Religio nuncupatur, etiam apud Antiquos fuiſſe, priuſquam Chriſtus veniret in carne, ex Hebræorum libris oſtenditur. Errores verò, quos poſt natum Chriſtum Iudæi per fraudem, & malitiam attulerunt, coarguuntur. Excuſ. Pariſijs apud Mathurinum, & Ioannem Henault, anno 1647. in 4.

Diſputationem Theologicam Orthodoxam de Sanctiſſima Trinitate aduerſus opus cuiuſdam Hæretici Antitrinitarij Anonymi, quod inſcribitur: *Diſceptatio de Verbo, vel ſermone Dei, cuius creberrima fit mentio apud Paraphraſtas Chaldæos, Ionatam, Onkelos, & Targum Hieroſolymitanum. Irenopoli apud Hæredes Iacobi Laringhij, anno 1646.* Cuius principalis ſcopus eſt Trinitatem diuinarum perſonarum impugnare; ac præſertim negare Verbum Diuinum eſſe Perſonam; ideòque & Chriſtum Verbum Dei eſſe: ſolis innixus argumentis, quia nulla id veteris Teſtamenti authoritate probari poteſt. Quod ſatis, inquit, patet ex diſſentaneis interpretum noſtrorum Catholicorum hac in re ſententijs; multò minùs id ex veterum Iudæorum ſcriptis, & Thargumìm Chaldæorum eruere poſſumus. Huius Hæretici erroribus, & calumnijs ſe opponit Voiſin, & ſolida SS. Patrum doctrina: ipſorumque Iudæorum teſtimonio veritatem

Digitized by Google

terum Hebræorum, & præcipuè Ioſephi, expoſitam.

Diſſertationem de Vera ætate mundi, qua oſtenditur in tempore, quod à mundi creatione vſque ad Abrahami Patriarchæ natalem elapſum fuit, annos minimum 1440. deſiderari. Hæc Opera fuerunt à Sac. Indicis Congregatione proſcripta, an. 1648. & 1663. quorum Decretum non fuit publicatum, quouſque alia opuſcula annexa examinarentur. Quare die 2. Iulii 1686. fuerunt poſita in publico Decreto. Hic Auctor non tantùm laudat Expoſitionem LXX. Interpretum: circa quam non eſſet cenſurandus, ſed omnes alias Verſiones euertit; præſertim Vulgatam, de qua malè loquitur.

524 S. ISIDORVS, in prouincia Carthaginenſi natus *Iunior* dictus, in ordine ad alium *Seniorem* Cordubenſem Epiſcopum, qui eum multos ante annos præceſſerat; poſt Fratrem ſuum Leandrum Hiſpalenſis in Bætica Archiepiſcopus efficitur, anno 596. vſq; ad annum 636. quo è vita migrauit, vt Hiſpalenſes Chronicæ referunt. Scripſit multa, quorum catalogum ſumma cum diligentia recenſent S. Hildephonſus in libro de viris illuſtribus, Bellarminus, Poſſeuinus, Philippus Labbe, & alij, qui inter cætera enumerant

Libros II. contra nequitiam Iudæorum ad Florentinam Sororem. I. de Natiuitate Domini, Paſſione, & Reſurrectione, Regno atque Iudicio. II. de Vocatione Gentium. In Biblioth. Vatic. extat eiuſdem

Tractatus de Chriſto contra Iudæos, inter Codd. mſc. Lat. ſub num. 4327. papyr. in fol.

in Bibliothèca Nummaria.

519 IOSVA ARNDIVS, contexuit

Manuale Legum Moſaicarum, in quo Catalogus Legum ex partitione Iudæorum, & Chriſtianorum, ſenſus literalis, & myſtici expoſitio; Parallelorum perpetua allegatio; Typorum ex N. T. euolutio; cum iure Gentium, & ciuili Romano collatio ocularis, ac denique Canonum, atque Axiomatum generalium, & ſpecialium Index continentur. Tribus Partibus incluſum. Excuſ. Guſtroui, Typis Scheippelianis, an. 1666. in 8.

520 ISAAC CASAVBONVS, ſcripſit

De Lingua Hebræa, & Saxonica Librum. Excuſ. Londini, anno 1650. in 8.

521 ISAAC GRONBECCIVS, edidit

De Accentibus Hebræorum. Leidæ, & Antuerpiæ, an. 1593. in 8.

522 ISAAC VIVA, typis euulgauit librum inſcriptum

Vindex Sanguinis, ſiue Vindiciæ ſecundum veritatem, quibus Iudæi ab Infanticidiis, & victima humana, contra Iacobum Geuſium, vindicantur. Excuſ. Amſtelodami typis Adami Iongbloet, & recuſum Norimbergæ, an. 1681. in 4. vnà cum *Theriaca Iudaica* Ioannis Wulferi.

523 ISAAC VOSSIVS, edidit

De Septuaginta Interpretibus, eorumque tranſlatione, & Chronologia Diſſertationes. Excuſ. Hagæ-Comitum, an. 1661.

Chronologiam Sacram ad mentem Ve-

nenſis, an. 1677. Nonnulli cum Trithemio de ſcriptoribus Eccleſiaſticis faciunt hunc Iulianum vnum eundemq; cum Iuliano Pomerio, ſed perperam. Admonet hoc non ſatis laudatus Annalium Eccleſiaſticorum Author Cæſar Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium, die 8. Martij. *Mirum quidem dictu*, inquit, *communi omnium penè errore irrepſit, vt omnes hunc appellent Iulianum cognomento Pomerium, eiuſque ſcriptiones eodem inſcribant cognomine. Quam autem diuerſus ſit à Iuliano Pomerio, hic de quo agimus, longum quod extat inter vtrumque temporis interuallum facilè perſuadet: nam Iulianus Pomerius vixit temporibus Gelaſij Papæ; quod ex eo cognoſces, dum Gennadius ſcribens ad eundem Pontificem librum illum de vir. illuſtr.* (*vt ipſe teſtatur c.* 100.) *cum agit de Pomerio c.* 98. *illum adhuc viuere teſtatur: & ne quis exiſtimet Pomerium illum, de quo ſcribit Gennadius, alium eſſe à Iuliano Pomerio de quo vertitur controuerſia, conſulat Iſidorum de vir. illuſtr. c.* 12. *& Honorium Auguſtud. c.* 12. *& intelliget vnum eundemque eſſe, quem* (*vt diximus*) *conſtat floruiſſe temporibus Gelaſij Papæ circa an. Domini* 495. *At verò Iulianus Epiſcopus Toletanus, de quo hìc agitur, poſt annos ferè* 200. *vixit*. Sed quod tollit in hoc omnem ambigendi locum, eſt idem noſter Iulianus, eo quia in tertio libros Προγνωστικῶν, ſeu *de futuro ſeculo*, Iulianum Pomerium ſæpè citat, vt lib. 1. cap. 9. lib. 2. cap. 1. & 10. lib. 3. cap. 16. 19. 20. 26. 27. & 28. Alij de duobus Iulianis non contenti, tertium addunt, videlicèt præter Iulianum Toletanum Archiepiſcopum, & Iulianum Pomerium Presbyterum, inter

525 ISIDORVS CLARIVS, Brixianus, Monachus Monaſterij Sancti Ioannis Euangeliſtæ Parmæ, & Abbas S. Mariæ Ceſennæ, Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua, Ord. D. Benedicti, Epiſcopus deinde Fulginas, ſcripſit pleraq; atque vti cum Latina lingua, Græcam, Hebraicamq; callebat, ſic quoque vertit.

Biblia Sacra. Ex ipſius tamen Biblijs iubetur in Romano Indice, vt Catalogus, & Prolegomena præcidantur; eius verò textum nemo textum Vulgatę editionis eſſe exiſtimet. Ceterum, hæc vtriuſque Teſtamenti verſio, ad Hebraicam, & Græcam veritatem, quemadmodum præfert inſcriptio, excuſa Venetijs fuit vnà cum ſcholijs, a. 1542. Deinde autem præciſis ijſdem Catalogo, ac Prolegomenis an. 1564. apud Iuntas ibidem. Ita refert Poſſeuinus in Appar. Sac. tom. 2.

526 IVLIANVS ANTECESSOR, Conſtantinopolitanus, euulgauit.

Moſaicarum, & Romanarum Legum Collationem, ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gay; Modeſtini, aliorumque veterum Iuris Auctorum libris ante tempora Iuſtiniani Imperatoris deſumptam. Excuſ. Heidelbergæ ex typographia Samuelis Broun, an. 1616. in 8.

527. S. IVLIANVS, Toletanæ Sedis Archiepiſcopus, S. Eugenij II. Diſcipulus, vt ipſe aſſerit lib. 3. cap. 17. de Reſurrectione. Inter præclara eius Opera ſcripſit etiam

De demonſtratione ſextæ Ætatis aduerſus Iudæos libros tres. Extant in Biblioth. Vet. PP. Tom. XII. editionis Lugdu-

Digitized by Google

meruiſſet: Principibus, & eruditis nõ tantùm Vrbis, ſed Orbis ſummoperè carus, & commendatus. Inſcripſit hanc ſuam Magnam Bibliotecam.

קרית ספר *Kiriàth Sèpher*, *Ciuitas libri*, ſeu *Libraria Ciuitas*. Tit. ex Ioſue 15. 15. *Habes namque* (inquit Auctor Præfat. Tom. I.) *in hac noſtra Libraria Ciuitate, ſeu Bibliotheca Rabbinica, quicquid viginti quinque annorum ſtudio hauſimus ex omnibus manuſcriptis, & impreſſis Codicibus, tum antiquioris Bibliothecæ Vaticanæ, tum Heidelbergenſis Palatinæ, & Vrbinatis in Vaticana modò exiſtentium, quarum Indices Auctorum omnium, & materiarum Hebraico-Latinos in quatuor pragrandes Tomos contexuimus. At non vno optimorum voluminum Vaticano Theſauro contenti, quidquid ex cæteris Vrbis, & Orbis Bibliothecis expiſcari potuimus in hanc noſtram contulimus, &c.*

Pars I. Bibliotecæ Magnæ Rabbinicæ. De Scriptoribus, & Scriptis Hebraicis, ordine Alphabetico Hebraicè, & Latinè digeſtis, complectitur tres primas literas א׳ ב׳ ג׳ in qua complures identidem interſeruntur Diſſertationes, & Digreſſiones, videlicet

1. De Oratore Regis Æthiopię ad Clementem VII. Pontificem Maximum.
2. De X. Tribus diſperſis, & de fluuio Gozan.
3. De Adamo primo Homine.
4. De Epochis Hebræorum.
5. De Epocha Hegiræ.
6. De לוז *Luz* oſſe imputreſcibili Rabbinico.
7. De Sambatione ſeu Sabbathio Fluuio.
8. De Rechabitis.
9. De Punctorum, ſeu Vocalium origi-

inter quos vertitur controuerſia, alium Iulianum Pomerium Diaconum ponunt.

528 IVLIVS BARTOLOCCIVS, quondam in Rabbinicis Magiſter meus, natus Celleni Diœceſis Montis Paliſcorum Etruriæ Oppidi, die 1. Aprilis 1613. In Congregatione Refor. S. Bernardi Ordin. Ciſterc. ſolemnem emiſit Profeſſionem die 1. Ianuarij 1632. *Iulius à S. Anaſtaſia* nuncupatus. Ab ipſa adoleſcentia literarum Hebraicarum apices curioſè exquirens, futuros in eiſdem literis progreſſus indicauit. Nàm Talmudicis aliiſque Iudaicis ſtudijs toto ſuæ vitæ curſu ſedulò incumbens, adeò in illis profecit, vt ingens *Bibliotheca Magna Rabbinicæ Opus*, innumeris penè eruditionibus refertum, (vt infrà patebit) elucubrauerit. S. Sebaſtiani ad Catacumbas Abbatiali Titulo decoratus fuit; nonnullos etiam ſuæ Congregationis honores, dignitateſque obtinuit, & plures, ne ſuis vigilijs impedimento forent, reſpuit. Tandem ſeptuagenario maior apoplexia correptus, ſummo totius Reipublicæ literariæ mærore diem clauſit extremum, decimo quarto Kalendas Nouembris, anno reparationis humanæ milleſimo ſexcenteſimo octuageſimo ſeptimo; poſtquam trigeſimum ſextum Lectoris Linguæ Hebraicæ, & Rabbinicæ in Neophytorum, & Tranſmarinorum Collegio, annum compleuiſſet, eodemque tempore Scriptoris Hebraici in Bibliotheca Vaticana munere functus fuiſſet, & poſtquam nuper ab Innocentio XI. P. M. feliciter regnante, ob merita, ſapientiæque doctrinam, intèr Sacræ Congr. Indicis Conſultores aggregari

Digitized by Google

Behemòth, & Ziz Sadài.

27. De Deo ſecundum id, quod ſentiunt Talmudiſtæ.

28. De תפלין *Thephillin* Philaſterijs.

29. De טלית *Tallèth*, & ציצית *Tzitzìth* Pallio, fimbrijs, & peniculamentis Iudæorum.

30. De תכלת *Thechèlleth* Hyacinthino filo Scripturæ.

31. De ודוי *Viddùi* Confeſſione Iudæorum; & Sacramentali Chriſtianorum.

32. De Balaam, & Baàl Peòr.

33. De libro Eccleſiaſtici. Excuſ. Romæ ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide an. 1675. in fol. inſcripta Palutio de Alterijs S. R. E. tunc temporis Cardinali Patrono, & Sacræ Congregat. eiuſdem Præfecto, quia huiuſmodi impreſſionem curauerat.

Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ Pars II. complectitur ſex literas ד׳ ה׳ ו׳ ז׳ ח׳ ט׳ vna cum ſequentibus Diſſertationibus, & Digreſſionibus.

1. De peccato originali, & de יצר הרע *Iètzer haraà*, Figmento malo Rabbinorum.

2. De Fœdere Patrum Abrahami, Iſaaci, & Iacobi inito cum populis Terræ Chanaan.

3. De Inferno ſecundum Hebræos: & an ijdem admittant Purgatorium?

4. De Pſalmorum libro, Pſalmis, & Muſicis inſtrumentis Hebræorum.

5. De Hebræorum moderna Poeſi.

6. De Acroſtichis Pſalmis.

7. De סלה *Sèla*, ſeu Διάψαλμα.

8. An Daniel Propheta fuerit Eunuchus?

9. De Hebdomadibus Danielis, & quod origine; & eorum in Sacris Voluminibus auctoritate.

10. De Scholæ Eliæ traditione, quæ tempus durationis Mundi, & aduentus Meſſiæ ſtatuitur.

11. De Litanicis ſupplicationibus Iudæorum.

12. De Inuocatione, & Interceſſione Sanctorum.

13. De Angelis præluſio: Vbi omnia Angelorum nomina reijciuntur, preterquam Michaelis, Gabrielis, & Raphaelis.

14. De Angelis ſecundùm Hebræos.

15. De Dæmonibus ſecundùm Hebræos.

16. De Nominibus Stellarum, & Conſtellationum, de quibus fit mentio in libro Iob.

17. De Sadducæis, Baithuſæis, Karræis, alijſque Iudæorum ſectis.

18. De Antiocho, & Machabæis.

19. De פורים *Purim* Sortium feſto Mardochæi, & Eſtheræ.

20. De תרגום *Targhum* Paraphraſi Chaldaica, eiuſque auctoritate, præſertim Onkeloſi.

21. De Tiberiade, & Tiberienſibus Doctoribus.

22. De origine impreſſionis librorum Hebræorum, deque Typographijs Iudaicis præſertim in Italia.

23. De Septuaginta duobus Interpretibus; deque Hiſtoria Ariſteæ.

24. De Ariſtotele Peripateticorum Principe, an fuerit Iudæus.

25. Ritus ſtudendi in Academijs Iudæorum olim in Babylonia.

26. De Rabbinico conuiuio parando Iudæis tempore Meſſiæ: Vbi de triplici ferculo Talmudico Leuiathan,

Digitized by Google

24. Annus Iudaicus à quanam Neomenia incipiat.

25. An Mundus creatus fuerit in Æquinoctio Verno, an verò in Autumnali, Rabbinorum ſententiæ?

26. De vſu Æquinoctiorum, & ſolſtitiorum apud Hebræos, atque item de illorum התקופות *Tekuphòth*.

27. Dato quocumque Anno Tekupham Menſis ניסן *Niſàn* Martij inuenire ſecundùm hypotheſin Mar Samuelis Iarchinitæ.

28. Tabella proportionalis reſidui motus Solis ſupra Lunam in Cyclo decennouen. ſecundùm hypotheſin Mar Samuelis in annis.

29. Tabella proportionalis reſidui motus Solis ſupra Lunam in Cyclo decennouen. ſecundùm eandem hypotheſin in Menſibus.

30. Tabula Cycli decennouennalis indicans, qua die Menſis Iudaici quęlibet Tekupha ingrediatur in perpetuum ſecùndum mentem Mar Samuelis Iarchinitæ.

31. Dato quolibet Anno Tekupham Niſàn ſecundùm hypotheſin Ràu Adà ſupputare.

32. De Tekupha Niſàn Naametith, ſeu de vero Æquinoctio Verno; de Luna Paſchali, & Tabulis Feſtorum tam Hebræorum, quam Chriſtianorum ante, & poſt correctionem Calendarij.

33. Tabula Æquinoctij Verni, & Paſchatis tam Iudæorum, quam Latinorum, cum Machazore, & Aureo numero.

34. Tabula perpetua Neomeniarum, Feſtorum mobilium, & Ieiuniorum, Hebraicè, & Latinè,

35. Cla-

quod ſecundùm illarum computum probetur, iam olim aduenisſe Hebræorum Meſſiam.

10. Chronologia Regum, qui præfuerunt Iudæis poſt euerſum primum Templum vſque ad deſolationem Templi ſecundi, ſecundùm Rabbinos.

11. In qua Hebdomada Danielis Chriſtus ſit natus?

12. Expoſitio Hebdomadarum Danielis cuiuſdam Rabbini Anonymi.

13. De Sanabalàt Horonite.

14. De Paſchate Hebræorum.

15. De Anno Hebræorum Solari.

16. De Anno Lunari.

17. De Cyclo decennouennali.

18. Principium Anni noui Iudaici adinuenire.

19. Cyclum Lunarem dati anni ab Æra Chriſti ſecundùm Eccleſiaſticum computum adinuenire.

20. De Menſibus cauis, & plenis Hebræorum.

21. Tabula perpetua decennouennalis Cycli Lunaris oſtendens annos communes, & intercalares; item ingreſſum Anni noui, qualitatem Menſium Marcheſuàn, & Chiſlèu, & Feriam Paſchæ.

22. Hebræorum Rubricæ, & Regulæ ad notitiam Feſtorum, & Ieiuniorum ſpectantes, quibus oſtenditur, quibuſnam diebus vetitum ſit eis ea celebrare.

23. Quod nunquam fuerint in vſu apud Hebræos niſi tantùm Anni Solares, Lunares verò Soli æquati per emboliſmum, & vt ſuis ex Phaſi notis Menſibus, Menſes Soli curſui deſignarent.

Digitized by Google

50. Feſta, & ſtata tempora poſt Paſcha perpetuò adinuenire.
51. De fabuloſa Ioanna Papiſſa Hæreticorum fraus detegitur.
52. De correctione Calendarij Romani qui egerint; & cui tribuenda ſit gloria correctionis illius?
53. Laterculum Cycli Hilleriani, & Latinorum.
54. De annuo Calendario Iudęorum.
55. Exemplum Calendarij Iudaici in anno 5433. Mundi, Chriſti 1674.
56. Elucidatio Calendarij Iudaici.
57. De Paraſcià, & Haphtorà.
58. Catalogus omnium Paraſciòth.
59. Quo ordine eas legant.
60. De quatuor Paraſcijs extra ordinem.
61. Haphtoròth totius anni Catalogus.
62. De Hoſanna Rabbà.
63. Relatio Rituum, quos antiquitùs ſeruabant Iudæi in Cœna Paſchali celebranda, & eorum quos hodie moderni Iudæi vbique locorum ſeruant.
64. An Chriſtus Dominus eos ſeruauerit? Vbi de Cœna Dominica.
65. Primi Capitis Prophetiæ Hoſeæ de vocatione Gentium explicatio.
66. De S. Liberato, & Liberatore Ciuitatis Manliani in Sabinis Protectore. Excuſ. ibid. an. 1678. Innocentio XI. P. M. dicata, qui etiam in ſuprema dignitate noluit deſerere titulum Protectoris Collegii Neophytorum, vbi Bartoloccius erat Lector Hebraicæ Linguæ, eumque perpetuò pluris fecit, ac dilexit.

Bibliotheca Magna Rabbinica Pars III. complectitur vnicam literam י *Iod*,

35. Clauis huius Tabulæ.
36. Quomodo inueniatur Paſcha Latinorum ſtylo veteri, ſeù ante correctionem Calendarij.
37. De Cyclo Solari.
38. Tabula perpetua aurei numeri, quo vnà cum litera Dominicali inuenitur Paſcha ſecundùm ſtylum veterem.
39. Tabula Cycli Solaris cum ſuis literis Dominicalibus, & numeris concurrentibus eiſdem attributis.
40. Cyclus magnus Paſchalis ex Cod. mſc. Vaticano Mariani Scoti.
41. Tabulæ expenſæ omnium Cyclorum magnorum Paſchalium.
42. Quinque Tabellæ complectentes quinque Cyclorum magnorum Paſchalium annos reſpondentes maiuſculis literis poſitis in eiſdem Cyclis.
43. Tabula latitudinis Paſchæ, cum aureo numero, literis Dominicalibus, Concurrentibus, & Epactis reformatis.
44. Cyclum Magnum Paſchalem inter Opera Bedæ relatum, oſtenditur eſſe mendoſum.
45. Nouendecim latercula, quibus totam Magnam Tabulam Cycli magni Paſchalis ritè fuiſſe explicatam, probatur.
46. De Indictione Romana.
47. Tabula Cycli Solaris 28. annorum, quibus ſuæ literæ Dominicales correſpondent poſt emendatum Calendarium.
48. Epactam dati anni adinuenire.
49. Laterculum Cycli Epactarum, & literarum Dominicalium, quibus Paſcha poſt caſtigatum Calendarium perpetuò inuenitur.

Digitized by Google

20. De Sacrificio filiæ Iephtæ.
21. Stationum, & Ieiuniorum vniuerſalium inſtitutio, & origo.
22. In quonam conſiſtat eſſentia Matrimonij apud Iudæos.
23. Differentia inter Crucifixionem Chriſti, & Stephani lapidationem quænam ſit.
24. An pro Gentilibus in Miſcnà intelligendi ſint Chriſtiani.
25. Rabbini, qui in Capitulis Patrum nominantur, quinam ſint.
26. De ætatibus hominis.
27. Index Alphabeticus primæ vocis omnium Capitum Miſcnæ.
28. De Tanaitis, ſeu Miſcnicis Doctoribus, & illorum Catalogo.
29. De opinione probabili ſecundùm Rabbinos.
30. De ברייתא *Baraiethà*, תוספתא *Toſaphtà*, & מכילתא *Mechilà*.
31. De גמרא *Ghemarà*, & תלמוד *Talmude*.
32. Catalogus Codicum Miſcnæ, qui cum Ghemarà reperiuntur in vtroque Talmude Ieroſolymitano ſcilicèt, & Babylonico.
33. Cenſuræ in prauam doctrinam Talmudis Babylonici.
34. יהוה Dei nomen, quomodo legendum.
35. De Sabbathi ſanctificatione.
36. De excommunicatione Iudaica, & eius ſpecibus.
37. De Circumciſione.
38. De Reſurrectione Mortuorum, & quomodo fiet ſecundùm Talmudiſtas.
39. De אמוראים *Amorraim* Amorraitis, ſeu Ghemaraticis, & Talmudicis Doctoribus.

Iod, vnà cum ſequentibus diſſertationibus, & digreſſionibus.
1. De Balſamo Ierichuntino.
2. De Caryotis.
3. De antiquitate linguæ Hebraicæ contra Syros, & Chaldæos.
4. De Iuda proditore, eius patria, opificio, morte.
5. De משנה *Miſcnà* orali, & traditionali Lege.
6. Quo anno Miſcnæ ſyntagma fuerit incœptum, & abſolutum.
7. De סדרים *Sedarim* Ordinibus Miſcnæ.
8. De מסכתות *Maſſachtòth* Codicibus, ſeu libris Miſcnicis.
9. De Miſcnæ Codicum argumento, & inter ſe connexione.
10. Index Alphabeticus omnium Codicum Miſcnæ.
11. Omnium Capitulorum Miſcnæ argumentum.
12. Cur Chriſtus prohibuerit diſcipulis cùm ad prædicandum eos mitteret, ne tollerent virgam, marſupium, calceamenta.
13. De oblationibus, decimis, donis, & eleemoſynis in Lege præceptis.
14. Frugum ſpecies quænam ſint apud Iudæos.
15. Cur Chriſtus adhuc puer ad diem feſtum Paſchæ voluerit aſcendere.
16. Lunæ phaſis quomodo ab Hebræis obſeruabatur.
17. De Cornu Arietino inflando in principio anni.
18. Quod mulieribus in Templo reſidere permittebatur: vbi de Præſentatione B. V. Mariæ in Templo.
19. Monaſterium pro Sacris Virginibus oſtenditur origo ex Rabbinis,

Digitized by Google

mo à S. Fide coram Antipapa Benedicto XIII.

46\. מורינו *Moreni* Tituli Iudaicæ dignitatis origo, & exiſtimatio,

47\. Concordantiarum Hebraicarum Sacræ Scripturę apud Hebręos origo.

48\. Hornij fabula de Sepulchro Moſis nuper inuento detegitur, atque exploditur;& Patres Soc.Ieſu ab Hornianis calumnijs vindicantur. Excuſ. ibid. an. 1683. in fol. Carolo II. Auguſtiſſimo, & Potentiſſimo Hiſpaniarum Monarchæ dicata, ad quem hanc Epiſtolam tranſmiſit.

40\. De Scholis, & Academijs Babylonicis.

41\. De סבוראי *Seuuràì* Seburraitis Doctoribus,

42\. De גאונים *Gheonim* Gheonitis illuſtribus Doctoribus.

43\. Catalogus Ammorraitarum Doctorum, quorum nomina referuntur in Cenſuris ad Talmudem Babylonicum.

44\. An à Concione, ſiue Sermone, qui ſingulis Sabbatis Romæ habetur ad Hebræos, arcendi ſint Chriſtiani?

45\. Catalogus Rabbinorum, qui interfuerunt diſputationi cum Hierony-

Señor.

LAs grandes obligaciones que la Religion del Ciſter reconoſce agradecida à los Glorioſiſſimos Reyes de Eſpaña Predeceſſores de V.M. empeñan religioſamente deuotos à todos ſus hijos à manifeſtarſe con todas la fuerças de ſu eſpiritu feruoroſos Capellanes y humildes ſieruos de V. M., como yo, el menor de todos he practicado toda mi vida con profundiſſimo obſequio, cuya rendida expreſion ofrezco à los Reales pies de V. M. dedicandole el tercero Tomo de la Biblioteca Hebrayca, che remito à V. M. acompañado del primero y ſegundo por mano de D. Franciſco Bernardo de Quiros Agente de V. M. en eſta Corte; Obra dirigida à la confutacion del Thalmud y de ſus Autores en que he conſumido las fuerças y la edad, y que al preſſente conſagro guſtoſiſſimo al glorioſo nombre de V. M. ſolicitado a vn miſmo tiempo de duplicados motiuos de conueniencia y obligation, pues quando empleaua mi pluma en las confutaciones de los errores Hebreos, oia que V. M. con repetidos Auctos de ſus Tribunales de la Ynquiſicion los caſtigaua y repremia por medio de la eſpa-

da

Digitized by Google

da de ſu fiel Iuſticia. Reziua V. M. eſta humilde ofrenda de vn Alumno de la eſcuela de S. Bernardo en prendas de lo mucho que debe à las Auguſtiſſimas Caſſas de V. M. de ambas lineas todo ſu Monacato y de la reuerente inclinacion con que celebra las feruoroſas operaciones de ſu Catholico zelo en orden a la pureza y exaltacion de noſtra Santa Fe. Guarde Dios la Catholica y Real Perſona de V. M. como las Chriſtiandad ha meneſter. Roma y Otubre 10. de 1683.

El Abbad D. Iulio Bartoloci.

Placuit hæc Epiſtola Catholico Regi, cui ipſe ſic officiosè reſpondit, originale cuius Regia manu ſignatum extat apud me.

El Rey

VEnerable Deuoto Abbad D. Iulio Bartolici; Al miſmo tiempo que llegò à miſmanos vueſtra Carta de 10. de Otubre del anno paſſado, ſe reciuieron con el tercer Tomo que mededicais, el primero y ſegundo de la Bibliotheca Hebrayca; cuyo, ofrecimento y demoſtracion me ha deuido toda la gratitud que correſponde al merito de vueſtros eſtudios, aplicaciones y zelo en materia tan combeniente al ſeruitio de Dios y de la Igleſia; que por todas eſtas circunſtancias y la de vueſtra fineza ſingular, me ha ſido de todo agrado, como lo experimentereis en lo que ſe ofreciere de vueſtras combeniencias particulares y bien comun de vueſtra Religion. De Madrid a 19. de Otubre 1684.

Yo el Rey.

D. Manuel Franciſco de Lira.

Digitized by Google

10. Moſes licet blæſus eſſet, & ſubmiſsè loqueretur, nihilominus eius vox per vniuerſam Ægyptum audiebatur.
11. Miracula patrata Iſraelitis in tranſitus Maris rubri.
12. Decem miracula, quæ facta fuerunt in Mari.
13. Quinta pars Iſraelitarum tantùm de Ægypto egreſſa eſt, reliqui omnes Iſraelitæ tempore tenebrarum in Ægypto interfecti ſunt.
14. Moſes blaſphemus, & arrogans contra Deum fit à Rabbinis.
15. Moſes excommunicatus exhibetur, quia populus Iſrael peccarat in Vitulo.
16. Ambitionis arguitur Moſes.
17. In Moſem alias euomunt contumelias.
18. Superbum, & ambitioſum Moſem faciunt.
19. Inuidum, & querulum.
20. Priuatum ſcientia.
21. Veneficum.
22. Primum præceptum: *Non erit tibi Deus alienus*, datum fuiſſe tantum Moſi, & non toti Iſraeli, ideòque ad illius obſeruantiam Iudæos non teneri, docent.
23. Quod Moſes Solem ſtare fecerit, vt poſtea facturus erat Ioſue.
24. Ditatur Moſes ex ramentis, & quiſquilijs tabularum.
25. De Muliere ſuſpectum faciunt.
26. Vidit terram Iſraelis, ſed quomodo?
27. De Tabulis Legis quomodo eſſent ſcriptæ, & cuiuſnam formæ, ſeu figuræ fuerint, & de qua lapidis materia.

28. An

Bibliotheca Magna Rabbinica Pars IV. quæ adhuc Prelo ſubeſt cæteras omnes Alphabeti Hebraici literas cõplectitur, à litera videlicet כ *Caph* vſque ad literam ת *Thàu*. At ſuum chariſſimum fœtum abſolutum videre non potuit Author, eo quod, dum ad literam ש *Scin* ducebatur ſermo, ſtatim apoplexia correptus obijt. Ne autem tanta Authorum congeries imperfecta haberetur, ad illam perficiendam manum admoui, illa impari doctrina, quæ inter diſcipulum, & magiſtrum intercedit, annuentibus tamen Sac. Congregationis de Propaganda Fide Purpuratis, quibus potiſſimum cordi erat huius Operis perfectio. Completa litera ת *Thàu*, adieci *Mantiſſam omnium Scriptorum*, & *Librorum, qui in ordine Alphabetico totius Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ prætermiſſi fuere*, vnà cum nonnullis Diſſertationibus, & Digreſſionibus, vt infra patebit. Diſſertationes porrò Iulij Bartolocij in hac Parte poſtrema hæ ſunt.

1. De Pſeudo-Meſſijs Iudæorum, præſertim de Sciabbathài Tzeuì.
2. Summulæ Logicales Hebraicæ.
3. De Moſe Propheta ſecundùm Hebræos Diſſertatio.
4. Virgæ Moſis tanta duritia eſt, vt ex ea petra frangatur.
5. Hac Virga petra percuſſa, primò dat Sanguinem, poſtremò aquas.
6. Virgæ Moſis origo Rabbinica.
7. Blaſphemant Rabbini in Legiſlatorem Moſem, eumque Idololatram faciunt.
8. De Aſino, ſuper quem equitare fecit Moſes filios ſuos, & vxorem.
9. Hic Aſinus creatus fuit in principio rerum.

Digitized by Google

46. Catalogus Sacrorum Bibliorum varijs linguis tranſlatorum in totum, vel in partes aliquot, ſeruata annorum ſerie, Epochæ Chriſtianæ, & locorum indicatione, ab anno Domini 1462. vſque annum 1686.

47. Alia Biblia in totum, vel in partem excuſa ſine deſignatione, vel temporis, vel loci.

48. Sigilla trium Planetarum, videlicet Lunæ, Martis, & Mercurij.

49. Alluſio phraſis Hebraicæ ad preclariſſimum inſigne HVMILITATIS.

Sequentes poſt eius obitum ego adieci.

50. De Tzitz, lamina, ſeu faſcia.

51. Opus quod accidit R. Iehoſciuà Ben Leuì.

52. Clauis Ludouici Carreti Neophyti, Cabaliſtica.

53. Per Scem hammephoraſc multa in Ieſum Chriſtum blaſphema euomunt Iudæi.

54. De Hebræorum Muſica breuis Diſſertatio.

55. Formulæ Iudaicæ Excommunicationis.

56. Vitia, ſeu maculæ; quæ arcebant Sacerdotem ne offerre poſſet, & animalia offerri nequirent.

57. Maculæ homini propriæ, ſeu quę ſolum Sacerdotem, ne poſſet offerre, vitiabant.

58. De Raſura Monachorum.

Præter hanc Bibliothecam non deſunt aliæ eiuſdem Bartolocij lucubrationes, videlicet

ספר טובי בן טובא *Liber Tobiæ Filij Tobielis cum interlineari Latina Verſione*, nunc primò tranſlatus ex Hebraica in linguam Latinam. In margine additæ ſunt

28. An legis Tabulas lapideas fregerit Moſes?

29. Vitulus in deſerto non eſt factus ab Hebræis, ſed à Gentilibus.

30. Cuiuſnam magnitudinis, & auri ponderis eſſet huiuſmodi Vitulus.

31. Cur Moſes Vitulum comminuerit, & bibendum propinauerit Iſraeli.

32. An præter Arcam fœderis, fuerit alia Arca à Moſe conſtructa?

33. De Manna dicunt, omnium generum ciborum habuiſſe ſaporem.

34. Cur Manna vocetur cibus leuiſſimus.

35. Manna comedendum exhibuerunt Vitulo conflatili.

36. Quo tempore incœperint Iſraelitę Manna comedere.

37. Quo tempore Manna defecerit.

38. De Cornibus Moſis.

39. Numerorum Hebraicorum, & Hebræo-Chriſtianorum figuræ, & interpretationes.

40. A Coturnicibus quomodo multitudo magna Iſraelitarum percuſſa fuerit.

41. Serpens Moſis ſuſpenſus.

42. De ſcriptis Moſis ſecundùm Rabbinos, & præſertim de Pentateucho.

43. De Samaritanis, qui ſint: de illarum lingua, charactere, & Pentateuchi antiquitate.

44. Quiſnam fuerit Auctor diuiſionis Pentateuchi in Libros, Sectiones, Capita, & Verſus?

45. Catalogus Sacrorum Bibliorum Hebraicorum impreſſorum in totum, vel in partem ab anno 1488. vſque ad annum 1684.

Digitized by Google

De Sacramento Ordinis Hebraicè dicto סמיכה *Semichà, hoc eſt impoſitio manuum.*

Explanatio illius loci, *Erant autem Paraſceue Paſcha.* Ioan. 19. 14. Apud eruditiſſimos viros fuit encomijs celebratus noſter *Bartoloccius*, inter quos Em. Raimundus Cappiſuccus S. R. E. Cardinalis ex Ordin. Prædic. nunc meæ Congregationis Vigilantiſſimus Protector in ſuis Controuerſijs Theologicis ad mentem D. Thomæ Aquinatis pag. 398. cùm conſuluiſſet aliquos Linguæ Hebraicæ Doctores, an vox אשתא *Eſcthà* ſit nomen proprium mulieris, an verò generale totius ſexus muliebris, de eo ſic effatur: *Conſului de eadem re D. Iulium Bartoloccium Monacum S. Bernardi Ord. Ciſterc. Hebraicæ Linguæ valdè doctum, qui reſponſum dedit, &c.* Guſtauus Peringerus Suecus in lib. ab ipſo nuncupato מסכתות עבודה זרה ותמיד, ideſt, *Duo Codices Talmudici, Auodà, Zarà, & Tamìd*, in præfatione his verbis eum commendat: *Amplius eadem conſtabunt legenti, quæ de Iudæorum, qui quaque ætate vixerunt, Scriptis claruerunt, Scriptoribus, ſumma cura tradit Vir inſignis, omnique laude digniſſimus Iulius Bartoloccius, in diffuſa, & multa eruditionis Opere, quod Bibliothecam Magnam Rabbinicam inſcripſit.* Eius etiam meminit R. D. Ioannes Antonius Brutius à S. Angelo in Vado I. V. & S. T. D. in Theatro Vrbis ſacro, vbi de Cœnobio, & æde S. Pudentianæ pertractat. Nicolaus Antonius in fine Tomi II. Bibliothecæ Hiſpanicæ. R. D. Carolus de Viſch in Bibliotheca Scriptorum Sac. Ord. Ciſterc. Martinus Lipenius in Bibliotheca Reali Philoſophica; Otho Menckenius in

ſunt radices Hebraicæ difficiliores; vnà cum Commentarijs ex ſecretioribus Hebræorum libris, quibus eorum rituum, Theologiæ, ac Cabalæ arcana panduntur. Extat mſc. in Bibliotheca Vaticana.

Quatuor Tomi ab eo compoſiti, & ſcripti, quibus Index Librorum Hebr. mmſſ. Bibliothecæ Vaticanæ habetur, quibus additur *alius Tomus Librorum Hebr impreſſorum Hebraicè, & Latinè* in fol.

מגדל עוז שם יהוה *Migdàl òz ſcèm Adonài, Turris fortitudinis nomen Domini*, ſeu Defenſio Doctrinæ Chriſtianæ Hebraicè tranſlatæ à Ioanne Baptiſta Iona Galilæo. Extat mſc. in Biblioth. S. Pudentianæ de Vrbe num. 2552. Nonnulla eiuſdem Authoris extant apud me adhuc rudia, & informia, quæ cum cœperit, abſoluere non potuit, nempè

אבן שועיב *Aben Sciongbèu, expoſitiones, & inſigniores conceptus, ſeu notæ nobiliores in Pentateuchum Moſis, Hebraicè, & Latinè.*

Dictiones difficiliores in Miſcnà declaratæ.

Paraphaſis Chaldaica Ionatanis ex exemplari Syro-Targumico, quod erat apud Ioannem Baptiſtam Raymūdum, eius ſubſcriptione roborato, recognitoque ab Archiepiſcopo Montis Libani, aſſerente traditum fuiſſe Gregorio XIII.

De Trinitate, Meſſiæ Sanctiſſimi diuinitate, & Gentium vocatione, ex Rabbinorum Commentarijs Collectanea.

מסכת מדות *De menſuris Templi* cum verſione interlineari.

Sacra Geneſis à Iudæorum erroribus vindicata.

Variæ Interpretationes Cabaliſticæ ſuper Librum Geneſis.

ſiaſtica, D. Hieronymus, Photius, Suidas, Ioachimus Perionius, Sixtus Senenſis, Iacobus Billius, Poſſeuinus, Philippus Labbe, & alij. Paſſus eſt, Marco Aurelio Antonino Philoſopho, & Lucio Vero fratribus Auguſtis Imperantibus, anno 163. licèt non deſint, qui Martyrium ſubijſſe velint ſub Antonino Pio. Scripſit inter inſignia eius Opera.

Dialogum contra Iudæos, quem habuit aduerſus Thriphonem Iudæorum Principem (aliqui cenſent fuiſſe Rabbi Tarphòn celebrem apud Iudæos) per biduum pro Chriſtiana Religione habitum. In quo fatetur audiuiſſe Philoſophos Pytagoricos, Platonicos, Peripateticos, Stoicoſque, promittitque ſe vberiorem de eodem argumento Tractatum editurum: nondum tamen lucem vidit.

532 IVSTVS TIBERIENSIS, Ioſephi tempore, teſte Hieronymo, & Suida, componere conatus eſt

Hiſtoriam Iudaicam, & commentariolos quoſdam de Scripturis.

L

533 LACTANTIVS FIRMIANVS, ſic dictus à patria *Firmi*, vel *Firmij Picenorum in Italia*, in ſuis Operibus ſæpè *contra Iudæos* inſurgit.

534 LÆLIVS BISCIOLA; natione Italus, Patria Mutinenſis, Societatis Ieſu, inter eius Opera, quæ refert Ribadeneira, ſcripſit

Diſcurſus tres ſuper Epiſt. Baruch Prophetæ, ad Hebræos captiuos in Babylonia. Excuſ. Comi per Balthaſarem Arcionem, an. 1620. in 8.

535 LAVRENTIVS BARREN-

in Actibus Eruditorum Lipſiæ. Iulius Maurocenus in Libro inſcripto דרך אמונה *Dèrech Emunà, Via Fidei.* Proſperus Mandoſius in Bibliotheca Romana, & R. P. Carolus Ioſeph Morotius meæ Congregationis Monachus, nunc in Prouincia Pedemontana Prouincialis in ſuo Atheneo Fulienſi, quod Prelo ſubeſt.

529 IVLIVS CÆSAR VALENTINVS, Neapolitanus Carpineti in Gallia Ciſalpina Parochus ex Hiſpana in linguam Italicam vertit.

Nicolai Diaz Ord. Præd. Prouinciæ Luſitanæ Tractatum vberem; atque vtilem de Iudicio vniuerſali, & finali: Quo in Opere præter alia deſcribuntur, Infernus, Purgatorium, Paradiſus, Pœna Inferorum, Gloria Cœli, Aduentus Meſſiæ, Aduentus Antichriſti. Excuſ. Venetijs apud Ioannem Baptiſtam Ciotum, an. 1597. Ita refert Poſſeu. in Apparat. Sac. tom. 2.

530 IVLIVS MARCELLVS; Romanus, ſcripſit Italicè

Memoriale de errore Hebræorum circa deſtructionem Romæ. Extat mſc. in Biblioth. Vatic. inter Codd. mmſs. num. 3933. pag. 18.

Aliud contra eoſdem, ne eis credendum. Ibid.

Symbolum S. Athanaſij ex Latino in Hebraicum traduxit. Extat ibid. ſub num. 6279. pag. 148.

531 S. IVSTINVS, Martyr, ex Flauia Neapoli Syriæ Palæſtinæ Vrbe oriundus. Romæ autem habitauit, vt inquit Photius, philoſophans, & verbis, & vita, & habitu, vnde *Philoſophi* nomen ſortitus eſt. Eius vitam, & ſcripta ſiue in totum, ſiue in partem attigerunt Euſebius Pamphili in Hiſtoria Eccle-

Digitized by Google

ca annum 1410. Ex Geſnero.

541 LAVRENTIVS HVNFREDVS, Patria Buchingamius, confecit

Indicem in Forſteri Lexicon Hebraicum.

542 LAVRENTIVS SCHRADERVS, in monumentis Italiæ, ex octo columnis quadratis Bibliothecæ Vaticanæ exſcripſit omnia illa Alphabeta, reduxque in Germaniam, Helmſtadij publicis typis ſculpenda, & cudenda curauit, ſed rudi, ac impolito charactere.

543 LAVRENTIVS SVRIVS, ſcripſit.

De Iudæa, & Iudæorum rebus. Citatur à Fabiano Iuſtiniano in Indice Vniuer.

544 LAVRENTIVS DE VBALDINIS, alij LAVTERIVS, Florentinus, Ordinis Prædicat. confecit librum aduerſus Iudæos, quem prænotauit

Capiſtrum Iudæorum. Floruit anno 1420. De eo agunt Poſſeu. in Appar. Sacr. & Altamura in Bibliotheca Ord. Præd.

545 LAVRENTIVS VILLAVICENTIVS Xereſanus, quæ Patria eſt in Prouincia Hiſpaniæ Betica, Ord. Diui Auguſtini, in libro *de rectè formando ſtudio Theologico*, Excuſ. Coloniæ, an. 1573. tractat

De laudibus Linguæ Hebrææ.

546 LAVRVS QVIRINVS, Nobilis Venetus, & I. C. Poeta cultiſſimus, & vir variæ eruditionis. Floruit circa annum 1457. ſcripſitque

Caſtigationem Hebræorum.

Introductionem ad Linguam Sanctam.

De eo

RENSIS, ſeu de la Barre, edidit

Scholia in Hegeſippum de Bello Iudaico. Pariſijs, an. 1589.

536 LAVRENTIVS BOCHELLVS, in Lib. I. Decretorum Eccleſiæ Gallicanæ, edit. Pariſ. 1609. in fol. fusè tractat

De Iudæis.

537 FR. LAVRENTIVS BRANCATVS de Lauræa, quod eſt primarium opidum Diœceſis Policaſtrenſis in Lucania, quam Principatum Citra, ſeu Baſilicatam appellant, Ord. Minor. Conuentualium S. Franciſci, nunc S. R. E. Cardin. Bibliothecarius, in ſuis Commentarijs in Libros Sententiarum Magiſtri F. Ioannis Duns Scoti, præcipuè tom. 1. *De Sacroſancto incarnationis Diuini Verbi Miſterio*, fusè agit

De Iudæis eorumque Meſſia. Excuſ. Romæ typis Hæredum Corbelletti, an. 1682. in fol.

538 LAVRENTIVS FABRITIVS, Dantiſcanus, Chriſtophori Crineſij Præceptor, Lutheranus, ſcripſit

Metricam Hebræorum. Excuſ. Wittembergæ, an. 1623. in 8.

Partitiones Codicis Hebræi, in quibus per quatuor Sectiones omnia abſtruſiora Textibus Sacris adiecta explicantur. Wittembergæ, anno 1610. & 1626. in 8.

539 LAVRENTIVS FRISIVS, typis euulgauit

Epitomen Proſodiæ Hebraicæ, præcipua Accentuationis Hebraicæ fundamenta oſtendens. Hafniæ, an. 1672. in 4.

540 LAVRENTIVS HOLBEKE, concinnauit

Dictionarium Hebraicum. Vixit cir-

Digitized by Google

confectos fuiſſe, quibus Chriſtum Dominum affecerunt. Excuſ. Padebornæ, an. 1604.

551 LEONICENVS, ſcripſit

De varijs Vrbibus Palestinæ. Citatur à Fabiano Iuſtiniano in Indice Vniuerſali.

552 LEONTIVS Neapoleos vulgò *Lemiſſa*, ſiue *Nemoſia* in Cypro Epiſcopus, ſcripſit

Fragmentum contra Hebræos. Excuſ. Ingolſtadij, an. 1504. in 4. Coloniæ Agrip. an. 1618. & Pariſijs an. 1639. Extat etiam in Biblioth. Vet. PP. tom. 12. De eo agunt Bellarminus, Poſſeuinus, Philippus Labbe, & alij.

553 LICINVS RVFFINVS, ad poſteros tranſmiſit

Moſaicarum, ſeu Iudaicarum Legum Collationem. Excuſ. Baſileæ, an. 1574. & Geneuæ, an. 1593.

554 LIVIVS GALANTES, Imolanus, Ord. Min. edidit

Chriſtianam Theologiam comparatam cum Platonica, cum tota veteri ſapientia Ethnicorum, Chaldæorum nempè, Ægyptiorum, & Græcorum lib. 20. Excuſ. Bononiæ, an. 1627. Wadingus de Script. Ord. Min.

555 LOPEZ Burdegalenſis Canonicus, Theologus Eccleſiæ Metropolitanæ, Sacræ Theologiæ profeſſor in Vniuerſitate Burdegalenſi, Gallus, ſcripſit

Grammaticam Hebræam, cum notis. Extat mſc. apud Auctorem.

556 LVCAS FERRINIVS, Florentinus, Ordinis Seruorum, ſcripſit librum aduerſus recentiores Hebræos prænotatum

Clypeus Chriſtianorum. Ex Poſſeuino in

De eo Franciſcus Sanſouinus, Poſſeu. & alij.

547 S. LEO MAGNVS, Papa, in ſerm. 9. de Natiuit. Domini inſurgit

Contra Iudæos Meſſiam expectantes.

548 LEO DE CASTRO, Hiſpanus, Theologus, linguarum, Hebraicæ, & Græcę peritiſſimus, ſcripſit

Commentaria in Iſaiam Prophetam ex Sacris Scriptoribus Græcis, & Latinis confecta aduerſus aliquot commentaria, & interpretationes quaſdam ex Rabbinorum ſcriptis compilatas. Excuſ. Salmanticæ, an. 1570. in fol. Adiunguntur in fine *Periocha ſingulorum capitum Iſaiæ ſummam continentes*; item *Concordia Euangelica cum Iſaia Propheta, adductis in medium locis parallelis*: item *Loci quinquaginta, quos iuxta ſeptuaginta Interpretum Græcorum paraphaſim ex hoc Propheta citant Apoſtoli, & Euangeliſtæ*. De eo agunt Poſſeu. in Apparat. Sac. Nicol. Anton. in Biblioth. Hiſp. tom. 2.

549 LEO A' S. THOMA, Luſitanus, Conimbricenſis, Ordinis Sancti Benedicti Monachus, ſcripſit nõnulla de rebus Sacris, quæ inedita reliquit, teſte Georgio Cardoſo in Agiologio Luſitano 19. Martij.

De Porticu Salomonis; de Scala Iacob; de Apparatu Sacro.

550 LEONARDVS RVBENVS, Germanus, Theologus licentiatus. Abbas Ordinis D. Benedicti Monaſterij SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli Abdinkouienſis in Ciuitate Padebornenſi, ſcripſit, vt refert Poſſeuinus, librum quem prænotauit

Triumphus Chriſti de Iudæis, oſtendens perfidos Iudæos ijſdem ferè pœnis

Digitized by Google

pſitque Librum, quem prænotauit.

Rationes Textus Hebræi, & editionis Vulgatæ, Differentiarum ferè ſexmillium verborum in Pſalmis omnibus exiſtentium. Excuſ. Venetijs apud Chriſtophorum Zanettum, an. 1572. in 8.

562 LVDOLPHVS SAXO, cum circiter viginti, & ſex annos inter Ordinis Prædicatorum Sodales vixiſſet, deſiderio ſolitudinis incenſus, ad Cartuſienſium inſtituta ſe contulit, vbi maxima cum laude vitam finiuit. Scripſit

Expoſitionem in Pſalmos Dauidis; vnà cum diuerſis lectionibus in margine ex Auguſtini tranſlatione ad textum Hebræum exacta. Excuſ. Venetijs, an. 1521. in fol. apud Hæredes Octauiani Scoti, Pariſijs, 1506. ac 1528. & Lugduni 1540. in 4. Huius fit mentio apud Sixtum Senenſem, Poſſeuinum, Ambroſium Altamuram in Biblioth. Ord. Præd. & Carolum Ioſephum Morotium in Theatro Chronologico Sac. Cartuſien. Ord.

563 LVDOLPHVS, Suchenſis Eccleſiæ Parochus, ſcripſit ad Balduinum Comitem de Stamfort Padebornenſis Eccleſiæ Epiſcopum

Librum de Terra Sancta, & ſua ad Hieroſolymitanos profectione. Viuebat a. 1336. Poſſeuinus.

564 LVDOVICVS AB ALCASAR, Hiſpanus, Societatis Ieſu, natus anno ſalutis 1554. de quo hoc ſingulare diuinæ prouidentiæ miraculum, quod in ſe, dum adhuc eſſet infans expertus eſt, refert Ribadeneira in Bibliotheca S. I. Nondum enim, *inquit*, annum ætatis expleuerat, cum argenteo nummo manu temerè in os iniecto, totis nouem menſibus fauces obſtructas habuit, paſtuſque eſt lacte guſtatim à dome-

no in Apparat. Sac.

557 LVCAS HOLSTENIVS, ſcripſit

De Sabbathio flumine Epiſtolam ad Bertholdum Nihuſium. Extat inter ΣΥΜΜΙΚΤΑ Leonis Allatij pag. 439. editionis Coloniæ Agrippinæ, an. 1653. in 12.

558 LVCAS MARTINVS, elucubrauit

Vocabulorum Latino-Germanicorum Congeriem rythmicam, vocabulis Græcis, & Hebraicis auctam per Valentinum Coerzium. Excuſ. Magdeburgi, anno 1609. in 8.

559 LVCAS OSIANDER, Germanus Lutheranus, Miniſter Tubingenſis in Sueuia Ducatus Wittebergenſis, ſcripſit

Compendium Grammaticæ Hebrææ, in cuius fine extat *Dictionarium Hebraicum è Concordantijs Hebraicis ab Antonio Reuchlino latinitate donatis excerptum*. Excuſ. Wittebergæ, an. 1613. in 8.

560 LVCAS WADINGVS, Hibernus, Waterfordienſis, Ord. Min. ſcripſit

De Hebraicæ Linguæ origine, præſtantia, & vtilitate, ad Sacrarũ Literarum interpretes. Eſt Opuſculum pręfixum Concordantijs Hebraicis à Mario de Calaſio Minorita ingentium quatuor voluminum mole editis. Sic de ſeipſo aſſerit in ſuo Opere de Scriptoribus Ord. Minorum.

561 F. LVCRETIVS TYROBOSCVS, Aſculanus, Diœceſeos Brixienſis, Carmelita, qui ſui Ordinis Generalis fuit, in omni ſcientiarum genere ferè inſtructus, cum Patriarcha Veneto Tridentinæ Synodo interfuit, ſcri-

Digitized by Google

domeſticis rei ignaris in os infuſo, ac per tenuem rimam, qua cauatus patebat argenteus, demiſſo. Demum vehementiore tuſſi fauces conuulſæ argenteum expulerunt, ſupra quem caro paulatim circumadnata excreuerat. Obijt Hiſpali, die 16. Iunij, an. 1613. ætatis 60. Poſt ampliſſimos in Apocalypſim D. Ioannis Commentarios, ſubiecit

Opuſculum de ponderibus, & menſuris, propoſitionibus 24. conſtans, cum ſynopſi Hebraicorum ponderum, & menſurarum. Excuſ. Antuerpiæ apud Ioannem Kerbergium, an. 1614. in fol. & iterum ibid. anno 1619. & Lugduni, anno 1616.

565 LVDOVICVS BVDÆVS, Pariſinus, Hebraicæ Linguæ apud Geneuenſes Profeſſor. Latinè vertit, notuliſque auxit

Pſalmos Dauidis ex Hebræo. Vixit circa annum 1550. vt refert Paulus Colomeſius in Gallia Orientali.

566 LVDOVICVS CAPELLVS Gallus, Caluiniſta, edidit

Hiſtoriam Iudaicam à tempore Aſmonæorum ſeu Machabæorum, ad excidium Hieroſolymorum per Titum Veſpaſianum. Excuſ. Geneuæ, an. 1634. in 4.

Animaduerſiones ad nouam Dauidis Lyram de Poeſi Hebraica. Excuſ. Salmurij, an. 1643. in 8.

Diatribam de antiquis Hebræorum Literis, contra Buxtorſium. Excuſ. Amſtelodami, an. 1645. in 8.

Ioſephi Scaligeri Defenſionem contra Buxtorſium: & ad obſcurum Zoharis locum Exercitationem. Excuſ. ibid.

Criticam Sacram, ſiue de varijs, quæ in Sacris Vet. Teſt. Libris occurrunt lectionibus, libros ſex, in quibus ex variarum lectionum obſeruatione quamplurima Sac. Scripturæ loca explicantur, illuſtrantur, atque adeò emendantur non pauca. Cui ſubiecta eſt eiuſdem Criticæ aduerſus iniuſtum Cenſorem iuſta defenſio: cum Appendicibus, quarum argumentum exhibet Index librorum, & Capitum. In illis habetur

Diatriba de nomine אלהים *Elohim.*

Oratio de SS. Dei nomine Tetragrāmato יהוה *ac genuina eius pronunciatione.* Excuſ. Pariſijs, ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy, an. 1650. in fol.

De Critica ſua Epiſtologetica, contra Arn. Bootium. Excuſ. Salmurii, anno 1651.

Chronologia Sacra, ab Orbe condito ad Chriſtum. Excuſ. Pariſijs, anno 1655. in 4. Edidit etiam Opus inſcriptum

ΕΠΙΚΡΙΣΙΣ *de vltimo Chriſti Paſchate, & Sabbato deuteroproto.* Excuſ. Amſtel. an. 1644. in 12. Item edidit

Arcanum Punctationis reuelatum, edit. Lugd. Batau. ab Erpenio, anno 1624. in 4.

Templi Hieroſolymitani delineationem triplicem. Excuſ. Londini, an. 1660. Obijt Auctor an. 1658. octogenario proximus. Eius fit mentio in Biblioth. Mag. Rabb. Part. I. pag. 93. & 141. Part. II. pag. 740. vbi oſtenditur ipſum non intelligere verba הא לחמא עניא quæ in principio Hagadæ leguntur.

567 LVDOVICVS CROCIVS, Lutheranus typis euulgauit Opus inſcriptum

Ad Iudæos, Apodixis parænetica de Meſſia. Excuſ. Bremæ, anno 1624. in 8.

568 LVDOVICVS DE DIEV,

Digitized by Google

Patriarcharum, Regum, Prophetarum, & Virorum verè illuſtrium Vet. Teſt. Excuſ. Antuerpiæ, an. 1577. in 8.

572 LVDOVICVS MASVRIVS, edidit Opus inſcriptum

Babylon, ſiue Babylonicæ Tyrannidis euerſio. Geneuæ, an. 1569. in 4.

573 F. LVDOVICVS DE MERTOLA, aliàs DE PRÆSENTATIONE, Luſitanus, Ord. Carmelit. inter alia Opera, Hiſpanicè ſcripſit Librum

Contra Hebræos. Excuſ. Oliſſip. an. 1621. in fol.

574 LVDOVICVS DE MONTIOSIEV, Gallus, patria lingua ſcripſit librum prænotatum

Hebdomada Danielis, & Dies Ezechielis, De tempore, & annis, quibus Dominus Ieſus futurus erat in hoc Mundo. Excuſ. Pariſijs apud Iacobum du Puyrs, an. 1582.

575 LVDOVICVS QVERCVLVS, Turonenſis, in Collegio Vindecinorum Linguæ Hebrææ Præceptor, ſcripſit ad Carolum Molinæum

De genuino ſenſu vocis Hoſanna. Teſtatur idem Carolus in Collatione 4. Euangeliſtarum pag. 152. edit. 1565.

576 LVDOVICVS SELTZERVS, Lutheranus, in Germanicam linguam tranſtulit

Elenchos Iudaicos Chriſtophori Heluici.

577 LVDOVICVS DE TENA, Bæticus, Accitanus S. T. Doctor Complutenſis, de quo plura apud Nicolaum Antonium. Scripſit

Iſagogem in totam Scripturam; ſiue de Sacræ Scripturæ exiſtentia, quidditate, & qualitatibus, integritate textus Hebraici, & tranſlationibus; deque ſingulo-

Batauus, patria Fliſſinganus; Caluiniſta, edidit

Animaduerſiones in omnes libros Vet. Teſt. Excuſ. Lugd. Batau. an. 1648 in 4.

Compendium Grammaticæ Hebraicæ, & Dictionariolum præcipuarum Radicum. Excuſ. ibid. an. 1626. in 4.

Grammaticam trium linguarum, Hebraicæ, Syriacæ, & Chaldaicæ. Excuſ. ibid. an. 1628. in 4.

Apocalypſin S. Ioannis, Charactere Syro, & Hebræo, cum notis ex mſc. exemplari, è Bibliotheca Ioſephi Scaligeri deprompto. Excuſ. ibid. a. 1627. in 4.

569 F. LVDOVICVS A' S. FRANCISCO, Luſitanus, Ord. Min. Doctor Theologus, olimque Iuris Pontificij interpres, edidit

Globum canonum, & arcanorum Linguæ Sanctæ, ac diuinæ Scripturæ. Romæ, an. 1586. in 4. De eo agunt Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſp. & Wadingus de Scriptor. Ord. Min.

570 LVDOVICVS HENRICVS AQVINAS, Gallus, vir Hebraicè, & Rabbinicè doctus, ex Hebraica in Latinam Linguam vertit

Commentaria R. Leui Ben Gerſonis in quinque prima Capita Iobi. Excuſ. Lutetiæ Pariſiorum, an. 1623. in 4.

Scholia R. Salomonis Iarchi in Eſther. Excuſ. ibid.

פרקי אבות *Pirkè Auòth, Capitula Patrum*.

571 LVDOVICVS HILLESEMIVS, Andernacus, Diœceſis Colonienſis, vir Conſularis, ad poſteros tranſmiſit

Monumenta Sacrarum Antiquitatum,

Digitized by Google

uinarum Literarum Profeſſor, typis euulgauit Opus nouum, nec hactenus elaboratum, ad Eminentiſs. Iulium Cardinalem Mazarinum, nempè

Sententias Definitiuas (Aphoriſmos) Hippocratis, Græcè, Latinè, Hebraicè. Excuſ. Romæ, ſumptibus Simeonis Pellopei, an. 1647. in 8. Huius fit mentio in Biblioth. Magna Rabb. Part. I. pag. 423.

583 MARCVS MARINVS, Brixianus, Canonicus Regularis D. Saluatoris, Hebraicæ Linguę peritiſſimus, vt eius Opera teſtantur, videlicet

גן עדן *Ghàn Eden, Hortus, Deliciarum*. Tit. ex Gen. 2. 8. Eſt Grammatica Linguæ Sanctæ, quam ſic inſcripſit. Baſileæ, an. 1580. in 4. Venetijs, 1585. & 1593. In fine extant Floſculi quidam pro imitatione ex totis Biblijs, & ſuo Dictionario excerpti.

תבת נח *Theuàth Noàch, Arca Noe, Theſaurus Linguæ Sanctæ nouus*. Excuſ. Venetijs, an. 1593. in fol. In Præfatione agit de laudibus Linguæ Sanctę, de tranſlationibus, & an Hebraica Biblia corrupta ſit; de punctis vocalibus, an vnà cum literis apud Hebræos ſemper extiterint. Affert etiam rationem, cur ſuis Operibus tam ſuperba nomina arrogauerit, videlicèt non eo conſilio à ſe factum eſſe, vt ſapientiæ nomen aliquod ſibi vendicaret, ſed vt alliceret omnes ad addiſcendam hanc Linguam nouitate nominum, cum recogitauerint, ſe tanquam in Arca Noe ſaluandos à Diluuio falſorum dogmatum, Hæreſumque Catholicam Eccleſiam Romanam perturbantium, nec non à mundanis tribulationibus, ſi huic diuinæ Linguæ operam dederint, & eam cura, ſolli-

gulorum librorum authoritate, & authoribus, idiomateque quo ſcripti ſunt. Excuſ. Barcinonę. anno 1620. in fol.

578 LVDOVICVS VIVES, in Libris de veritate fidei Chriſtianæ, præcipuè in toto libro tertio, arguit

Contra Iudæos, quod Ieſus eſt Meſſias.

579 LVPVS SERRANVS, Luſitanus, Eborenſis, pereleganti carmine Latino ſcripſit

Deplorationem Populi Iſraelitici iuxta Flumina Babylonis. Nicol. Anton. in Biblioth. Hiſp.

580 LYSIMACHVS HISTORICVS, ſcripſit

Fragmentum de Iudæis. Legitur lib. 1. Ioſephi contra Appionem.

M

581 MARCELLINVS DE PISE, Gallus, Matiſconenſis Capuccinus, edidit

Moralem Encyclopediam, hoc eſt, *ſcientiarum omnium chorum*, tribus Tomis diſtinctum, in quorum tertio, dum moralitèr expendit Euangelia Quadrageſimæ, præmittit ſenſum literalem, qui expenditur ad trutinam Sanctorum Patrum, conſultis Textibus Hebræis, Chaldęis, Syriacis, & Græcis. Adiectæ ſunt antiquitates omnium nationum moralitèr explicatæ; præſertim recenſentur ritus Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Perſarum, Medorum, Aſſiriorum, Indorum, & Græcorum. Excuſ. Pariſiis, an. 1643. in fol.

582 MARCVS ANTONIVS GAIOTIVS, Gallo-Anonæenſis, Di-

Pariſijs, anno 1644. in 4.

587 MARINVS SANVTVS, cognomento *Torſellus*, Patricius Venetus, ſcripſit Opuſculum, cuius Titulus

Secreta Fidelium Crucis, *Libb.* 3. quorum Tertius agit de rebus Syriæ, Ægypti, & Terræ Sanctæ. Extat tom. 2. Hiſtor. Orient. Excuſ. Hanouiæ, an. 1611. in fol.

588 FR. MARIVS A' CALASIO, à natiuo oppido, quod inter Samnitum Montana non longè diſtat ab Aquila Ciuitate, ita cognominatus; adoleſcens Fratribus Min. de obſeruantia ſe mancipauit, vbi plurimùm profecit, præcipuè in ſtudijs Linguæ Sanctæ, in quibus adeò excelluit, vt Paulus V. tunc Pontifex Maximus, generalem in Vrbe Sacri idiomatis Magiſtrum inſtituerit, Doctoriſque Priuilegijs, & titulo decorarit. Obijt Septuagenarius, & vltra, nono Kal. Febr. an. 1620. Sepultus Romæ in Conuentu Aracœlitano. Scripſit Grammaticam Hebraicam, præfixis in frõte Libri his verbis דבר אלהים *Deuar Elohìm*, hoc eſt, *Verbum Dei*, ipſamq; nuncupauit

Canones generales Linguæ Sanctæ Hebraicæ, complectentes Nomen, Verbum, Dictionem, tres Literas radicales, tria Ædificia, ſeu quatuor, ideſt Actiua, vnum Actiuum Paſſiuum שמנה מורים & intelligentiam, ac Doctrinam Prophetarum, ex variis Auctoribus collecti, ſuiſque Appendicibus inſigniti. Ferè totam hanc Grammaticam ad literam tranſcripſit ex מלאכת הדקדוק *Melècheth hadikduk*, ideſt Opus Grammatices Sebaſtiani Munſteri; addidit tamen nonnulla ex ſuo penu vtilia, & vera, vt ſollicitudine, & diligentia apprehenderint; & ad huius rei probationem nonnulla de ſe ipſo, ſuaque domo paterna dicit. In fine extat לקט הקציר *Leket hakazir*, *Collectio Meſſis*, hoc eſt, Dictionarium Latino-Hebræum ex Theſauro. Item ſcripſit

Cenſuram ſuper Rabboth. Extat mſc. in Collegio Neophytorum Romæ.

Cenſuras ſuper Librum ראש אמונה *R. Iſaaci Abrauanelis*. Reperitur ibid.

De fabuloſa Morte Moſis. Ibid.

584 MARCVS MARVLVS, Nobilis Spalatenſis, Doctus in omnibus ferè Scientijs, inter alia plurima edidit

De Fide Chriſti, contrà Iudæos. Baſileæ, an. 1513. in 4.

585 MARIA DENTIERE, ſcripſit Gallicè

Epiſtolam contra Turcas, Iudæos, Infideles, Anabaptiſtas, Lutheranos, &c. Excuſ. an. 1539. quo tempore ipſa viuebat. Ita Franciſcus de la Crois-du-Maine Cœnomanus in primo volumine Bibliothecæ Auctorum, qui Gallicè ſcripſerunt, Pariſijs, an. 1584. in fol.

586 F. MARINVS MERSENNVS, Gallus, Ord. Minorum, elucubrauit

Quæſtiones in 6. priora Capita Geneſeos, cum accurata Textus explicatione; in hoc volumine Athei, & Theiſtæ impugnantur, & expugnantur, Vulgata editio ab Hæreticorum calumnijs vindicatur, & Græcorum, Hebræorumque Muſica inſtauratur; Franciſci Georgij Veneti Cabaliſtica dogmata ferè refelluntur. Excuſ. Pariſijs, an. 1623. in fol.

Tractatum de Menſuris, Ponderibus, & Nummis Hebræorum, Græcorum, & Romanorum ad Gallica redactis. Excuſ.

Digitized by Google

eorum, quæ in Biblijs veteris Teſtamenti leguntur, cum aliquot appellatiuis Hebraicis, & Chaldaicis vocibus: adiecta eorum expoſitione, & explicatione. Adeſt Locorum prætetea deſcriptio ex Coſmographis. Deinde Index vocum omnium latinarum, quibus exponuntur Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, & Arabicæ, quæ in Dictionario huius Operis, ſeu declaratione vſuum, deriuatorum, ac ſignificationum cuiuſque thematis Hebraici, & linguarum aliarum Conuenientia continentur; ad cuius calcem alter habetur Index nominum propriorum, prout in Latina Vulgata editione proferuntur, ex quo eorumdem Hebraica lectio, & eius expoſitio facilè inueniri poſſit, Opera F. Michaelis Angeli à S. Romulo eiuſdem Ordinis. Excuſ. Romæ ex Typographia Stephani Paulini, an. 1622. in fol. Marij à Calaſio meminit Iulius Bartoloccius in Biblioth. Mag. Rabb. Part. III. pag. 916. & Part. IV. pag. 199. & 499.

589 MARQVARDVS DE SVSANNIS, Vtinenſis, ſcripſit

De Iudæis, & alijs Infidelibus, ac inimicis Crucis Chriſti. Excuſ. Venetiis, an. 1558. 1564. & 1584. in 4.

590 MARSILIVS FICINVS, Florentinus, ſcripſit

De Religione Chriſtiana contra Iudæos.

591 MARTINVS ALPHONSVS E VIVALDO, Hiſpanus, Congregationis S. Saluatoris, compoſuit Librum, quem inſcripſit

Zelus Chriſti contra Iudæos. Excuſ. Venetiis, an. 1599.

592 MARTINVS AZPILCVETA, vulgò NAVARRVS, à Patria I.C. ſui

ra, vt de origine punctorum vocalium, & accentuum, & de abbreuiaturis Hebraicis in fine. Excudebat Romæ Stephanus Paulinus, an. 1616. in 4.

Dictionarium Hebraicum, vnà cum interpretatione Latina, & Vulgari ad Scripturæ Sacræ intelligentiam apprimè commodum, ex varijs doctiſſimiſque Auctoribus congeſtum. Romæ apud eundem, an. 1617. in 4.

Concordantiarum Sacrorum Bibliorum Hebraicorum, quatuor concinnauit Tomos ingentes, in quibus Chaldaicæ etiam Concordantiæ Librorum Eſdræ, & Danielis ſuo loco inſeruntur. Deinde poſt Thematum, ſeu radicum omnium deriuata, & vſus latiùs deducta; ac Linguarum Chaldaicæ, Syriacæ, & Arabicæ, vocabulorumque Rabbinicorum, cum Hebraicis conuenientiam, Latina ad verbum verſio adiungitur, ad quam Vulgatæ, & ſeptuaginta editionum differentia fidelitèr expenditur. Demum Nomina propria ad calcem nouo ordine digeruntur. Opus Reipublicæ Chriſtianæ, & præſertim Diuini Verbi concionatoribus, ac Sacræ Scripturæ ſtudio incumbentibus ſummè vtile, & apprimè neceſſarium. Textus Hebraici ordo deſumptus eſt à R. Mardochæo ben Nathan, primo Auctore Concordantiarum apud Hebræos, de quo vide Iulium Bartolocciũ in Bibliotheca Mag. Rabb. Part. III. pag. 915. & Part. IV. pag. 56. Cui Calaſius addidit verſionem latinam, magno quidem labore, & laudabili induſtria. In fine quarti Tomi digeruntur Hebræa, & Chaldæa nomina virorum, mulierum, populorum, idolorum, vrbium, fluuiorum, montium, cæterorumque lo-

Digitized by Google

598 MARTINVS LVTHERVS, Germanus, Ordinis Auguſtinianorum Apoſtata, Hæreſiarcha, Wittebergenſis Miniſter, Iſlebiæ natus an. 1483. die 10 Nouembris, patre Ioanne, matre Margareta Lindemannia. Anno 1503. Magiſter artium factus, ſed fulmine, quod ei ambulanti comitem abſtulerat, territus, inuitis, & reclamantibus parentibus, Monachus Auguſtinianus efficitur. An. 1510. Romam miſſus, & an. 1512. Wittebergam reuerſus 19. Octobris ſumptus prebente Friderico Electore, Doctor Theologiæ à Doctore Andrea Caroloſtadio renunciatur, & inde Hebraicis quoque ſtudiis, Græciſque ſe addixit. Anno 1521. ob iniqua eius ſcripta, præcipuè contra Indulgentias, à Leone X. Pont. Max. excommunicatur. Anno 1524. 9. Octobris Cucullum depoſuit. Anno 1525. Catharinam à Boren, genere nobilem, quæ monialis antea fuerat, & ex Monaſterio Nimptſchē extracta vnà cum aliis 8. Monialibus à Leonardo Koppen ciue Torgenſe, & Wittebergam adducta, die 13. Iunii vxorem duxit. Anno 1546. die 18. Februarii, Iſlebiæ Saxonum in ſua nempe patria, impœnitentem animam ad Orcum tranſmiſit, ætatis ſuæ anno 63. apoſtaſiæ verò 24. Inter eius iniqua ſcripta, extat

Deuteronomium Moſis ex Hebræo caſtigatum cum annotationibus. Ienæ 1556. Tomo. 3. Operum Latinorum, & Witebergæ 1545. Tomo 3.

Catecheſis Germanicè, Latinè, Græcè, & Hebraicè, per Ioannem Claium in lucem edita Wittebergæ, an. 1594. in 8.

De Ortu Chriſti ex Iudæis, & de B. Maria Virginitate. Excuſ. ibid. anno 1524. in 8.

De ſui temporis celeberrimus, inter ſua Opera, ſcripſit

De Iudæis, & Saracenis. Extat Volumine 2. Conſil. lib. V. pag. 115. editionis Lugdunenſis 1594. in fol.

De Anno Iubilæo Hebræorum. In manuale pag. 521. eiuſdem editionis 1597. in fol.

593 F. MARTINVS DEL CASTILLO, Hiſpanus, Ord. S. Franciſci, edidit

דקדוק לשון הקדש בלשון ספרדית *Dikdùk leſciòn hakkòdeſc bilſciòn ſipharadìth, Grammaticam Linguæ Sanctæ, linguæ Hiſpanica.* Lugduni, an. 1676. in 8.

594 MARTINVS GEIERVS, Lipſienſis Lutheranus, ſcripſit Librum

De Hebræorum luctu, lugentiumque ritibus, è Sacris præcipuè, nec non R. Moſis Maiemonidis, aliiſque excerptum. Prodijt editio ſecunda Lipſiæ, an. 1666. in 8.

595 MARTINVS GILBERTVS, Gallus, edidit

De literis, ac motionibus, ſeu punctis Hebræorum, libros duos. Pariſijs apud Martinum Iuuenem, an. 1563. in 4.

596 MARTINVS HELVICVS Draudio, Lutheranus, typis euulgauit librum prænotatum

Sceptrum Iudæ, ſeu Diſputatio Hebraicè explicans Vaticinium Iacobæum. Sceptrum non auferetur de Iuda, &c. Giſſę, an. 1621. Item

Diatribe de LXX. Hebdomadibus Danielis. Giſſæ Cattorum, an. 1624. & Londini 1660.

597 MARTINVS HILLERVS, elucubrauit

Sciagraphiam Grammaticæ Linguæ Sanctæ. Excuſ. Stutg. an. 1675. in 8.

Digitized by Google

De Accentu, & recta in Latinis, Hebrais Gracis, & Barbaris pronunciatione. Excuſ. Cordubæ an. 1589. in 8. Prodijt Liber ſub nomine Ludouici Petri Franceſis, qui patruelem ſuum Roam appellat.

603 MARTINVS SLONKOVVIC, edidit

Synopſin Grammatica Hebraa. Cracouiæ, an. 1651. in 8.

604 MARTINVS TROSTIVS, Huxarienſis elaborauit

Grammaticam Hebraam Vniuerſalem. Excuſ. Wittebergæ, an. 1663. in 4. de qua vide quæ diximus de Andrea Sennerto pag. 4. num. 22.

605 MARTINVS DE VICIANA, Valentinus ex Burriana oppido, typis euulgauit Opus Hiſpanicè inſcriptum

Alabanças de las lenguas Hebrea, Griega, Latina, Caſtellana y Valenciana. Valentiæ, an. 1574 in 4.

606 MATERNVS PISTORIVS, Germanus, an. 1508. ſcripſit, atque Erphordiæ edidit

Narrationem hiſtoricam de vita, & paſſione Conradi de Sommerde, nobilis pueri à Iudais interfecti in Oppido Viſſenſcha.

607 MATTHÆVS ADRIANVS, ſcripſit

Introductionem in linguam Hebraicam. Extat cum aliquot eius Orationibus excuſ. Lugduni in 8.

608 MATTHÆVS AVROGALLVS, natione Germanus, ſcripſit

Compendium Hebraa Chaldaaque Grammatices. Excuſ. Wittebergæ, anno 1525. & 1531. in 8.

De Hebrais, Vrbium, Regionum, popu-

De Iudais & eorum mendacijs. Excuſ. Francofurti, an. 1544.

599 MARTINVS MAGERVS à Schonberg, edidit

Paraphraſim trilinguem metricam in Pſalmos Pœnitentiales, Hebraicè, Gracè, Latinè diuerſo carminum genere expreſſam. Excuſ. Francofurti, an. 1624.

600 MARTINVS à S. MARIA, Pariſienſis, Congregationis B. Mariæ Fulienſis Ord. Ciſterc. Philoſophiæ & Theologię Lector in ſeculo cognominatus *Inceſin*, elucubrauit Opus inſcriptũ

Liber Reſignatus, ſeu prima Bibliorum Elementa. Excuſ. Pariſijs apud Georgium Ioſſe an. 1673. Tom. 2. in 8. Alia ad Sacram Theologiam, Sacroſque Canones pertinentia ſcripſit, quæ videbis in Athenæo Fulienſi Reuerendiſſimi Patris Caroli Ioſephi Morotij, B. Marię Conſolatricis Taurinenſis Abbatis.

601 MARTINVS MARTINEZ, Cantapretenſis, à loco natali dictus *Cantalapiedra*, edidit

Inſtitutiones Linguarum Hebraica, & & Chaldaica, Salmanticæ apud Gaſtium, an. 1571. in 8.

602 MARTINVS DE ROA, Cordubenſis, Societati Ieſu ſe adſcripſit anno ſalutis 1578. Plura in ea elucubrauit, & edidit, ex recenſione Ribadeneiræ in Biblioth. S. I. & Nicolai Antonij in Biblioth. Hiſp., nec deſunt aliqua ad argumentum noſtrum pertinentia, vt

Singularium locorum ac rerum Libri V. in quibus cùm ex ſacris, tùm ex humanis literis multa ex Gentium, Hebræorumque moribus explicantur. Excuſ. Cordubæ, an. 1600. in 4. & Lugduni 1604. in 8.

Digitized by Google

populorum, *fluminum*, *montium*, *&* *aliorum locorum*, *nominibus librum ex Veteri Inſtrumento congeſtum*. Excuſ. ibid. anno 1526. & rurſus ab Auctore locupletatum, Baſileæ, an. 1539. in 12.

609 MATTHÆVS DRESSERVS, Lutheranus edidit

Librum de Feſtis Chriſtianorum, *Iudæorum & Ethnicorum*. Stettini anno 1664. in 8.

610 MATTHÆVS HOSTVS, Germanus, ſcripſit tres Tomos hoc ordine diſtributos. Primus continet *Hiſtoriam rei nummariæ veteris*, *Romanæ*, *Græcæ*, *Hebraicæ*, *& externæ*. Secundus, *libros tres de Veteribus ponderibus & menſuris interuallorum Romanis*, *Græcis*, *Hebraicis*, *& externis*. Tertius *Opuſcula quædam varia*, *raraque eruditionis plena*, *ideòque lectu digniſſima*. Excuſ. Francofurti, anno 1586. & 1595. in 8.

611 MATTHÆVS SILVAGIVS, Siculus Catanenſis, Ord. Min. ſcripſit

Librum de victoria Verbi Dei contra Hebræos. Citatur à Ioanne Carthaginenſi lib. 6. homiliarum hom. 7. & à Pirrho in Auctuario prædictæ Eccleſiæ Catanenſis, referturque à Wadingo de Scriptor. Ord. Min.

612 MATTHÆVS TINCTORIVS, elucubrauit

Seriem Genealogiam Filij Dei, *Pontificum*, *Iudicum*, *Ducum*, *Regum Iudæ*, *Samariæ &c. exhibentem*. Excuſ. Francofurti, an. 1596. in 4.

613 MATTHIAS AQVARIVS, collegit

Errores R. Menachem Recanati ſuper Pentateuchum: Extat liber hic mſc. in Collegio Neophytorum Romæ.

614 MATTHIAS FLACCIVS, Illyricus, ſcripſit

De nomine יהוה *Adonài*, in libro de voce, & re fidei.

615 MATTHIAS HAFFENREFFERVS, in Academia Tubingenſi Sac. Theologiæ Profeſſor, Lutheranus, typis euulgauit librum prænotatum

Reuelator punctorum. Tubingæ, anno 1619. in 8.

616 MATTHIAS MEGASTENES, ſcripſit

Hiſtoriam Iudaicam. Ex Euſebio de præparat. Euang.

617 MATTHIAS WASMVTHIVS, edidit librum inſcriptum

Hebraiſmus reſtitutus. Continet I. nouam Grammaticam. II. Accentuationem Hebræam, & III. Vindicias SS. Hebr. Kilonij, an. 1666. in 4. Et cum inſtruente Synopſi, Hamburgi, & Roſtochij, an. 1669. in 4.

618 MELCHIOR CANVS, in libro de locis Theologicis tractat

De laudibus linguæ Hebrææ.

619 MELCHIOR HANEL, natione Germanus, gente Morauus, patria Cremſirienſis, Societati Ieſu nomen dedit anno ſalutis 1627. de quo Ribadeneira in Biblioth. S. Ioannis linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ apprimè peritus, Latinè reddidit

Parabolas Hebraicas Rabbini Barachiæ Niedani. Extat Pragæ typis Academicis, an. 1661. in 8.

620 MELCHIOR PALONTROTTVS, Vir in Sacra, & Hebraica literatura apprimè verſatus Italicè ſcripſit Opera ſequentia

Breue

Digitized by Google

NIVS Lutheranus, ſcripſit

Grammaticam Hebraam per Tabulas. Excuſ. Marpurgi. an. 1640. & Lubecę an. 1660. in fol.

623 MERICVS CASAVBONVS, edidit librum, cuius Titulus

De quatuor linguis Commentationis pars prior de Lingua Hebraica, & Saxonica. Londini, an. 1650. in 8.

624 MICHAEL AITSINGERVS, ſeu EYTSINGERVS, ad poſteros tranſmiſit librum inſcriptum

Terra promiſſionis, topographicè, & hiſtoricè. Excuſ. Coloniæ, anno 1582. in 4.

625 MICHAEL ANGELVS LVALDVS, Romanus, Sancti Marci de Vrbe Canonicus, vir in Theologicis, & hiſtoricis ſtudijs præclarè verſatus, cuius opera recenſet Proſper Mandoſius in Centuria tertia Bibliothecæ Romanæ, inter quæ Italicè ſub hoc Titulo legitur

Il Regno, il Sacerdotzio, la Legge, il Profeta, tolti agli Ebrei dalla diuina giuſtitzia per la morte del Saluatore.

626 F. MICHAEL ANGELVS à S. ROMVLO Ord. Min. de obſeruantia prouinciæ Genuæ, Hebraicæ Linguæ Profeſſor Romæ in Conuentu Aracælitano, diſpoſuit & ordinauit

In Leuiticum, ſcripſit Excerptorum librum vnum, cuius meminit Ruffinus, & homilias ſexdecim, eodem Hieronymo interprete, quæ falsò à quibuſdam fuerunt S. Cyrillo attributæ, vt rectè Philippus Labbe obſeruat, nec audiendos eſſe aſſerit Cocum, & Hottingerum, ſimileſque Heterodoxos, has & ipſas in Ioſue homilias abſurdè reſpuentes.

In Leuit. cap. 1. *De principio Leuitici*, hom. 1.

In Leuit. 2. 3. & 4. *De varijs Sacrificiorum ritibus*, hom. 1.

In Leuit. 5. *De non reticendis aliorum ſceleribus, deque immunda tangentibus*, hom. 1.

In Leuit. 6. *De eo, qui mentitur proximo, ſuper depoſito, & ſocietate*, hom. 1.

In Idem *De lege hoſtiæ pro peccato*, hom. 1.

In Leuit. 6. *De Sacerdotalibus indumentis*, hom. 1.

Digitized by Google

In Ioſ. 5. *De Paſcha in Galgala celebrato*, *hom.* 1.
In Ioſ. 6. *De Hierichuntis excidio*, *hom.* 1.
In Ioſ. 8. *De euerſione Ciuitatis Haij*, *hom.* 1.
In Ioſ. 9. *De Deuteronomio in lapidibus Altaris ſcripto*, *hom.* 7.
In Idem *De Gabaonitarum dolo*, *hom.* 1.
In Idem *De Ieſu Gabaonitis opitulante*, *hom.* 1.
In Idem *De bellis Ioſue ſpiritualitèr intelligendis*, *hom.* 1.
In Ioſ. 10. *De Vrbibus Lachis*, *Lebna*, *&* *Chebron*, *hom.* 1.
In Ioſ. 11. *De Iabin Rege Aſor*, *hom.* 1.
In Idem *De geſtis poſt deuictum Iabin*, *hom.* 1.
In Ioſ. 13. *De Ieſu ſenectute*, *hom.* 1.
In Idem *De Leuitis terram non accipientibus*, *hom.* 1.
In Ioſ. 14. *De initio diuiſionis terræ promiſſionis*, *hom.* 1.
In Ioſ. 14. & 15. *De finibus hæreditatis tribus Iudæ*, *hom.* 1.
In Ioſ. 15. *De Caleph accipiente Hebron*, *hom.* 1.
In Idem *De filijs Iuda non valentibus diſperdere Iebuſæos*, *hom.* 1.
In Ioſ. 16. *De tribu Ephrem*, *&* *de Chananæis*, *hom.* 1.
In Ioſ. 18. *De ratione ſortium*, *vbi ſeptem tribus capiunt hæreditatem*, *hom.* 1.
In Ioſ. 19. *De Amorrhæis habitantibus cum Ephrem*, *&* *Ieſu recipiente Ciuitatem à filijs Iſrael*, *hom.* 1.
In Ioſ. 21. *De Ciuitatibus*, *&* *ſorte Leuitarum*, *hom.* 1.
In Ioſ. 22. *De petrinis gladijs in terram ſepultis*, *&* *aris trans Iordanem extructis*, *hom.* 1.
In Num. 18. De eo, quod dixit Dominus ad Aaron, *Tu &* *filij tui &c.* *hom.* 1.
In Num. 20. *De Puteo*, *&* *Cantico*, *hom.* 1.
In Num. 22. *De his*, *quæ ſuperfuerunt ſuperiori tractatui*, *hom.* 1.
In Idem *De Balaam*, *hom.* 1.
In Num. 23. *De prima Prophetia Balaam*, *hom.* 1. *De ſecunda*, *hom.* 1. *De tertia*, *hom.* 1. *De quarta*, *hom.* 1. *De quinta*, *&* *vltima*, *hom.* 1.
In Num. 25. *De eo qui fornicatus eſt cum Madianite*, *hom.* 1.
In Num. 26. *De ſecunda populi numeratione*, *hom.* 1.
In Num. 27. *De filiabus Salphaat*, *&* *de ſucceſſione Moyſis*, *hom.* 1.
In Num. 28. In illud, *Munera mea*, *data mea*, *hom.* 1.
In Num. 29. & 30. *De ſacrificijs cuiuſlibet feſti*, *&* *de votis*, *hom.* 1.
In Num. 31. *De vltione in Madianitas*, *hom.* 1.
In Idem *De ſumma numeri filiorum Iſrael*, *hom* 1.
In Num. 33. *De manſionibus filiorum Iſrael*, *hom.* 1.
In Num 34. *De Terræ Sanctæ deſcriptione*, *hom.* 1.
In Ioſue, Cap. 1. *De principio libri Ioſue*, *hom.* 1.
In Idem De eo quod dicitur *Moyſes Famulus meus*, *defunctus meus*, *hom.* 1.
In Ioſ. 2. *De duabus &* *ſemis tribubus Ruben*, *&* *Gad*, *&* *ſemi tribu Manaſſe*, *hom.* 1.
In Ioſ. 3. *De tranſitu Iordanis*, *hom.* 1.
In Ioſ. 4. & 5. *De duabus &* *ſemis tribubus*, *quę tranſierunt Iordanem*, *&* *populo*, *petrinis gladijs circumciſo*. *hom.* 1.

Digitized by Google

ΜΗΩΣΕΩΝ, hoc eſt *Annotationum* vel *Excerptorum* librum vnum.

Item in partem Eſaiæ iuxta quatuor editiones, vſque ad viſionem quadrupedum in deſerto, hoc eſt à principio libri, vſque ad trigeſimum caput continuæ explanationis Tomos triginta. Ex his autem Voluminibus lib. 26. Hieronymi tempore iam perierant.

Item *De viſione* Τετραπόδων *in deſerto*, quæ incipit, *Onus Iumentorum Auſtri in terra tribulationis & anguſtiæ*, ſuper 30. cap. Eſaiæ ad Gratam illuſtrem fœminam, libri duo: quos pleriquе falsò de nomine Origenis inſcriptos putauerunt, vt obſeruat Poſſeuinus.

Item in varios Eſaiæ locos homilias ad populum 25. de quibus tantùm infraſcriptæ nouem ſuperſunt, videlicet,

In illud ex 4. Cap. *Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum*, *hom.* 1.

In 6. Cap. *De prima viſione Eſaiæ*, *hom.* 5.

In Eſ. 7. *De verbis Angeli ad Achaz*, *hom.* 1.

In Eſ. 8. ſuper illud, *Ecce ego, & pueri mei*, *hom.* 1.

In Eſ. 10. ſuper illud, *Sicut feci Samariæ*, *ſic faciam Hieruſalem*, *hom.* 2.

In Ieremiam quoque ſcripſiſſe fertur ingentem homiliarum numerum: ex quibus Rabanus Archiepiſcopus Moguntinus in præfatione Commentariorum in Ieremiam affirmat, ſibi cognitas quinque & quadraginta: de quarum numero tantùm quatuordecim infraſcriptas D. Hieronymo interprete, habemus, videlicet:

In Ier. 2. *De principio Ieremiæ*, *homilia* 1.

In Iudicum Cap. 2. *De eo quod populus ſub Ioſue Domino ſeruiuit*, *hom.* 1.

In Iud. 3. *De Iſraelitis in manu hoſtium traditis*, *& de Othoniel*, *& Aioth*, *hom.* 1.

In Iud. 4. *De Semegad*, *Iabin*, *& Syſara*, *hom.* 1.

In Idem *De Debora*, *& Barac*, *hom.* 1.

In Iud. 5. *De Cantico Deboræ*, *hom.* 1.

In Iud. 6. *De Iſraelitis in manus Madian tranſlatis*, *hom* 1.

In Idem *De Gedeone*, *hom.* 1.

In Iud. 7. *De prælio Gedeonis cum* 300. *viris*, *hom.* 1.

In Regum 1. Cap. 2. *De Cantico Annæ*, *hom.* 1.

In III. Reg. 3. *De Iudicio Salomonis*, *hom.* 1. Cuius meminit Origenes hom. 3. in Ioſue. Item elaborauit

Enchiridion in omnes Pſalmos, commatico, ſiue inciſo expoſitionis genere, ſtrictis, ac neceſſarijs interpretatiunculis annotatum. Et in gratiam Ambroſij Alexandrini, *In Pſalterium latiſſimas explanationum enarrationes*, *iuxta editionem LXX. interpretum*, *Aquilæ*, *Symmachi*, *Theodotionis*, *&c.* Omnium horum Operum meminere Hieronymus, & Ruffinus, & impreſſa repeririuntur Pariſijs an. 1574. à Gilberto Genebrardo aucta, & recognita.

Poſt hęc elaborauit Origenes in *Prouerbia Salomonis* Commentarios, à B. Pamphilo in Apologia citatos.

In Eccleſiaſten quoq; explanationem, cuius in libro de Reſurrectione meminit Methodius, Olympi Epiſcopus.

Item in *Canticum Canticorum*, commentariorum libros decem.

In Eſaiam ſubſcripta volumina, videlicet, in totum Eſaiam ſparſim ΣΗ-

Digitized by Google

In Idem ſuper illud : *Fili hominis obfirma faciem tuam*, *hom.* 1.
In Ezech. 14. *De peccatis peccatricis Hieruſalem*, *hom.* 1.
In Idem *De duabus plagis*, *romphææ ſcilicet*, *ac morte*, *hom.* 1.
In Ezech. 16. *De parabola ligni vitis*, *hom.* 1.
In Idem ſuper illud, *Radix & generatio tua de terra Canaam*, *hom.* 1.
In Idem *De veſtibus à Deo traditis peccatrici Hieruſalem*, *hom.* 1.
In Idem *De increpatione peccatricis Hieruſalem conſtituentis Lupanar*, *hom.* 1.
In Idem De eo, quod ſcriptum eſt, *Pater veſter Amorrhæus*, *& mater veſtra Cethæa*, *hom.* 1.
In Idem De eo, quod ſcriptum eſt, *Confundere*, *& accipe ignominiam tuam*, *hom.* 1.
In Ezech 17. *De Aquila magna Libanum intrante*, *hom.* 1.
In Idem *De Nabuchodonoſor Hieruſalem intrante*, *hom.* 1.
In Ezech. 28. De eo, quod ſcriptum eſt, *Tu ſignaculum ſimilitudinis*, *plenus ſapientia*, *hom.* 1.

Euſebius lib. 6. Hiſtor. Eccleſ. refert Origenem ſcripſiſſe ad Iulium Aphricanum Epiſtolam in Danielis cap. 13. pro defenſione hiſtoriæ Suſannæ, ab Ambroſio Mediolanenſi Monacho Caſſinate, viro doctiſſimo Latinè verſam, & reſpondens Iulius obijciebat Origeni, quod hiſtoria Suſannæ, quæ in Daniele ſcripta eſt ficta videatur, & aliena à Scriptura Prophetica, cui Origenes reſcribens, nequaquam Iudęorum commentis, & fraudibus auſcultandum, ſed hoc ſolum pro vero habendum in Scripturis Diuinis, quod

In Idem *Quod de Babylone fugiendum ſit*, *hom.* 1.
In Idem *De vite in amaritudinem conuerſa*, *hom.* 1.
In Ier. 3. ſuper illud, *Et dixit Dominus ad me in diebus Regis Ioſiæ*, *hom.* 1.
In Ier. 5. *De Malleo totius terræ confracto*, *hom.* 1.
In Ier. 10. *De faciente terram in fortitudine ſua*, *hom.* 1.
In Ier. 11. ſuper illud, *Audi verba teſtamenti huius*, *hom.* 1.
In Ier. 12. *De terra exterminata*, *hom.* 1.
In Idem ſuper illud, *Notum fac mihi Domine*, *& cognoſcam*, *hom.* 1.
In Ier. 13. *De vtribus vino implendis*, *hom.* 1.
In Ier. 13. & 14. *De comminationibus Dei ad Hieruſalem*, *hom.* 1.
In Ier. 15. ſuper illud, *Heu mihi ego mater*, *hom.* 1.
In Ier. 16. *De Miſſione piſcatorum*, *hom.* 1.
In Ier. 17. *De perdicis clamore*, *hom.* 1.

In Threnos etiam Ieremiæ ſcripſit Origenes, cum eſſet Alexandriæ, Tomos nouem, quorum meminit Nicephorus in quinto Hiſtoriæ volumine, & cum Athenis degeret, iam ſexagenario maior elaborauit teſte Euſebio.

In Ezechielem Tomos 25. cum prius in eundem Prophetam homilias plurimas edidiſſet, de quibus 14. extant, D. Hieronymo interprete, quæ ſunt.
In Ezech cap. 1. *De captiuitate populi Iſrael*, *& Ioachim Regis*, *& viſione Ezechielis*, *hom.* 1.
In Ezech. 13. *De malis Prophetis prophetantibus in Hieruſalem*, *hom.* 1. quæ incipit, *Nullam ſpeciem peccatorum*

num Munſterum, in reſponſionem ad aliam ſibi tranſmiſſam, qua cum certiorem fecerat ſe tranſtuliſſe ex Hebraica lingua in Latinam ס׳ ספורי יוסף *Hiſtoriam Ioſeph*, eandemque typis tradidiſſe, eique mittit librum Hebraicum Tobi ben Tobiel, eaque de cauſa illum in Latinam linguam tranſtulit. Item elucubrauit

Orationem Hebraicam de obitu Sebaſtiani Munſteri. Excuſ. Baſileæ, an. 1533. in 8.

Arithmeticam Eliæ Mitzrachi in compendium redegit, eamque typis tradidit cum Textu Hebraico in Latinum tranſlato. Baſileæ, an. 1546. in 4.

676 OTHO GVALTPERIVS Lutheranus, Stadæ Saxonum, an. 1600. peſte extinctus, Opuſculum edidit inſcriptum

Lingua Sancta per Quæſtiones & Reſponſiones. Wittembergæ, an. 1590. & Lubecæ 1611. in 8. Scripſit etiam

Collationem variantium Tranſlationum libri Geneſeωs, & ad Textum Hebraicum reductionem. Excuſ. ibid. an. 1612. in 8.

Syllogen Vocum exoticarum, ſcilicet Hebr. Syro-Chald. Perſic. & Lat. reſpondentium in N. Teſt. duabus partibus. Excuſ. Hamb. an. 1608. in 8. & Witteb. an. 1609. in 8.

677 OTHO ZYLIVS, natione Belga, patria Vltraiectinus, Societatis Ieſu Theologus, libros tres parabat, vt refert Ribadeneira in Biblioth Script. Soc. Ieſu, videlicet

Mardochæum triplicem, ſiue de triplici Mardochæi fortuna, media, infima, ſumma, ſed morte interueniente non abſoluit.

quod Septuaginta interpretes tranſtuliſſent, nam id eſſe ſolum, quod authoritate Apoſtolica confirmatum ſit. Hæc *Euſebius*.

Scripſit præterea in Prophetas minores ἐξηγήσεων, ideſt *Enarrationum* libros quamplurimos: ex quibus Euſebius viginti tantum & quinque, ſe vix inuenire potuiſſe conqueritur. Ex his libris duos particulariter exarauit in Oſeam, vnum, cui titulum impoſuit Περὶ τοῦ πῶς ὀνομάζεται ἐν τῷ Ωσηὲ Ἐφραίμ, hoc eſt, *Quare appellatur in Oſeæ Ephraim*, volens oſtendere, quæcumque contra eum dicuntur, ad hæreticorum referenda perſonam; alterum verò, ἀκέφαλον, καὶ ἀτέλεστον, ſic dictum, *quod capite & fine careat*.

Item in *Zachariam* ſcripſit libros duos, vix tertiam partem à principio libri vſque ad viſionem quadrigarum allegoricè ediſſerens.

Item in *Malachiam* allegoricæ expoſitionis libros tres. Cætera eius ſcripta in Nouum Teſtamentum reperies apud Hieronymum, Ruffinum, Poſſeuinum, Bellarminum, Philippum Labbe, & alios; nonnulla tamen falsò adſcribuntur Origeni, & multa eius Opera non reperiuntur, fortaſſe à priſcis Patribus ſuppreſſa, & extincta, ob falſa vel ſuſpecta dogmata.

674 OSWALDVS KRVGER, natione Pruthenus, Soc. Ieſu Theologus, inter cætera Opera, ſcripſit

Exegeſim Feſtiuitatis Paſchalis. Excuſ. Vilnæ typis Academicis, an. 1646. in 12.

675 OSWALDVS SCHRECKENFVCHSIVS, ſcripſit

Epiſtolam Hebraicam ad Sebaſtia-

quodam Conſulto facti, & Iuris ſuper Bibliothecam eiuſdem Pandulphi inter PP. Carm. Diſcalc. & PP. Miniſtrantes Infirmis, excuſ. Florentiæ, an. 1689. per P. F. Ioſeph Antonium de S. Matthia Carm. Diſcalc. I. V. D. in Piſana Vniuerſitate. Illuſtriſſimus D. Antonius Magliabechius Sereniſſimi Ducis Florentiæ Bibliothecarius ſignificauit mihi per Epiſtolam, hunc Pandulphum ſcripſiſſe aliqua ad deuotionem ſpectantia, inter quæ adſunt nonnulla

Contra Iudæorum perfidiam.

681 PAVLVS BOLDVANVS, Stolpenſis, Pomeranus, Profeſſione Lutheranus, ac Weſſinenſis Miniſter, Hæreticus primæ claſſ. edidit

Bibliothecam Theologicam, ſiue Elenchum Scriptorum Eccleſiaſticorum illuſtrium, Rabbinorum, Patrum, Proteſtantium, Caluinianorum, & Pontificiorum, ſeu Catholicorum, qui in Sacros Biblicos libros Veteris & Noui Teſtamenti, nec non præcipua capita doctrinæ Chriſtianæ, & homilias, &c. de tempore ſcripſerunt. Ienę, an. 1614. apud Th. Schurer, in 4. Conſule Philippum Labbe in Bibliotheca Bibliothecarum.

In Hiſpania permittitur cum ſequenti correctione. In prima libri facie, apponenda eſt nota ſolita Auctori, & Operi. Fol. 2. delenda inſcriptio dedicatoria, & pro nota marginali, *Eccleſiarum paſtorum meritiſſimis*, ſubſtitue, *ſectarijs damnatæ memoriæ*. Pręterea delenda alia Epiſtolæ inſcriptio, quæ incipit, *Synodo Diœceſeos* vſque ad *gratiam ac pacem*, excluſ. Et pag. 2. eiuſdem Epiſtolæ, initio, poſt illa verba, *illuſtrari queat*, dele quinque lineas, vſ-

678 OVERLANDERS, ſcripſit nonnulla

De Lingua Hebræa. Citatur ab Hoornbeek.

P

679 PANDVLPHVS CAPVANVS, Monachus & Presbyter Monaſterij Caſſinenſis, qui vixit ſub Deſiderio Abbate, an. 1060. ſcripſit præter libros quatuor de calculatione:

De Feria Paſchæ Hebræorum. Item

De Termino Paſchæ Hebræorum, carmine. Ex Arnoldo Wion lib. 1. de Ligno Vitæ.

680 PANDVLPHVS De RICASVLIS, Florentinus, I. V. D. ac in Theologia & Scripturis Sacris apprimè verſatus; Romæ die 22. Octobris 1601. habitum Religioſum in Societate Ieſu induit, è qua ante ſolemnem profeſſionem emiſſam, eſt egreſſus, die videlicet 2. Iulij, an. 1611. Anno verò 1620. effectus eſt Canonicus Metropolitanæ Eccleſiæ Florentinæ, vbi poſt duodecim annos, remiſſo literarum ſtudio, & quarundam mulierculorum contubernio deprauatus, in quandam hæreſim carnalitatis incidit, ſicque occultus hæreticus permanſit per nouem annos ſequentes. Anno 1641. die 25. Nouembris ſpontè abiurauit hæreſim in Sancta Inquiſitione Florentiæ, vbi anno 1657. die 17. Iulij mortuus eſt in carcere eiuſdem Sanctæ Inquiſitionis, & quidem chriſtianiſſimè, & cum intima peccatorum ſuorum contritione, humilique veniæ petitione, vt teſtantur ſcripturæ, quæ in Archiuio Sanctæ Inquiſitionis aſſeruantur. Hæc excerpſi ex

Digitized by Google

buſque Hebræis, Græcis, & Latinis au-thoribus congeſtum. Baſileæ apud Ioannem He ruagium, an. 1534.

684 PAVLVS EBERVS, Kytzingenſis Germanus, Theol. Hiſtoriograph. & Muſicus Luther. Auguſt. confeſſ. Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Hiſtoriam populi Iudaici, à reditu ex Babylonico exilio, vſque ad vltimum excidium Hieroſolymæ. Excuſ. Wittembergæ, an. 1548. & 1562. in 8.

Vocabula rei nummariæ ponderum, ac menſurarum, Græca, Latina, Hebraica, collecta ex Budæo, Camerario, & optimis auctoribus, cum appellationibus quadrupedum, inſectorum, volucrum, piſcium, frugum, leguminum, olerum. Wittembergæ, an. 1556. & Lipſiæ an. 1564. in 8.

685 PAVLVS FAGIVS, Vernaculè Buchlin, Germanus, qui patriam habuit Tabernas Rhenanas, oppidum Palatinatus non procul à Bretta, Hereticus Lutheranus, edi curauit libros aliquot, partim Hebraicos, partim etiam à ſe conuerſos, adiutus opera, Venetijs, accerſiti Eliæ Leuitę, vt ipſe teſtatur in pręfatione ſuper Thisbiten Eliæ à ſe tranſlatum: qui liber ab Authore Thiſbì תשבי vocatus eſt à numero vocum 712. quę in hoc opere explicantur. Cęterorum eius Operum Synopſis, hęc eſt

Sententiæ verè elegantes, piæ, mirèque cùm ad linguam diſcendam, tùm animum pietate excolendum vtiles, veterum ſapientum Hebræorum, quas Capitula, aut apophtegmata Patrum nominant, in Latinum à ſe verſę, ſcholijſque illuſtratę, & impreſſę in Algauia Latinè, & Hebraicè, anno 1541.

vſque ad, *vndè Matthæus*, excluſ. Et inferiùs, ad medium pag. dele tres lineas §. qui incipit, *Cæterum quod*, dele, *Chriſtianam noſtram religionem omnibus viribus diabolico planè furore inſectantes*. Et pag. 6. poſt initium, & illa verba, *Apoſtolorum retinuerunt*, dele 14. lineas, vſque ad, *quarum rerum*, excluſ. Et pag. 7. lin. 5. poſt illa verba, *quarum prima, vt*, dele 6. lineas, vſque ad, *calcar adderem*, excluſ. Et pag. 9. in fine, poſt illa verba, *minimè dubito*, dele 5, lin. vſque ad, *dabantur Polæopoli*, excluſ. Poſtea pręcide quinque folia immodicarum laudum Bolduani, plena annagrammatiſmis, & poematis aliorum Sectariorum. Fol. 1. pag. 1. ſub titulo, *Verſiones Bibliorum*, poſt ſex lineas, & illa verba, *prima & antiquiſſima eſt*, dele ſeptem lineas, vſque ad, *Hinc Gratianus*, excluſ. Fol. 4. pag. 1. ſub Titulo, *exemplaria Bibliorum*, dele lineam vſque ad, *plurimum &c.* excluſ.

682 PAVLVS COLOMESIVS, Rupellenſis, Heterodoxus, elaborauit Opus inſcriptum

Gallia Orientalis, ſiue Gallorum qui Linguam Hebræam, vel alias orientales excoluerunt, Vitæ, varijs hinc inde præſidijs adornatæ. Excuſ. Hagæ-Comitis ex Typographia Adriani Vlacque, an. 1665. in 4.

683 PAVLVS CONSTANTINVS Phrygio, Germanus, Theol. Caluin. & Hiſtoric. Hæreticus primæ claſſis, edidit

Chronicon Regum, Regnorum omnium Catalogum, & perpetuam ab exordio Mundi temporum, ſeculorumque ſeriem complectens, ex optimis, qui-

Digitized by Google

braice: circa finem adijcitur *Paraphraſis Chaldaica Onkeli*, quam Targum vocant, in eadem Capita cum verſione Latina. Excuſ. ibid. an. 1542.

In prima Operis inſcriptione, poſt illa verba, Per Paulum Fagium, adde, *Auctorem damnatum cum expurgatione permiſſum*. Pag. ſequenti, dele Epigramma Gaſparis Heldelini, quod incipit, *Si iuuat*, *&c.* Cap. 1. ſuper illa verba, *In imagine noſtra*, pag. 28. poſt medium, dele, *per fidem in Chriſtum*. Cap. 2. ſuper illa verba, *& vapor aſcendebat*, pag. 41. initio, vbi legitur *R. Saadiah piæ memoriæ*, dele, *piæ memoriæ*. Eodem Cap. ſuper illa verba, *faciam ei adiutorium*, *&c.* pag. 60. ante finem, vbi legitur, *non ſatis expreſſit vocem*, dele, *non ſatis*. Cap. 3. ſuper verbum, *callidior*, pag. 73. parum ab initio, poſt illa verba, *quam vt illam nobis*, dele vſque ad, *eripi ſinamus*, excluſ. Cap. 4. ſuper illa verba, *Maior eſt iniquitas mea*, pag. 138. poſt medium, dele illa verba, *Non enim vllum Euangelium audit*.

Liber Fidei, *ſeu veritatis*, quem doctus quidam Iſraelita ante multos annos edidit, ad comprobandum fidem Chriſtianorum perfectam eſſe, & niti ſuper fundamentum Sacrę veteris Scripturæ, excuſ. ibid. eodem anno, Paulo Fagio interprete.

In prima Operis facie, poſt illa verba, *in Cælis excelſus*, adde, *Paulus Fagius auctor damnatus*, *liber verò hic cum expurgatione permiſſus*. Ex Epiſt. Dedicatoria in fine pag. 3. poſt illa verba, *Inclyti Ducis Bauariæ*, dele vſque ad illud pag. ſequent. poſt medium, *quid verò Maſſius noſter*, excluſ.

Hæc & ſequentia eius Opera permittuntur in Hiſpania cum ſequenti expurgatione, quæ ſic ſe habet. In prima huius libri inſcriptione, poſt illa verba, *ſtudioſorum linguæ Sanctæ*, adde, *Opus Pauli Fagij*, *Auctoris damnati*, *hactenus prohibitum*, *cum expurgatione permiſſum*. Poſt Epiſtolam Dedicatoriam, dele Epigramma Conradi Hircij, quod incipit, *Miramur Laconas*. Cap. 2. §. *Rabbi Gamaliel in ſcholio*, pag. 19. poſt medium, poſt illa verba, *aliorum labores vorant*, dele vſque ad, *qui funguntur*, excluſ. Eodem cap. §. *Ipſi dixerunt*, pag. 34. poſt medium, ibi, *atque reſipiſce*, *die vno &c.* pro, *reſipiſce*, repone, *pœnitentiam age*, & ibi, *exhortatio eſt ad reſipiſcentiam*, repone, *ad pœnitentiam*. Cap. 3. §. *R. Eliezer*, pag. 77. vbi legitur, *reſipiſcentia poſt malè facta*, dele *reſipiſcentia*, & ſubſtitue, *pœnitentia*.

Precationes Hebraicæ, *quibus in ſolemnioribus Feſtis Iudæi*, *cum menſæ accumbunt*, *adhuc hodie vtuntur*, *& quo modo*, *ordine*, *& ritu eas dicant*: Ex quo videre licet veſtigia quędam ritus veteris populi, quem & Chriſtus in Cœna ſua, vt eam Euangeliſtę, pręſertim Lucas deſcribunt, in quibuſdam obſeruauit.

Paruus tractatulus ex libro fidei Iudæi cuiuſdam ad Chriſtianiſmum conuerſi ante annos 200. In quo obitèr cauſas aliquot, oſtendit propter quas multi Iudęi, etiamſi veritatem agnoſcant, ad fidem noſtram accedere verentur. Excuſ. Iſnæ. an. 1542.

Expoſitio dictionum Hebraicarum literalis, *& ſimplex*, *in quatuor Capita Geneſeos*, *pro ſtudioſis linguæ He-*

Pri-

Præfat. pag. ſeq. dele totum Epigramma Ioan. Sapidi, quod incipit, *Si qui priuatas*. Gen. cap. 2. in Annotat. num. 16. poſt illa verba, *Perſuaſit ei vt ingrederetur*, dele vſque ad finem illius num. nempe vſque ad, *Suſtentaculum quod ſit*, excluſ. Et paulò inferiùs, poſt 19. lin. poſt illa verba, *Commendo ſpiritum meum*, dele vſque ad, *Sepulchrum enim Hebræis*, excluſ. Exod. cap. 9. num. 15. poſt illa verba, *Omnes ferè noſtri Interpretes*, dele vſque ad, *reddunt enim*, excluſ. Et dele etiam vocem *enim*, & paulò inferiùs, poſt 6. lineas, & poſt illa verba, *Peribitis de terra &c.* dele vſque ad, *Cum certè iſte locus*, excluſ. Cap. 12. num. 4. vbi legitur, *Locum obſcurè & confusè admodum*, dele, *& confusè admodum*. Et paulò inferiùs, poſt 4. lineas, poſt illa verba, *occidi*, *& mactari*, dele vſque ad, *Vaſ. non ſemper*, excluſ. Cap. 29. num. 5. ad finem poſt illa verba, *& ſic de reliquis*, dele vſque ad finem num. ſcilicet vſque ad, *Coronam Sanctitatis*, excluſ. Eodem cap. num. 26. ante finem vbi legitur, *In Eccleſia Dei per fidem in Chriſtum*, lege, *Per fidem viuam in Chriſtum*. Ex Leuit. cap. 2. num. 13. ad fin. col. 2. poſt illa verba, *Tanquam ſapidus cibus grata*, *& iucunda*, dele vſque ad init. 4. col. ibi, *Chriſtus appellat etiam Apoſtolos*, *& diſcipulos*, *&c.* excluſ. Et inferiùs, poſt 9. lineas, ad initium 4. col. vbi legitur, *Non propter perſonam, ſed propter miniſterium*, lege, *Non ſolum propter perſonam*. Cap. 9. num. 4. ad finem, poſt illa verba, *Quod eis præceptum non erat*, dele vſque ad, *Verum quia poſtea dicitur*, excluſ. Cap. 18. num. 5. poſt initium, poſt

Prima quatuor Capita Geneſeos Hebraicè, cum verſione Germanica è regione, Hebraicis tamen characteribus exarata, eaque iuxta vſitatam Iudæorum interpretationem ad verbum tranſlata, vnà cum ſuccinctis in fine adiectis ſcholijs, & ratione legendi Hebræo-Germanica. Excuſ. Conſtantiæ, anno 1543. & Argentorati 1546.

Compendiaria Iſagoge in linguam Hebræam. Excuſ. ibid. eodem anno.

Commentarios R. Dauid Kimchi in priores aliquot Pſalmos Hebraicè, & Latinè ex ſua verſione edidit; *Eliæ Leuitæ præfationem Hebraicam in Lexicon eius Chaldaicum*, quod etiam imprimendum ipſe curauit Iſnæ, an. 1541.

Targum, *hoc eſt*, *Paraphraſim Onkeli Chaldaicam in quinque libros Moſis*, ex Chaldæo in Latinum tranſtulit; & in ſingula ferè capita, breues annotationes adiecit. Excuſ. Argentorati, an. 1546.

In prima Libri inſcriptione, vbi dicitur, *in Latinum fideliſſimè verſa*, dele, *fideliſſimè*, & poſt illa verba, *Auctore Paulo Fagio*, adde, *Opus Auctoris damnati hactenùs prohibitum, nunc cum expurgatione permiſſum*. Dele totam Epiſtolam Dedicatoriam, & quidquid eſt ante præfationem ad Lectorem, pag. 1. ante medium vbi legitur, *Quod his poſtremis temporibus æternam voluntatem ſuam ex verbo ſuo*, dele, *His poſtremis temporibus*, &, *ex verbo ſuo*. Et paulò inferiùs, poſt illa verba, *Clementer nobis donat*, dele vſque ad, *Inter has linguas*, excluſ. In eadem præfat. pag. 3. ante medium, poſt illud, *Largam Dei beneficentiam*, dele vſque ad, *& licèt multæ cauſæ*, excluſ. Poſt

damnatus &c. In Epiſtol. Dedicat. Gaſpari Hedelmo, pag. 2. ante medium, lin. 6. vbi legitur, *ſuccinctiùs & ſolidiùs habentur*, & poſt verbum, *habentur*, dele vſque ad, *Tobiæ enim*, excluſ. In eadem Epiſt in fine, pag. 3. & initio pag. vltimæ, dele, *eoſque Apocryphos*.

Collationem præcipuarum, quæ in vſu ſunt tranſlationum in Geneſim, excudit ibid. ſed non abſoluit. Obijt Fagius an. 1550. ętatis ſuę 45. Cantabrigię, non abſque ſuſpicione veneni, vt refert Geſnerus, & in Æde D. Michaelis ſepultus, deinde exhumatus, vnà cum Martino Bucero in foro Cantabr. combuſtus eſt.

686 PAVLVS GVLDINVS, ſcripſit

Libros V. De ratione, ac praxi Calendarij Eccleſiaſtici Chriſtianorum, & Computi Hebręorum. Excuſ. Moguntiæ an. 1616. in 4.

687 PAVLVS KISMARIAIVS, ſeu KISMARAI Typis euulgauit

Inſtitutionem Linguæ Hebręæ. Franekeræ, an. 1643. in 8.

688 PAVLVS MAVROCOENVS, elucubrauit Opus

De æterna, temporalique Chriſti generatione in Iudaicæ improbationem perfidiæ, Chriſtianæque religionis gloriam diuinis enunciationibus comprobata. Excuſ. Florentiæ, anno 1488. in 8.

689 PAVLVS MINERVA Barenſis, Ord. Præd. Theologus, ſcripſit

De Neomenijs Salomonis perpetuis libros duos. Excuſ. Vici Æquenſis apud Ioannem Iacobum Carbinum, anno 1599. in 4.

690 PAVLVS PARADISIVS, Venetus, apud Chriſtianiſſimum Franciſ-

poſt illa verba, *futuræ, & perpetuæ vitæ*, dele vſque ad, *Ad reuelandam*, excluſ. Eodem cap. 18. num. 21. poſt medium, & poſt illa verba, *id eſt incendebat*, dele nomen, *Monachi*, quinquies repetitum in illa Annotatione. Cap. 17. num. 2 poſt medium, poſt illa verba, *abſque virga Aharon*, dele vſque ad, *Sentiunt Hebræi*, excluſ. Cap. 19. num. 9. parum poſt initium, vbi inquit, *Peccata tolli autumant*, dele, *Tolli autumant*, & ſubſtitue, *Tolluntur*. Cap. 23. num. 21. ante medium, poſt illa verba, *Deus eius cum eo eſt &c.* dele vſque ad, *Senſum habet*, excluſ. Cap. 24. num. 2. in fine, poſt illa verba, *Cuius obſcuratus eſt oculus*, dele vſque ad finem numeri, ideſt vſque ad, *Qui iacuit & reuelauit ſe*, excluſ. Cap. 30. num. 2. parum ab initio, poſt illa verba, *Iurabis &c. Deuter.* 10. dele vſque ad, *Verum tamen ſi voueris*, excluſ. Ex Deut. cap. 5. num. 2. in fine, poſt illa verba, *Fœdus Patrum, & fœdus legale*, dele vſque ad finem numeri, nempe vſque ad, *Verbum verbo*, excluſ. Cap. 17. num. 8. poſt illa verba, *Confirmat in lib. Sanhedrin*, dele vſque ad finem numeri, nempe vſque ad, *Iuxta omnia*, excluſ. Cap. 21. num. 17. in fine, poſt illa verba, *Siue roboris mei*, dele, *error enim eſt, quod*. Cap. 34. num. 6. poſt illa verba, *Quod Deus ipſum ſepeliuerit, ſed per manus Angelorum*, dele vſque ad, *Iudas Apoſt.* excluſ.

Ex eiuſdem *Verſione in Tobiam* Hebraicè, quæ cum ſententijs Ben Syræ, & Commentarijs eiuſdem Pauli Fagij circumfertur. Excuſ. Ienæ, 1542. Poſt Titulum, adde, *Paulus Fagius, Auctor*

an. 1429. Eius mentionem faciunt Phil. Bergom. lib 14. Pamphilus in Chron. Erem. S. Aug. Trithem. de Script. Eccleſ. Poſſeu. in Appar. Sac.

696 PAVLVS VINDINGIVS, in Academia Haſn. Linguarum Orientalium Profeſſor Regius, Latinè reddidit, notiſque illuſtrauit

Tractatum Talmudicum de Annis. Excuſ. Oxonij in 4.

Diſſertationem de Iudęis Excuſ. Groningæ, an. 1633. in 4. Plura editurus, ſi fuiſſet vita ſuperſtes.

697 PELEGRINVS HERI, edidit

Pſalmos Dauidis ex Hebręa lingua in Latinam, & Italicam traductos, cum ſuis declarationibus, Venetijs, an. 1573. in 4.

698 S. PETRVS, cognomento *Venerabilis*, nobilis Aruernus; Abbas nonus, & Gen. octauus, Ord. S. Benedicti. Obijt Cluniaci an. 1157. ibidem ſepultus inter Altare Sanctorum Iacobi, & Philippi, & Altare S. Dionyſij, vt refert Poſſeuinus, ſcripſit

Epiſtolarum ad diuerſos lib. VI. In quibus inſeruit *librum contra Iudęos*, & alterum contra *Petrobruſianos hęreticos*. Extant excuſ. vnà cum alijs eius operibus, Pariſijs an. 1522. & Ingolſtadij, an. 1546.

699 PETRVS ALPHVNCIVS, ſcripſit

Dialogos, quibus Iudęorum opiniones euidentiſſimis argumentis confutantur. Excuſ. Coloniæ, anno non notato in 8.

700 PETRVS ANTESIGNANVS, ſcripſit

Epiſtolam Hebręam ad P. Coſtum, vnà ciſcum I. Hebraicarum literarum Regius interpres, ſcripſit

Dialogum de modo legendi Hebraicè. Excuſ. Pariſijs, an. 1532. & Venetijs, an. 1534. in 8.

691 PAVLVS PEZRONIVS, edidit opus inſcriptum

Antiquitas temporum reſtituta, & defenſa contra Iudæos, ac recentiores Chronologos. Pariſijs an 1687. in 4.

692 PAVLVS ROSSELIVS, typis mandauit GrammaticamHebręam inſcriptam

Canones Hebræi, ſiue Manuductio ad faciliorem linguæ Sanctæ cognitionem. Wittembergæ, an. 1611. in 4.

693 PAVLVS SCHERLOGVS, natione Hibernus, gente Menapienſis, patria Waterfordienſis, Societatis Ieſu Theologus inſignis, inter eius opera à Ribadeneira relata, extat etiam

Antiquitatum Hebraicarum Dioptra, ſiuè de Hebræorum Republica, & Antiquitatibus Biblicis. Excuſ. Lugduni apud Philippum Borde, & Socios, an. 1651. in fol.

694 PAVLVS TOSSANVS Palatinus, ex ſubſcriptoribus Conciliabuli Dordrechtani, Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Syllabum dictionum Hebraicarum, quę in ספר תהלים *Sepher Theillim continentur*. Excuſ. Baſileæ, an. 1615. in 12. Eius meminit Thomas Bangius in Cælo Orientali.

695 PAVLVS VENETVS, (quem alij *Cretenſem*, alij *Foro Iulienſem* vocant) Venetijs educatus, Eremita Ord. S. Auguſtini euaſit, Philoſophus, & Theologus inſignis, ſcripſit

Contra Iudęos librum vnum. Obijt

Digitized by Google

iuſti Commentarij munere fungi poſſunt. Hæc omnia partim impreſſa ſunt Baſileæ, partim Stetini, an. 1545.

Donatum Hebręum; Grammaticam ita inſcripta propter methodum. De eo Geſnerus in Biblioth. Tigur.

704 PETRVS BARCINONENSIS, Hiſpanus, Ord. Prædicatorum, vir pius, & doctus, zelo fidei ductus, vt de erroribus Iudæos traheret ad Eccleſiam, acritèr in eos ſtylum acuendo, ſcripſit notabilem librum, quem vt terrefaceret inimicos, prænotauit

Pugionem contra Hebręos. Viuebat anno 1306. Hæc refert Author Bibliothecæ Ord. Præd. qui ignorat an hic ſit idem cum illo, qui vocatur Raymundus Martini Barcinonenſis, an verò alius ab illo in ſolo Operis titulo conueniens. De eo agunt Luſitanus, Caſtillus, Plodius, Poſſeuinus, Antonius Senenſis, & alij.

705 PETRVS BELON, Gallus, patria lingua edidit opus inſcriptum

Obſeruations de pluſieurs ſingularitez & choſes memorables trouuèes en Grece, Aſie, Iudie, Egypte, Arabie, & autres Pais Etranges. Pariſijs, an. 1588. in 4.

706 PETRVS BESODNERVS, Libinienſis, Saxo-Tranſyluanus, Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Bibliothecam Theologicam, hoc eſt Indicem Bibliorum pręcipuorum, eorumdemque interpretum, Hebręorum, Gręcorum, & Latinorum, tàm veterum, quàm recentium &c. Impreſſi Francofurti Marchionum, ſiue ad Oderam, an. 1608. in 4. apud Kopffium 1609. & Thymium 1610. in 8.

vnà cum eius *libro de Meſſia* impreſſam.

701 PETRVS ANTONIVS BEVTER Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Doctor, elucubrauit

Annotationes X. ad Sacram Scripturam, in quibus diſſerit de ordine librorum Sanctorum apud Synagogam, & Eccleſiam, & quomodo Eccleſia ſuſcepit, quos non ſuſceperat Synagoga. Excuſ. Lugd. apud Gaſparem Treſchel, an. 1554. in 8. Item ſcripſit

De Ferijs & diebus feſtis Iudęorum. Extat mſc. Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana.

702 PETRVS DE APONO, Patauinus, Philoſophus, & Medicus, Latinos fecit

Tractatus aliquot Abraę Auenzarę.

703 PETRVS ARTOPÆVS, Pomeranus, Hæreticus Lutheranus, edidit

Pſalterium Hebraicè, Gręcè, & Latinè ad veterum exemplarium fidelem (vt ipſe ait) *lectionem emendatum, & explicatum*.

Latinę, Gręcę, & Hebraicę linguę Grammaticam, pro incipientibus ob facilitatem, & pro doctioribus ob exactam diligentiam, ita conſcriptam, vt poſt tot, & tantos viros in hac re, fruſtrà elaboraſſe Auctor non videatur. Excuſ. Baſileę apud Henricum Petri, an. 1558. in 8. Accedunt *Ionas Propheta, & Pſalmi XV. trium linguarum, cum Commentarijs eiuſdem*. Item

Chriſtiana trium linguarum elementa, de prima rerum origine, vetuſtiſſimaque Theologia, ex tribus primis Capitibus Geneſeos: in priorem Pauli ad Timotheum Epiſtolam ſcholia, quę

ſterciensis Ord. cuius præclara merita, & ſcripta referunt Carolus de Viſch in Biblioth. Ciſterc. Ord. Poſſeuinus & Sixtus Senenſis; neque hìc prætereundum cenſeo illuſtre elogium, quo eius virtutes, & egregias animi dotes celebrat Iacobus de Vitriaco S. R. E. C. in ſua hiſtoria occidentali, loquens enim de Petro Cantore, cap. 8. hæc habet: *Velut lilium inter ſpinas, & roſa inter vrticas, quaſi Angelus Pergami, vbi ſedes eſt Satanæ: quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo: quaſi oliua pullulans, & cypreſſus in altitudinem ſe extollens: quaſi cæleſtis tuba, & Domini Citbariſta, erat tunc temporis Magiſter Petrus venerabilis Cantor Pariſienſis, vir potens in opere, & ſermone, aurum ſuum, & argentum ſimilitèr conflans, & verbis ſuis ſtateram faciens, morum boneſtati pondus, & grauitatem conferens doctrinæ ſuæ, cœpit enim facere, & docere velut lucerna ardens, & lucens, & ciuitas ſupra montem poſita, & candelabrum in domo Domini aureum, de cuius fonte limpidiſſimo, Beatiſſimus vir Fulco Preſbyter potauit*. Hactenus Cardinalis de Vitriaco. Plura eius encomia videbis apud Angelum Manriquez tom. 3. Annal. Ciſterc. ad annum 1197. cap. 2. Inter cætera eius Opera, elucubrauit

In Prouerbia Salomonis lib. 1. ſic incip. *Parabolę Salomonis ſecundum Hebraicam veritatem*.

712 PETRVS CARBO, Marius, Metropagita, Germanus, Carthuſianorum apud Brunam Morauiæ Ciuitatem Prior, in Latinis, Græcis, atque Hebraicis Literis non mediocritèr inſtructus, ſcripſit ad Rodulphum II.

707 PETRVS BLESENSIS, ita cognominatus à natali Galliæ ad Ligerim oppido, Bathonienſis Archidiaconus in Anglia, ex Canonico Bituricenſis Eccleſiæ; ac poſtea etiam Londinenſis, & Cantuarienſis Archiepiſcopi Cancellarius, qui ſeculo S. Bernardi floruit, Alexandro III. Pont. Max. cuius nomine ſcripſit Epiſtolam ad Sultanum Iconij de inſtitutione fidei Chriſtianæ, an. 1167. Elucubrauit

Librum contra Iudæorum perfidiam. Excuſ. Pariſijs vnâ cum alijs eius Operibus, an. 1519. Eius mentio apud Trithemium, Baronium, Bellarminum, Poſſeuinum, Buſæum, Philippum Labbe, & Caſimirum Oudin in ſupplemento de Scriptoribus, vel ſcriptis Eccleſiaſticis à Bellarmino omiſſis.

708 PETRVS BRVTVS, Venetus, Epiſcopus Catharenſis, pro confirmatione Chriſtianæ fidei, ſcripſit ad Senatum Vicentinum

Opus inſigne aduerſus Iudæos, Sanctarum Scripturarum auctoritatibus copioſè inſtructum. Impreſ. Vicentiæ, an. 1489. & extat in Bibliotheca Imperiali Viennæ Auſtriæ. De eo Geſnerus, & Poſſeuinus.

709 PETRVS DE LA CANCOL nobilis Hiſpanus, ſcripſit librum prænotatum

Zelus Chriſti contra Iudæos, Sarracenos, Infideles, an. 1592.

710 PETRVS Canonicus, ac demùm Archidiaconus Londinenſis, qui, referentę Poſſeuino, viuebat an. 1230. Scripſit

De Aduentu Meſſiæ Libros tres.

711 PETRVS CANTOR, Pariſienſis, Theologus inſignis Sacri Ci-

Digitized by Google

anno 1554. Item edidit

Paraphraſim Chaldaicam in Eccleſiaſten, Latinè verſam, quam citat, & confutat Bochartus in Opere de Animalibus Biblicis. Ibid. eodemque anno in 4.

717 PETRVS CVNÆVS, Zelandus, Fliſſingus, Leydenſ. Profeſſ. Caluin. Hæreticus primæ Claſſis, ſcripſit

De Republica Hebræorum. Excuſ. Leidæ an. 1624. in 24. Lugduni anno 1632. in 12. & Curiæ, anno 1670. in 12.

718 S. PETRVS DAMIANI, Ciuis Rauennas, quem ex nobili *Honeſtorum* familia ortum putant Poſſeuinus, Philippus Labbe, & alij, ſed eos toto Cælo à veritate aberrare afferit Ciaconius. Ex Monacho Caſinenſi, S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, ac Apoſtolicæ Sedis Legatus efficitur; tandem ſolitudinis amore ad Monaſterium ſuum reuerſus, obijt Fauentiæ in Cœnobio S. Mariæ, die 23. Februarij an. 1072. ætatis 66. tanta Sanctitatis opinione, vt Fauentini inter ſuos Patronos eundem B. Petrum referant, id teſtante cuiuſdam columnæ primarij Fauentini Templi inſcriptione, videlicet:

De Veritate Hebraica, vndè nàm hæc ad Diuinorum librorum intelligentiam, atque verſionem petenda ſit. Excuſ. Pragæ an. 1590. in 8. Item

Vulgatam editionem Græci, Hebraicique textus, nec non nouæ ex vtroque verſionis, & variarum annotationum ſuffragijs à Nouatorum ſuggillationibus vindicatam, & paraphraſtica methodo expoſitam. Pragæ, an. 1591.

713 PETRVS DE LA CAVALLERIA, Hiſpanus, typis euulgauit opus inſcriptum

Zelus Chriſti contra Iudæos, Saracenos, & infideles cum Gloſſis Martini Alphonſi Viualdi. Venetijs, an. 1592. Auctorem hunc, eundem eſſe credimus cum *Petro de la Cancol*.

714 PETRVS CIEZA, referente Geſnero, edidit Tomos aliquot

Rerum Iudaicarum.

715 PETRVS CLVNIACENSIS, Vid. *S. Petrus* cognomento *Venerabilis*.

716 PETRVS COSTVS, Vir Hebraicè, & Chaldaicè doctus, ſcripſit librum, quem prænotauit

Typus Meſſiæ, & Chriſti Domini ex veterum Prophetarum præſenſionibus, contra Iudæorum ἀπιστίαν. Excuſ. Lugd.

Imminente Ciuitati ex Gallis periculo
Cædis, exitij, & flammæ
Vouit vniuerſus Populus Fauentinus
Agere non minus ſolemniter in diebus Feſtis
SS. Sauini, Æmiliani, Terentij, &
PETRI DAMIANI
Quam diebus Dominicis agi ſolitum, debitumque ſit,
Si modo Omnipotens Deus ruinam
Auerteret. M. D. XII.

Eius

Digitized by Google

720 PETRVS FIGVEROLA, ſcripſit

Librum contra Iudęos in Regno Valentiæ. Habetur mſc. in Biblioth. Valentinæ Eccleſiæ tribus voluminibus diſtinctus.

721 PETRVS GALATINVS, Apulus, Prouinciæ S. Nicolai, Reg. Obſeru. Miniſter, quem perperam nonnulli ex Hebræo Chriſtianum, vel ex Iudæis originem trahere volunt, abſque vllo fundamento; Artium, & Sac. Theologiæ Doctor, nec non linguarum Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, & Latinæ Profeſſor, ſcripſit Barij ad Maximilianum Imperatorem

De Arcanis Catholicę veritatis, Libros XII. Excuſ. Orthonæ maris per Hieronymum Soncinum, an. 1518. in fol.

In quorum primo agitur de Talmud. In II. De Sanctiſſima, atque indiuidua Trinitate. In III. De Diuinitate, & Incarnatione Meſſiæ. In IV. De primo aduentu Meſſiæ. In V. De Argumentorum contra Meſſiam confutatione. In VI. De humani generis redemptione ob Meſſiæ aduentum. In VII. De Sanctiſſima Matre Meſſiæ. In VIII. De Meſſiæ miſterijs, quæ omnia prorſus in Domino noſtro Ieſu Chriſto conſummata ſunt. In IX. De æterna Iudæorum reprobatione, & de Gentilium vocatione, & ſaluatione. In X. De nouæ Legis diuinæ inſtitutione. In XI. De veteris Legis diuinæ ceſſatione in aduentu nouæ. In XII. De ſecundo Meſſiæ aduentu, deque in eo futuris. Iterum excuſum eſt hoc opus Francofurti ad Mœnum ſumptibus Godofredi Seyler, an. 1672. In cuius fine extat Ioannis Reu-

 chli-

Eius Vitam ſcripſerunt Ioannes Monachus, qui ſuus aliquando Comes fuit, & Ioannes Antonius Flaminius Forocornelienſis; De eo etiam ſcripſere Leo Oſtienſis, Petrus Diaconus, Ioannes Trithemius, Bellarminus, Baronius, & alij, quos citat Ciaconius.

Omnia eius Opera tribus Tomis diſtincta, Lugduni excuſa ſunt an. 1623. in quorum Tomo tertio habet

Antilogum contra Iudæos, & Dialogum inter Iudęum, & Chriſtianum.

719 PETRVS DANIEL HVETIVS, Gallus, Chriſtianiſſimi Delphini in re literaria inſtitutor, eiuſque Regiæ aulæ nobilis Vir, in omni doctrinæ genere eruditiſſimus, ſcripſit

Demonſtrationem Euangelicam, eidem Delphino directam, qua Veteris Teſtamenti cum nouo fœdere cohærentiam, & concordiam demonſtrat, & quæ in illo per Typum dicta ſunt, omnia ad Chriſtum referenda eſſe, quia de Chriſto, & per Chriſtum dicta, clariſſimis perallelismis oſtendit; vt verum eſſe deprehendatur id, quod in Ghemarà habetur, Codice Sanhedrin. Excuſ. Amſtelodami, an. 1680. in 8. Tomis duobus. More Geometrico procèdit hic Auctor, & primò definitiones quaſdam, de quibus acturus eſt proponit; deinde poſtulat nonnulla, quæ ſibi concedi, aut abſque iniuria negari non debeant; poſtea quædam vt omnibus manifeſta, & confeſſa effata profert; deinde axiomata nonnulla exhibet, vtpotè principia quædam, quibus omnis eius Euangelica nititur demonſtratio, quæ decem propoſitionibus abſoluitur, quarum ſeptem in primo Tomo, reliquæ in altero includuntur.

Digitized by Google

ſcribebat. Eiuſque operis duo ingentes Tomi in Collegio Fuxenſi eiuſdem Ciuitatis, ante annos viginti vnum, cum ego ibi eſſem, extabant. Cum iudicio tamen illi libri legendi ſunt, qui vtinam typis excuſi eſſent. Hoc vnicum exemplar præter illud quod penes Matthæum Beroaldum fuit Toloſæ extare ſcio. Qui Iudæorum ſcita legunt tamquam θεσμοὺς *quoſdam: Nàm de hoc quoque à te iniecta mentio, æque delirare puto ac eos qui nihil bonæ frugis ex illis excerpi poſſe contendunt: vtrique* κορυβαντιῶσι. *Quæ vtilitas ex illorum ſcriptis, & ritibus vetuſtis delibari poſſit, tum ex his, quæ ſparſim in libris noſtris leguntur, colligi poteſt, tum & nos aliquando melius aperiemus.*

Matthæus Beroaldus lib. 2. Chron. cap. 3. referente Thoma Maluenda de Antichriſto cap. 21. de Galatino ita loquitur. *Galatinus autem (vt hìc obiter moneam) Martini Raymundi ſcripta pro ſuis edidit, commutato rerum ordine, & argumento nonnihil variato, vt plagij poſſit accuſari Galatinus, quod planè me facturum ſpero, ſi dederit Dominus, vt Pugionem ipſius Raymundi ſcriptum ad impiorum perfidiam iugulandam, maximè autem Iudæorum, in lucem proferam. Is autem liber ſtudijs Hebraicis maximè vtilis peruenit ad me ex Bibliotheca Franciſci Vatabli Mecænatis mei, primi Hebraicarum literarum profeſſoris ſub Franciſco Rege, huius nominis primo, per quem Deus bonarum literarum ſtudia reuocauit in Galliam.*

Ioſeph de Voiſin Burdegalenſis, diligentiſſimus Raymundi Martini obſeruator, ſic argumentum Galatini Operis chlini Phorcenſis *De Cabala*, *ſeu de ſymbolica receptione Dialogus*, tribus libris abſolutus. Editio nouiſſima, mendis innumeris expurgata, multis modis emendata, & variè, prò vt in eius Præfatione vberiùs declaratur, exornata. In hoc Opere multa paſſim ex ſcriptis Iudæorum Talmudicis, & Rabbinicis affert: ſed quæ paſſim in Iudæorum ſcriptis nondum reperta, paſſim deprehenſus exſcripſiſſe ex *Pugione fidei* Raymundi. Primus Ioſeph Scaliger fuit, qui hoc detexit, & inſpecto à ſe in Collegio Fuxenſi Toloſano, iſto Raymundi libro: ſed quem fruſtrà tunc putabat eſſe Raymundum Sebon, Authorem libri de Theologia naturali, deceptus ſimilitudine nominis; & quia inſcriptio modo præ ſe ferret Raymundi nomen, putauit haud alium Raymundum eſſe, quam illum. Facem à Scaligero monſtratam ſequuti ſunt Caſaubonus lib. 1. epiſt. 472. Druſius, Sixtinus Amama, vbi de nomine יהוה differunt, deque eius multiplicato nomine 12. & 42. literarum, de quibus multa Galatinus, & quidem ex Rabbinis, quæ apud illos nondum reperta. Buxtorfius verum nomen produxit Martini Raymundi, in Differt. de Decalogo, Theſ. 74. vbi ait, *ex quo libro* (nempè Martini Raymundi) *omnia ſua deſcripſit Galatinus &c.*

Ioſeph Scaliger in Epiſt. Reſponſ. ad Caſaubonum, hæc habet: *De Galatino ſcito me vera dixiſſe. Nàm non ſolum ille omnia è Raymundo Sebone* (hìc fallitur) *expiſcatus eſt. Sed & opus eius nihil aliud eſt quàm Breuiarium Pugionis fidei. Ita enim opus ſuum doctiſſimus Dominicanus ille inſcripſerat, qui Toloſæ ante annos ducentos plus minus*

Digitized by Google

bent: ab eo enim licet fortè nonnulli ſileant, iſta mutuati ſunt. Sed ipſius ſententiam poſt Porchetum inutile eſt referre. Quęcumque enim habet Galatinus toto libro ſuo à Porcheto Carthuſiano deſumpſit, nec Porcheti vel de nominę mentionem fecit. Plagium ſanè portentoſum, cui vix ſimile vnquam factum eſt: Nàm Galatini liber nihil aliud eſt, quam Porçheti deſcriptio ipſiſſimis Porcheti verbis, atque etiam Hebræorum textuum tranſlationibus conſeruatis, hoc ſi excipias, quod elegantiæ cauſa quędam verba, & verborum conſtructiones immutantur &c. At an à Raymundo, vel à Porcheto, ſua deſumpſerit Galatinus, mihi prorſus videtur quæſtio de nomine, eo quia ipſe Porchetus à Martino deſumpſit, vt ipſemet fatetur his verbis: *Sequar*, inquit, *literam codicum Hebræorum veteris ſcilicèt Teſtamenti, ſecundum quod tranſlatum eſt à F. Raymundo Martino Hiſpano Ord. Præd. de partibus Cathaloniæ, à quo ſumpſi huius libelli materiam in pleriſque compilandis.* Et ſic potius eſſet dicendum furtum de furto, in quo caſu ſemper res clamat Dominum ſuum Raymundum Martinum. Verum enim verò acriùs & ſubiniquè ab Auctoribus reprehenditur Galatinus, quaſi omnia Raymundi deſcripſerit, atque in ſuum Commentarium tranſtulerit, aut quæ in Galatino ſunt, eadem occurrant apud Raymundum. Nàm præterquam quod pro diuerſis Tractatibus habendi ſint, qui diuerſa methodo conſtant, & ſcriptione, ſæpeque etiam rebus; per multa enim ex libro Zòhar adducit Galatinus, item ex גלי רזיא *Gale Razeia* quod dicitur *Reuela-*

uela-

peris deſcribit. *Vnum hoc pręfabor, Galatinum non omnia ex Raymundo ſic deſumpſiſſe, vt nihil ſit apud Raymundum, quod apud Galatinum non extet. Nàm primò Talmudis, Rabbinorumque ſententiæ perinde, ac ſcriptę ſunt, Chaldaicè ſcilicèt, atque Hebraicè hìc referuntur; quod Galatinus perdifficile reputans non pręſtitit, & ſi id ab ipſo Capnio petijſſet, tamquam neceſſarium. Singula ego loca diligenter contuli cum editis exemplaribus, & vbi diſcrepant, annotaui in margine. Collatoque Fuxenſi manuſcripto Codice cum Toloſano, Barcinonenſi, & Maioricano, qui tranſcriptus eſt in ciuitate Maioricarum anno Domini 1381. varias lectiones deſcripſi in margine. Atque hic monebo in Fuxenſi Codice (& non in alijs tribus extare duo vltima capita 22. & 23. quod eſt imperfectum) & in vltimo exhiberi cap. 14. Danielis Chaldaicè, quod in Biblijs deeſt. Secundò apud Galatinum non referuntur Raymundi diſputationes eo ordine, quo ſcriptæ ſunt. Tum in ijs referendis multa errata commiſit Galatinus, quæ in hoc Pugione non ſunt.*

Ioannes Morinus Exercit. Biblicar. Par. I. lib. 1. Exercit. 1. cap. 2. putauit Galatinum omnia excripſiſſe à *Victoria Porcheti*, eo quia omnia quæ Galatinus refert, eodem modo ijſdemque verbis in Porcheto reperiantur, hæc ſunt verba Morini: *In eadem prorſus ſententia eſt Petrus Galatinus Franciſcanus Monachus, cuius eruditio Hebraica ab omnibus meritò laudatur, cuique omnia fere quæ cęteri Authores de Rabbinis, & Talmude citant in fidei chriſtianę defenſionem accepta, referri de-*

bliotheca Magna Rabbinica Par. I. 726. Par. III. 773. Par. IV. 292. Nec prætereundum eſſe cenſeo errorem Galatini circa malam intelligentiam Conſtitutionis Clementis Papæ V. qui in Concilio Viennenſi, eadem S. Synodo approbante, ſtatuit vt in ſcholis Chriſtianorum eſſent præceptores Hebraicæ, & Chaldaicæ linguæ periti, qui libros Iudæorum in Latinum transferrent, & ipſorum linguam publicè docerent; Galatinus autem perperàm detorſit ad Talmud perlegendum, explicandumque in ſcholis Chriſtianorum; cum enim certum ſit Talmudicos libros à perfidis Iudæis, contumelijs, & blaſphemijs multis aduerſus Chriſtum Dominum conſperſos eſſe, viſum eſt ſummis Pontificibus, alijſque Chriſtianis Principibus, vt tam nefariæ doctrinæ lectio, atque vſus omnibus Iudæis, qui ſub ditione Chriſtianorum viuunt, interdiceretur, & omnes libri Talmudici toto Chriſtianorumorbe ignibus traderentur, vt obſeruat Sixtus Senenſis, & etiam ſæpè factum eſſe nonnulli fide digni Scriptores teſtantur, inter quos Bernardus Luzenburgius in catalogo hæreticorum libro ſecundo refert Gregorium IX. Summum Pontificem anno 1230. omnia Talmudica volumina flammis adiudicaſſe; atque iterum ibidem feciſſe Innocentium IV. an. 1244. Rurſus cum eadem volumina à Iudæis inſtaurata fuiſſent, & auxilio artis impreſſoriæ in infinitum penè numerum propagata, Iulius Papa III. nouo edicto promulgato, inquiri iuſſit, & an. 1553. cum feſta Tabernaculorum à Iudæis Septembri menſe celebrarentur, per omnes Italiæ Vrbes exuri. Paulus Papa IV. vnâ

cum

uelator arcanorum, ex quo fuſè librorum ſuorum titulum deſumpſit Galatinus, quæ non ita Martinus, vt ipſimet Auctores haud ignorant, & ego conſpexi in Opere Raymundi mſc. quod extat apud me in Bibliotheca S. Pudentianæ de Vrbe, & licèt minimè negari poſſit, ex Raymundo præcipuas & potiſſimas Talmudicorum aſſertiones Galatinum accepiſſe, tamen adhuc dicendus eſt Galatinus ſui Operis Auctor, in hoc ſolùm culpandus, quod Raymundi nomen & librum ſubticuerit, illaque quaſi ſua venditarit. Et licèt liber ille גלי רזיא ſit apud omnes Iudæos ignotus, & pauciſſimi ex noſtris nouerint; attamen de ipſo refert Poſſeuin. in Appar. Sac. quod quidam, qui Orientis prouincias peragrauit, atque ſcrutatus eſt Bibliothecas, retulit ipſi, reperiri adhuc integrum volumen Rabbi Haccados, in cuius libro, qui inſcribitur *Reuelator Arcanorum* Iarſahalmaijm Saraiath Eloijm Rabbi Ioram, qui centum annis ante Chriſtum floruit, colloquitur cum Haccados, & explicat obſcura Danielis, aliaque D. Scripturæ loca, accuratè, atque planiſſimè diſſerens de Natiuitate, Vita, Paſſione, & Reſurrectione Meſſiæ, ac ſi præſens omnia conſpexiſſet. Dicit etiam extare librum eiuſdem R. Ioram de Aduentu Meſſiæ, deque eius duplici Regno, & contra Iudæos, qui ſomniabant Chriſti Regnum in mundanis delitijs transfactum iri. Quin & Rabbi Simeon Ben Afrain, de Aduentu Meſſię, Genealogia Chriſti, miraculis, vitaque diſcipulorum eius. Hæc de *Galè Razeia* refert Poſſeuinus. Conſule Magiſtrum meum Iulium Bartoloccium in ſua Bi-

Digitized by Google

labo Scriptorum Minorum relata.

722 PETRVS HAGVELONIVS Lexouienſis, ſcripſit

De Menſibus Hebrœorum, Grœcorum, & Romanorum Dialogum. Excuſ. Pariſijs apud Martinum Iuuenem, an. 1557. in 8.

723 PETRVS KIRSTENIVS, Polonus, Vratiſlauienſis, ſcripſit

Notas in Matthœum ex Collatione textuum Arab. Hebr. Grœc. Ægypt. Syr. Lat. Excuſ. Breſlæ an. 1611. in fol.

724 PETRVS LAMBECIVS, poſt abſolutum quintum librum Commentariorum, ſe continuaturum aliud Opus, alioſque viginti libros de hac re repromiſerat, quorum ſucceſſionis, & argumenti breuiſſimam Synopſim exhibuerat. Decimus ſextus liber dicit quod continebit

Catalogum manuſcriptorum Codicum Orientalium, nempè Hebraicorum, Syriacorum, Arabicorum, Turcicorum, Perſicorum, Sinenſium, eiuſque generis aliorum, reſpectu Theologię, Iuriſprudentię, Medicinę, Philoſophię propriè dictę, Hiſtorię, & Philologię, in ſex primarias Claſſes diuiſum.

725 PETRVS MARIA KAVINA, Academicus Philoponus, elucubrauit

De legitimo tempore Paſchatis Hebrœorum, & Chriſtianorum Diſſertationem Hiſtorico-Aſtronomico-Legalem: adiectæ ſunt in fine Auctoris vindiciæ ab oppoſitionibus quorumdam, vbi plurima contra nuperam anni cæleſtis, & ſolaris motus τερατολογίαν D. Franciſci Leueræ Romani. Excuſ. Venetijs an. 1667. ex Typographia Leniana in 4.

726 PE-

cum Sacroſanctę Romanæ Inquiſitionis Senatu an. 1559. rurſum idem fieri iuſſit, & Talmudicos libros inter ſcripta ab Eccleſia Catholica damnata, connumerari voluit. Clemens item VIII. Pont. Max. Conſtitutionem ſuper libros Talmudicos promulgauit, cuius mentio in librorum prohibitorum Indice his verbis facta eſt:

De Talmud, & alijs libris Hebræorum.

Quamuis in tertia claſſe Indicis prędicti Pij Papæ IV. ſub litera T. Talmud Hebrœorum, eiuſque Gloſſę, annotationes, interpretationes, & expoſitiones omnes prohibeantur; ſed quod ſi abſque nomine Talmud, & ſine iniurijs, & calumnijs in Religionem Chriſtianam aliquando prodiiſſent, tolerarentur: quia tamen Sanctiſſimus D. N. Dominus Clemens Papa VIII. per ſuam Conſtitutionem contra impia Scripta, & libros Hebrœorum, ſub Datum Romę apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicę 1592. pridie Kal. Martij, Pontificatus ſui anno ſecundo, illos prohibuit, atque damnauit: mens ipſius non eſt, eos propterea vllatenus etiam ſub illis conditionibus permittendi, aut tolerandi; ſed ſpecialitèr, & expreſsè ſtatuit & vult, vt huiuſmodi impij Talmudici, Cabaliſtici, aliique nefarij Hebrœorum libri omninò damnati, & probibiti maneant, & cenſeantur, atque ſuper eis, & alijs libris huiuſmodi prędicta Conſtitutio perpetuò, & inuiolabilitèr obſeruetur. Vide Prolegomena in Pugionem Fidei. Plura alia Theologica ſcripta reliquit Galatinus, à Wadingo accuratè in Syl-

Digitized by Google

habent eam ex Petro Martinio, viro dum viueret in Literis Hebraicis accuratiſſimè docto.

In Hiſpania permittitur hæc Grammatica cum ſequenti expurgatione, videlicèt, primò adhibenda eſt nota Auctoris damnati, deinde: Ex Epiſt. Dedicatoria, quæ incipit, *Sapientia inquit*, &c. pag. 3. ad finem, poſt illa verba, *ſua voce præſcripſit*, dele duas lineas, vſque ad initium pag. 4. excluſ. & illa verba, *Perſpicuum eſt*. Et poſt alias quatuor lineas, dele, *tanquã ex puriſſimis fontibus*. Et pag. 10. ad finem, poſt illa verba, *Grata ſint futura*, dele 5. lin. vſque ad, *ſed & Germaniæ*, excluſ.

727 PETRVS MERCHAN, natione Hiſpanus, ex Oppido Bæticæ Guillen, Societatis Ieſu Theologus, qui Cordubæ Sacras Literas interpretatus eſt, Græcarum, & Hebraicarum inſignitèr peritus, vt ait Ribadeneira in Bibliotheca Societatis. Concinnabat ad prælum

Lexicon Hebraicum quantum ex LXX. Interpretum & Vulgatæ editionis fontibus colligi poteſt. Sed morte præoccupatus non emiſit.

728 PETRVS NIGER, natione Germanus, Ord. Prædicatorum ſcripſit librum ad Epiſcopum Ratiſponenſem contra Iudæos, cum Titulo

De Conditionibus veri Meſſiæ. Floruit anno 1481. De eo Poſſeuinus, & Auctor Bibliothecæ Ord. Præd.

729 PETRVS PHILOMVSVS, Venetus, Sacerdos, edidit

Tractatum de Origine Hebræorum, atque horum Regimine à Creatione Mun-

726 PETRVS MARTINIVS, Morentinus Nauarrus, Caluiniſta, Hæreticus primæ Claſſis, qui Ioannem Mercerum, & Genebrardum Præceptores in Hebraicis habuit, ſub quorum ductu tantum profecit, vt haud multò poſt ediderit

Grammaticam Hebræam, & Chaldæam Cardinali Caſtilionæo dicatam: quam deindè varijs acceſſionibus locupletatam, multi tum in Germania tum in Belgio, publicè interpretati ſunt. Excuſ. Pariſijs, an. 1584. in 4. Rupellæ, an. 1597. in 8. cum notis Guilielmi Coddæi. Lugduni, anno 1550. & 1612. in 8. cum obſeruationibus Sixtini Amama. Franekeræ, an. 1625. in 8. & Amſtelodami apud Henricum Laurentium, an. 1634. in 8. cum hac inſcriptione: *Grammatica Hebræa Martino-Buxtorfiana, ſeu Grammatica Petri Martinij Nauarri, quam ex accuratiſſimis aliorum Grammaticis præcipuè verò Cl. Buxtorfij, ſuiſque etiam obſeruationibus Sixtinus Amama innumeris in locis ita mutauit, correxit, & auxit, vt noua meritò Grammatica dici poſſit. Addita eſt Paræneſis ad Eccleſias Proteſt. de excitandis linguarum ſtudijs*. Anno 1572. Rupellam veniens, Collegij Gymnaſiarcham ac Hebraicæ linguæ Profeſſorem egit, Oratione prius habita de Academia à Rupellenſibus inſtituta, Gallicè, & Latinè ibid. excuſa. Obijt Senex Rupellæ, circa annum 1594. vt refert Paulus Colomeſius. Eius in Hebraicis Literis peritiam teſtatur Ioannes Buxtorfius Pater in Theſauro Grammatico, vbi ait: *Qui ſubtiliorem vel accuratiorem Literarum diuiſionem requirunt*,

Digitized by Google

puant comme le Cauerne de l' enfer ; & veulent que cette cenſure ſoit publièe , de peur que les Domeſtiques de la foy comme en vne tempeſte n' aillent briſer la nauire de leur Coſciencie , & ne ſoyent circonuenus par la lecture de ce Liure frauduleux . Elle eſt auſſy iniurieuſe au nom de l' Autheur qui y eſt appellè Deſertor & perduellis .

731 PETRVS PICHIVS de Trebio, Ord. Præd. Sac. Theologiæ Magiſter, poſt P. Sirletum Hebræorum in Vrbe Prædicatorem, in eius locum ſubſtitutus, Vir doctiſſimus , qui & lingua, & calamo eorundem Conuerſionem ad Chriſtum procurauit , multoſque etiam ex eis ad Sacrum Baptiſma adduxit; typis euulgauit Opera ſequentia, videlicet

Tractatum de Paſſione, & Morte Meſſiæ aduerſus Hebræos. Romæ, anno 1618. in 4. Diuiditur in duos libros , in quorum primo, auctoritatibus Sacræ Scripturæ, & Rabbinorum probatur , quod Meſſias pati debebat pœnas, flagella, & mortem, ob redemptionem Mundi; & in ſecundo oſtenditur totum id adimpletum in Chriſto Domino noſtro.

De Partu Virginis Deiparæ aduerſus Iudæos, libros tres, Romæ, anno 1621. in 8.

Epiſtolam ad Hebræos Italiæ , in qua demonſtratur vanitas eorum pœnitentiæ. Ibid. an. 1622. in 4.

Stultas Doctrinas Hebræorum cum earum confutatione. Ibid. an. 1625. & 1640. in. 8. Libellus hic diuiditur in ſeptem Capita ; In primo agitur de Rabbinorum Hebræorum doctrina , circa tranſmigrationem animarum in cor-

Mundi vſque ad Chriſti Domini Aduentum, Venetijs an. 1588. in 4. apud Iacobum Vincentium . In eo Tractatu ſimul agens de diuiſione librorum Sacræ Scripturæ, ſoluit dubia, quæ cadere in aliquos poſſent, de Sacra Teſtamenti veteris hiſtoria . Poſſeuinus refert , quod ob Typographorum ſiue incuriam, ſiue inſcitiam, quin & fortaſſis ob Amanuenſium indiligentiam, errores varij in numeris irrepſere, qui non fuerunt deinceps ad finem Opuſculi emendati, ideò eos in ſuo Apparatu Sacro adtexuit , vt ſi recudatur , prodeat integrior.

730 PETRVS PICHERELLVS, Gallus, & Eſſomenſis Abbas, ſcripſit

In locum Matthæi de S. Cœna Inſtitutione, vbi arguit contra eos qui dicunt nomen Miſſæ Hebraicum eſſe, vel Chaldaicum, aſſeritque hoc eſſe putidiſſimum commentum hominum videlicèt, neque Hebræas, neque Chaldaicas literas intelligentium, aut certè iudicij prorſus nullius,de qua re conſule meum Em. S. R. E. C. Ioannem Bona de rebus Liturgicis lib. 1. c. 1. Andreas Riuetus in reſponſione cuiuſdam Epiſtolæ de la Milletiere, pag. 169. ſic de Picherello alloqutus eſt : *Voicy encore vne autre cenſure de la Sorbone ſans rien ſpecifier, & ſans faire aucune application raiſonnèe de l' An.* 1629. *contre les Opuſcules de Pierre Picherel , qui eſtoit decede en la Communion de l' Egliſe Romaine, en un petit Prieurè de l' Abbaye d' Eſſome, ou ſans aucvne ſpicification le premier de Septembre , ils condemnent le Liure de Picherel , comme meſchant, & abominable, infectè de la puante Lepre Caluiniene, &*

RAVA, Conchenſis, Franciſcanus prouinciæ Carthaginenſis, vir ingenti,doctrinæ & pietatis, dum viueret, fama, vt ait Ludouicus de Robelledo in Hiſt. Ord. Min. inter cuius Scripta, quæ hodie ſeruantur in Conchenſis Cœnobij Bibliotheca, exaratum reliquit

Librum contra Iudæos.

737 PHILASTRIVS, Brixienſis in Italia Epiſcopus, quem vnâ cum S. Ambroſio Mediolani vidit S. Auguſtinus, vt ipſe teſtatur initio Libri de hæreſibus; Concilio Aquileienſi contra Arianos interfuit, claruitque ſub Theodoſio Imp. anno Domini 380. obijt verò anno 387. Scripſit

Librum de Hæreſibus,ſiue quę in Populo Iudęorum fuerunt ante Incarnationem Chriſti Domini quas 28. numerat, ſiue quæ poſt Domini Saluatoris aduentum aduerſus Catholicam fidem exortæ ſunt, eaſque centum, & viginti octo commemorauit. Incipit autem his verbis: *De hæreſeon diuerſa peſtilentia, varijſque erroribus, qui ab origine Mundi emerſerint, & ſub Iudæis defluxerint, & ex quo venit Dominus noſter Ieſus Saluator in carne, pullulauerint, dicere oportet, numerumque earum paulatim exponere, inimicumque humani generis Perdici fuiſſe ab Hieremia Propheta non immeritò comparatum agnoſcere, &c.* Extat in Bibl. SS. PP. Tom. IV. & ſeorſim editus Baſileæ apud Henricum Petri, an. 1528. De eo ſcripſerunt S. Gaudentius, Ioannes Trithemius, Sixtus Senenſis, Alphonſus à Caſtro, Guillelmus Eſtius, Baronius, Voſſius, Miræus, Vghellus, Poſſeuinus, Bellarminus, Philippus Labbe, & alij.

corpora etiam brutorum, iuxta peccata in corpore humano commiſſa. In ſecundo refellitur talis doctrina de tranſmigratione animarum. In tertio proponuntur Rabbinorum argumenta ex Sacra Scriptura petita ad defendendum tranſmigrationem animarum. In quarto agitur de alijs Hebræorum erroribus, eorumque cæcitate. In quinto, multis exemplis probatur eorum cæcitas. In ſexto oſtenditur Legem ore datam fictitiam eſſe. In ſeptimo, & vltimo refelluntur Hebræorum blaſphemiæ contra Religionem Chriſtianam.

732 PETRVS PITHOEVS, elucubrauit

Moſaycarum, & Romanarum Legum collationem. Excuſ. Pariſijs ex Officina Niuelliana apud Sebaſtianum Cramoyſi, an. 1609. in 4.

733 PETRVS ROSSETVS, Pariſienſis, Poeta, ſcripſit

Opuſculum de puero Iudæo. Excuſ. Pariſijs,an.1517. vnâ cum Commentarijs Nicolai Bonę ſpei Puteani Trecenſis.

734 F. PETRVS DE SALAZAR, Hiſpanus,Mercenariorum Fratrum Sodalis in Caſtellæ prouincia, cuius & Portugalliæ alterius prouinciæ Præfectus perpetuus fuit, vt refert Nicolaus Antonius in Biblioth.Hiſp. Gręcam, Hebraicam, Chaldaicamque Linguam Salmanticæ docuit. Præter Commentarios in Geneſim, ſcripſiſſe dicitur

Artem Hebraicæ linguæ.

735 PETRVS VIDOVÆVS, ſcripſit

Alphabetum Hebraicum. Excuſ. Pariſijs, an. 1531.

736 F. PETRVS DE XA-

concedendam Iudæo, quod contra Religionem Chriſtianam liberiùs,& duriùs ſcripſiſſet, & eum paritèr, ac cæteros Iudæos ab idololatria paſsim abſoluit, *ſe illorum Chriſtianorum, qui Iudæos criminis horrendi, quaſi non verum Deum, ſed tantùm Idolum agnoſcerent, reos agunt, neutiquam approbare, verùm in ea eſſe ſententia, nos creatorem, quique Iſraelem ex Ægypto eduxit, credere*, ceu loquitur in reſponſione ad ſecundum ſcriptum Iudæi cap. 3. p. 28. & mox p. 29. *Iudæi*, inquit, *in hodiernum vſque diem, licèt peccatores, ab idololatriæ tamen crimine puros ſe conſeruant*. Sanè Iudæus in ſcripto tertio, q. 3. n. 1. p. 95. miratur, ipſum contra plurimos, tantumque non omnes Doctores Chriſtianos fateri, Iſraelem in verum Deum adhuc credere: ac grates quidem ei rependit, quod ſibi hoc concedat, nec Iudæos modernos, ſicut alij, barbaros iudicet, à vero Deo alienos; addit tamen, (quod in ruborem dare Chriſtianum poterat) propter neceſſitatem fidei in Meſſiam, ſi iam aduenißet, perinde eſſe, ac ſi non crederent; quippe dummodo fidem in Meſſiam non habeant, eodem prorſus modo condemnatum iri, ac ſi in verũ Deũ Iſraelis non crederent, ac ſi idolum adorarent pro Deo. Præterea cauet Limborchius, ne Iudæus ille eruditus, quo cum collationem iſtam de religione inſtituit, ægrè ferat, ſuis ſcriptis ſubiungi libellum alterius Iudæi, ſed apoſtatæ &athei, *Vrielis à Coſta*, aduerſus Amſtelodamenſem Iudæorum Luſitanorum Synagogam conſignatum, quod ſuſpicari quis poſſet, vtrumque & doctiſſimum Iudæum, & hominem

738 PHILIPPVS LABBE, natione Gallus, patria Biturix, Societatis Ieſu Theologus eximius, vt eius Opera ad Poſteros tranſmiſſa teſtantur; quorum Indicem refert Ribadeneira in Bibliotheca Societatis; inter cætera ſcripſit

Bibliothecam Nummariam, ex Theologis, Iuriſconſultis, Medicis, ac Philologis concinnatam, & in duas Partes diuiſam: I. De antiquis Numiſmatibus, Hebræis, Græcis, Romanis, II. De Monetis, Ponderibus, & Menſuris. Cum Mantiſſa antiquariæ Supellectilis, ex Annulis, Sigillis, Gemmis, Lapidibus, Statuis, Obeliſcis, Inſcriptionibus, ſimilibuſque, Romanæ præſertim vetuſtatis, Monimentis collecta. Excuſ. Pariſijs vnâ cum Bibliotheca Bibliothecarum apud Ludouicum Billaine, an. 1664. in 8. Obijt Pariſijs in Collegio Soc. die 17. Martij 1667.

739 PHILIPPVS à LIMBORCH, Auctor Heterodoxus, Opus edidit inſcriptum

De veritate Religionis Chriſtianæ, amica collatio cum erudito Iudæo. Excuſ. Goudæ, apud Iuſtum ab Hoeue, an. 1687. in 4.

Cum Opus hoc ad manus meas minimè perueniſſet, non otioſum fore putaui notitiam, & cenſuram de ipſo in *Eruditorum Actis* repertam, hìc recenſere; quamquam non omnibus omnia fortaſſe placebunt. Veremur, *inquit Auctor*, ne hæc *Collatio cum Iudæo* nimis *amica* videatur Theologis; non quod modeſtia vtrinque adhibita diſpliceat, ſed quia in ipſis rerum momentis ea Iudæo indulget, quæ Iudæus ipſe iudicat eſſe nimia. Nàm & veniam præfatur,

dioſè declinat, quod putet, contra hominem noui Teſtamenti autoritatem negantem fruſtra diſputari de Dogmatibus alibi aut non, aut ſaltem non clarè reuelatis, quorum proinde fides diuinam Noui Teſtamenti autoritatem præſupponat: ac proinde ſufficere, vt contra Iudæum ſola Euangelij diuinitas adſtruatur, de qua ſi argumentorum pondere conuictus ſit, eadem opera omnium quæ Euangelium tradat dogmatum veritas & diuinitas ipſi comprobata fuerit.

Auſpicium collationis fecit *Iudæus* oblato ſcripto; quod in hoc operum *primum* eſt; in quo ſuppoſita fidei in Meſſiam neceſſitate, hoc dubium ſibi à Limborchio ſolui petit, quare Deus, cum fidem in ſe ipſum toties in Veteri Teſtamento Iſraelitis iniunxerit clariſſimè, nunquam tamen fidem in Meſſiam, in qua tota ſalus conſiſteret, commendarit? indeque ſibi quatuor loca cupit deſignari, I. in quo Deus expreſſè mandauerit, fidem in Meſſiam eſſe ad ſalutem generis humani abſolutè neceſſariam, adeò vt qui non crediderit, damnandus eſſet. II. in quo Deus dixerit, vnicum medium ad ſalutem Iſraelis, & reſtitutionis in diuinam gratiam, eſſe fidem in Meſſiam, qui iam aduenerit. III. in quo Deus Iſraeli propter Meſſiam fide non aprehenſum, exilium, imo & æternam reprobationem adiudicarit niſi in Meſſiam exhibitum crediderit. IV. in quo dixerit Deus, legalia omnia, exceptis moralibus, vmbram, & figuram futurorum in aduentu Meſſiæ adimplendam, atque adeo ferè omnia in lege diuina, inque Prophetarum monumentis reuelata myſticè & tropolo-

peſſimum eodem loco ſe habere. Vtque illum demulceat non Chriſtianæ tantùm, ſed & Iudaicæ religioni patrocinari ſe ſcripti huius refutatione gloriatur, & Iudæum ad ſocias operas neceſſariæ confutationi impendendas inuitat. *Refutatio*, inquit p. 325. *mea, qua argumenta eius diluo, non tantùm Euangelij, ſed & legis Moſaicæ diuinitatem confirmat: cui ſi quid doctiſſimus Iudæus addit, quo legis diuinitas fortiùs adſtruatur, gratiam apud me inibit, quam & apud ipſum, legem contra huius criminationes vindicando initurum me confido*. Sic enim verò exigebat communis diſcipulorum ex Arminij ſchola prodeuntium doctrina, cui etiam totus diſputandi proceſſus conſonat, in hac Limborchij cum Iudæo collatione conſpicuus, quando & Chriſtum eſſe noui fœderis Legiſlatorem cum Moſe hoc nomine conferendum ſupponit, & ex ſolis veteris Teſtamenti libris Iudæum conuinci poſſe deſperat, ratus idcircò alia, quam communiter fieri ſoleat, methodo inſiſtendum. Nempe de Religionis Chriſtianæ fide hiſtorica, & reuelationis certitudine agendum primo, & hoc demùm poſito fundamento dogmata illa, quæ Iudæis offendiculo ſint, probari poſſe iudicat. Hinc ea argumenta Iudæum poſcit, quibus motus Moſen agnoſcat Prophetam & Legiſlatorem diuinum; quæ bona eſſe ac ſolida admittit, vt ijſdem validius diuinam Ieſu Chriſti, tanquam Chriſtianorum Legiſlatoris, miſſionem adſtruat. Cetera Chriſtianorum dogmata, quale eſt de Sanctiſſima Trinitate, & eiuſmodi plura à Iudæo in tertio in primis ſcripto non omiſſa, ſtu-

Digitized by Google

ſceretur, ac proinde neminem, qui eum recipere nollet,beneficiorum ipſius participem fore. Ad *quartum*, cum monuiſſet ſenſum literalem nullibi inſuper habendum, ſub eius tamen cortice alium ſublimiorem latere, qualem ipſi Iudęorum Cabaliſtę inueſtigare ſoleant, hoc inquit neceſſe itidem non fuiſſe, vt Deus olim dixerit, omnia legalia, exceptis moralibus, vmbram, & figuram eſſe futurorum; ſufficere, monuiſſe olim Deum, ſibi cultum illum ceremonialem abſque morali non placere, & poſtea per Meſſiam cultum perfectiorem introduxiſſe, qualem & Templum dirutum, cui olim externus ille cultus alligatus erat, hodie euincat. Neque etiam exegiſſe Deum, vt ante Meſſiæ aduentum, ſenſum myſticum dilucidè intelligerent, modò ceremonias in lege demandatas & ad literam intellectas obſeruarent, donec aduenientе Meſſia diſcerent, vmbram fuiſſe cultus ſpiritualis, quæ tum euaneſcere ſenſim deberet. Hæc poſtquam ad ſingula Iudæi quæſita Limborchius reſpondit, in alia ipſum pellecturus coronidis loco viciſſim quærit: *Quibus argumentis moti Iudæi Moſen agnoſcant Prophetam, & Legiſlatorem diuinum?*

Iudæus reſponſione iſta non contentus, *ſecundum ſcriptum* Limborchio opponit. Et in generali quidem eius reſponſo ſtatum quæſtionis turbatum queritur: id enim ſolum adſtruere Limborchium ſcribit, Deum per Prophetas Iſraeli Meſſiam Liberatorem non obſcurè promiſiſſe, atque ideò nullo opus fuiſſe præcepto, quo ipſi fides de Meſſia olim venturo demandaretur. Hoc verò neminem Iudæorum negare in-logicè, poſthabito ſenſu literali, explicanda eſſe. *Limborchius* vt Iudæo ſatisfaceret, ſcriptum eius *reſponſione* ſua excepit, in qua ad præliminarem quæſtionem generatim obſeruat, fidem noſtram accomodandam eſſe reuelationi diuinæ, noſque ad fidem cuiuis veritati à Deo reuelatæ adhibendam, & ſi nullum credendi præceptum addatur, obligatos eſſe; quæ quidem fides pro ratione & modo reuelationis diuinæ vel diſtinctior, vel obſcurior ſit. Ex hac obſeruatione dein elicit reſponſiones ſpeciales: ad *primum*, neceſſarium non fuiſſe, vt Deus in veteri Teſtamento mandauerit, aut expreſſè dixerit, fidem in Meſſiam abſolutè neceſſariam eſſe ad ſalutem humani generis, adeò vt qui non crediderit damnandus eſſet; ſed ſufficere, Deum dixiſſe, ſe Meſſiam miſſurum, & poſtea per Meſſiam, quando in Mundum venerit, voluntatem ſuam plenè declaraſſe: ab hoc enim tempore diſtinctam & expreſſam fidem in Meſſiam neceſſariam fuiſſe. Ad *ſecundum*, idem & hìc valere: ſufficere enim, Deum per Meſſiam poſtea quam in Mundum venit, declarare, vnicum medium ad ſalutem Iſraelis, & reſtitutionis in diuinam gratiam, eſſe fidem in Meſſiam iam exhibitum; quæ fides abſque pœnitentia eſſe non poſſit. Ad *tertium*, non neceſſe fuiſſe, vt Deus olim dixerit, Iſraelem propterea quod in Meſſiam non credat, in exilium miſſum & diſperſum iri, æternumque damnandum niſi Meſſiam adueniſſe crediderit; ſed ſufficere, quod Deus Iſraeli Meſſiam promiſerit, inde enim manifeſtum eſſe, voluiſſe Deum, vt quando veniret, reciperetur, & agno-

Digitized by Google

pilij apud Gentiles diuinitas, & in Chriſtianiſmo Papiſtico (*Hæreticorum more hìc loquitur*) infinita Diuorum miracula, ad populum pia fraude decipiendum à Monachis excogitata, quibus noſtro quoque tempore clareat Auianus Capuccinus, & populos pariter ac principes Sanctiſſimus impoſtor circumueniat. II. ex Moſis prophetia, quæ ſuam diuinitatem euidenter demonſtret. Nàm cum futura contingentia nemo certo præcognoſcat, præter Deum ſolum, qui Prophetis ea reuelarit, indeque diuinitatem ſuam interprete Iſaia aſſeruerit: *Nonne ego vobis futura prænunciaui? quærite à Dijs gentium, an hoc etiam facere poſſint?* Moſen iſta ſcribit clarè, apertè perſpicuè, cum indiuidualibus circumſtantijs pronunciaſſe, quæ poſtea accuratè impleta omnes etiamnum, in præſente cum primis exilio, plus ſatis experiantur. III. Ex Danielis teſtimonio, cuius vaticinium de templi & vrbis poſt 70. hebdomadas, ideſt 490. annos, futura deuaſtatione, deque ſacrificij in medio vltimæ hebdomadæ ceſſatione, elapſo hoc tempore impletum, diuinitatem prophetiæ Danielis confirmet; qui cum non Romanus, non Græcus, ſed Iudæus fuerit, diligens obſeruator Moſaicæ legis, cuius in eadem hac prophetia ſua & commendarit reuelationem, & tranſgreſſionem deplorarit, hoc ipſo Moſi teſtimonium perhibeat, fuiſſe Prophetam & Legiſlatorem Diuinum. Hæc ſumma eſt ſcripti Iudaici ſecundi, cui *Limborchius reſponſionem ſex capitibus diſtinctam* repoſuit, in quorum *primo* ſtatim ſententiam ſuam de fide in Meſſiam ſub Veteri Teſtamento olim requi-

inquit, qui hodieque omnes diuinæ reuelationi fidem adhibentes Meſſiam credant aduenturum. Non ergo quæſitum fuiſſe, an Deus Meſſiam promiſerit, adeòque ſine alio expreſſo Dei præcepto Meſſiæ aduentus aliquando futurus debuerit credi? ſed an fidem in Meſſiam vllibi commendauerit, & in ea hominis ſalutem conſiſtere Iſraelem docuerit? Cuiuſmodi locum quando Limborchius in Scriptura Veteris Teſtamenti extare negat, ſimulque negat neceſſarium eſſe vt extet; Iudæus è contrario neceſſitatem iſtam ex hypotheſi Chriſtianorum infidelitatem Iudæis exprobrantium vrget, qui ſibi vel vnum ſaltem ex vniuerſo Veteri Teſtamento locum oſtendere teneantur, in quo Deus, (licet non ſub formalitate præcepti) fidem in Meſſiam venturum ad hominis ſalutem neceſſariam eſſe reuelarit. Quæ multis perſequitur primò, deinde ad ſpeciales reſponſiones à Limborchio datas applicat, ad quas nec alia ipſi deſunt quæ regerit. Tandem vt ad quæſtionem ſibi coronidis loco ab illo propoſitam reſpondeat, è tribus potiſſimum argumentis conſtare ait Iudæis, Moſen Prophetam & Legiſlatorem diuinum eſſe. I. Ex eo, quod Deus id Patribus adeò clarè manifeſtarit, vt nullum ipſis de eo dubium eſſet; nec vllum ſupereſſe modernis, qui hoc ab illis traditione nunquam interrupta acceperint. Quæ traditio in ſua origine & radice veriſſima, & à Patribus ad filios propagata, omni prorſus ſuſpicione fraudis careat, longeque aliter ſe habeat, atque ea, quæ ab hominibus vnius ad alterius nationis homines in varias Orbis partes transfertur; cuiuſmodi ſint ficta Numæ Pom-

Digitized by Google

negat aliam præſentis diuturnæ Iudæorum diſperſionis cauſam poſſe dari, quam Meſſiæ reiectionem: explicat etiam, quis ſtatus prognatorum ex Iudæis in Chriſtum credentibus, ſub regno Meſſiæ, qualem Iudæi expectant: locum Deut. 18. 15. prophetis Moſen ad Meſſiam vſque ſecuturis ita applicat, vt in ipſo Meſſia quoque impletus eſſe intelligatur. Capite *quarto* de lege ceremoniali agit, eamque vmbram eſſe cultus ſpiritualis oſtendit, quod *prius membrum quæſiti quarti* erat, & circa *poſterius* agit Capite *quinto* de ſenſu literali nunquam reijciendo, deque explicationibus Prophetarum myſticis in Euangelio. Capite *ſexto* reſponſionem ſibi à Iudæo ad quæſtionem ſuam de diuina Moſis autoritate datam, in vſum quem intenderat, conuertit, & ratione duorum priorum argumentorum (tertio inſuper habito) comparationem inter Moſen & Chriſtum inſtituit, ad aſſerendam Chriſto prærogatiuam. Atque ita (1) in vtriuſque miracula, quorum ea, quæ Chriſtus fecit, & plura, & maiora, & certiora ſint Moſaicis; (2) in vtriuſque prædictiones futurorum contingentium, qui itidem Moſen Chriſtus ſuperet, inquirit.

Sequitur *tertium Iudæi ſcriptum*, binis prioribus multo operoſius, ad quod conficiendum ſe inopinato à Limborchio adductum monet. Sic enim quæſitum ſuum in diſputationem de religionis Chriſtianæ veritate præter intentionem degeneraſſe, cum ſibi ſuffecerit, faſſum Limborchium, nihil eorum, quæ inquiſiuerit, in Veteri Teſtamento clarè haberi. Ordinem tamen quæſtionum initio propoſitarum te- requiſita declarat. Agnoſcit Chriſtianum dogma, vnicum ad ſalutem æternam medium eſſe fidem in Ieſum Chriſtum, ſed hoc de Noui Teſtamenti tempore ſolum intelligit. Ab Adami lapſu enim fidem expreſſam in Ieſum Chriſtum futurum Redemptorem perinde fuiſſe neceſſariam, adeò vt ſine diſtincta in ipſum fide nemo ſalutem æternam conſequi potuerit, negat in Scriptura vſpiam reperiri, adeò vt nec vt dogma Chriſtianum recipit. Et ex hoc principio diſputat cum Iudæo de *quæſito primo*: negat Patrum V. T. fidem de Chriſto diſtinctam fuiſſe, ſed accomodatam reuelationi diuinæ: Meſſiam fore regem ipſos concedit agnouiſſe, ſed ignoraſſe rationem illius: Deum iſta verbis figuratis prædixiſſe Iſraeli, quod cum miſericordia eius non pugnet, nec cauſa Iſraeli ſit erroris &c. Capite *ſecundo* quæſitum *ſecundum* ventilat, & demonſtrare ſatagit, non requiri, vt Deus omnia, quæ Meſſiæ munus ſpectant, clarè per Prophetas prædixerit, nec dici poſſe, legibus vmbraticis Deum decepiſſe Iſraelem: pœnitentiam Deuter. 30. 1. ſeqq. præſcriptam reſpicere tempora captiuitatis Babylonicæ: promiſſam felicitatem Iſraelitas non conſequi ob ſpretum Meſſiam: ſeparationem populorum factam eſſe propter Meſſiam, & in Meſſiam deſinere debuiſſe: ſine Meſſia nullam Deo gratam eſſe pœnitentiam. Capite *tertio* ea vindicat, quę ad *quæſitum tertium* reſponderat Iudæo, ac denuo vrget ſufficere, Meſſiam à Deo eſſe promiſſum; inde enim euidens eſſe, quando veniret eſſe recipiendum, nec poſſe abſque graui peccato, & Diuini numinis offenſione eum reijci:

Digitized by Google

Chriſto infideles, Apocalypſeos prophetiæ innixos prouocat. Negat, Veteris Teſtamenti Scripturam Euangelio illuſtrari; potius maiora dubia inde nata, non in rebus parui momenti, ſed quæ ad Religionis eſſentiam pertineant, circa Trinitatem, Chriſti diuinitatem, æqualitatem, & conſubſtantialitatem cum Patre, perſonalitatem, humanitatem, corporalem aut ſacramentalem præſentiam in Euchariſtia, in Sacramentorum numero, & eſſentia, in baptiſmate, an de neceſſitate ſalutis ſit, nec ne (Inde Ebionitas, Arianos, Anabaptiſtas, Manichæos, Socinianos, & ſectarios alios quamplurimos prodijſſe ait, imo & idololatriam Papiſticam, quam veluti ab Apoſtolis traditam totus Chriſtianiſmus pluſquam per mille & trecentos annos defenderit: hos fructus adeò amaros diuerſam Veteris, & Noui Teſtamenti intelligentiam pepeiſſe; tantum abeſſe, vt doctrina Chriſti, Prophetarum, ac Moſis vaticinijs lucem affuderit. Ex his porrò concludit, Iudæos per tot ſęcula Eccleſiam Chriſtianam forte ingreſſuros idololatriam Papiſticam amplecti debuiſſe, quando non alius patebat aditus, niſi ad Manichæorum vel Arianorum hęreſim confugiſſent, quæ difficultas adhuc vigeat, dum Chriſtianiſmum non vnam, ſed plures ſibique contrarias Eccleſias videant. Hæc & mille alia Iudæus tum circa hoc primum, tum *reliqua tria quæſita* Limborchio obijcit, quæ recenſere omnia nimis prolixum foret. *Limborchius* tamen *Reſponſione ſua ad hoc tertium Iudæi ſcriptum* ſingula conatus eſt excutere, & oſtendere Iudæo, nihil ab acutiſſimi ingenij homine potuiſſe tenet. Occaſione *quæſiti primi*, datæque ad illud reſponſionis, queritur de difficultate diſputandi cum Chriſtianis in tot ſectas diuiſis, quarum vni quod orthodoxum, alteri improbabile ſit: didiciſſe ſe ex Chriſtianis doctoribus, fidem in Meſſiam fuiſſe neceſſariam generi humano inde ab Adami lapſu, & hoc dogma veluti Chriſtianum ſuppoſuiſſe; Limborchium contra negaſſe neceſſitatem huius fidei ante Meſſiæ aduentum, quam Deus fidem, ſaltem iuxta ipſius & cæterorum ſectæ eius doctorum opinionem, non iuſtè ab hominibus exegiſſet. Fidem reuelationi debere ſemper eſſe conformem Limborchio concedit, ſed inde infert, Iudæos non aliud Meſſiæ regnum expectare poſſe, quam terrenum, tale enim per Prophetas clarè prædictum eſſe. Perſpicuam ſcribit eſſe reuelationem in Veteri Teſtamento de Meſſiæ officio, quando Rex in Throno Dauidis futurus promittitur, quod non poſſit non de terreno accipi, ſiquidem Dauidis Regnum non magis in Cælo fuerit, quam Romani Cæſaris. Cap. 53. Ieſaiæ non de Meſſia, ſed de populo in hac captiuitate conſtituto explicat. Negat, doctrinam de Meſſia ben Ephraim de fide Iudaica eſſe, ſed eſſe Doctoris alicuius Talmumudici opinionem. Negat, humanum genus nnquam ſub Dei maledictione fuiſſe, nec ſe legiſſe ait in hiſtoria à quatuor Euangeliſtis ſcripta, ſecretum hoc à Chriſto fuiſſe detectum: id ergo putat inuentum poſtea à Chriſtianis, vt alijs dogmatibus ſubſterneretur. Negat, Iudæos à lege defeciſſe ſi maximè Meſſias prædictus eſſet Rex cæleſtis; & ad Chiliaſtas, nec paucos, nec indoctos, nec

Ieſum reieciſſe. Cap. VIII. ea quæ Gentibus ad perſuadendum Euangelium ſufficiunt, ſufficere etiam Iudæis. Cap. IX. Iudæos Regem cæleſtem certo ſenſu vidiſſe. Cap. X. Prophetas cæleſte Meſſię regnum inſinuaſſe. Cap. XI. pleraque à Prophetis prædicta in Ieſu Chriſto impleta eſſe. *Ad quæſitum ſecundum* docet Cap. I. non rectè exigi, Prophetas omnia, quæ Chriſtus docuit, exactè prædicere debuiſſe. Cap. II. verba Moſis Deuter. 30. propriè agere de captiuitate Babylonica. Cap. III. Iudæos Meſſiam ad ſe miſſum & reijcere potuiſſe, & actu reieciſſe. Cap. IV. de modo operationis diuinæ gratiæ, & de libero arbitrio. Cap. V. ſeparationem populorum factam fuiſſe propter Meſſiam, & in Meſſiam deſinere debuiſſe. Cap. VI. de præſenti Iudæorum diſperſione, & qua ratione in ea tanquam populus ſeparatus ſubſiſtant. Cap. VII. de ſenſu Prophetię Dan. 9. 24. & ſeqq. *Ad quæſitum tertium* oſtendit Cap. I. non neceſſe fuiſſe, vt omnia Meſſiæ munus concernentia clarè per Prophetas prædicerentur. Cap. II. pręſentis Iudęorum diſperſionis cauſas, & diuturnam durationem. Cap. III. diſperſionem hanc non eſſe continuationem captiuitatis Babylonicæ. Cap. IV. collationem inter peccata, quę Iudæi ante Captiuitatem Babylonicam, & ea quæ poſt illam commiſerunt, & adhuc committunt. Cap. V. vanitatem cauſarum huius captiuitatis, quas Iudęi credant. Cap. VI. potuiſſe Meſſiam, & ſi ad populi ſalutem venerit, reijci. Cap. VII. quis in redemptione, quam Iudæi credunt, ſtatus futurus ſit oriundi è Iudæis, qui Chriſto nomen dederit. Cap. VIII. Prophetiam Deut. 18. agere de Meſ-

ſe excogitari contra Religionem Chriſtianam, & contra argumenta, quibus illius veritas, ac diuinitas adſtruitur, quin facili negotio ita plenè diſſolui poſſit, vt nulla, quæ fidem in Chriſtum remorari debeat, ſuperſit difficultas. Ordinem verò hactenus obſeruatum immutat, & Euangelij diuinitatem, ijs argumentis, quibus diuinitas Legis à Iudæo adſtruebatur, *primò* confirmat, *deinde* obiectionibus Iudæi contra Religionem Chriſtianam occurrit. *Prius* illud ſeptem capitibus abſoluit, quorum I. miracula Chriſti illuſtriora fuiſſe monſtrat Moſaicis; II. veritatem hiſtoriæ noui Teſtamenti probat; III. argumenta hinc Legis, illinc Euangelij diuinitatem aſſerentia inter ſe confert; IV. Traditionem Iudaicam cum Chriſtiana comparat; V. De Lege Iudæorum orali agit; VI. explicat, quæ & quanta ſit certitudo, libros Veteris Teſtamenti incorruptos ad nos perueniſſe; VII. maiorem propugnat eſſe certitudinem, Noui Teſtamenti libros incorruptos ad nos perueniſſe, quam libros Veteris Teſtamenti. *Poſterius* ita expedit, vt veſtigia Iudæi ſecutus ordinem quæſitorum Iudaicorum obſeruet. *Ad quæſitum primum* aſſerit Cap. I. neceſſitatem fidei in Chriſtum. Cap. II. officia Meſſiæ ſub Veteri Teſtamento non fuiſſe plenè reuelata, ſed ſub typis, & vmbris, quod Cap. III. rationibus confirmat, & Cap. IV. ab obiectionibus vindicat. Cap. V. Senſum Scripturæ Spiritualem Iudæis prius eſſe reuelatum, quam gentibus. Cap. VI. ſpem remiſſionis peccatorum & vitæ æternæ per legem nullam fuiſſe. Cap. VII. Iudæos non ex ignorantia inuincibili

Digitized by Google

quidem religione, qualem Pontificij profitentur, educatus, atque ad Eccleſiaſticum Theſaurarij in Collegiata Eccleſia beneficium admiſſus fuit, poſtea tamen de religione cœpit dubitare, & annos natus vnum & viginti ad Iudæos Amſtelodamum peruenit, ibidemque ſuſcepta circumciſione ipſorum proſelytus factus auitam religionem repetijt. Mox cum illa quoque diſpliceret, excommunicatus, atque iterum multò poſt tempore pœnitentiam teſtatus, per ſeueram, qualem quidem non metuerat, animaduerſionem à Synagoga receptus eſt. Quam ille grauiter moleſtèque ferens, in fratrem, quem caſtigationis huius Autorem credidit, ædes ſuas prętereuntem, ſclopetum vibrauit, ſed cum fruſtrato ictu non exploderetur, ſe detectum videns, ſubitò domus ſuæ ianua clauſa alterum, eum in finem paratum, in ſe ſclopetum exploſit, ſeque ipſum miſerandum in modum traiecit. Repertum in αὐτοχειρῷ ædibus eſt hoc ſcriptum, cui ipſe titulum fecerat *Exemplar humanæ vitæ*. Id duabus partibus conſtat, in quarum altera tragicam vitæ ſuæ hiſtoriam Autor texit, in altera acerrimè inuehitur in Iudæos, à quibus ſe grauiſſimè læſum, & indignis modis tractatum conqueritur. Simul verò Magiſtratum Amſtelodamenſem reprehendit, quod tantam Iudæis libertatem atque inſolentiam indulgeat; atque ea immiſcet, quibus & omnis diuina reuelatio impugnatur, & omnis reuelata religio, veluti falſa hominumque fraude conficta odioſè traducitur. Limborchius ergo ſcriptum illud, quod auunculo ſuo Simoni Epiſcopio ſe debere fatetur, cum breui refutatione recenſet, in qua poſt apo-

Meſſia, & in Ieſu impletam. Cap. IX. doctrinam Ieſu Chriſti non pugnare cum lege Moſis. Cap. X. non requiri in Propheta vero, vt à Iudæorum ſenatu approbetur, neque ſenatum illum fuiſſe infallibilem. Ad *quæſitum quartum* docet Cap. I. Chriſtum perfectiorem cultum perſcripſiſſe quam Moſen. Cap. II. cultum externum ſeu ceremonialem eſſe imperfectiorem, Deoque minus placere, quam internum, ſeu moralem. Cap. III. ob quas cauſas Deus cultum externum abrogare poſſit. Cap. IV. Legem ceremonialem à Deo non eſſe datam, vt nunquam deſineret. Cap. V. Deum cultum ceremonialem aliquando ceſſare voluiſſe. Cap. VI. de ſenſu Scripturæ literali & myſtico. Iſta cum Limborchius confeciſſet, iterum iterumque rogat Iudæum, vt in timore Domini attentè ſingula expendat, ijſque accuratè penſitatis, vnicè gloriam Dei ſpectet, & animum ſuum in obſequium flectat.

Cæterum nec inutilem, nec ingratam Orbi Chriſtiano ſe rem facturum idem credidit, ſi collationi huic cum Iudæo ſubiungeret, & refutaret *ſcriptum hominis profeſſione aliquando Iudæi, reipſa Athei*, quo omnem generatim Religionem reuelatam, tàm Moſaicam, quàm Chriſtianam impugnauit. Autori nomen à parentibus hæreditarium eſt *Acoſta*, præter quod & *Gabrielis* cum baptizaretur, & *Vrielis* cum circumcideretur, eſt indeptus. Natus enim eſt parentibus Chriſtianis in Portugallia, ſed qui originem à Iudæis traxerant, ad Chriſtianam Religionem vi compulſi. Hinc baptizatus, inque Chriſtiana

Digitized by Google

Vocabula rei Nummariæ ponderum, & menſurarum, Græca, Latina, Hebraica, ex Guillelmi Budæi, Ioachimi Camerarij collecta, cum ſuis annotationibus. Excuſ. Wittembergæ, an. 1556. in 8. & Lipſiæ 1564.

743 PHILIPPVS MONAI, concinnauit Opus

De Veritate Religionis Chriſtianæ contra Atheos, Epicuræos, Ethnicos, Iudæos, Mahumetanos, & alios Infideles ab Antonio Chuppino impreſſum, an. 1582.

744 PHILIPPVS MORNÆVS, Gallus è Pleſſiaca familia, Hæreticus Caluiniſta, ſcripſit

Monitum ad Iudæos de Meſſia, in quo ſecretiores quoſque Hebræorum libros, ad ſui argumenti probationem affluentiſſimè producit.

745 PHILIPPVS RIBOVDEALDVS, Opuſculum edidit inſcriptum

Sacrum Dei Oraculum Vrim, & Thummim à varijs cogitationibus Ioannis Spenceri Theologi Cantabrigenſis liberum, Geneuæ, an. 1685. in 12. In eo conatur probare *Vrim* non fuiſſe ipſiſſimum *Teraphim*, contra Spencerum. Placeat argumenta Spenceri cum reſponſionibus Riboudealdi audire, ex *Actibus Eruditorum*.

Argumentum I. Vrim & Theraphim ſunt omnia eiuſdem ſignificationis; Vrim ſignificat ignes ſeu lumina; Theraphim vox formata ex Seraphim, mutato ש in ת more Chaldæorum, vrentes, & inflammantes notat. *Reſpondetur*: Theraphim vox & vſus Triſmegiſti tempore iam obtinuit, cum Seraphim vox & ſignificatio ignoraretur.

 Dein-

apologiam pro Magiſtratu Amſtelodamenſi ſcriptam, argumenta *Vrielis* pro religione naturali contra reuelatam allata ad examen vocat. *Hactenus Eruditorum Acta*. Item ſcripſit

Monitum pro veritate Religionis Chriſtianæ contra Iudæum. Excuſ. ad calcem libelli Controuerſiarum aduerſus Iudæos, Iacobi Gouſſet, vt innuimus ſupra pag. 79.

740 PHILIPPVS LVDOVICVS HANNEKENIVS, ſcripſit

De Linguę Sanctæ accentibus Eruditionem. Excuſ. Gieſſæ, an. 1665. in 12. Extat etiam vnâ cum Annotationibus in Ioſuam.

741 PHILIPPVS MARNIXIVS, natus Bruxellis anno 1588. cuius nomen per totam Europam clariſſimum eſſet, ni hæretica labe pollutum. Tranſtulit

Pſalterium ex Hebræo in Latinum, deinde Biblia quoque ipſa eſt aggreſſus, quod opus abſoluere mors non permiſit, Lugduni Batauorum impœnitens è vita decedens.

742 PHILIPPVS MELANCHTHON, Germanicè SCHVVARTZERD, Bretta in Palatinatu oriundus, Nepos ex Sorore Ioannis Capnionis, ſeu Reuchlini, Hippophilum Melangæum etiam ſubindè ſe vocauit, Confeſſioniſtarum Pater à ſuis nuncupatus, eo quia fuit Auctor confeſſionis Auguſtanæ, quæ oblata fuit Carolo V. in Comitijs Auguſtæ Vindelicorum. Vndè Melanchthoniani appellati ſunt *Confeſſioniſtæ*, ſemi-Lutherani, aut molles Lutherani, quorum ille Dux fuit. Hæreticus peſtilentiſſimus ſat omnibus notus, ſcripſit

Digitized by Google

Si enim τῶν Theraphìm vſum probaret ipſe & commendaret, facilè ad idololatriam gens Iſraelitica impellebatur, cernens à gentium moribus longè antiquioribus ſuum oraculum eſſe mutuo acceptum.

Argumentum III. Spiritus Sanctus eundem ſemper loquendi morem ſeruat cum de Theraphìm, Cherubìm, Vrìm, & Thummìm loquitur: de ijs enim omnibus non præmonito lectore mentionem facit, vt de Cherubinis Gen. 3. 14. De Vrìm & Thummìm Exod. 28. 30. De Theraphìm Gen. 31. 14. Immo magnopere obſeruandum, Scripturam nunquam ea deſcribere. Indè colligitur 1. res illas ſacra quædam eſſe inſtrumenta Iſraelitis notiſſima. 2. res illas in generali conceptu imaginis in vſum religioſum ſepoſitas conuenire; vndè eſt, quod nomina ijs tributa in Scriptura Sacra earum munera potius quam formas referant, ne ſcilicèt Iudęi audito frequenter imaginum nomine, in gentium errores & cultus ethnicos incautè prolaberentur. Cum igitur Cherubìm, & Theraphìm ſimulacra fuerint, etiam Vrìm & Thummìm in imaginum numerum referenda erunt. *Reſpondetur* 1. Seraphìm, cum de ijs primum in Scriptura Sacra mentio fit Eſaiæ 6. aliquo modo deſcribuntur, Theraphìm nullo modo. 2. τῶν Theraphìm Moſes nullam deſcriptionem dedit, quia nomen & res ab antiquo erant notiſſima; quæ eadem ratio eſt, cur Dagon, Camoſch, & alia idola in Scriptura Sacra vndè nominentur. Vrìm & Thummìm naturam,& formam Deus nota eſſe voluit Iudæis, ne inter ipſos futurorum ſcientia prurientes, oraculum ſibi ad exem- Deindè accuratè loquendo, voce Seraphìm calidum quid & ardens, voce Vrìm quid illuceſcens deſignatur. Et cum Angelis nuſpiam in Sac. Scriptura nomen Vrìm tribuatur, Deus oraculum ſuum Vrìm nominando, ad Angelos Seraphìm dictos nequaquam reſpexit, ſed ſolum ad effectum, & officium oraculi, quod erat luceſcere, arcana detegere, futura reuelare; eo enim oraculo velut igne flammante, & ſplendorem lætiorem proijciente, voluntatem ſuam notam fecit Deus. Verùm ſi demus Dei oraculum Vrìm dictum fuiſſe reſpectu ad Angelos Seraphìm, quid fiet de Thummìm, quod ad Angelos vllum habuiſſe reſpectum dici non poteſt? Quod ſi tandem ſupponamus rem nullo modo veroſimilem, vocem Theraphim eandem eſſe cum Seraphìm, & eiuſdem prorſus ſignificationis cum Vrìm, dicendum erit, Deum oraculum ſuum ab effectu & officio denominaſſe Vrìm, quia per illud veluti igne & luce occulta reuelabantur; Diabolum, ſimium Dei ob eandem rationem ſuum oraculum Teraphìm dixiſſe; indè tamen non ſequitur, oracula illa Vrìm & Theraphìm eadem eſſe.

Argumentum II. Deus Iſraelitis oraculum Vrìm dedit ad formam & exemplum τῶν Theraphìm, quibus vtebantur gentes, ne ſcilicet ab illius Sacris ad gentilium ritus & cultum rediret gens illa. *Reſpondetur*: Immo cum Deus plurimas leges Iſraelitis præſcripſerit à gentium moribus toto genere diſcrepantes, omniaque ea, quibus vel odor aliquis idololatriæ ſubeſt, lege prohibuerit, vt dicit Maiemonides, Vrìm mediante, Theraphìm reddere noluit.

Digitized by Google

Dei veri ; & idolorum miſcuiſſe .

Hæc de Vrìm. *Thummìm* autem ex Spenceri coniectura fuit ſimulacrũ prope Vrìm in pectorali latens, formatum ad exemplar imaginis, quam ex Saphiro Ægyptios Sacerdotes de collo geſtaſſe, cui nomen ἀλήθεια, veritas, commemorarunt Ælianus & Diodorus Siculus. *Reſpondetur*: à ratione alienum eſt, Deum, qui ſeueriſſimè idola & & imagines in lege ſua prohibuit, earum miniſterio de futuris fari voluiſſe. Deinde cum ante Diodorum & Ælianum nulli alij Autores, qui exquiſitè ſacra Ægyptiorum deſcripſerunt, eius imaginis mentionem faciant, euidens eſt eum ritum non adeò antiquum eſſe, & forte ſeculo antiquiorem Diodoro. Nimirum poſt tempora Philadelphi receptus eſt apud Ægyptios, atque in eorum ſacris admiſſus ad oraculi Dei aliqualem imitationem, cuius cognitionem quandam acquirere potuerunt, ſiuè ex librorum ſacrorum lectione, ſiue ex relatione. Et quia viderunt Thummìm Iudæorum à LXX. Interpretibus ἀλήθειαν dici, ignorantes ſignificationem vocis Thummìm, voce illa Græca appellarunt ſimulacrum ſuum.

Regerit Spencerus: Vocem Hebręam תמים *Thummìm* LXX. explicare appoſitè poterant per vocem τελείωσις, tamen vſurparunt vocem ἀλήθεια, quæ minus commodè ſenſum vocis Hebrææ exprimit; ſcilicèt voluerunt illi Thummìm ſui exemplaris nomen atque titulum retinere. *Reſp.* LXX. in tranſlatione vocum Vrìm, & Thummìm, ad ſenſum potius quam verba reſpexiſſe, quia illæ res virtutem habuerunt δηλώσεως ἀληθείας, manifeſtationis, & veritatis.

xemplum illorum fabricarent, ac veriſimile ipſum Deum fabricaſſe, quoniam nuſpiam legitur Moſes feciſſe, ſed poſuiſſe, Exod. 28. 30. Leuit. 8. 8. ac abſconditum in pectorali manſiſſe, donec intercidit. Cherubim, vbi primum nominabantur Gen. 3. deſcriptionem dari non erat neceſſe, cum Adamus ea voce Angelos notari ſine dubio noſſet: deſcripſit autem Moſes eoſdem, cum fabricandi eſſent, Exod. 25. 18. 19. 20.

Argumentum IV. Hoſ. 3. 4. *Per dies multos ſedebunt filij Iſrael abſque Rege, & abſque Principe, & abſque ſacrificio, & abſque ara* (vel ſtatua) *& abſque Ephod & Theraphìm*, ideſt Vrìm. *Reſpondetur*: ſenſus eſt, decem Tribus durante captiuitate Babylonica, ſiue tota gens Iudaica, à templi ſecundi atque vrbis Hieroſolymæ totali euerſione, *erunt abſque Rege* (qualem ſibi ipſi dari murmurantes petierant) *abſque Principe* (abſque iudicibus, & magiſtratibus, quos Moſes Dei decreto præfecerat) *& abſque ſacrificio* (à Deo inſtituto) *& abſque ſtatua* (idololatrica) *& abſque Ephod* (tum abſque veſtimento propriè dicto Ephod, tum abſque pectorali, religionis vinculis Ephodi coniuncto, tũ abſque Vrìm, & Thummìm in pectorali poſitis) *& Theraphìm* (ideſt imaguncul is diabolicis, qui priuati futura explorabant, 2. Reg. 23. 24. Summatìm: nullum magiſtrum proprium habebunt, nullum exercitium religionis ſiue veræ, ſiue idololatricæ publicum, nullum de occultis, & futuris vel Deum vel Diabolum conſiliarium.

Argumentum V. Iud. 17. 4. 5. facilè refutatur dicendo, Micham cultum

Hæc

niano Epiſcopo Nebienſi Typis Pariſienſibus an. 1520. traditur, ducentis fermè poſt annis. Eius mentio apud Geſnerum, Poſſeuinum, & alios à Morotio citatos.

748 POSSIDONIVS, ſcripſit *Calumnias quaſdam aduerſus Iudæos*. Eius meminit Ioſephus lib. 2. contra Apionem.

Q

749 QVINTVS SEPTIMIVS, Florens, Tertullianus, Prouinciæ Africæ, Ciuitatis Carthaginenſis, patre Centurione Proconſulari natus, vir & legum, & Inſtitutionum Romanarum peritiſſimus, Eccleſię Romanę Presbyter, inter eius Opera excuſa Baſileæ, an. 1539. extat

Liber vnus aduerſus Iudæos, & *Epiſtola de cibis Iudaicis*, Floruit hic Auctor an. Domini 160. vel iuxta Trithemium 200.

R

750 RADVLPHVS NIGER è Sudouolgia, Anglus, ſcripſit

Interpretationes Hebræorum nominum. Floruit an. 1217.

751 RAPHAEL AQVILINVS, ſcripſit Italicè

Breuem Declarationem Numiſmatis Hebraici dicti מגן דוד והברהם *Maghèn Dauìd ve Abraham*. Et vocat מגן *Maghèn* quia in eo principalitèr nomen Dei τετραγραμματον continetur ideſt יהוה *Adonai*. Extat mſc. in fol. in Biblioth. Vrbin. apud Vatic. papyr. num. 1138. Notandum eſt quod quidam *Angelus* Ga-

Hęc cum Riboudealdus contra Spencerum diſputaſſet, quid de Vrim & Thummim ſua ſententia credendum ſit; differit. Arbitratur autem veroſimilliſmum, eadem vnum tantum fuiſſe oraculum, duobus nominibus ab effectu, & operatione indigitatum: Sacerdotem, dum oraculum conſuleret, Spiritu Sancto affectum & motum, conſulenti reſponſa vocalia, certa & infallibilia dediſſe: an vero quodam exteriori modo habuerit Sacerdos reſponſa, quæ ipſe facturus eſſet, prorſus eſſe incertum: deſijſſe, quo ad formale, hoc eſt reſponſa dare, cum templo primo; quo ad materiale ceu inſtrumentum, quod oraculo inſeruiebat, videri ſaltem per aliquod tempus extitiſſe ſub templo ſecundo; ei materiali intra pectoralis duplicationem יהוה fuiſſe inſcriptum.

Vide ſi placet à nobis dicta in Bibliotheca Magna Rabbinica Par. IV. pag. 544. & ſeqq.

746 PHILIPPVS ZEPPERVS, edidit

Collationem Legum Moſaicarum, Forenſium, & Romanorum, Canonici item, & Iuris Saxonici; inſertis Conſtitutionibus Anhaltinis. Hallis-Saxonum, an. 1632. in 8.

747 PORCHETVS DE SALVATICIS, Genuenſis, Monachus Carthuſianus, exaratum reliquit Opus inſcriptum

Victoria Porcheti aduerſus Iudæos, ope Pugionis Martiniani, vt ipſemet bona & ſincera fide palam profeſſus eſt in Proæmio eiuſdem Operis, in quo, tum è Sacris Literis, tum ex dictis Talmud, ac Cabaliſtarum, oſtenditur veritas Catholicæ fidei;ab Auguſtino Iuſti-

Digitized by Google

ditur; in quarta exponuntur omnes effectus aquarum tàm in legibus naturæ, quàm Moſaicæ, & totum hoc in figura ſancti, & ſalutiferi fontis Baptiſmatis; in quinta & vltima oſtenduntur notabiliora beneficia à Deo, Iſraelitico Populo collata, eiuſque amorem erga ipſum; Item agitur de Pontificibus, Regibus, & Iudicibus ei datis; de ingratitudine beneficiorum receptorum; & demum cum Dei Filius humanam carnem ſumpſiſſet, vt dictum Populum redimeret, ad cæleſtemque Patriam duceret, ab ipſo morti traditur, & crucifigitur.

752 RAYMVNDVS MITHRIDATES, Romanus, ſcripſit

De Tropis Hebraicis. Citatur à Munſtero.

753 REINERIVS REINECCIVS Steimchemus, vel Steineckus, Hæreticus primæ claſſis in Romano Indice damnatus, Typis euulgauit Opus inſcriptum

Familiæ Regum Iudæ. Lipſiæ, an. 1572. in 8. Item

Chronicon Hieroſolymitanum. Hemſtadiæ, an. 1584. in 4.

754 REMIGIVS NANNINVS, Florentinus Ord. Præd. Sac. Th. Magiſter, quem magnæ doctrinæ, atque eloquentiæ virum, Hiſtoricum peritiſſimum, elegantiſſimi ingenij Poetam, Philoſophum inſignem, Theologum, iureque Canonico abundè inſtructum, concionatoremque ſingularem, appellat in ſuo Scriptorum Florentinorum Catalogo Michael Pocciantius, & refertur ab Altamura in Bibliotheca Ord. Præd. A Beatiſſimo Pio V. Pontifice anno 1569. vocatus ad Vrbem, emendationibus, & annotationibus Ope-

Gabriel Anguiſciola edidit librum inſcriptum: *Della Hebraica Medaglia, detta Maghèn Dauìd, & Abraham*, qui liber prohibetur à Sac. Cong. Indicis promulgato decreto ſub die 16. Martij 1621. quo mandatur, vt quicumque huiuſmodi Medaliam habuerit, ſtatim ad Sanctum Officium deferat. Itemque prohibetur quoddam impreſſum folium ſuper eandem Medaliam, cui Titulus: *Maghèn Dauìd, & Abraham. Breue diſcorſo, e compendioſa eſaminatione della natura, e proprietà di queſta antichiſſima Medaglia, eſtratto dal libro ſopra ciò di D. Angelo Gabriele Anguiſciola*. Hinc probabile exiſtimo Anguiſciolam ſub nomine ſuo edidiſſe Opus Raphaelis Aquilini. Qui plura de hac re cupit conſulat Iulium Bartoloccium in Bibliotheca Magna Rabbinica Par. IV. pag. 162. & ſeqq. Item Italicè ſcripſit Aquilinus

Tractatum pium, in quo continentur quinque Articuli, ad Fidem Chriſtianam pertinentes contra Hebraicam obſtinationem ex Sacroſanctis antiquis Scripturis excerpti; Sanctiſſimo, & Beatiſſimo Papæ Pio V. dicatum. Excuſ. Piſauri apud Hieronymum Concordiam, an. 1581. in 4. Diuiditur in quinque partes; in prima aſtruitur Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, argumentis petitis ex Vet. Teſt. & antiquioribus Rabbinis; in ſecunda agitur de myſterio ligni, vt diuerſimodè in ipſis Scripturis de ipſo legitur, in figura Sanctiſſimi ligni Crucis; in tertia contemplatur myſterium ſanguinis in omnibus illis modis de quibus in Scripturis Sacris ſumitur, illoſque omnes figuras eſſe Sanguinis Chriſti Domini noſtri oſten-

Digitized by Google

pluribus erroribus conſperſa, quoſque Ioannes Wicleffus, eiuſque Sectatores in Concilio Conſtantienſi damnati hauſerunt, vt plerique ſcripſerunt, nimirum Thomas Waldenſis Carmelita, Trithemius, Bellarminus hìc, & in Controuerſijs, Poſſeuinus, Ioannes Pitreus, Wadingus, Labbe, & alij inter quos præcipuè Rogerius de Chonnoe Ord. Minorum perpendendus eſt, qui Defenſionem Mendicantium aduerſus eundem Armacanum doctè, & accuratè conſcripſit, vnâ cum eiuſdem Operibus Amſtelodami impreſſam, inter quæ ſcripſiſſe fertur etiam

De Intentionibus Iudæorum Librum vnum. Excuſ. Pariſijs, an. 1511.

757 RICHARDVS SIMEON Gallus, Congregationis Oratorij Preſbyter ad poſteros tranſmiſit Opus, patria lingua inſcriptum

Hiſtoire Critique du Vieux Teſtament. Pariſijs, 1680. in 8.

758 RICHARDVS DE S. VICTORE, natione Scotus, Canonicus Regularis S. Auguſtini in Cœnobio S. Victoris prope Lutetiam Pariſiorum, vir (vt ſcribit Sixtus Senenſis) honeſtate conuerſationis, & eruditionis doctrina conſpicuus, ingenio ſubtilis, & eloquio medius inter Auguſtini argutiam, & Bernardi dulcedinem incedens. Plura in Diuinas Scripturas myſtici ſenſus elucubrauit Opuſcula, inter quæ

De Melchiſedek lib. 1.

De differentia Sacrificij Dauid, & Abrahæ.

De differentia Sacrificij Abrahæ à Sacrificio B. Mariæ Virginis.

Expoſitio difficultatum ſuborientium in deſcriptione Tabernaculi fœderis.

De

Operum D. Thomæ ſinguliſque laboribus in vnum colligendis, ac nouis Typis excudendis cum alijs varijs annotationibus, negotio huic Præfectus fuit. Inter alia Opera edidit

Annotationes quaſdam ſuper vniuerſum Teſtamentum vetus, & nouum, quibus Hiſtoriam virorum illuſtrium, & deſcriptionem animalium, plantarum, lapidum, montium, fluminum, Vrbium, Oppidorum, cæterarumque huiuſmodi rerum, quæ paſsim Diuina Scriptura commemorat, diligentiſſimè complexus eſt. Obijt anno ſalutis 1581. Eius mentio apud Sixtum Senenſem, Hieronymum Chilinum in Theatro Virorum illuſtrium, Seraphinum Razium, Plodium, Poſſeuinum, Marraccium, & alios.

755 RICHARDVS KIDDERVS, Anglus, & Eccleſiæ Anglicanæ Miniſter, patria lingua ſcripſit

Demonſtrationem Aduentus Meſſiæ. Huius meminit Iacobus Gouſſet in Præfatione ſui opuſculi inſcripti

Controuerſiarum aduerſus Iudæos Ternio, eumque adhuc ſcribere aſſerit.

Hebraica Biblia cum planè noua Sebaſtiani Munſteri tranſlatione è regione locata, quo ad fieri potuit Hebraicæ veritati conformata; collatis vtique vetuſtiſſimis, & probatiſſimis eius linguæ Scriptoribus: adiectis inſuper è Rabbinorum Commentarijs annotationibus, voces ambiguas, & obſcuriora quæque elucidantibus, in Tomos duos diſtincta. Baſileæ, an. 1535. & 1545. Eadem Tranſlatio (ſine Hebraico Textu, ac ſine Commentarijs) adiecto nouo Teſtamento, Deſiderio Eraſmo Interprete, impreſſa eſt Tiguri, an. 1539.

Euangelium Matthæi Hebraicè, &

Digitized by Google

ſis Maiemonidis . Excuſ. Argentorati, an. 1661. in 4.

798 SEBASTIANVS WLTEVS, cognomento *Faciutus* , Doctor Theologus, ſcripſit Tractatulum

De Feſtiuitatibus , *&* *Ritibus Hebræorum* . Habetur inter alia eiuſdem Opuſcula excuſa Florentiæ in Officina Georgij Mareſcotti , anno 1587. in 8. pag. 3.

799 SEVERINVS PETRÆVS Calinburgius, obijt anno 1657. Erat Græcè & Hebraicè callentiſſimus. Emiſit

Grammaticam Hebræam . Hafniæ, an. 1642. in 4.

Fundamenta Linguæ Sanctæ . Ibid. an. 1646. in 4.

800 SEVERVS Minoricenſis Inſulæ Epiſcopus anno Domini 418. ſecundo autem Zoſimi Papæ, Honorij Imp. 24. & Theodoſij 11. ſcripſit

Literas circulares ad omnes Eccleſias (quæ & publicè legebantur) *de Conuerſione Iudæorum illius Inſulæ* per præſentiam reliquiarum S. Stephani. Extat eiuſdem Seueri Epiſtola ad Euodium Epiſcopum Vzalenſem in Vaticano, vnde integram depromptam Eminentiſſimus Card. Baronius, ſuorum Annalium Tom. 5. inſeruit, quam & nos hìc integram deſcribere volumus ad præſentem Iudæorum perfidiam euincendam. Sic enim ſe habet:

Sanctiſſimis ac Beatiſſimis Dominis, Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus, & *vniuerſæ Fraternitati totius Orbis terrarum, Seuerus Epiſcopus miſericordia Dei indigens, &* *omnium vltimus, in Chriſto Redemptore noſtro æternam ſalutem*.

Cum

rum Ioſephi , complectens acta LXX. Interpretum, Geſta Machabæorum, & Herodum, & excidium Hieroſolymitanum. Item X. Captiuitates Iudæorum incerti Authoris: omnia Hebraicè cum Latina interpretatione Sebaſtiani Munſteri è regione, impreſſa ſunt Wormatiæ apud Petrum Schæffer, anno 1529. Reperitur etiam excuſ.

מספד *Miſpad* , *Planctus Sebaſtiani Munſteri in obitum Eraſmi Roterod. ex Hebræo verſus*. Extat in libro Georgij Wicelij, de calamitoſo in præſens rerum Chriſtianarum ſtatu. Lipſiæ, 1588. in 4. circa finem.

796 SEBASTIANVS PFOCHENIVS, edidit

De Linguæ Græcæ, Noui Teſtamenti puritate abſque Hebraiſmis. Amſtelodami, an. 1629. in 8.

797 SEBASTIANVS SCHMIDIVS in Vniuerſit. Argentoratenſi, SS. Theol. Doct. & Profeſſ. Ordinarius, & Conuentus Eccleſiaſtici Præſes, ſcripſit

Diſputationem S. Scripturæ, qua Deus dicitur indurare, excæcare, &c. Excuſ. Argentorati, anno 1655. in 4. Item edidit

Collectaneorum Talmudicorum Libros duo; quorum Prior de Sabbatho, poſterior de Commixtis, ſiue Mixturis, cum Commentarijs præcipuorum Rabbinorum, Moſis Ben Maiemonidis Ægyptij, & Obadiæ de Bartenora, cum Verſione Latina. Addito Textu Hebræo à Ioanne Benedicto Carpzouio, & excuſ. Lipſiæ, an. 1661. & 1670. in 4. Typis Ioannis Erici Hahnij, ſumptibus hæredum Friderici Lanckiſij. Latinè etiam reddidit

Tractatum de Circumciſione R. Mo-

Digitized by Google

ipſis quoque Iudæis, ne id vltra temerè audeant, metum fecerit. Nec hoc fide indignum ducimus, cum etiam lupos, vulpeſque & omnia noxia animalia deeſſe videamus: cum earum, quæ ad veſcendum bonæ ſunt, ferarum copia magna ſit. Illud etiam magis mirum eſt, quod colubri, & ſcorpiones ſunt quamplurimi, ſed amiſerunt omninò nocendi violentiam. Cum igitur Iammonam nullus Iudæorum, qui lupis, ac vulpibus feritate, ac nequitia meritò comparantur, ne hoſpitij quidem iure accedere audeat: Magona tantum veluti colubris, & ſcorpionibus (vt tradebatur) feruebat, vt quotidie ab his Chriſti Eccleſia morderetur. Sed antiquum illud beneficium carnale, nuper nobis ſpirituale renouatum eſt; vt illa (ſicut ſcriptum eſt) generatio viperarum, quæ venenatis ictibus ſæuiebat, ſubitò diuina virtute compulſa, mortiferum illud virus incredulitatis abiecerit.

Namque diebus penè iſtis, quibus ego tanti Sacerdotij nomen, licèt indignus, adeptus ſum: Presbyter quidam ſanctitate præcipuus, à Hieroſolyma veniens, Magonæ non longo tempore moratus eſt, qui poſtquam tranſuehi ad Hiſpanias, ſicut deſiderabat, nequiuit, remeare ad Africam denuò ſtatuit. (*erat enim Hiſpania obſeſſa hoc tempore à Gothis, quod ſuo loco demonſtrauit Baronius, & hic Presbyter Hiſpanus erat Oroſius*) Tunc Beati Stephani reliquias, quæ nuper reuelatæ ſunt, cum ad Hiſpanias portare conſtituiſſet: ipſas, ſine dubio, Martyre inſpirante, in memorati oppidi Eccleſia collocauit. Quo facto, protinus ille ignis, quem Do-

Cum Dei opera reuelari & confiteri honorificum eſſe, Raphael Archangelus moneat: profectò ſilere, vel celare opera Chriſti, periculoſum eſt: in quibus tamen adnumerandis maior eſt gratia, ſi communi, & ſimplici ſermone referantur. Celatur enim quodammodo ſpecioſiſſima pulchritudo virtutis, ſi abundantiori eloquio circumdata fuerit atque fucata. Quapropter ego quoque magnalia, quæ apud nos Chriſtus operatus eſt, non compoſito, ſed veridico ſermone referre agredior. Inſula Minorica, vna ex Balearibus inſulis eſt, quarum nomen cunctis populis, ſæcularium quoque auctorum literis, perulgatum eſt. Hæc inter Mauritaniam Cæſarienſem, & Hiſpaniam medio præmodum æquoris ſpatio ſita, anguſtis admodum terminis clauditur, longitudinem triginta, latitudinem verò tria millia paſſuum habens. Quæ nunc idcircò commemoraui, & agnoſci poſſit, contemptibilia Mundi à Domino non ſolum in hominibus, ſed etiam in locis eligi. In hac itaque inſula, quæ omnium terrarum paruitate, ariditate, aſperitate poſtrema eſt, duo parua oppida, quæ à Pœnis indita nomina, è regione fundata ſunt: Iammona ad Occaſum, Magona ad Orientem ſpectat. In his mihi omnium mortalium vltimo nuper Sacerdotalis officij pondus impoſitum eſt, Sed Iammona antiquum à Deo munus etiam nunc retinet, vt Iudæi habitare in ea nequaquam poſſint. Multos ſiquidem id temerè audentes, aut ægritudine præuentos, aut repulſos, aut morte ſubitanea extinctos, aut etiam fulmine trucidatos tradit vetuſtas: adeò vt celebris huius rei fama

Digitized by Google

maiore ſiquidem illicò exardeſcens violentia, etiam vicinum oppidum fidei flamma corripuit. Et vt illud Salomonis impleretur: *Frater fratrem adiuuans exaltabitur ſicut Ciuitas firma & alta*: ſtatuerunt multi famuli Chriſti, laborem itineris minimè recuſantes, cunctas animi vires huic bello tradere.

Pendente igitur prælio, nos quidem qualia præparauimus arma, ſubditum huic Epiſtolæ commonitorium probat; quod quidem non pro quorumdam inſtructione edi voluimus (quippe quia ea penitùs egemus, & quam à Beatitudine veſtra magis ſperamus) ſed vt animaduerti poſſit non minimam nos ſolicitudinem ſecundum modulum poſſibilitatis noſtræ ſuſcepti habuiſſe certaminis; Chriſtum verò cuius Regnum non in ſermone, ſed in virtute eſt, nobis ne verbum quidem proferentibus, ſuis omnia viribus conſummaſſe, & abſque vllo ſudore certaminis exercitui ſuo hanc, quam nemo aut optare audebat, aut ſperare poterat, victoriam conceſſiſſe. Iudæi igitur exemplis ſe Machabæi temporis exhortantes, mortem quoque pro defendendis legitimis ſuis deſiderabant. Itaque non ſolùm libros reuoluere, ſed etiam ſaxa, ſudes, iacula, omniaque telorum genera ad Synagogam conferre cœpere, vt Chriſtianorum aciem virtute Sancti Spiritus munitam (ſi ita res poſceret) etiam corporis viribus propulſarent.

Interea dum hi apparatus gererentur, magnoque altrinſecus ſtudio futurum inſtituitur bellum: vtrinque exercitus inenarrabilibus, & abſolutiſſimis ſomnijs commouentur: quorum ſi nullam penitùs facerem mentionem, non minime Dominus venit mittere in terram, & quem valdè ardere cupit, charitate eius accenſus eſt. Statim ſiquidem tepor noſter incaluit, & factum eſt cor noſtrum (ſicut ſcriptum eſt) ardens in via. Tunc enim ille in fide iam ardebat zelus, tunc ſpe ſaluandæ multitudinis erigebat. Denique ſtatim interciſa ſunt etiam ſalutationis officia, & non ſolùm familiaritatis conſuetudo diuulſa, ſed etiam noxia inueteratæ ſpecies charitatis ad odium temporale, ſed pro æternæ ſalutis amore tranſlata eſt. In omnibus plateis aduerſus Iudæos pugnæ legis, in omnibus domibus fidei prælia gerebantur.

Iudæorum populus maximè cuiuſdam Theodori auctoritate & potentia nitebatur, qui non ſolùm inter Iudæos, verum etiam inter Chriſtianos eiuſdem oppidi & cenſu, & honore ſæculi præcipuus erat, ſiquidem apud illos legis Doctor, & (vt ipſorum vtar verbo) pater patrum fuit; in Ciuitate autem cunctis Curiæ munijs exolutus, & Defenſor iam extiterat, & iam nunc patronus municipium habebat. Chriſtiani autem vt corde, ita etiam & viribus humiles, ſed veritatis robore ſuperiores, patroni Stephani patrocinium deprecabantur: donec vtrique exercitus, cum iam diem certaminis condixiſſent, datis tunc inducijs diſceſſerunt, Iudæis id magnopere expectantibus, vt ſcilicet Theodorus, in cuius ſe omnis Synagoga viribus acclinabat, ex Maioricenſe inſula reuerteretur, ad quam fortè viſendæ poſſeſſionis gratia perrexerat. Quiquidem, ſtatim vt ad eum miſſa legatio eſt, remeans, auctoritate ſua multos terruit, & non extinxit, ſed conſopiuit contentionis incendium:

nos, & licèt abſolutionem eius ignorarémus, tamen fratribus indicaſſe, manifeſtum eſt.

Apud Iudæos quoque miro diuinæ diſpenſationis ordine, vt & nominis Theodori, & officij mei in vno homine ſocietas conueniret, Theodorus qui ſummus Sacerdos perfidi populi erat, ſomnium, quod viderat, non ſolùm Iudæis, ſed etiam propinquæ cuidam matriſamilias primariæ ipſius ciuitatis, multiſque etiam alijs Chriſtianis, ante non parum quam adimpleretur tempus, his ſermonibus propalauit: Eunti mihi (inquit) in Synagogam, duodecim viri manus obuias obtulerunt, dicentes: Quo vadis? Leo illic eſt. Cum ergo audito Leonis nomine, trepidare cœpiſſem; locum tamen, dum fugam paro, vndè introſpicerem, reperi, & vidi monachos illic mira ſuauitate pſallentes: maior mihi pauor illicò adiectus eſt; & niſi in cuiuſdam nomine Ruben ingreſſus fuiſſem domum, & inde ad matrem propinquam curſu præcipiti conuolaſſem, nequaquam curam mortiferi timoris euaſiſſem. Illa me exanimem ſinu ſuo confouens, à diſcrimine pariter, & à metu eripuit. Hoc eius ſomnium valdè clarum eſt, & interpretatione non indiget. Quis enim Leo, niſi ille de tribu Iuda radix Dauid? Quæ propinqua illa niſi de qua ſcriptum eſt: Vna eſt propinqua mea? Illud ergo ſolum videbatur obſcurum, quod in domum Ruben Iudæi, à Leone cum terreretur ingreſſus eſt: quod quidem nobis poſtmodum ab ipſo Leone, qui terruit, vt ſaluaret, euidentiſſimè expoſitum eſt: quod dehinc ſuo explicabimus

nimam videbor partem diuinæ gloriæ operuiſſe. Sic enim S. Apoſtoli Pauli ſomnium Lucas Sacræ hiſtoriæ inſeruit, dicens, virum Macedonem aſtitiſſe in viſione noctis, orantem vt iuuaretur ab eo; & hac Apoſtolum viſione præmonitum, itineris alio deſtinati curſum ad Macedoniam conuertiſſe. Quanto itaque Domini noſtri Ieſu Chriſti maior eſt gloria, quod id minimis atque indignis famulis reuelare dignatus eſt, quod etiam Beato Apoſtolo demonſtratum Scriptura celare noluit? Igitur breuitatis cauſa, ne Beatitudini veſtræ faſtidium fortaſſe gignatur, duo tantùm ſomnia inſeram.

Apud nos deuota quædam religioſiſſima, nomine Theodora, quæ & virginitate corporis, & religione propoſiti, & nominis interpretatione typum portare Eccleſiæ mereretur, vidit in viſione noctis viduam quandam nobiliſſimam ad me, qui non pro merito, ſed pro diuini muneris largitate Sacerdotio fungor, inſertas literas per ſe miſiſſe, quibus mihi cunctos agros ſuos ad ſeminandum ſupplicitèr offerret. Simili etiam ſomnio me quoque vltimum peccatorum ad ſeminandum præcingere, & commonere dignatus eſt, Vidua enim quædam altera nobiliſſima, quam Synagogæ ſpeciem habuiſſe non dubium eſt, me vt agros ſuos incultos ſuſciperem eoſque quando tempus ſementis vrgeret, diligenter excolerem, deprecabatur. Quæ eſt autem altera nobiliſſima vidua, niſi illa, quæ Chriſtum impiè perimendo, ſemetipſam crudeliſſimè viduauit? Hoc ſomnium vtriuſque vnum eſt. Ante triginta ferme quam implerentur dies, & vidiſſe

Digitized by Google

quirere cupimus, vos perdere deſideratis? Non eſt (quantum arbitror) æquum, vt tàm varia lite alterutrum laboremus: vos verò (vt video) ſititis noſtrum ſanguinem, nos verò veſtram ſalutem.

Ad hæc illi paululum territi, negauere factum: noſtris affirmantibus ita ſe habere, etiam cum iureiurando renitebantur. Tunc ego, vt nodum cœptæ contentionis abſcinderem: Vbi res (inquam) oculis probari poteſt, iuratione quid opus eſt? eamus igitur ad Synagogam, & vtrum pro vitio an veritate veſtra nitatur aſſertio, vobiſmetipſis teſtantibus comprobabitur. Pergere igitur ad Synagogam cœpimus, & hymnum Chriſto per plateam ex multitudine lætitiæ canebamus: Pſalmus autem, quem mira iucunditate etiam à Iudæorum populis decantabatur, hic fuit: *Periјt memoria eorum cum ſtrepitu, & Dominus in æternum permanet*. Sed antequam ad Synagogam perueniremus, quædam Iudææ mulieres (ordinatione credo Dei) audaciam præſumentes, vt ſcilicèt noſtrorum lenitas incitaretur, lapides in nos ex ſuperiori loco immaniſſimos iactare cœperunt: qui (mirum dictu) cum ſuper confertiſſimam multitudinem, grandinis inſtar, deſcenderent, neminem noſtrorum non ſolùm ictu, ſed nec tactu quidem vexauere. Hic agnis ſuis Leo ille terribilis manſuetudinem paululum abſtulit: omnes ſiquidem, reclamantibus nobis, ſaxa corripiunt, & paſtoris commonitione poſthabita, cum vnum potius conſilium cunctis Zelus potiùs Chriſti quam ira ſuggereret, lupos cornibus impetendos cenſuerunt; quamuis hoc illius, qui mus loco. Nunc autem cœptæ rei ordinem proſequar.

Ex Iammonenſi Ciuitate ad profectionem famulorum Chriſti multitudo conuenit, quæ in ipſo oppido putabatur conſiſtere: tantaque difficillimi itineris laborem alacritate confecit, vt triginta millia paſſuum iucundius tranſuolaret, quam ſi ad ſuburbanum aliquod amœniſſimum ad conuiuia epulaturi vocarentur. Igitur Magonam peruenimus. Statim ego, miſſis Clericis, aduentum meum Iudæis nunciaui, & vt ad Eccleſiam ſanctam accedere dignarentur, popoſci. Illi autem inopinatum nobis nuncium remittentes, mandauerunt, Eccleſiam ſibi (ne, credo, pollueręntur) ingredi die eadem non oportere: eſſe enim diem Sabbathi, cuius feſtiuitatem ſuis illi actibus corrupiſſent. Rurſum ego expetiui, vt me ad Synagogam, ſi mallent, opperirentur, quandoquidem ingreſſus Eccleſiæ pollutio videretur: non vtique eos à nobis in die feſti Sabbathi ad opus ſeruile compelli; futurum autem honeſtiſſimum de lege conflictum, nec excitandas lites, & fabulas eſſe miſcendas, aut, ſi non aſtutè certamen fugerent, & ſimplicem afferrent excuſationem, oſtenderent præceptum, quod in eo die ſermonem conferre prohibitum ſit. Ad hæc cum illi in omnibus contradictionem obſtinatiſſimam retuliſſent, tandem illius Leonis terrore compulſi, ad domum, in quam hoſpitio acceſſeram, confluxerunt. Ibi ego: Quæſo (inquam) fratres, quare quaſi aduerſus latrones, præſertim in Ciuitate Romanis legibus ſubdita, aceruos ſaxorum, omniaque armorum genera congregatis? Nos ac-

Ruben quidam Iudæus à Domino, vt primogenitus omnium conſtitueretur, eſt electus: nàm clamore ſanctiſſimo lætificans corda multorum, abſolui ſe à vinculis Iudaicæ ſuperſtitionis deprecabatur: ſtatimque primitiuus Iacob factus, ſignum ſalutare ſuſcepit; & inde noſtris lateribus atque conſilijs inhærens, obſtinatiſſimam cunctorum duritiem nobiſcum increpat. Triduum (ni fallor) emenſum eſt, ex quo noſtri in oratione, & Iudæi in perfidia perſtitere. Poſt hæc venit Theodorus, multitudinis ſuæ agmine circumſeptus, ad locum, in quo ſoli Synagogæ parietes (qui poſt hæc credentibus Iudæis ſunt ſubuerſi) ſupereſſe videbantur, ad quem locum Chriſtianorum pariter multitudo conuenit. Ibi Theodorus cum audacter de lege differens, omnia quæ obijciebantur, irrideret, atque peruerteret: populus Chriſtianus videns, quod verbis ſuperare non poſſet humanis, auxilium de Cælo implorauit. Omnes itaque pariter clamantes, cum ſummo vnitæ vocis fragore dixerunt: Theodore crede in Chriſtum. Mira indulgentiſſimi Domini miſericordia, adhuc parua petebantur, & maiora conceſſerat. Immò non mirum eſt de Omnipotente miraculum. Ipſe etenim virtutem clamoris huius in auribus Iudæorum commutauit, qui olim effecit, vt quatuor leproſi Regis Syriæ, qui Samariam obſederat; caſtris potirentur, & qui per Gedeon Madianitarum agmina conturbauit, deditque trecentis eius viris ingentem ſine labore victoriam, efficiens per terrorem, vt mutuis hoſtium multitudo vulneribus proſterneretur. Ita & nunc iſta vox longè aliter à circumſtan-

qui ſolus bonus paſtor eſt, nutu factum eſſe, nulli dubium ſit. Denique ne cruentam gregi ſuo videretur præſtitiſſe victoriam, nemo Iudæorum ſe contactum ſaltem fuiſſe, ne pro inuidia quidem, vt mos eſt, ſimulauit. Sane quoniam omnimodis debemus vitare mendacium, vnus ex omni Chriſtianorum numero inuentus eſt, qui cum Acham illi ſimilis eſſet vellet, qui ſub Ieſu Naue de anathemate ſpolia concupiuit; nàm ſeruus cuiuſdam Chriſtiani, ſolus, dum aliquid à Synagoga diripere concupiſcit, in lapidem offenſionis incurrit. Quidam verò noſtrorum, quaſi aduerſus Iudæum, lapidem iniecit: qui capiti eius illiſus, vt capitis ſui, ideſt Chriſti, meminiſſet, admonuit: quod vulnus licet periculoſum non fuerit, tamen & illum rapinæ ſuæ confiteri concupiſcentiam compulit, & cunctos, ne ſimilitèr laberentur, præſenti terruit vltione.

Igitur poſtquam Iudæis cedentibus, Synagoga potiti ſumus, nullus ea quicquam non dico abſtulit, ſed nec cogitauit diripere: omnia eius ornamenta, exceptis libris, atque argento, cum ipſo pariete ignis abſumpſit; libros ſanctos, ne apud Iudæos iniuriam paterentur, ſuſtulimus: argentum verò, ne vel de præda noſtra, vel de ſuo diſpendio quererentur, ipſis reddidimus. Euerſa itaque cunctis Iudæis ſtupentibus Synagoga, ad Eccleſiam cum hymnis perreximus: & auctori victoriæ noſtræ gratias referentes, effuſis precibus poſcebamus, vt vera perfidiæ antra Dominus expugnaret, & tenebroſorum pectorum infidelitas coargueretur à lumine.

litatis exemplum, domus figuræ, ad quam pauore Leonis confugeret, quodammodo ſatisfacere videbatur.

Verùm, vt nos fideliter vniuerſa narremus; & vos qui non eloquij ornatum, ſed veritatem quæritis libentiùs audiatis; ipſius Ruben verba inſerens, nihil ex ſimplicitate dictorum eius ſubtraham. Aiebat enim: Quid times, domine Theodore? ſi vis certè ſecurus & honoratus diues eſſe, in Chriſtum crede, ſicut & ego credidi. Modo tu ſtas, & ego cum Epiſcopis ſedeo; ſi tu credideris, & tu ſedebis, & ego ante te ſtabo. Hos ſermones Theodorus alta mente ſuſcipiens, ad nos ait: Faciam quod vultis: tenet (inquit) promiſſionem hanc. Sed permittite mihi, vt prius alloquar plebem meam, vt maiorem conuerſionis meæ etiam ex reliquis poſſim habere mercedem. Hæc eius ſponſio cum inexiſtimabili cunctorum exultatione ſuſcepta eſt: alij in eum amabilitèr irruentes, os ipſius, & colla mulcebant; alij eum vlnis mollibus amplectebantur; alij autem dexteram dexteræ adiungere, & ſermonem conſerere geſtiebant.

Perrexit igitur Theodorus ad atrium ſuum quolibet officio noſtrorum lætus, tamen anxietate non penitus carens. Nam licèt in domum Ruben per promiſſionem ſuam iam veniretur, ingreſſus tamen, & tunc trepidus erat, quia nondum ad propinquam venerat, quæ eum poſt triduum materno ſuſcepit ſinu, & ab omni perturbatione trepidationis abſoluit. Nos autem ad Eccleſiam cum hymnis ex more perreximus. *Benedictus eſt Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis*, qui dedit capi-ſtantibus Iudæis ſuſcepta eſt, quàm à noſtris immittebatur: omnes enim putauerunt dictum: Theodorus credidit. Itaque exiſtimantes principem perfidiæ ſuæ ad Chriſti fidem fuiſſe conuerſum; cuncti pariter trepidi, vbi timor non erat, terrebantur: mulieres eorum ſparſis crinibus, occurrentes cum ferali vlulatu, nomen Theodori, repetitis vocibus, accuſabant, dicentes: O Theodore quid feciſti? Viri autem, alij ad deuios ſaltus & fixuras montium confugere: alij per ipſius oppidi angiportus diſcurrebant, locum in quo deliteſcerent, inuenire cupientes.

Ipſe Theodorus ſtupore perculſus, diuinam ſententiam in plebe ſua cernebat impleri. Fugit impius nemine perſequente; ſed tamen non nemine: perſequebatur enim eos ille Leo terribilis, qui de Synagogæ loco (ſicut Theodoro fuerat reuelatum) per Monachos rugitum emiſerat, quo reſiſtentes tremefecit inimicos. Stabat igitur Theodorus in loco prorſus eodem, quo ei pridem per ſomnium terror fuerat Leonis iniectus: & cum cauſam tantæ trepidationis inquireret, & nomen ſolummodo noſtri Leonis audiret, nullam illic (ſicut ferebatur) feritatem videns, tantum pſallentes Monachos intuebatur; & ab omni ſuorum multitudine deſtitutus, atque elabi parans, etiam ipſe pedum viam proſpiciebat: quem cum horribili formidine apprehenſum, non ſolùm colore vultus, verum etiam vocis officio deſtitutum Ruben ille ſanctiſſimus aſpexiſſet, properè accedit, & trementem blando ſermone compellans, ad Chriſti fidem cohortabatur: atque ingerens ei pro ſuffragio metus ſuæ crude-

Digitized by Google

phemum auellere à corde meo nequeo? Ex quo enim fratrem meum conuerſum fuiſſe Chriſtianorum populus inclamauit, nihil aliud mihi in corde ſuggeritur, niſi hoc verbum, mihi vſque ad hunc diem penitus ignoratum, CHRISTE IN NOMINE TVO. Quantum magis pulſare hoc ab animo meo nitor, tanto violentiùs tenaciùſque inhæreſcit. Ad hæc Innocentius: Non, inquit, fruſtra hic ſermo, quem cor tuum (vt apud cunctos probatiſſimum eſt) antea nec cogitauit, neç vmquam protulit, hic præſertim menti tuæ, vt aſſeris, tam violenter inſertus eſt; hoc ex Deo eſſe arbitror. Verumtamen elabora, obſecro: vt fabulis his declinatis, interpellationem moleſtæ cogitationis expelle. Tunc Meletius ita obſtrepere, & confuſis clamoribus perſonare cœpit, vt eum in ſua mente luctari non ſolùm nutibus vultus, ſed etiam corporis indicio Innocentius cerneret: quod poſtea quam ne parum quidem proficere intellexit, & adiecit etiam illud, vt verba quædam profana & turpia loqueretur, & nunc narribus corugatis, acrem ſorbens inhoneſtos ſtrepitus promeret, nunc fœtidis riſibus cachinnaretur: ſed hæc ab animo eius nomen Chriſti extinguere nequiuit inſania, quia iam cunctas eius medullas ſanitatis ignis peruaſerat. Quid ergo, inquit, Innocenti frater? in contraria verba iſta vertuntur: abolitionem mihi nominis Chriſti nec ſcurrilitate verborum, nec ipſis poſſum obſcœni ſonitus extorquere blaſphemijs; aliud ſiquidem mihi reddi ſentio, quod cordis mei auribus quas fruſtra obſtruere nitor, Chriſti nomen ingerere, inceſſabili clamore non de-

capiti noſtro aquam, & oculis noſtris fontem lacrymarum, vt ploraremus vulneratos populi noſtri.

Peractis ſiquidem myſterijs, Eccleſiam egreſſi, non minimam in occurſum noſtrum Iudæorum multitudinem conueniſſe inſpeximus. Omnes vnanimiter deprecabantur, vt Chriſti characterem à me, licèt indigno Paſtore, ſuſciperent. Reuerſi itaque ad Eccleſiam, & toto corde Domino gratias referentes, illicò in frontibus eorum ſignum ſalutis impinximus. Quæ autem cum his qui ad ſiluas, ſiue ad antra confugerant, Chriſti virtute geſta ſint, quæ lingua effabitur? præſertim cum vnuſquiſque eorum propriam conuerſionis ſuæ habeat hiſtoriam. Sicut itaque impoſſibile nobis eſt, omnia dicere; ſic ingratum cuncta præterire. Quapropter vnum Chriſti miraculum, quod tùm à Fidelibus probatiſſimiſque viris comperimus, precibus veſtris adiutus euoluam.

Duo quidam primarij Iudæorum, Meletius Theodori frater, & Innocentius, qui Hiſpaniarum cladem nuper effugiens, cum famulis ſuis ad hanc inſulam venerat (ſicut nunc ipſi etiam cum Sacramentorum terribili interpoſitione confirmant) ad vnam ſpeluncam, vel potius rupem conuenerunt, aſſociando ſe duobus quibuſdam Iudæis humili loco ortis, qui iſtos communis fugæ principes legerant. Igitur cum in loco eorum trepidi, anhelanteſque paululum reſediſſent, duos illos, qui ætate alacres, & audaces erant, explorandi gratia ad oppidum remittentes, ſoli derelicti ſunt ibi. Tunc prior Meletius: Quid eſt, inquit, frater, quod verbum (ſicut docet Religio noſtra) blaſ-

poſſeſſionum amor, nec affectuum charitas detineret, quorum facilis mihi iactura eſt, tantùm ne Deum Patrum meorum negare compellar. Quod autem conſilio inutili ad Ciuitatem remeandum decernis: miror te prudentiſſimum virum non animo præuidere, quid de nobis futurum cenſeas, ſi Theodorus columna Synagogæ noſtræ, in quo omnem fiduciam reponebamus, apoſtatare compulſus eſt. Hoc ergo ſanius eſt, vt eamus ad agrum meum, nec nos vltra Chriſtianorum oculis ingeramus: poſſumus enim illic interim delitefcere, donec oportuno tempore ad peregrina emigremus: quandoquidem in hac inſula ita apud cunctos odium noſtræ religionis increuit; vt qui patriam non reliquerit, fidem Patrum tenere non poſſit. Cur itaque non voluntarium ſuſcipiamus exilium, ad quod (ſicut res indicat) odijs ciuium, etiamſi nolumus, deſtinandi ſumus? Hoc igitur conſilio vtriuſque ſententia confirmata, laborem deſtinati itineris arripiunt.

Sed dum per anguſtiſſimum ingrediuntur callem, cogitationum tenebris lucem occæcantibus oculorum: ipſum quem inſcij ſequebantur tramitem, perdiderunt, & in locis deſertis, atque inuijs remanſere. Cum autem ſcinderentur ſentibus, aut rupibus arcerentur, poſtquam corpus ſuum longis fœdauere vulneribus, ad tantam primo quidem anxietatem, deinde etiam ad deſperationem atque formidinem venere, vt compellerentur fateri, ſe ea iudicio Dei iuſto ob incredulitatem perpeti. Igitur nomen Chriſti, quod ante ſe vltro ingerens repellebant, laceratis iam cruribus deſinit. His Meletij verbis talia Innocentius retulit: Fratrem tuum Theodorum, doctrina, honore, & ætate maiorem, ad Chriſti fidem conuerſum, his auribus audientibus, plebs Chriſtiana teſtata eſt: poterit ne fieri, vt etiam tu germani conſtrictus exemplo religionem Iudaicam deſeras? Quid ergo in hac terribili ſolitudine diutius tempus terimus? quamdiu etiam inopia victus laborare poterimus? Quid cauſæ eſt, vt fame tabeſcamus, areſcamus ſiti, obrigeſcamus algore? ad poſtremum (quod iam patimur) noſtræ huius ſolitudinis horribili teneamur ſilentio? Numquid latronum vincula, numquid barbarorum gladios fugimus? numquid ſanguinem noſtrum plebs tanta miſericors, quam pro nobis flere conſpeximus, concupiſcit? recordemur, obſecro, quem vnquam læſerit vi noſtrorum, vel ſaltem irrogauerit iniuriam, reuertamur ad innoxios, quos in nullo læſimus inimicos; & quod Deo placuerit, fiat.

Ad hæc Meletius: Ego te, inquit, Innocenti frater, quem non ſolum Latinis, ſed etiam Græcis literis eruditum ſcio, & legem iugiter meditari, oblitum reor, quod per Ezechielem Prophetam Dominus ait: *Anima quæ peccauerit ipſa morietur*. Si enim legiſti hoc, cur me fratris mei Theodori exemplo attrahi poſſe ad fidem Chriſti exiſtimas? Habet ille animam ſuam, ita & peccatum ſuum: quod quidem peccatum mihi, ſi Dominum Deum non relinquo, non nocebit. Teſtor autem illum, qui eduxit Patres noſtros de terra Ægypti, me, ſi hiemis violentia non obeſſet, abrepto quocumque nauigio, ad quaſlibet terras ſolum velle migrare: nec me

Digitized by Google

hil cogitans, veritatem inſcius loquebatur. Huic ſermoni, penè præteriens vir honeſtus,& non ſolum inter Iudæos, verum etiam in Ciuitate vſque adeò præcipuus, vt etiam nunc Defenſor Ciuitatis electus ſit, Cæcilianus vera Galilæum dicere, ſeque ſimilem habere cauſam, ſimilia formidare atteſtabatur: quibus verbis tantam ſupramemorato iuueni adiecit confidentiam, vt in conſpectu omnium curſu rapidiſſimo ad percipiendum fidei brauium ad Galilæi noſtri conuolaret auxilium, & ab humilitate noſtra vt eiuſdem inde nomine cenſeretur, expeteret.

Cæcilianus autem cum eſſet Iudæorum Pater, habito cum Florino fratre ſuo æque Iudæorum Patre ſeniore conſilio, huiuſmodi (ſicut agnouimus) verbis Synagogam adorſus eſt: Ego inquit, cum ſim in honore Synagogę poſt Theodorum primus, non ſicut iuuenis Galilæus, cunctos quaſi trepidus conſulo, conteſtorque, ſed potius adhortor atque commoneo denuncians, vt errore praui itineris derelicto, ſi fieri poteſt, omnes pariter ad fidem Eccleſiaſticam concurramus. Quod ſi vos ad Chriſtum tanta virtus non attrahit, ego certè, & Florinus frater meus, ſicut recuſantibus vobis tantam ſalutem vim inferre non poſſumus, ità nos cum vniuerſa domo noſtra religionis huius, quam aſtruere non valemus, ludibria deſerentes, Chriſtianorum numero fideique ſociabimus; qui nunquam vtique innumerabilibus Scripturarum teſtimonijs non ſolùm ſe, frater Theodore, qui peritior reliquis videris, ſed etiam cunctos conuincerent, niſi veritatem, quæ vinci non poteſt, ſectarentur. Tali Cęcilia-bus inuocantes, ſemitam, quæ eos contra voluntatem, ac propoſitum ſuum, ad oppidum retraxit, corripuerunt: ſed cum ad Ciuitatem inuiti, ac trepidi perueniſſent, curioſius omnia percunctantes, audierunt Theodorum etiam nunc Iudæum eſſe, nec vllam, ſicut exiſtimauerant, populi Chriſtiani pertuliſſe violentiam. Stupentes autem, & quod ipſis acciderat, non credentes, ad domum Theodori iter dirigunt: vbi cum eos, iam pene exacto prandio, ille excepiſſet, illicò inquirit cauſam, cur à ſe, & à Ciuitate abſceſſiſſent; vniuerſumque ordinem geſtæ rei, magis cum riſu, quam cum admiratione cognoſcit.

Poſt triduum Theodorus cum concionari ad plebem ſuam, eoſque ad fidem Chriſti prouocare diſponeret; vltro ſe offerentium ad confeſſionem Iudæorum etiam ſeditionem pertulit. Nemo enim eorum fermè erat, qui non ſe palam ſenſiſſe Chriſti potentiam conteſtaretur. Nam primo in concilio eorum adoleſcens quidam ipſius Theodori conſobrinus, nomine Galilæus, vt congruum (ſicut dictum eſt) nominibus myſterium geſtæ rei vſque ad finem deduceretur, cum ingenti inuidia proclamare hoc cœpit: Conteſtor, inquit, vos omnes, me Iudæorum eſſe non poſſe in poſſeſſione; ſiquidem in ea Chriſtianos conſortes habeo, quorum odijs, ſi in Iudaiſmo perſeuerare voluero, forſitan perimendus ſum. Ego igitur vitæ meæ periculo conſulens, ad Eccleſiam iam pergam, vt necem, quę mihi paratur, effugiam. Hæc Galilæus, cum ad tempus fugæ ſe pararet, quaſi vt cauſas conuerſionis ſuæ reddidiſſe videretur, de futuri ſeculi morte tunc ni-

Digitized by Google

in qua vniuerſus nobiſcum populus conſederat, lento lapſu demittebatur; verùm ita propinquum putauere, vt ſe idem frater ſtupore percitus curſu præriperet, exiſtimans id poſt Baſilicam decidiſſe: ſed ab illo retractus fratre, greſſum inhibuit: ille enim ita quidem etiam ſibi viſum, tamen longius fuiſſe non quaſi certus, ſed vt æſtimans, aſtruebat. Mulieres autem quædam tunc Iudææ, inter quas matrona Meletij illius, cuius ſupra mentio habita eſt, de cœnaculo perſpicientes ita ſibi ad ipſum viſum affirmabant, quaſi ſupra Baſilicam decidiſſet. Verum hoc vtrum Angelus, an ipſe Stephanus, quod viſum eſt, fuerit, incertum eſt.

Eadem diei hora circiter quarta, ideſt paulo ante quam hoc ſignum demonſtraretur, grando minutiſſima, quam incolæ inſulis illius gentili ſermone Albigiſtinum vocant, non vſquequaque copioſa defluxit: hæc cum odor ex ea mellis fragrare cœpiſſet, à multis quos per viam verberauerat, deguſtata, dulcior melle comperta eſt. Multi itaque ſapientes, cum eadem die filios Iſrael ab Ægypto perfidiæ ſuę atque à ſeruitute egreſſos viderent, hęc quę facta ſunt, ſigni illis quæ in Exodo legimus, comparabant huic populo, qui Deum credulo corde intuens, verum etiam Iſraelis nomen meruit, manna crederent innouari: columnam quoque ignis, quę Patres in Eremo præcedebat, vt etiam filijs à vera Ægypto atque fornace (ſicut ſcriptum eſt) ferrea egreſſis, ducatum præberet ad vitam oſtenſam fuiſſe exiſtimarunt. Et reuera, ſicut lectione Exodi atteſtatur, ſimilitudo ſignorum minimè diſcrepat. Nam & illud quod ni-cilianum ſenſu plebem ſuam affatum comperimus, multoſque Iudæorum eadem die ad fidem Chriſti cum ipſo concurrentes cum ineffabili exultatione ſuſcepimus.

Prodigia ſane, quæ de Cælo tunc facta ſunt, ſicuti eloqui dignè non addam, ſilere non audeo. Hora circiter ſeptima Miſſam Dominicam ſolemnitèr cœpimus celebrare: nam dum nos aduenientes ad Chriſti fidem Iudæos vel exhortamur, vel adnotamus (ſiquidem nomina eorum ſcripſimus) populus autem tanti gaudij epulis ſaginatus carnalium non meminiſſet eſcarum, pars diei maior excurrerat. Cum igitur in Eccleſia, quæ paululum à Ciuitate ſequeſtri in loco ſita eſt, in qua S. Martyris Stephani nuper reconditæ reliquiæ conquieſcunt, nobiſcum pariter plebs vniuerſa Miſſam opperiebatur; duo quidem Monachi, quos Dominus teſtes ſuorum miraculorum prælegit, in campo qui ante fores Eccleſiæ protenditur, in herbis accubabant. Vir autem honoratus, Iulius nomine, cum alio quodam de Ciuitate Eccleſiam petens, cum per ipſos præterire cœpiſſet, reſpiciente vno ex Monachis (viſo mirabili ſigno) conturbatus, confuſum emiſit clamorem, conuerſuſque ad ſe protenſa manu, quæ verbo explicare non poterat, quid videret oſtendit. Erat globus quidam candidiſſimi luminis, proceritate ſui ſtaturam quaſi hominis adæquans; inſtar vaſculorum, quæ vulgo Orcæ appellantur, tantæ verò claritatis, & fulgoris, vt viſum fuit, quod fratri qui id prior notauit (ſicut ipſo referente cognouimus) Sol decidere videretur; hoc ſicut iſtis viſum eſt quaſi trans Baſilicam,

nagoga confluxit. Mirum dictu, inueterati illius legis Doctores ſine vlla altercatione verborum, ſine vllo Scripturarum certamine crediderunt, tantum percunctati, an vellent fidem Chriſti ſuſcipere: credere ſe in Chriſto, & Chriſtianos fieri cupere profitebantur. Centum quidam, & duos, vt aſſerunt, ætatis atque perfidiæ ſuæ habens annos, ſine trium commutatione verborum, ſpe futuræ vitæ alacer, decrepitus, optare ſe vt in fine temporum ſuorum per fidem Chriſti ad ſpiritualem reuerteretur infantiam: nobiſque putrefacta iam ſenio membra, vt quantocius per Baptiſmum regeneraretur, ingeſſit.

Fuerunt quidam Iudæi, qui prætereuntes, illuc appulſi, oportunitatem temporis, atque ventorum aucupabantur: qui nauigandi conceſſa oportunitate, credere maluerunt. Tres igitur tantum fæminas, ſed nobiliſſimas Iudæorum, ad virtutis ſuæ gloriam dilatandam, in duritie perfidiæ ſuæ Chriſtus permanere aliquantulum paſſus eſt. Arthemiſia ſiquidem Lectorij, qui nuper hanc Prouinciam rexit, & nunc Comes eſſe dicitur, filia, coniugis Meletij conuerſione commota, cum vna fermè amica, & nutrice, & paucis ancillis domum viri ſui deſerens, ad quamdam ſpeluncam, licet in vinea, tamen remotione paululum loco ſita oblita fæmineæ infirmitatis, euaſit. Erat in ea paruum nouumque torcular lacuſque nouus factus figuram quodammodo gerere credentis populi videbatur; non enim iſtos ſicut vt res veteres, ſed ſicut nouos lacus miſtum noui Teſtamenti recepiſſe, & credimus, & videmus. In eo igitur loco cum per biduum matro-

niuem fuiſſe credidimus, ſemen coriandri minuti adæquabat, mellis ſaporem ferebat: & hoc quod apparuit, columnæ igneæ ſpeciem habuiſſe, manifeſtum eſt. Vtrumque autem ſignum etiam Iammonæ conſiſtentibus fratribus reuelatum fuiſſe cognoſcimus: nam & pluuiam mellis multi, quibus intellectus requirendi, & per guſtus agnoſcendi datus eſt, probauere: & columna candidiſſimi illius luminis multorum, quos dignos Dominus iudicauit, ſe ingeſſit aſpectibus. Vnde intelligi datur, Iudæos per vniuerſum Orbem fidei lumine viſitandos: quoniam quidem nobis, qui in hac inſula, atque in hoc paruulo (vt ita dixerim) Orbe conſiſtimus tantus cæleſtis gratiæ ſplendor illuxit, vt vſque ad extremos terrę veſtrę terminos ſignorum viſio perueniret.

Sequenti igitur die ſumma omnium expectatio, vt Theodorus ſponſioni ſuę ſatisfaceret, admonebat: qui cum iuſtis (quantum videbatur) allegationibus cunctorum vota crederet differenda, dicens matronam prius ſuam, quam in Maioricenſi reliquiſſet inſula, huc ſe velle deducere; ne forte ſi abſque conſenſu ſuo virum ſuum conuerſum fuiſſe agnouiſſet, ſicut ſolet, pertinax perfidia eſſet, perſuaſione matris præcipuè ſuæ, quæ adhuc ſupererat, & conſilij dementata, & à coniugio viri religione diſcederet. Cum hæc Theodorus Chriſtianis iam acquieſcentibus propalaſſet: Iudæis qui conuerſi fuerant, acerrima commotione reſiſtentibus amputata dilationis mora, ad matris propinquæ ſinum feſtinus ipſe, vt in ſomnis viderat, conuolauit. Poſt quem omnis, tamquam remoto obice, ad Eccleſiam Sy-

Digitized by Google

per eoſdem dies ſerena propemodum iugiter permanente, creberrimi imbres demittebantur, & paulatim venientes ad Chriſti fidem Iudæos pluuia præcedebat: ita vt hoc animaduertentes, vulgo inter nos, & quaſi iocularitèr diceremus: Ecce iam pluuit, ſcitote quoſcumque Iudæos ad Chriſti fidem acceſſuros. Mirum dictu, frequenter, dum adhuc talia loqueremur, à quibuſdam Iudæis fidei ianua pulſabatur: nec immeritò, ſicut ſcriptum eſt: *Pluuiam voluntariam ſegregabit hæreditati ſuæ Dominus*. Deſuper erant fæminæ, quę in odorem vnguentorum Chriſti currere recuſabant.

Innocentij illius, cuius ſupra fecimus mentionem, matrona cum prole ſua, venerabilis (ſicut fama eſt) vidua illicò vt Innocentium ſororis coniugem conuerſum eſſe conſpexit, nauim conſcendit, non ſolum permittentibus, ſed etiam ſuadentibus nobis; quia ad fidem Chriſti nec verbis, nec miraculis flecterentur. Vxor autem Innocentij per quatuor fere dies verbum ſalutis, quod ingerebamus, obduratis auribus recipiebat. Hæc cum omnem reſpuens medicinam, inſanabili incredulitatis valetudine opprimeretur, nulliſque Innocentij coniugis vel minis, vel precibus, vel lacrymis moueri poſſet; vniuerſa, Innocentio rogante, ad domum in qua habitabat, fraternitatis multitudo conuenit, habens magnum dolorem animi, quod tantæ lætitiæ plenitudini vna mulier obſiſteret, quia iam ſoror eius manifeſtę putabatur. Cum igitur diu caſſa verba ſurdis auribus ingerentes, nihil profeciſſemus; ad cognitum orationis præſidium conuolauimus: pre-
trona à viro ſuo offenſa inexorabilis permanſiſſet; vt primum tertia dies illuxit, famulæ aquam haurire imperauit: quam cum odore, & ſapore mellis dulcedinem referre ſenſiſſet, primo quidem miniſtræ ſuccenſere cœpit; & cur in eodem vrceo mel inieciſſet, indignans, inquirebat: poſtquam autem, vt quaſi negantem conuinceret, ad lacum pergit, de quo paululum concauis manibus hauriens, reperit aquam, quæ per biduum vſa fuerat, in mellis ſuauiſſimi verſam dulcedinem: aduocans itaque cunctas quæ aderant, vt guſtarent, rogat, ne forte fallax ſapor in faucibus tantum ipſius ſuauitatem mentiretur. Omnes guſtantes, mira oblectatione affectæ ſunt, vt non aquam mellis ſapore delibutam, ſed mel ſinceriſſimum ſolum aquæ ſimilitudinem cenſerent. Stupore igitur percitæ, dum ad Ciuitatem reuerti parantur, curioſius agentes, etiam rorem qui in herbis plurimis erat, deguſtatum ſimilem repererunt. Pergens itaque ad Ciuitatem matrona memorata, hæc marito retulit, & per eum omnibus indicauit; ſtatimque ad Chriſti fidem ſine reluctatione conſenſit.

Verùm eadem die, qua Meletij vxor amaritudinem incredulitatis abijcere ex melle compulſa eſt, eadem inquam die, qua memorata filia Iſrael, quaſi in deſerto poſita illud antiquum Maralacum, iniecto Crucis ligno, obdulceſcere perſenſit: ita mirifico vereque cæleſti omnis Eccleſia odore fragrauit, vt præſentiam Spiritus Sancti, quam & ante iam aliquoties, ſed pauciſſimi ſenſeramus, fraternitas pene vniuerſa ſentiret: & mirum cunctis illud fuit, quod

Digitized by Google

mus; eamque cum gemino fœtu ad Chriſti ouilia reuocaui.

Sanè per hos octo, quibus hæc geſta ſunt, dies, ante initium Quadrageſimæ, Paſchæ à nobis celebrata eſt feſtiuitas: quingentas ſiquidem & quadraginta animas ad Eccleſiam conſtat adiectas. Inane autem, & ſuperuacaneum non reor, vt cum multa propter infinitam copiam prætermiſero, in fine commemorem, neminem ex tanta Iammonenſis populi multitudine, qui per triginta millia paſſuum ante tot dies venerat, aut curam domus ſuæ, aut prouiſionem ſubſtantiæ, aut deſiderij affectum huic operi prætuliſſe. Illud magis mirum, magiſque gaudendum eſt, quod ipſam Iudaicæ plebis terram diu inertem, nunc autem reciſis incredulitatis vepribus, & recepto verbi ſemine, multiplicem fructum iuſtitiæ germinare conſpicimus: ita vt nobis in ſpe tantorum noualium gaudeamus, unde inſignem perfidiæ eruimus ſiluam, illic fertiliſſima fidei opera pullulare. Primùm enim ipſa Synagogæ fundamenta euertere, deinde ad nouam Baſilicam conſtruendam, non ſolum impendia conferunt, ſed etiam humeris ſaxa comportant. Hæc Beatitudo veſtra die quarto Nonarum Februalium, virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti arrepta, octo diebus ab eodem conſummata eſſe cognoſcat, poſt Conſulatum Domini Honorij vndecimum, & Conſtantio iterum victore. Quamobrem ſi indigni & peccatoris verbum dignanter admittitis, Zelum Chriſti aduerſum Iudæos, ſed propter Deum, eorumdemque perpetuam ſalutem, ſuſcipite. Forſitan enim iam illud prædictum ab Apo-

preceſque quas humana repellebat impietas, ad cæleſtem miſericordiam vertimus. Itaque vſque in horam tertiam fermè hymnorum, & orationum prœlijs aduerſus Amalech hoſtem Ieſu ducis noſtri ſudauit exercitus. Inde cum iam pene (quod fatendum eſt) deſperantes, abſceſſionem moliremur; reſumptis rurſum viribus orationem cunctis indiximus; ſoloque ſtrati, diu fleuimus: & cum in conſummatione orationis, *Amen*, populus acclamaſſet; & illa credere ſe, & Chriſtianam fieri velle, ſubiunxit. Nos itaque hac etiam à Diaboli laqueis eruta, læti ad habitacula noſtra perreximus.

Sequenti, ideſt, octaua, demum die, qua veneramus Iammona, remeare ſtatuimus, optima præclaræ victoriæ gaudia reportantes: ſed cum iam in procinctu itineris conſtituti, Ciuitate digrederemur, Dominus populo ſuo, quaſi pro viatico, gaudium, quod ſolum deeſſe videbatur, adiecit. Affinis ſiquidem Innocentij illa vidua de pelago reducta eſt: quæ ſubito ſe meis genibus aduoluens, fidei noſtræ auxilium cum lacrymis deprecabatur. Cui ego: Cur, inquam, mulier tanta animi leuitate fratres tuos deſerere voluiſti? Ad hæc illa: Et Iona, inquit, Propheta à facie Domini fugere voluit, & tamen voluntatem Dei, licèt inuitus, impleuit. Suſcipe ergo tu non ſolum me, ſed & iſtas orphanas, & Chriſto eas nutri. Et hoc miſerabilitèr acclamans, duas filias ſuas paruulas mihi cum fletibus ingerebat. Quis non præ gaudio fleuit? Cui non extorſit lacrymas lætitiæ magnitudo? Suſcepi planè ouem, quam ex omni numero ſolam erraſſe putaba-

Digitized by Google

dæorum, Romæ habita, coram Conſtantino magno Auguſto, & Helena Auguſta eius matre, anno imperij eius quarto. Excuſ. Romæ, an. 1544. in 4. & Venetijs in 8. Extat mſc. Cantabrigiæ in Bibliotheca S. Petri, vol. 84. Habetur apud Simeonem Metaphraſtem in Vita S. Silueſtri Papæ, Tom. 5. vitarum Sanctorum, & ex eo apud Laurentium Surium, Tom. 6. Sanctorum in Vita eiuſdem; apud Cedrenum in Compendio hiſtoriarum in eodem Conſtantino, de qua etiam meminit Marianus Scotus lib. 2. Chronic. ætate 6. anno Domini 321. Martinus Polonus in ſupputationibus in S. Silueſtro Papa, & in Libello de mirabilibus Vrbis in Conſtantino magno Imperatore. Emminentiſſimus Card. Baronius in Tertio Annalium Tomo diligentiſſimè hoc exquirit, neque parum dubitat ipſa Silueſtri Acta, additamenta extrinſecus accepiſſe, quibus reliqua, quæ vera eſſe noſcuntur, non nihil in ſuſpicionem adduci poſſe videantur, ideoq; non pigeat ipſiſſima Baronij verba hic refere: *Ex his autem*, inquit, *quæ hoc anno aduerſus Iudæos Conſtantinum ſtatuiſſe diximus, coniectura aliqua comprobari videtur pars Actorum illorum, quæ Silueſtri dicuntur, in qua hoc ipſo Anno, ijſdem Coſſ. narratur habita Romæ coram Conſtantino Imp. & Helena matre celebris diſputatio illa inter Iudæos atque Silueſtrum, delectis arbitris Cratone Philoſopho, atque Zenophilo V. C. quibus deuictis ac penitùs confutatis, vt ex ijſdem apparet, Conſtantinus aduerſus eos, quæ ſunt recenſita, hoc eodem anno ſtatuerit. Sed complura deinceps addita ſunt, quæ eorumdem* Apoſtolo venit tempus, vt plenitudine Gentium ingreſſa, omnis Iſrael ſaluus fiat. Et fortaſſe hanc ab extremo terræ ſcintillam voluit Dominus excitari, vt vniuerſus Orbis terrarum charitatis flagret incendio. *Hactenus Seueri Epiſtola miſſa, vt diximus, hæc ad cunctos Chriſtifideles, inter alia loca etiam Vzali in Africa, vbi Euodius Epiſcopus erat, lecta eſt, vt ante meminimus*.

801 SIFRIDVS, Germanus, Cyrenenſis Eccleſiæ Paſtor, ex Ordine Prædicatorum aſſumptus, Sacræ Theologiæ Doctor, Hebraicæ, Græcæ, Latinæque Linguæ peritiſſimus, ſcripſit ad Theodoricum Archiepiſcopum Moguntinum

Librum de Iudæorum vſura. Tempus quo floruit incertum eſt. Conſule Trithemium, Einſingrenium, Geſnerum, Plodium, Poſſeuinum, Altamuram, & Fontanam in Theatro p. 1. c. 5. tit. 216. num. 1.

802 SIGISMVNDVS EVENIVS, edidit opus inſcriptum

Ianua Hebraiſmi & Græciſmi. Lipſiæ an. 1628. & 1638. in fol.

803 SIGISMVNDVS MARISSIVS, Mantuanus, Ord. Min. ſcripſit Italicè

De Iniquitatibus, & malitia Hebræorum. Excuſ. Mantuæ, an. 1610.

804 S. SILVESTER I. Ruffini filius, Romanus, Pontifex Maximus anno 314. 1. Februarij creatus, ſedit annos 21. menſes decem, & dies 29. obijt Romæ anno 335. die 31. Decembris. Sub eius nomine circumfertur Diſputatio cum hoc Tit.

Diſputatio Chriſtianorum, & Iu-

poſt Conſtantinum Chriſtiana fuerit; cum ipſamet extiterit, quæ eumdem filium Conſtantinum ad pietatem à puero inſtituerit, vt auctor eſt S. Paulinus, qui hoc eodem ſæculo celebris in Senatu fama claruit; ipſe enim ad Seuerum ſcribens hæc ait: Manſit hoc ſæculi prioris nefas in tempora noſtris proxima Conſtantini, qui Princeps eſſe Principibus Criſtianis non magis ſua quam matris Helenæ fide meruit. Hæc Paulinus claritudine generis, doctrinaque inſignis, & ſanctitate præclarus, ob idque dignus cui magis credatur, quam Euſebio aſſerenti, Helenam ante pietate minimè imbutam, piam redditam per Conſtantinum. At quonam pacto, quæſo quis dixerit Gentilem & Chriſto aduerſariam adhuc Helenam bis fuiſſe temporibus, ſi filia eius Conſtantia Licinio nupta, vt diximus Chriſtiana erat? vt appareat tenellam virginem è ſecretis maternæ domus penetralibus progredientem Chriſtianam, non niſi ex materna inſtitutione id conſequi potuiſſe. Quam rurſus deforme, atque impudens mendacium, dicere Helenam cum Conſtantio, & Conſtante Auguſtis hoc anno fuiſſe in Oriente: cum ijdem (vt demonſtratum nuper eſt) nec dum Cæſares hoc anno creati eſſent, ſed Conſtantius poſt annos decem, poſt viginti verò Conſtans Cæſarum dignitatem fuerint conſequuti? Sed abhorret procul à veritate pariter quod dicitur de Iſachar Iudæorum ſummo Pontifice; cum exploratiſſimum ſit, à tempore excidij Hieroſolymitani ſub Tito deſiiſſe penitùs creari ſummos Pontifices, prorſumque exoleuiſſe apud eos Pontificis nomen: qui autem apud eos tenebant dem Actorum veritati aduerſantur penitùs, ac contradicunt. Præſtat autem hìc primum ipſorum deſcribere exordium, quod eſt huiuſmodi ex Codicibus Vaticano, S. Mariæ Maioris, atque Bibliothecæ noſtræ deſcriptum: Conſtantino quater, & Licinio tertio Coſſ. die Iduum Martiarum facta eſt Synodus in Vrbe Roma, in qua diuerſarum Prouinciarum fuere Epiſcopi numero ſeptuaginta quinque, Sacerdotes Iudæorum centum nouem, exceptis ijs duodecim, qui ab Iſachar Pontifice altercationis gratia fuerant deſtinati, &c. Conuocandi autem Iudæos ad Conuentum illum, hæc ibi cauſa prætexitur: Quod Helena cum eſſet in Oriente vnà cum duobus nepotibus Conſtantio, atque Conſtante Auguſtis, & Gentilis adhuc à Iudæis penè Iudæa effecta, & commota in Conſtantinum filium, quod Chriſtianam Religionem ſectaretur, ad eumdem infenſo animo ſcripſerit, multaque blaſphemans in Chriſtum, ipſum ad Iudæorum tandem amplexandam religionem inuitarit. Ad quam ille reſcribens, ſtatuit, vt vtra nam præſtantior religio foret, Chriſtianorum, an Iudæorum, in publico Conuentu Romæ celebrando, diſputatione inter eos habita probaretur: ſicque à Iudæorum ſummo Pontifice Iſachar fuiſſe delectos præſtantiſſimos quoſque Iudæorum, qui contra Silueſtrum, ceteroſque Chriſtianos Epiſcopos coram ipſorum patrona Helena & Conſtantino Auguſto diſſererent.

At in ijs quidem complura veritati manifeſtè aduerſantia ineſſe perſpicuè demonſtratur: nimirum quod Helena

805 SIMEON MVSIVS, ſeu DE MVSIS Aurelianenſis Gallus, in Hebraicis doctiſſimus, Sacrarum Hebraicarumque literarum apud Pariſios Profeſſor Regius, edidit

Aſſertionem Veritatis Hebraicæ contra Morini Exercitationes. Pariſijs, an. 1621. in 8.

Commentarium literalem hiſtoricum in omnes Pſalmos, Tomis duobus, vbi Pſalmorum argumenta accuratè tractant, ac probant perpetuuſque ſingulorum verſuum contextus dilucidè oſtenditur: cum verſione duplici, vetere, & noua ex Hebræo fonte expreſſa, & ad veterem quoad licuit, redacta. & quoniam iuxta Hebræos in 5. libros diuiſi ſunt pſalmi, priores 2. libros nempe vſque ad 72. Hebr. 73. pſalmum in primo Tomo abſoluit, exinde vero tres libros reliquos conficit. Pariſijs apud Io. Petr. Paſ. 1630. totum vero opus dicauit Clero Gallicano in Comitijs Generalibus congregato anno 1625. vt ex Dedicatoria epiſtola conſtat.

Aſſertionem alteram Veritatis Hebraicæ. Ibid. 1634. in 8.

Caſtigationem Animaduerſionum Morini, ſeu Veritatis Hebraicæ Aſſertionem tertiam. Ibid. 1639. in 8.

806 SIMON AFFLIGEMENSIS, Ord. D. Benedicti Monachus, ſcripſit quædam

Excerpta ex Collationibus Patrum, & ex Opuſculo Richardi de duodecim Patriarchis. Poſſeuinus in Appar. Sac.

807 SIMON IACVMÆVS, Epiſcopus primùm Gyratij, & mox Thebarum Archiepiſcopus, patria Conſtantinopolitanus, Vir, vt ſcribit Sixtus Senenſis, Græcè, Latinè, & Hebrai-

principem locum, ab illis Patriarchæ, reliqui verò Magiſtratus Archiſynagogi, Apoſtoli, atque Presbyteri appellabantur. Eſt de his in primis locuples teſtis Epiphanius agens aduerſus Hebionitas; nec non eiuſdem Conſtantini, atque aliorum Principum ſanctiones idem teſtantur. Hactenus Baronius.

Auguſtinus Oldoinus Societatis Ieſu in nouis additionibus ad Ciaconium idem refert, & addit Sanctum Silueſtrum reddidiſſe viuum Taurum ab ipſiſmet Iudæis occiſum, his verbis: *Si Ieſus Chriſtus, quem ego prædico, verus eſt Deus, de Virgine natus, ſurge protinus, & abiecta feritate conſiſte*, qui agno manſuetior ſtupentibus omnibus illicò ſurrexit. Narratio recenſitæ diſputationis, incerta etiam videtur apud Bellarminum: omnes enim veteres laudant Helenam, vt Chriſtianiſſimam, & non ſolum Catholici, ſed etiam Magdeburgenſes cent. 4. columna 694. rident prædictam narrationem vt fabuloſam, videlicèt, quod ad petitionem Helenæ, quæ conabatur pertrahere Conſtantinum filium à fide Chriſti ad Iudaiſmum, diſputaſſet S. Silueſter cum Iudæis. De eius ſcriptis agunt Hadrianus I. in Epiſt. ad Conſtantinum, & Irenem Impp. & Epiſt. 3. ad Carolum Francorum Regem. Gelaſius Papa cap. Sancta R. diſt. 15. Coccius in Theſauro, Poſſeuinus in Apparatu, Genebrardus lib. 3. Chronogr. Alphonſus Piſanus S. I. lib. 4. Concilij Nicæni, Franciſcus Hallerius in defenſ. Eccleſ. Hierarch. Inſuper Bibliotheca Molani, Bibliotheca Geſneri, & Bibliotheca Pontificia F. Ludouici Iacob à S. Carolo Carmelitæ.

Digitized by Google

bilire conatus eſt, principium credendi non Scripturæ ſolú,ſed & Traditioni aſſerendú. Quia tamen acris illa Chriſti in Traditiones Iudaicas cenſura difficultatẽ facit, remediũ quęrit in examine traditionũ ad pręſcripta Vincentij Lerinenſis. Cap. II. agit de Theologia, & Kabbala. Cap. III. De morali vtriuſque religionis diſciplina. Cap. IV. De Legibus, & auctoritate Magiſtrorum. Cap. V. De comparatione Synedrij cum Pontificatu Romano, perperam tamen Pontifici maiorem poteſtatem non tribuit, quàm Principi Synedrij, qui Hannaſci dicebatur: Epiſcopis omnibus ius ſuffragij deciſiui vindicat: Eccleſiam non à Pontifice, eiuſque curia, ſed ab vniuerſa Eccleſia ſimul ſumpta repræſentari ſtatuit, cuius caput ſit Pontifex D. Petri Succeſſor, qui habeat prærogatiuam ſuffragij: neque nunc dici poteſt *Notus in Italia Deus*, ſicut olim verè dicebatur *Notus in Iudæa Deus*, dilato per totum Orbem Chriſtianiſmo. Superfluam eſſe, & nullius fundamenti quæſtionem, num Concilium ſit ſupra Papam, an Papa ſupra Concilium. Concilia enim ad Synedrij exemplum conſtare debere ex Papa, vt Præſide; & Epiſcopis vt Presbyteris aſſiſtentibus: quod ſi ſchiſma oriatur, aliter diſquirendum eſſe. Cap. 6. & 7. Epiſcoporum officium comparat cum Capitibus, ſiue Præſidibus Synagogarum in Vrbibus: & ex eodem fundamento aſſignat Epiſco-Presbyteros, quorum ipſe primus ſit, & aliquando καὶ ἐξοχὴν eodem nomine vocetur. Statuere igitur abſque eorum conſilio nihil potuiſſe. Hodie Canonicos in Presbyterorum ſiue Aſſeſſorum locum ſucceſſiſſe, ſed can-

braicè doctus, & in Diuinarum Scripturarum lectione exercitatus, ſuprema diligentia in vnum redegit

Totius Inſtrumenti ſeriem ex emaculatiſſimis Græcorum Codicibus; ſubinde verò, & in Hebræum, & in Latinum vertit ſermonem, de verbo ad verbum fideliſſimè interpretatus. Demum has tres editiones in tribus per ſingulas paginas columnis tanta induſtria diſpoſuit, vt linea lineæ, & dictio dictioni ſibi è regione appoſitæ tàm ſenſu, quàm verbo aptiſſimè reſponderet. Claruit anno Domini 1400.

808 SIMON DE SPIRA, Germanus, Carmelita, ſcripſit, referente Geſnero

Contra Iudæos Lib. I.

809 SIMON STVRTEVANT, Anglicè edidit Opus inſcriptum

Adams Hebr. Dictionary, or a ſpeedy vvay for obtaining the Hebr. Chald. and Syriack Languages. Londini, an. 1602. in 8.

810 SIMON VILLE, Heterodoxus, typis conſignauit Opuſculum prænotatum

Comparatio Ceremoniarum Iudaicarum cum Diſciplina Eccleſiæ. Pariſijs, an. 1671. & Hagæ Com. 1682. in 12. In fronte Auctor pręſcripſit hunc librum inſtar *Supplementi* eſſe ad Librum Ceremoniarum, & Rituum R. Leonis Mutinenſis, vulgò *R. Leon de Modena*. Eadem ſcilicèt breuitate, capitibus 19. plurima pertractat ad Religionem, & ritus pertinentia. Eius notitiam mihi exhibuerunt *Acta Eruditorum* Lipſiæ ad annum 1683. Tenax eſt contra ſuorum morem Cap. 1. hypotheſis ſuæ, quam in Critica Sacra ſta-

Digitized by Google

tam compendio tradidit, Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Cenſuram in Sacram Scripturam Vulgatæ editionis. Excuſ. Franeckeræ, an. 1620. in 4. Aliud huiuſmodi extat opus inſcriptum

Anti-barbarus Biblicus. Excuſ. ibid. an. 1656. in. 4. Item

Coronis ad Grammaticam Martinio-Buxtorfianam, continens 1. Explicationem omnium ſpecialium Anomaliarum, aliarumque difficultatum textus Hebraici, ordine Biblico inſtitutam. 2. Diſſertationem *de Keri & Ketib*, ideſt, varijs lectionibus, literis maiuſculis, minuſculis, ſuſpenſis, inuerſis, &c. 3. Conſilium de ſtudio Hebraico rectè inſtituendo. Excuſ. Amſtelodami vnâ cum Grammatica Martinio-Buxtorfiana, an. 1625. in 8. & iterum ibid. ſeorſim, anno 1628. & 1635. Apud Henricum Laurentium Bibliopolam, Typis Vlderici Balck in 8.

De recta Lectione Linguæ Sanctæ. Excuſ. an. 1620. in 8.

812 SIXTVS MEDICES, ſiue DE MEDICIS, Venetus, Philoſophus, ac Theologus clarus, Ord. Præd. ad poſteros tranſmiſit

Libros tres de vſuris contra Hebræos. Excuſ. Venetijs, an. 1555. in 4. Obijt ibidem, an. 1561. Eius mentio apud Franciſcum Sanſouinum, Poſſeuinum, Altamuram, & alios.

813 STANISLAVS GREPSIVS, Polonus edidit

De ponderibus, & menſuris &c. Item, *de multiplici ſiclo, & talento Hebræorum, ac de menſuris Hebraicis tàm aridorum quàm liquidorum*. An-

cantionibus ferè ſacris occupari. Irridet Auctores, præſertim Hiſpanos, qui Cathedralium Eccleſiarum antiquitatem ad Apoſtolorum tempora retrahant: tum nugas agere ait Carmelitas Monachos in *nouo ſuo Breuiario*, vbi tradunt Prophetas, Eliæ ſucceſſores, in monte Carmelo Eccleſiam B. Virgini extruxiſſe, hoſque Prophetas Virginem inuiſiſſe, & ab hac idem officium recepiſſe. Laudat veterem tam Synagogarum, quam Cathedralium, vel Epiſcopalium Eccleſiarum morem, quæ ſcholas Synagogis, & Templis adiunxerint. Tridentinum quidem Concilium de reſtituendis eiuſmodi Seminarijs cogitaſſe, ſed alia planè eſſe, quæ hodiè Epiſcopi Galliæ inſtituant. Capp. 8. 9. 10. preces, benedictiones, & Feſta vtriuſque Eccleſiæ comparat. Cap. 11. & 12. Talmudici operis originem, & vſum enarrat. Capp. 13. 14. 15. De Libris Iudæorum, quibus vel in Synagogis, vel in ſtudijs priuatis vtantur, multa notabilia refert. Cap. 16. Hebraicæ linguæ notitiam Theologis neceſſariam, aut vtilem cenſet. Cap. 17. methodum ad eam addiſcendam facilem oſtendit, commendatis Schickardi, & Buxtorfij libellis Grammaticis. Cap. 18. & 19. De Liturgijs tam Iudæorum, quàm Chriſtianorum agit, diſſentiens à meo Cardinale Bona, qui inter Liturgias, Apoſtolorum nomine inſignitas, ſolam S. Iacobi genuinam eſſe ſtatuit. *Lib. 1. cap. 8. num. 1.*

811 SIXTINVS AMAMA, Friſius, Diſcipulus, & Succeſſor Ioannis Druſij, Profeſſor Leidenſis, Theologus Caluinianus, & qui Magiſtri vi-

Digitized by Google

Eiuſdem *Iuſtus Ioſeph*, ſiue in Ieſu Chriſti Domini noſtri mortem, & paſſionem meditationes; in quibus non magis Iudaica perfidia, quàm Ariana refutatur impietas. Excuſ. Cracouiæ, an. 1586.

816 STEPHANVS ARATOR, ſiue SZANTO, natione Hungarus, diœceſis Iauarinenſis, Societatis Ieſu Theologus præſtantiſſimus, omnibuſque diſciplinis apprimè inſtructus, Græcè, Hebraicèque perdoctus, Hungaricè interpretatus eſt

Teſtamentum vetus ex collatione Hebraici, Græci, Latinique textus. Non fuit tamen excuſ. referente Ribadeneira in Biblioth. S. I.

817 STEPHANVS GVICHARDVS, Gallica lingua concinnauit

Harmoniam Etymologicam Linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, & Syriacæ, cum Græca, Lat. Ital. Hiſp. German. &c. In ea vltra duodecim linguas cum Hebræa confert, & earum originem, & ſignificationem ex Hebræa lingua pulcherrimè explicat, an. 1606. Vid. *Buxtorf. in Diſpp. pag.* 40. & *Meric. Caſaub. Par. I. de* 4. *ling. pag.* 153.

818 STEPHANVS LVCINIANVS, Cyprius, è Ciuitate Nicoſia, Ord. Prædicatorum, ſcripſit Gallicè

Hiſtoriam ſiue compendiariam Deſcriptionem Genealogiarum, affinitatum, & geſtorum omnium Principum, qui dominati ſunt Regnis Hieroſolymæ, Cypri, Armeniæ, & finitimarum regionum. Impreſ. Pariſijs apud Guilielmum Chaudiere, an. 1579.

Catalogum Virorum Illuſtrium veteris

Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum, an. 1568, in 8.

814 STANISLAVS KARNCOVIVS, Polonus, Archiepiſcopus Gneſnenſis, nobili & è vetuſta Karnconiana Familia ortus, poſt ætatis ſuæ octogeſimum annum moriens, plures ingenij ſui fœtus reliquit; partim editos, partim edendos; inter priores habetur Liber prænotatus

Meſſias, ſiuè Conciones de lapſu, & reparatione generis humani per Aduentum Chriſti in Mundum, lingua Polonica, continet decem conciones. In I. agitur de felicitate, & lapſu Parentum noſtrorum. In II. Qualem Deus modum inuenit reſtaurandæ humanæ naturæ; & quibus figuris modus iſte declaratus. In III. Teſtimonia Prophetarum de Chriſto qualis, quando, & qua ratione in Mundum fuit venturus. In IV. De Incarnatione. In V. De Natiuitate. In VI. De Circumciſione & Vita Chriſti à Circumciſione vſque ad orationem in Horto. In VII. De Paſſione, Morte, & ſepultura. In VIII. De deſcenſu ad Infernum, & de Reſurrectione. In IX. De Aſcenſione. In X. De vberrimis fructibus Aduentus Chriſti in Mundum, & qualem reſtaurationem fecit naturæ humanæ. Impreſſæ autem ſunt Conciones iſtæ Poſnaniæ in maiore Polonia, an. 1597.

815 STANISLAVS SOCOLOVIVS, Polonus, qui Stephani Batorei Poloniæ Regis Theologus, Concionator, ac Canonicus fuit Cracouienſis, ſcripſit ſtylo eleganti, & ſolido plures Conciones, inter quas, quatuor extant

De vltimo excidio Hieroſolymitano.

Digitized by Google

mſc. in Biblioth. Henrici Memmij in Germania, teſte Geſnero.

825 THEOBALDVS MEVSCHIVS, Theologus Caluino-Zuinglianus, Hæreticus primæ Claſſis, exarauit

Syſtema chronologicum Veteris Teſtamenti ab Orbe condito vſque ad deſolationem Templi ſecundi. Excuſ. Hanouiæ, & Spiræ, an. 1613. in 4.

826 THEOBALDVS SVPERIOR, ſcripſit

De erroribus Talmud. Seruatur mſc. in Biblioth. Vatic. inter Latinos Codd. num. 998.

827 THEODORETVS, Antiochiæ in Syria nobilibus ortus parentibus; Cyrenſis Epiſcopus ordinatus circa annum 423. Concilio Epheſino interfuit, in quo quamuis initio Controuerſiæ fauerit Neſtorio, tamen poſtea reſipuit, vt *Bellarminus* obſeruat; & Neſtorium inter hæreticos numerauit in lib. 4. de fabulis hæreticorum. A Dioſcoro S. Cyrilli ſucceſſore in altera Epheſina Synodo, Latrocinali dicta, abſens, & inauditus Epiſcopatu ſpoliatus eſt, & in exilium pulſus; ſed eum S. Leo abſoluit, ſuæque ſedi reſtituit, & in Concilio Chalcedonenſi anno 451. cum alijs Patribus adfuit. Fuit vir excellentiſſimi ingenij, & ad omnis generis diſciplinas percipiendas capaciſſimi, vt eius eruditiſſima Scripta teſtantur. Exarauit

Quæſtiones in Pentateuchum Moſaicum, in Librum Ioſuæ, & in Librum Iudicum, cum Anonymi cuiuſdam Autoris antiqui Græcis Annotationibus marginalibus. Hic Codex mſc. extat in Bibliotheca Cæſarea Vindebonenſi, *teris & noui Teſtamenti*. Ex Altamura, obijt, an. 1283. Poſſeuinus autem aſſerit ipſum vixiſſe Pariſijs, an. 1584. Ideo exiſtimo eſſe mendum Typographicum apud Altamuram.

819 STEPHANVS DE LYCIO, Ordinis Cæleſtinorum, S. Theologiæ Magiſter, ſcripſit ad Regis Ferdinandi Neapolitani filium D. Cæſarem de Aragonia

Libellum de Iudæis, deque eorum cum Chriſtianis conſuetudine.

820 STEPHANVS MENOCHIVS, ſcripſit

De Republica Hebræorum. Impreſ. Pariſijs, an. 1647. in fol.

821 STRABO, Cappadox, literis mandauit

Pompeianam contra Iudæos expeditionem, & Gabinianam, quem deinde Damaſcenus imitatus eſt, referente Ioſepho.

T

TERTVLIANVS, Vide, QVINTVS SEPTIMIVS FLORENS.

822 TEVCER CYZICENVS, ſcripſit, referente Geſnero

Hiſtoriam Iudaicam.

823 THADDÆVS DVNVS, ſeu DVXVS, Italus Locarnenſis, Auctor damnatæ memoriæ; cum eſſet Medicus, etiam in rem Theologicam, falcem mittere voluit, ſcripſitque

De peregrinatione filiorum Iſrael in Ægypto. Excuſ. Tiguri, an. 1597. & 1602. in 4.

824 THADDÆVS PELVSIENSIS, ſcripſiſſe fertur

Librum Contra Iudæos. Seruatur

iam ante *Sebaſtiani Tengnagelÿ* Præfecturam fuit commodatus, furaciter exciſæ ſunt, vt ex foliorum deperditorum veſtigijs etiam nunc videre eſt. Superſunt igitur ibi nunc tantùm nuda *Quæſtionum lemmata*. Inſuper adeſt

Interpretatio compendiaria variarum Veteris, & noui Teſtamenti Quæſtionum ex Theodoreto Epiſcopo Cyrenſi, & alÿs diuerſis Patribus; cuius titulus: Ἑρμηνεία συντομος τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Διαθήκης Θεοδωρήτου καὶ ἄλλων διαφόρων Πατέρων. Patres autem, qui præter Theodoretum ibi nominatim citantur, ſunt hi; Origenes, Acacius Cæſareenſis in Palæſtina Epiſcopus, Diodorus Epiſcopus Tarſenſis, S. Baſilius Magnus, Didymus Alexandrinus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Ioannes Chryſoſtomus, Seuerianus Gabalorum in Syria Epiſcopus, Iſidorus Peluſiota, S. Cyrillus Archiepiſcopus Alexandrinus, & Gennadius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, qui omnes floruerunt quinque poſt Chriſtum ſæculis. Citatur quoque ibidem Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus *de maledictione Chanaani*. Item

Quæſtiones quædam curioſæ, & apocryphæ; nempe de ſex præcipuis à creatione Mundi Hæreſibus *Barbariſmo, Scynthiſmo, Helleniſmo, Iudaiſmo, Samaritiſmo, & Chriſtianiſmo* cum ſubiuncta breuiſſima quadam *Epitome Chronologica* vſque ad annum Mundi ſecundum ſupputationem Eccleſiæ Orientalis 6420. ſiue annum Æræ Chriſtianæ 912. Pariter de nomine Domini ſpeluncæ, in qua Chriſtus natus eſt; de nominibus trium Magorum; de tempore commorationis ſi, cuius relationem exhibet *Petrus Lambecius*, aſſeritque ipſa tituli Græci verba cum principio *Procemÿ* ad *Hypatium* eſſe ſequentia: Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου εἰς τὰ ζητούμενα τῆς θείας γραφῆς. Ἀρχὴ τῶν ἐν τῇ Βίβλῳ τῆς γενέσεως ἐπαπορουμένων κεφαλαίων. Καὶ ἄλλοι μὲν φιλομαθεῖς ἄνδρες ἐπηγγείλαντο διαλῦσαι τῆς θείας γραφῆς τὰ δοκοῦντα εἶναι ζητήματα, καὶ τῶν ἀναπτύξαι τὸν νοῦν, τῶν δὲ τὰς αἰτίας δηλῶσαι, καὶ ἁπαξαπλῶς ἀποφῆναι σαφῆ τὰ τοῖς πολλοῖς οὐ τοιαῦτα φαινόμενα, σὺ δὲ διαφέροντας, φίλτατε παίδων ΥΠΑ' ΤΙΕ, τοῦτο με πρᾶξαι παρώτρυνας &c. Quo finito *Procemio*, ſequitur prima Quæſtio in *Geneſin* hoc modo: Τί δήποτε μὴ προτέταχε τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας θεία γραφὴ τὰ μαθήματα, &c. Primus has *Theodoreti Quæſtiones* Græcè & Latinè edidit Pariſijs *Ioannes Picus* Præſes Claſſium inquiſitoriarum Senatus Pariſienſis, ex officina Iacobi Puteani, anno 1558. in 4. ſed deeſt ibi in principio *Procemium ad Hypatium*. *Quæſtiones* etiam *in Librum Iudicum* non extant ibi omnes, ſed tantùm *nouendecim*, quorum vltima eſt, *Cur Deus permiſerit mactari filiam Iephte*: In Codice enim hoc manuſcripto Cæſareo ſequuntur adhuc aliæ octo *Quæſtiones*, quarum prima: Πῶς ὁ Σαμψὼν ἐκδεδιῃτημένως καὶ παρανόμως ζῶν πνευματικῆς ἀπήλαυσε χάριτος, vltima autem: Τί δήποτε προσέταξε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τοῖς διακοσίοις τοῖς ἐκ τοῦ Βενιαμὶν ἐκ τῶν ἐν Σίλῳ χορευουσῶν παρθένων ἁρπάσαι τε καὶ γῆμαι. Extiterunt etiam (ſequitur idem Lambecius) olim in eodem Codice manuſcripto eiuſdem *Theodoreti Quæſtiones in Librum Ruth*, ſed illæ ſceleſti cuiuſdam hominis manu, cui Codex ille

ſtoriam de quodam Principe Iudæorum nomine *Theodoſio*, qui tempore *Imp. Iuſtiniani* argentario cuidam Chriſtiano, nomine *Philippo*, patefecit vetuſtiſſimum, & à Iudæis ſummo ſtudio occultatum Templi Hieroſolymitani Teſtimonium publicum de Seruatore noſtro Ieſu Chriſto, quod is filius fuerit Dei viuentis & Mariæ ante, & poſt partum Virginis. Ipſa tituli Græci verba cum principio narrationis, teſte Lambecio, ſunt ibi hæc: Κατάθεσις Ἰουδαίου ὁμολογήσαντος τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ ζῶντος εἶναι καὶ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, τῆς καὶ μετὰ τὸ γεννῆσαι μεινάσης παρθένου. Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ γέγονε τοιοῦτον. Ἐγένετό τις ἀρχηγὸς τῶν Ἰουδαίων. ὄνομα αὐτῷ Θεοδόσιος, πλείστοις δὲ τῶν Χριστιανῶν γνωστὸς ὑπῆρχε, καὶ αὐτῷ τῷ μνημονευθέντι Βασιλεῖ κατὰ δὲ τοὺς χρόνους ἐκείνους &c. Eiuſdem Hiſtoriæ meminit quoque Michael Glycas in Epiſt. 53., eademque narratio extat apud Suidam Lexicographum ſub titulo Ἰησοῦς. De cæteris eius Operibus mſc. quæ extant in Bibliotheca Cæſarea, conſule præfatum Lambecium. Agunt de Theodoreto, Leontius, Liberatus, Photius, Sigebertus, Honorius Auguſtodunenſis, Ioannes Euchaita in carmine de Script. Eccleſ. Theodorus Abbas in argumento Synodi Epheſinæ, Nicephorus Calliſtus lib. 14. cap. 54. Beſſarion in oratione ad Græcos in Concilio Florentino pro vnione habita, Trithemius, Sixtus Senenſis, Iacobus Billius, Baronius, Bellarminus, Philippus Labbe, alijque recentiores.

828 THEODORICVS HACKSPANIVS, Vinarienſis, Hæreticus Lu-

nis Chriſti in Ægypto, & nomine hoſpitis ipſius; de nomine Ancillæ, ad cuius interrogationem Petrus Chriſtum abnegauit; de nomine eius, qui Crucem Chriſti exaſciauit; (Græcè ibi legitur: ὁ πελεκίσας τὸν σταυρὸν &c.) de nomine Centurionis, qui Crucem Chriſti cuſtodiuit; de nominibus duorum latronum, qui cum Chriſto crucifixi ſunt; de nominibus duorum Angelorum; qui à ſepulchro Chriſti lapidem reuoluerunt. Titulus Græcus illarum Quæſtionum eſt talis: Ἐρωτήσεις σοφῶν καὶ Ἀποκρίσεις. Iiſdem Quæſtionibus in fine annexa eſt *S. Baſilij Magni Interrogatio, & Reſponſio ſeptem peccatis Caini*. Verſus finem huius Codicis refert *Miraculum à Beatiſſima Virgine Deipara editum in ſeruando puero Hebræo, quem parentes ob conuerſionem ipſius ad Chriſtianam religionem voluerunt interficere*; Principium eius eſt: Ἰωάννης Διάκονος διηγήσατό μοι λέγων, ὅτι φησὶν ἐν Ἀβρατείᾳ τῇ πόλει τῆς Ἀρμενείας ποίμνια προβάτων εἰσὶ πολλά. συνέβη οὖν βόσκεσθαι τὰ ποίμνια ὑπὸ παίδων χριστιανῶν καὶ ἑβραίου τινὸς παιδίου. &c.

In alio Theodoreti Codice manuſcripto eiuſdem Bibliothecæ Cæſareæ, extant *Interrogationes, & Reſponſiones de varijs Sacræ Scripturæ difficilibus locis*, vnâ cum aliorum quorundam veterum Patrum intermixtis, & ſubiunctis Expoſitionibus. Habetur etiam anonymi cuiuſdam Autoris Ἑρμηνεία ſiue *Interpretatio variorum Veteris Teſtamenti Teſtimoniorum de Deitate, & Incarnatione Chriſti*. Principium eius eſt: Ἀποκαλύψει ὁ Κύριος τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν, &c. Narrat in fine huius Codicis *Hi-*

Digitized by Google

duxit captiuitatem . VIII. De nominum propriorum origine, & varietate; & quid in hiſce maximè cauendum. IX. Indagatur è ſcriptis Hebræorum antiquitas legum, promiſſorum, rituum, qui Moſen ipſum Legiſlatorem ætate ſuperant. Scripſit etiam

Notas Philologico-Theologicas in varia, & difficilia Scripturæ loca. Diuiduntur in tres partes. Impreſ. ibid. anno 1666. in 8. Item commentatus eſt

De vſu Scriptorum Rabbinicorum in Theologia, & imprimi curauit librum *Nizachon*, ſeu de ſcriptis Iudaicis R. Lipmanni Heb. Lat. Ibid. anno 1644. in 4. cuius mentio in Bibliotheca Magna Rabbinica Par. IV. pag. 11.

829 THEODORVS, cognomento ABVCARAS, Epiſcopus Carum ſeu Cariæ, ſcripſit Græcè

Chriſtianas diſputationes quindecim contra pleroſque ſui temporis hæreticos, potiſſimum autem Sarracenos, vel Arabas, & Agarenos, Tritheitas, Theopaſchitas, Iacobitas, Monophyſitas, Iudæos, Neſtorianos, & Origeniſtas, quarum ſeries hæc eſt: I. diſputatio habita fuit cum Emeſeno curſore, quod Deus ſit, rationibus illi demonſtrat. II. aduerſus Infidelem quendam, Deum eſſe vbique probat, & modum, quo ſit, oſtendit. III. aduerſus Tritheitas Arabas, hoc eſt, qui tres eſſe Deos contenderent, Deum trinum & vnum eſſe demonſtrat. IV. contra Monophyſitas, hoc eſt hæreticos vnam in Chriſto naturam eſſe contendentes, diſſerit de Lucta Chriſti cum Diabolo. V. aduerſus Sarracenos, docet, Chriſtum verum eſſe Deum, quamuis homo fuerit,

Lutheranus, obijt an. 1659. Altdorfij linguas orientales, & Sac. Theologiam profeſſus eſt. Typis euulgauit

Miſcellaneorum Sacrorum libros duos; quibus acceſſit eiuſdem *Exercitatio de Cabbala Iudaica*. Impreſſ. Altdorfij, an. 1660. in 8. Proſtant Norimbergæ apud Ioannem Tauberum Bibliopolam. Liber primus continet Capita X. videlicèt I. De ſynedoche partis pro parte. II. De ſenſu verborum Propheticorum Micheæ, v. 2. III. De verbo חלק quo vſus eſt Moſes Deuteron. 4. 19. & genuino eius loci ſenſu. IV. De germano ſenſu oraculi diuini, Gen. 4. 7. V. De verbis Pſal. 99. 6. משה ואהרן בכהניו VI. De Polygamia Salomonis, & quouſque illa ſe extendat, maximè autem de loco 1. Regum 11. 1. & ſeqq. VII. Lex Deut. 25. de iure ducendi fratriam exponitur, & à quorundam gloſſa liberatur. VIII. In quo Græci Interpretes, quà Controuerſias Theologicas cum fonte in locis aliquam multis conferuntur. IX. Cautò opus eſſe oſtenditur, ne quid facilè aſſeratur vniuerſaliter in S. Philologia, idque adductis confirmatur exemplis. X. Quid ſit מערת המכפלה, cuius Gen. 23. 9. mentio extat. Liber ſecundus habet Capita IX. nempè I. De verbis Eccleſiaſtis, cap. 7. 17. אל־תהי צדיק הרבה II. De vniuerſalium Locutionum reſtrictione obſeruationes nonnullæ. III. De litera ה Hag. 1. 8. ואכבד omiſſa. IV. De hyperbolicis S. literarum locutionibus. V. De Textus ſacri tum Veteris, tum Noui Teſtamenti diſtinctione genuina. VI. De Maſoræ tum auctoritate, tum vſu in Controuerſijs. VII. De verbis Pſal. 68. 19. & Epheſ. 4. 8. *captiuam*

Digitized by Google

& Latina lingua, an. 1606. Reperiuntur etiam nonnulla eiuſdem manuſcripta Collectanea in Bibliotheca Bauarica Græcè.

830 THEODORVS Amaſeæ Epiſcopus, referente Poſſeuino, ſcripſit

Dogmatica Panoplia contra Iudæos, Armenos, & Sarracenos.

831 THEODORVS BEZA, Vezelius, Geneuenſ. Miniſter, Theolog. Poeta Hereſiarch. Caluino-Zuinglianus, damnatæ memoriæ Auctor, ſcripſit

Leges Moſaicas, an. 1610. in fol.

832 THEODORVS BIBLIANDER, natione Heluetius, Caluino-Zuinglianus, Hæreticus primæ claſſis, elucubrauit

Inſtitutionum Grammaticarum de lingua Hebræa Lib. 1. Excuſ. Tiguri, an. 1535. in 8.

De optimo genere Grammaticorum Hebræorum. Baſileæ, an. 1542. in 4.

Commentariorum de Sacroſancta Hebraica lingua, hoc eſt principe, atque parente omnium linguarum, & literarum libros 24. nondum editos.

De Eſdræ ſomnio, Romano Imperio, Papatu, Iudæis &c. Extat in Biblioth. Vatic. inter Codd. impreſſ. num. 4176. Item ſcripſit ad Iulium III. Papam, & cæteros Eccleſiæ Romanæ Præſides

Conſiderationem de Iudæorum, & Chriſtianorum defectione à Chriſto, Eccleſia, & fide catholica: itemque *de Iudæorum, & Chriſtianorum conuerſione ad Chriſtum Ieſum, Eccleſiam Dei ſanctam, ac fidem catholicam.* Liber impreſ. Baſileæ, an. 1553. in 4. De-

VI. aduerſus Theopaſchitas, hoc eſt eos, qui Deum paſſum eſſe falsò aſtruerent, oſtendit, Chriſti hypoſtaſin, cum pro nobis paſſus eſt, minimè ſolutam fuiſſe. VII. aduerſus Agarenos, Iudæos improbè feciſſe, qui Chriſtum, quamquam volentem, crucifixerint. VIII. contra Iudæos, de vero & catholico Sacrarum Scripturarum ſenſu (vbi obiter de pio & legitimo Sanctarum Imaginum vſu) atque de Iudæorum, ac Hæreticorum falſo Verbi Dei intellectu: denique probat, quemlibet Chriſtianum, filium Iſraelis eſſe. IX. aduerſus Neſtorianos, vnum, & eundem eſſe Dei, & Virginis filium. X. aduerſus eoſdem, Deum Verbum, & Deum hominem, vnum, & eundem eſſe. XI. aduerſus eoſdem, Chriſtum verè, non phantaſticè, natum eſſe ex Virgine, paſſum, crucifixum, &c. XII. contra eoſdem, probat, Mariam Virginem Theotocon, vel Ieſutocon, hoc eſt Dei genitricem, vel Ieſu genitricem, potiuſquam Chriſtotocon, ideſt Chriſtiparam, appellandam eſſe. XIII. contra eoſdem, Chriſti nomine vtramque naturam, Diuinam, & Humanam deſignari confirmat. XIV. contra Origeniſtas, quid Iuſtitia, eiuſque modi quotnam ſint, agit. XV. De quinque hoſtibus differit; nimirum Morte, Diabolo, Legis maledictione, & condemnatione, Peccato, & Inferno. Extant hæ Diſputationes in Bibliotheca Sanctorum Patrum Margarini Bignæi Tomo quarto, ſecundæ editionis, Latinitate donatæ à Genebrardo. Ingolſtadij prodierunt quadraginta opuſcula eiuſdem contra Infideles, Neſtorianos, Iudæos, & Mahumetanos, Græca,

Digitized by Google

promouerunt, *&* *propagarunt*. Ibid. eodem anno, eademque forma.

De Literis Hebraicis. Ibid. anno 1662. in 8.

835 THEODORVS FABRITIVS, Germanus, Lutheranus, ſcripſit

Inſtitutiones Grammaticales in linguam ſanctam. Excuſ. Coloniæ.

Tabulas duas de nominibus Hebræorum, & de verbis. Excuſ. Baſileæ apud Henricum Petri.

Compendium doctrinæ Chriſtianæ ex Germanico, & Latino idiomate, primum Hebraicè, & Græcè conuertit. Excuſ. Vittebergæ, an. 1582. in 8.

836 THEODORVS SCHNEPPIVS, Profeſſor Tubingenſis, Theolog. Lutheran. Auguſtan. Confeſſ. Hæreticus primæ claſſis, edidit

Scholas Theologicas in Ieſaiam Prophetam: in quibus 1. diſpoſitio, & ſeries argumentorum, ornamenta ſententiarum & figurarum, & in his phraſis ipſa ac obſcuriora loca ex fontibus Hebraicis monſtrantur 2. Doctrinæ Theologicæ indicantur. 3. Acceſſerunt formulæ Concionum ad Rhetorum præcepta factæ. 4. Singulis capitibus Paraphraſis ſubijcitur. 5. Regulæ ſatis multæ ad intelligendos Prophetas præfixæ ſunt Operi. Tubingæ, an. 1583. in fol.

837 THEODORVS THVMMIVS, Theologiæ Doctor, & Profeſſor in Academia Tubingenſi, elucubrauit

Tractatum de Feſtis Iudæorum, & Chriſtianorum. Impreſ. Tubingæ, an. 1624. in 4.

838 THEODOTION, Epiphanio Ponticus, Euthymio Epheſius, ex hære-

De myſterijs ſalutiferæ paſſionis, & mortis Ieſu Meſſiæ, expoſitionis hiſtoricæ libros tres: in quorum primo exponitur Paſcha Eccleſiæ Iſraeliticæ: in ſecundo, Cœna Domini noſtri Ieſu Chriſti ſacroſancta: in tertio, Miſſa Eccleſiæ Romanæ meritoria. Excuſ. ibid. an. 1555. in 4.

833 THEODORVS DASSOVIVS, Germanus, Auctor Heterodoxus, emiſit

Diatribe, qua Iudæorum de reſurrectione mortuorum ſententia, ex pluriimis, ijſque magnæ apud illos autoritatis Rabbinis, tàm veteribus, quàm recentioribus copioſè explicatur, examinatur, & illuſtratur, cum indice ſummorum capitum, autorum Rabbinicorum, & dictorum Scripturæ allegatorum. Excuſ. Wittebergæ, typis Matthæi Henckelij, anno 1675. in 4. Agit de cauſa efficiente reſurrectionis, ſeu בפועל התחייה, annexa eiuſdem ἐπικρίσει; de forma reſurrectionis, ſeu בצורת תחיית המתים annexa eiuſdem ἐπικρίσει; de ſubiecto, vel materia reſurrectionis, ſeu בחומר התחייה; de adiunctis reſurrectionis tempore ſcilicèt, & loco, ſeu בזמן ובמקום התחייה, annexa eiuſdem ἐπικρίσει; tandem de fine reſurrectionis, ſeu בתכלית התחייה, annexa eiuſdem ἐπικρίσει.

834 THEODORVS EBERTVS, Profeſſor Academiæ Francofurtenſis ad Oderam, typis exarauit

Elementa Hebraica. Lipſiæ, anno 1627. in 8.

Poetica Hebraica. Ibid. an. 1628. in 8.

Elogia 100. *Iuriſconſultorum, & Politicorum, qui linguam ſanctam*

Digitized by Google

prioris tomi,in quo demonſtratur à Deo datum eſſe Euangelium, vel ex eo quod omnes homines Grecos,& Barbaros potuit à via ferina, ad vitam Euangelicam traducere, quod quidem Lex Vetus nequaquam poterat, & Iudæorum vana expectatione Meſſiæ.

Eiuſdem contra eos *Tomus Secundus*, in quo Euangelium comparatum cum Lege, demonſtratur longè excellentius eſſe in omnibus, & quod ſolum vniat, & aſſimilet Deo homines, quantum conſequi poſſunt homines, quod eſt vltimum bonum, & vera beatitudo.

Eiuſdem Tomi *Liber primus*, in quo demonſtratur Theologiam Euangelij excellentiorem eſſe, & perfectiorem Theologia Legis Veteris, & quod Prophetæ non ſolùm diuina inſpiratione edocti fuerunt, ſed etiam alijs mediocriter eius ſecreta aperire voluerunt, quantum capere poterant tunc, qui erant mente purgata.

Eiuſdem *Liber ſecundus*, in quo demonſtratur Theologiam Euangelij, & ſapientiam rerum diuinarum multo maiorem eſſe Moſaica, vel ex præmio virtutis, quia ſcilicèt lex vetus bona terræ promitteret, & daret,Euangelium verò, Dei viſionem, & Regnum. Item de Oratione, & quod Prophetæ Sancti per omnia cernantur vitam ſuam ad leges, & regulas Euangelicas dirigere.

Eiuſdem *Liber tertius*, in quo demonſtratur ſapientiam Euangelij altiorem, & ſublimiorem eſſe Veteri Teſtamento, idque ex virtutibus moralibus, quibus ornat animam, potiſſimumque ex charitate erga Deum, & proximum, & quod Prophetæ his

hæretico Marcioniſta, Proſelytus Iudæorum factus eſt, Commodo imperante

Sacros Libros ex Hebræo in Græcam linguam, conuertit, maiore tamen fide in interpretatione vſus eſt, quam cæteri eius ſimiles, vt teſtatur S. Epiphanius in libro *De menſuris*, & *ponderibus*.

839 THEODOTVS, Ancyræ in Galatia Epiſcopus, ſcripſit

De Iudæis. Citatur ab Euſebio lib. 9. de præparat. Euang.

840 THEOPHANES, Niceæ Epiſcopus, Græcè ſcripſit Opus

Aduerſus Iudæos, Tomis duobus. *Primus liber* prioris tomi, demonſtrat eos qui nunc Iudæi appellantur, ex nulla parte ad veteres Iudæos pertinere, neque fide in Deum, neque Dei cultu, neque genere, neque lingua, & idcircò non eſſe nomine Iudæorum appellandos.

Eiuſdem contra eos *Liber ſecundus*, in quo demonſtratur non propter aliud Iudæos in ea mala in quibus nunc ſunt, incidiſſe, niſi propter ſolam impietatem, & quod lex Moyſis, tamquam quæ non poſſit hominem perficere ſecundum animam, abrogata eſt à Deo, & data altera Euangelica excellentior, & perfectior.

Eiuſdem contra eos *Liber tertius* prioris tomi, in quo demonſtratur non eſſe aliam legem pro vetere datam, niſi Euangelium Chriſti, quod quidem Euangelium ex miraculis Chriſti quæ tunc facta ſunt, & quæ nunc fient in cuncta Chriſti Eccleſia, fidem habet, & auctoritatem irrefragabilem.

Eiuſdem contra eos *Liber quartus*

Digitized by Google

ruſalem, & de miraculis tunc factis, quomodo hæc Prophetæ Euangelicè prædixerint. Item: quomodo Prophetæ concordantes cum Euangelio prædicant ſingillatim Paſſionem Domini, & quæcumque in ea auſi ſunt qui Deum occiderunt, & quæ tunc miracula facta ſunt Epilogus. Cap. 12. quod poſt Paſſionem, & Mortem tertia die reſurrexit à mortuis Saluator noſter. Cap. 13. quod aſſumptus eſt in Cælum poſt reſurrectionem, & ſedet ad dexteram Dei Patris. Cap. 14. demiſſo Spiritu Sancto è Cælo Apoſtolis, & per eos effuſo in omnes credentes in Chriſtum. Cap. 15. de prædicatione Apoſtolorum in cuncto Orbe. Cap. 16. de vocatione gentium, & ſubiectione earum ſub Chriſto. Cap. 17. de Baptiſmo ſalutari. Cap. 18. de erectis in toto Orbe ſacris aris. Cap. 19. quod minor pars Iudæorum, quæ in Chriſtum credidit, anima, & corpore ſeruata eſt, calamitatis Hieroſolymitanæ mala euadens. Cap. 20. quod maxima pars Iudæorum in perfidia remanens perijt anima, & corpore, à Romanorum exercitu conſumpta. Cap. 21. de frangendis, & delendis omninò idolis, & de Sanctis imaginibus eorum loco habendis. Cap. 22. de cæleſti Hieruſalem patria omnium Sanctorum. Cap. 23. demonſtrantur Prophetæ concordare cum Euangelio etiam in myſterio communis reſurrectionis hominum, & aduentus terribilis in Terram Chriſti Dei, & Hominis, Iudicis, & Regis omnium, & Iudicij, ac remunerationis factorum cuiuſque, & mutationis Vniuerſi. Floruit Theophanes circa annum Domini 1300. ſecundum quod ſcribit Conſaluus Ponce de

his virtutibus fuerunt prædití.

Porrò adhuc eiuſdem *Symphoniæ Veteris, & Nouæ Scripturæ aduerſus Iudæos* continet: Cap. 1. quod Prophetæ futuram gentium conuerſionem ab idololatria ad Deum clarè appellant cognitionem Dei, ideſt pietatem. Cap. 2. quod omnes gentes aſcenſuræ erant in Hieruſalem, & adoraturæ Deum illic, & quod inde mandata eius diſcenda erant. Cap. 3. quod ex Hieruſalem egreſſura erat Lex æterna, & danda omnibus hominibus, Iudæis, & Gentibus, ita vt deinceps Lex vetus de medio ſublata eſſet. Cap. 4. quod apertè Prophetę Chriſtum confeſſi ſunt Deum. Cap. 5. quod Chriſtus Dominus quoque dictus eſt à Prophetis, quod idem valet atque *Dei nomen*, & quod vnus idemque eſt Deus, & homo. Cap. 6. quod Prophetæ ſimilitèr, atque Euangelium, Chriſtum dicunt etiam Dei filium legitimum ex ſubſtantia eius, qui eum genuit, genitum, & dilectum. Cap. 7. quod Prophetæ Chriſtum, ex Virgine natum prædixerunt, & in Betlehem concorditer Euangelio, Cap. 8. Concordia Prophetarum cum Euangelio de tempore, quo venit ad nos Chriſtus. Cap. 9. demonſtratur, quemadmodum Prophetæ cum Euangelio conſentientes ex ſemine Abraham, & Tribu Dauid Chriſtum proficiſci dicunt. Cap. 10. quomodo Prophetæ concorditer cum Euangelio prædixerunt Epiphaniam Domini, & de Diuinitate eius teſtimonium cæleſte vocis paternæ, & miraculorum eius. Cap. 11. de eo, quod ſponte ſua venit ad Paſſionem Dominus, & Saluator noſter, & de ingreſſu illo nouo, & inaudito in Hie-

Digitized by Google

& miraculis clariſſimus, in caſtro Latij Aquino, è nobili Comitum Aquinatum ſtirpe natus anno ſalutis 1224. de quo plura apud Bartoloccium in Biblioth. Magna Rabbinica Par. II. pag. 860. col. 1. Inter præclariſſima eius Scripta, extat etiam Opuſculum

De Regimine Iudæorum, ad Duciſſam Brabantiæ. Habetur Tomo 17. Romanæ editionis, an. 1570.

846 THOMAS BANGIVS, Haunienſis, Auctor Heterodoxus, euulgauit opus inſcriptum

Hermes, & Pan Hebraicus, quo viuum abſoluti Hebraici Lexicographi Exemplar proponitur. Excuſ. Hafniæ, an. 1641. in 4. Item

עב הקדם *Cælum Orientis, & priſci Mundi Triade, Exercitationum Literariarum repræſentatum*. Excuſ. ibid. an. 1644. & 1657. in 4. Opus in Romano Indice damnatum. Tres *Exercitationes* continet: I. De Pliniana Literarum æternitate, primis Literarum natalibus, Libro Henochi, & Literis cæleſtibus; ibique quæritur, an æternus ſit Literarum vſus? Qui nam ſint Literarum natales, & quibus Inuentoribus primam ſui originem ipſæ Literæ adſcribant? Nùm Adamus primas Literas inuenerit? An Adami liberis, aut poſteris ante diluium viuentibus cognitæ literaturæ gloria tribuenda ſit? An ex Henochi Libro certò conſtare queat Literas ante diluuium viguiſſe? & *primò* aſſerit, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſſe, extitiſſe aliquando aliquod ſcriptum Henochæum. *Secundò* Henochi ſcriptum Canonicam auctoritatem neutiquam mereri, dignum quod non tantum ad Apocryphorum Li-

de Leon Hiſpalenſis in Epiſtola ad Bernardum de Roias Epiſcopum Pompelonenſem de operibus eiuſdem Theophanis ex Biblioth. Vat. primò editis, eodem Conſaluo interprete, Romę apud Franciſcum Zanettum, an. 1590. in 8.

841 THEOPHILVS Cęſareę Palæſtinæ (quæ olim Turris Stratonis vocabatur) Epiſcopus, ſub Seuero Principe, ſcripſit Epiſtolam Synodicam, & valdè vtilem

Aduerſus eos, qui decima quarta Luna cum Iudæis Paſcha faciebant. S. Hieronymus in Catalogo.

842 THEOPHILVS PISTORIVS, emiſit

Enchiridion Linguæ Sanctæ Hebręę Grammaticum. Lipſiæ. an. 1626. & 1662. in 12.

843 THEOPHILVS SPIZELIVS, Auguſtanus, edidit librum inſcriptum

Eleuatio relationis Montezinianæ de repertis in America Tribubus Iſraeliticis, & diſcuſſio argumentorum pro origine gentium Americanarum Iſraelitica à Manaſſe Ben Iſrael in מקוה ישראל ſeu *ſpe Iſraelis conquiſitorum*. Excuſ. Baſileæ apud Ioannem Koning an. 1661. & Auguſtæ Windelicorum, 1668. in 8. Huius mentio in Bibliotheca Magna Rabbinica Par. IV. pag. 44.

844 THEOPHILVS VALLENSIS, fortaſſe idem cum *Theophilo Piſtorio*, ſcripſit

Enchiridion Linguæ Sanctæ Hebrææ Grammaticum. Excuſ. Lipſiæ, anno 1631. in 12.

845 S. THOMAS AQVINAS, Sacri Prædicatorum Ordinis iubar, verè Doctor Angelicus, vita, doctrina,

Digitized by Google

uenturæ Hepburni patrocinium ; ac teſtimonium ſatis validum ſit ad euincendum Alphabetum ab Auctore recenſitum proprium fuiſſe Adami ? Num Angeli Rocchæ auctoritate Adamæarum Literarum ſinceritas ſolidè probari , & confirmari poſſit ? Num Ambroſij Theſei auctoritas ſufficiat demonſtrandæ Adamæi characteris veritati , ac primigeniæ integritati ? An Dureto nouo Literarum Adamæarum reſtauratori tutò quis fidere poſſit, aut debeat ? An Literæ Sethianis poſteris aſcriptæ ſint ſinceræ , ac genuinæ ? An Henochæum Alphabetum à Pantheo propoſitum fidem, & aſſenſum mereatur ? Num Literæ Noachi firmo nitantur fundamento ? Tertia & vltima Literariæ antiquitatis *Exercitatio* , Hieronymi opinioni de Eſdræo hodierni characteris Hebraici nouo inuento temerè opponitur.

847 THOMAS BELHAVERVS , Ordinis Cruciferorum, Italicè ſcripſit

Doctrinam facilem , & breuem reducendi Hebræos ad cognitionem veri Meſſiæ. Excuſ. Venetijs, anno 1608. in 4.

848 THOMAS BLEBELIVS , edidit

Compendium Hebrææ Linguę. Witebergæ, an. 1594. in 8.

849 THOMAS DVFOVR , Gallus , Congregationis S. Mauri , Ordinis Sanctiſſimi Patris Benedicti Monachus , ad Poſteros tranſmiſit

Linguæ Hebraicæ Opus Grammaticum , copia , breuitate , methodo , abſolutum ; cum Hortulo Sacrarum radicum : adiecto ſchemate Grammatico , altera , aut tertia hora legendi rationem

Librorum ima ſubſellia detrudatur, ſed etiam commentitiarum & mendacium fabularum quiſquilias humi abiectum iaceat. *Tertiò*, Ἀποσπασμάτιον hoc eſt Libro primo Henochi adhuc reſiduum, neutiquam diuini Prophetæ Henochi genuinum, & antiquum opus eſſe, nedum Noachiani extemporalis Spiritus adoptiuum fœtum, vt Tertullianus opinatur , ſed hominis cuiuſdam audacis, & mendacis vel plurium poſtdiluuianum abortum. *Quartò*, Fragmentum Henochianum Iudæi vnius aut plurium fœtum eſſe multifariam vitioſum , Platonicis faſcijs inuolutum , Chriſtianorum impuris manibus ſuſceptum, atque vanis eorundem pennis, ceu mammis paſſim & lactatum & altum. *Quintò* aſſerit, quod ille qui hactenus Angelicarum nuptiarum cum ſexu venuſtiore ſolemnis præco ac pronubus eſſe geſtijt: nunc Angelos fęmineos Magicarum artium Doctores ac nutritios pronunciare haud erubeſcit . Inſuper duobus alijs Quæſitis, hanc primam *Exercitationem* claudit, videlicèt: An Iudas Apoſtolus affirmet Henochum ſcripſiſſe, & an locus, qui in Epiſtola Iudæ citatur , ex Henochi ſuppoſititio opere , ſeu Fragmento ſit excerptus ? An dentur Literæ cæleſtes , & Angelicæ, quæ cæleſti auctoritate , & veritate nitantur. *Exercitatio II.* agit de Literatura patriarchali, Literis Adami, Sethianorum, Henochi, Noachi, Hetruſcorum : item de Literarum cæleſtium, & angelicarum figura, & futilitate . Hinc quæritur , quinam Auctores Literis antediluuianis patrocinentur, de ijs teſtentur , & quibus figuris illæ expreſſæ extent ? An Bona-

Digitized by Google

ſeu Leydæ ex typographia Auctoris 1611. 1621. 1629. In Hiſp. permittitur cum ſequenti expurgatione, videlicèt poſt adhibitam notam damnati Auctoris, & operis; Oratione 3. *De lingua Hebræa*, pag. 113. poſt medium, & poſt illa verba, *Partem abſconditam latere*, dele vſque ad finem paginæ. Item & pag. ſequentem 114. vſque ad medium pag. 115. ad illa verba, *Nec id mirum*, *&c.* excluſ. Pag. 117. ad medium, poſt illa verba, *Romæ nunquam audiſtis*, dele ſeptem lineas, vſque ad, *Extant ridiculi*, excluſ. Pag. 123. poſt medium, & poſt illa verba, *Facere videbantur*, dele vndecim lineas, vſque ad, *Vnum Hieronymum*, excluſ. Pag. 124. poſt medium, octo lineæ ante finem, dele, *Aut minus neceſſarium*. Pag. 125. poſt initium, & poſt illa verba, *Spiritum ſanctum*, dele duas lineas, vſque ad, *Id enim hic*, excluſ. Pag. 127. linea 4. ante finem, dele, *Atque adeo neceſſarium eſſe*.

852 THOMAS GATAKERVS, Londinenſis, Græcè, & Hebraicè doctus, euulgauit

Diſſertationem de nomine Tetragrammato יהוה Londini 1645. in 8.

Vindicationem eiuſdem Diſſertationis contra Ludouicum Capellum. Ibid. 1652. in 8.

853 THOMAS GARZONIVS, Canonicus Regularis à Bagnacaballo, vir in Diuinis, humaniſque ſcripturis verſatus, permulta ſcripſit, inter quę ſunt

Vitas illuſtrium mulierum vtriuſque Teſtamenti. Poſſeuinus in Apparatu Sacro.

præmoſtrante, & hebdomada dierum, neceſſaria ad Sanctæ linguæ notitiam inſtituta. Acceſſit exercitatio rabbinica ad lectionem ſine punctis, cum opuſculo de arcanis, Ziphriſque myſticis Hebręorum. Excuſ. Pariſijs an. 1642. in 8.

850 THOMAS ELYSIVS, Neapolitanus, Ord. Præd. Sac. Theologiæ Magiſter, alumnus Conuentus S. Dominici de Neapoli, de quo Ioannes de Miranda Hiſpanus, hæc habet: *Hic eſt ille Reuerendus Magiſter Thomas Elyſius, Neapolitanus, quem genere clarum, omnibus naturæ dotibus ornatum, multis, & Philoſophiæ, & Theologiæ literis excultum &c.* Scripſit, & edidit

Chriſtianæ Religionis arcana. Venetijs ex Typographia Dominici Guerrei, & Io: Baptiſtæ, an. 1569. in 4. ad Beatiſſimum Patrem Pium V. Pont. Max. Inſerit in hoc Opere Tractatum

De Articulis fidei contra Hebræos. Floruit an. 1588. Miræus de Script. Sęculi 16. cap. 82. Antonius Poſſeuinus, Luſitanus, Ambroſius Gozzeus, Plodius, Vallus, & Altamura.

851 THOMAS ERPENIVS, Batauus, Gorcomienſis, Theolog. & Philolog. Profeſſor Leydenſis, Caluiniſta, Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Arcanum Punctationis reuelatum, vnà cum Oratione de nomine Tetragrammato. Excuſ. Lugd. Batau. anno 1624. in 4.

Grammaticam Hebræam generalem. Excuſ. Lugduni, an. 1621. Geneuæ, 1627. in 8. Accedit *Chaldæa*, *& Syra*. Leydæ 1659. in 8.

Orationes tres de linguarum Hebręę, atque Arabicæ dignitate. Lugd. Batau.

Digitized by Google

Anglus, publicæ Bibliothecæ Oxonienſis Proto-Bibliothecarius, Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

De perſona, & officio Iudicis apud Hebræos, Græcos, & Romanos. Impreſſ. Oxonij, an. 1660. in 4.

860 F. THOMAS MALVENDA, Setabi apud Valentinos ortus, de quo refert Nicolaus Antonius, quod poſtquam Latinas literas, & Philoſophiam à Dominicano quodam ſodali, linguarum autem Hebraicæ, Græcęque exactiſſimam peritiam αὐτοδίδακτος in patria vrbe didiciſſet, Prædicatorum Fratrum inſtituto ſe apud Lombaienſes, cùm primùm eſſet iuſtæ ætatis factus, obligauit. Acerrimo fuit ingenio, totiuſque Sacræ, ac prophanæ literaturæ capaci, prompto, & acri iudicio, memoria ſingulari: doctrinæque inſigne meritum religionis ac pietatis curâ & ſtudio cumulauit. Plura edidit, alia edenda reliquit, videlicèt

De Antichriſto Tom. II. Romę apud Carolum Vullietum, an. 1604. Valentiæ 1621. & Lugduni 1647. in fol. In primo Tomo, Antichriſti præcurſores, aduentus, ortus, ſigna, regnum, bella & monarchiæ enumerantur; Sacrę Scripturæ oracula enodantur, & Patrum auctoritates cum Hiſtoriæ veritate conciliantur. Diuiditur in ſex Libros, quorum *Primus* agit de Antichriſto, quid de ipſo etiam ſentiant Hebræi, & de Hebraico Antichriſti nomine. *Secundus*, de tempore aduentus Antichriſti, vbi inter cætera oſtendit, in ratione annorum ab orbe condito ad Diluuim, quæ ponitur Geneſ. 5. magnopere diſcrepare ſeptuaginta Interpretum tranſlationem ab Hebraica

854 THOMAS GODVVINVS, ſcripſit

Antiquitates Iudaicas. Excuſ. Oxonij, an. 1614. in 4. Aliud opuſculum edidit inſcriptum

Moſes & Aaron, ſiue Ritus Hebræorum. Bremæ anno 1679. in 8.

855 THOMAS GRONBECCIVS, ſcripſit

De Accentibus Hebraicis. Impreſſ. Leydæ, an. 1593. & Lubecæ 1658.

856 THOMAS HAYNE, in Collegio Lincolnienſi Oxonij, Linguarum Orientalium Profeſſor, euulgauit opus inſcriptum

Linguarum cognatio, ſiue de Harmonia Linguarum Diſſertatio. Londini typis Ioannis Norton, anno 1639. in 8.

857 THOMAS HVRTADO, Toletanus, Clericorum Regularium Theologus, inter eius opera à Nicolao Antonio relata, fertur ſcripſiſſe

De Coronis, & tonſuris Gentilitatis, Synagogæ, & Chriſtianiſmi.

858 F. THOMAS DE IESV, Bæticus, Carmelitarum reformatorum ſodalis, de quo plura apud Nicolaum Antonium in Bibliotheca Hiſp. elucubrauit

Theſaurum ſapientiæ diuinę in Gentium omnium ſalute procuranda, Schiſmaticorum, Hæreticorum, Iudæorum, Sarracenorum, cæterorumque infidelium errores demonſtrantem, impiiſſima ſectarum, maximè orientalium, ritus ad hiſtoriæ fidem XII. libri enarrantem, errores ad veritatis lucem confutantem. Excuſ. Antuerpiæ, an. 1613. in 4.

859 THOMAS IAMESIVS,

30. *Statuto tempore reuertetur, & veniet ad Auſtrum, & non erit priori ſimile nouiſſimum. Et venient ſuper eum trieres, & Romani: & percutietur, & reuertetur, & indignabitur contra Teſtamentum Sanctuarij, &c.* Antichriſtum in Babylone Chaldaica regnum inchoaturum eſſe, probat. Elucidatur Oraculum Zachariæ 5. 1. 11. *Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur, & ponatur ei ſuper baſem ſuam.* Exponuntur Scripturæ loca de regno, & monarchia Antichriſti. Iudæos Antichriſtum pro vero Meſſia ſuſcepturos, docere Patres; Chriſtum Dominum, & Paulum Apoſtolum affirmare Iudæos Antichriſtum ſuſcepturos, eique credituros oſtendit. *Secundus Tomus* complectitur Antichiſti vitia, doctrinam, miracula, perſecutiones, Iudæorum conuerſionem, mundi ſolutionem, & ipſius Antichriſti mortem; continuat Librorum ordinem prioris Tomi, vſque ad numerum XIII. Ideò *Liber ſeptimus*, de vitijs Antichriſti, vbi oſtendit eius hypocriſim, fraudulentiam, impudentiam; audaciam, magiam, auaritiam, rapacitatem, libidinem &c. *Octauus*, de doctrina, & miraculis Antichriſti, aſſeritque Antichriſtum initio imperij ſui obſeruaturum ritus Iudaicos, & legem Moſis inſtauraturum: ſe verum Meſſiam, & Chriſtum aſſeueraturum; Ieſum verum Filium Dei palàm repudiaturum, & abnegaturum; item ingentia miracula patraturum, ea potiſſimùm, quæ magis mirentur homines. *Nonus*, de perſecutione Antichriſti aduerſus Eccleſiam, vbi explicantur aliquot Danielis oracula de eius perſecutioveritate, & Vulgata Latina editione: In Chronologia à Diluuio ad ortum Abrahæ Geneſ. 11. deſcripta plurimùm diſſentire LXX. Interpretum verſionem à Fonte Hebraico, & Latina Vulgata: In annorum enumeratione ab Adam ad Diluuium, Gen. 5. & à Diluuio ad Abraham, Gen. 11. potiùs ſtandum Hebraicæ veritati, & Vulgatæ editioni Latinæ, quam LXX. Interpretum tranſlationi: Hebræorum traditionem eſſe, non niſi ſex mille annis Mundum ſtaturum. *Tertius*, de ortu & initijs Antichriſti, vbi aſſerit ipſum oriturum ex Iudæis, ex Tribu Dan: Iudæos ſeruare in Babylonia falſam & ementitam ſucceſſionem Principum tribus Iudæ; & ſtirpis Dauidicæ, ex qua falſum ſuum Meſſiam expectant; cum tamen recepturi ſint verum Antichriſtum ex tribu Dan. *Quartus*, de prædicatione Euangelij in toto orbe, quod eſt ſignum aduentus Antichriſti, hinc quęritur, num gentes noui orbis occidui fuerint magna ex parte ex Iudæis decem tribuum Iſraeliticarum in Oriente deperditarum propagatæ. *Quintus*, de altero ſigno anteceſſuro Antichriſtum, quod erit Romani Imperij deſolatio. *Sextus Liber*, de regno, bellis, & monarchia Antichriſti, vbi primùm aſſerit, Antichriſtum non venturum ex Italia, neque inde regnum auſpicaturum: locuſque inſignis ex Numeris elucidatur; quæritur deinde, quid ſint in Scriptura ציים *Tzim* vel ציים *Tzijm*; Qui ſint in ſacris literis כתים *Chitim* vel כתיים *Chitijm*; Hebræi vndè dicti. Rurſum ponuntur explanationes variæ vaticinij Balaami, Numerorum 24. v. 24. Explicatur locus Danielis 11. verſ. 29. &

in fine mundi, & egregius D. Pauli locus de tali conuerſione; oſtenditur ex verbo Dei, Iudæos in fine ſæculi conuertendos ad Chriſtum prædicatione Eliæ Prophetæ, & Henoch; quantus erit numerus Iudæorum, qui tunc conuertentur; de ſtatu decem Tribuum Iſrael à tempore earum vltimæ per Salmanaſarem deportationis ad finem vſque ſæculi. *Duodecimus*, agit de regno Chriſti mille annorum, de ſolutione Diaboli in fine mundi, de Bello Gog & Magog. *Decimus tertius Liber*, & poſtremus, de morte Antichriſti diſſerit, ipſumque futurum caput omnium impiorum oſtendit. Item elucubrauit

De Paradiſo voluptatis, quem Scriptura Sacra Geneſis ſecundo, & tertio deſcribit, Commentarium. Excuſ. Romæ ex typographia Alphonſi Ciacconi, an. 1605. in 4.

Commentariorum in Sac. Scripturam vnà cum noua de verbo ad verbum ex Hebræo tranſlatione; varijſque lectionibus volumina quinque. Lugduni apud Claudium Proſt, & ſocios anno 1650. in fol. promouente Thoma Turco generali Dominicanorum magiſtro.

Primus continet Geneſim, Exodum, Leuiticum, Numeros, ac Deuteronomium.

Secundus, Ioſue, Iudices, Ruth, Samuelis duos, Regumque duos.

Tertius, Paralipomena, Hezram, Nehemiam, Tobiam, Iudith, Eſther.

Quartus, Pſalmos, Prouerbia, Eccleſiaſtem, Cantica, Sapientiam, atque Eccleſiaſticum.

Quintus, Iſaiam, Hieremiam, Ezechieliſque XIV. ferè capita. Poſt eius obitione; cuius tempore ceſſaturum, ſaltem in publico Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, iuxta vaticinium Danielis; & Patrum traditionem. *Decimus*, de Henoch, & Elia tempore Antichriſti venturis. *Vndecimus*, de conuerſione Iudæorum ad fidem Chriſti ſub finem ſæculi; hinc referuntur diuinæ promiſſiones, ex quibus malè intellectis Iudæi ſperant redituros ſe in Iudæam, Ieruſalem, & Templum inſtauraturos, ac ibi feliciter cum ſuo venturo Meſſia regnaturos; qua ratione intelligantur implendæ præfatæ promiſſiones; miſerabilis ſtatus Iudaici populi, quem à Clade Veſpaſianica, ad finem vſque ſæculi in exilio, & diſperſione habet, demonſtratur; explicatur verbum Chriſti Lucæ 21. v. 24. *Et captiui ducentur in omnes Gentes: & Ieruſalem calcabitur à Gentibus, donec impleantur tempora nationum*; exponitur vaticinium Danielis 9. v. 27. *Et vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio*; Vrbem Ieruſalem, & Templum denuò à Iudæis Antichriſtoque reædificanda propè finem ſeculi; quanta mole atque amplitudine Iudæi tempore Antichriſti Vrbem Ieruſalem ſint inſtauraturi; exponitur ſitus Vallis cadauerum, cineris, regionis mortis, Torrentis Cedron, Ieremiæ 31. v. 40., Ieruſalem laxiſſimo ambitu ædificandam à Iudæis tempore Antichriſti; quænam ſacra, & auguſta, quæ Iudæi futura ſperant in ſuo illo Templo, quod denuò inſtaurandum putant; quid ſit Vrim & Thummim explicatur; num arca veteris Teſtamenti tempore Antichriſti ſit comparitura; exponitur vaticinium Oſeæ de conuerſione Iudæorum ad Chriſtum

Digitized by Google

natione Germanus, ex Hebræo in Latinum traduxit

Paſchatis celebrandi ritum, & preces, quæ Hebreis in vſu ſunt. Excuſ. Franckfordiæ, an. 1512.

862 THOMAS NELO, Anglus, ex Hebræo, latinos fecit

Commentarios R. Dauid Kimchi in Aggæum, Zachariam, & Malachiam Prophetas, quibus Auctarij loco, acceſſere *breues obſeruationes, partìm ex D. Hieronymo, partìm ex alijs probatæ fidei auctoribus decerptæ*. Impreſ. Pariſijs, an. 1557. in 4.

863 THOMAS OBICINVS, Nouarienſis, Ord. Min. Regular. Obſeru. prouinciæ Romanæ, vir Religioſus, & doctus, teſte Wadingo, linguę Arabicæ non vulgaritèr peritus; quam publicè annis multis Romæ ad Sanctum Petrum montis aurei profeſſus eſt; linguam quoque Hebraicam minimè ignorabat, qui dum loca Sancta per Paleſtinam, Arabiam, & Ægyptum ſuperioribus annis perluſtraſſet, atque ad radices montis Oreb perueniſſet, ibi in ſaxo quodam exiguo literas Hebraicas antiquo charactere monogrammatico ſculptas adinuenit, & diligenter tranſcripſit, vt annotauimus ſupra in *Athanaſio Kirkero* pag. 9. & ſeqq.

864 THOMAS DE PINEDO, Luſitanus ex oppido Trancozo Latij iure donauit

Stephanum de vrbibus, obſeruationibus & ſcrutinio variarum linguarum, ac præcipuè Hebraicæ, Phœniciæ, Græcæ, & Latinæ detectis, illuſtratum; quæ præter eiuſdem Stephani fragmentum collationes Iacobi Gronouij, cum codice Peruſino, vnâ cum geminum obitum prodierunt etiam Neapoli

De Hebræa voce Hoſanna Diatribe.

De Sacro, atque ineffabili Dei nomine quadrilitero.

In illud Geneſ. 11. verſ. 23. Hęc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt.

In illud Sapientiæ 13. verſ. 11. At ſi quis artifex faber de ſilua, &c.

De Aſtarte, & Aſtaroth, cuius meminit *in Commentario ad Iudicum libri cap. 2. verſ. 13.*

De Boſphoro apud Abdiam verſ. 20. cuius meminit in libro *De Antichriſto* repetitæ editionis capitis 27. initio.

De Gigantibus.

De Pigmeis apud Ezechielem cap. 2. v. 7.

In illud Lucæ cap. 21. v. 38. Et omnis populus manducabat, &c. Item

Annotationes, & caſtigationes locorum deprauatorum, quæ exſcribentium, librariorum, vel typographorum ignorantia, iniuria, inertia, oſcitantia, aut negligentia in multa Latinæ editionis Vulgatæ exemplaria obrepſerint; qui liber vt alia amiſſus eſt, teſte Nicolao Antonio in Bibliotheca Hiſp.

Epiſtola ad Andream Schotum S. I. Sacerdotem ſuper quibuſdam Scripturæ Sacræ locis conſultoria.

Commentariorum in Dauidicos Pſalmos prolixiorum, in quibus vetus, & vulgata editio ex fonte Hebraico aſſeritur, & illuminatur (qua inſcriptione in ſchedis cuiuſdam autoris eius manu exaratis reperta ſunt) *fragmentum*: nempe in *tres priores Pſalmos* dumtaxat. Plura alia eius Scripta reperies apud ſupradictum Nicolaum Antonium.

861 THOMAS MVRNAR,

cuius mater Eliſabetta de Siero ; cum eſſet grauida, ſe per quietem viſa eſt in vtero continere paruulum, quem S. Thomas Aquinas ſacras literas edocebat, edoctumque ſecum ducebat in Cælum. Sexdecim annos natus ad Prædicatorum Ordinem confugit, in quo mirum in modum profecit. Vir (vt habet Sixtus Senenſis) tam vitæ ſanctimonia, quam ingenij præſtantia illuſtris, ſubtiliſſimus dialecticus, admirabilis Philoſophus, Theologus incomparabilis, & inter eruditiſſimos doctiſſimi ſui ſæculi longè eruditiſſimus, anno trigeſimo ætatis ſuæ propter ſingularem morum & doctrinæ excellentiam trigeſimus octauus Magiſter generalis Ordinis ſui Romæ electus eſt: & poſt aliquot annos in Collegium Cardinalium à Leone X. Pont. Max. aſſumptus, mox in Germaniam cum Legationis munere miſſus ad compeſcendos prophanos rumores, quos Martinus Lutherus, Wittembergenſis, nouus hæreſiarcha apud Germanos excitauerat. Indè porrò reuerſus, iterum ab Adriano Pont. Max. Legatus in Pannoniam mittitur cum ingenti pecuniarum vi ad comparandas copias aduerſus Solymanum Turcarum Imperatorem, Pannoniam infeſtis armis molientem; reuocatus deinde à Clemente VII. Pont. Max. Romam redijt: vbi, capta incenſaque Vrbe à Cæſariano exercitu, perditiſſimorum latronum præda factus, quinque millium aureorum pretio ſe ab eorum manibus redemit, nec multò poſt cùm Clemens ſummus Pontifex, in grauiſſimam & à Medicis deploratam ægritudinem incidiſſet, ipſe quoque grauiſſimè ægrotare cæpit, quaſi ſe imminenti Pontificatus

mino rerum ac verborum indice ad Stephanum, & Thomam de Pinedo prodierunt Amſtelodami, an. 1678. in fol. Ibi autem Hieroſolymam Iudeæ metropolim latè explicat in obſeruationibus ad Stephanum, Tiberiada quoque Ierichuntem & alia loca Iudæorum ditionis, in Rabbinis ipſis legendis ſtudium oſtendens.

865 THOMAS PIVS, ſcripſit *De Diuortijs Iudæorum*. Excuſ. Londini, an. 1603.

866 THOMAS STEPHENSONVS, natione Anglus, patria Dunelmenſis, Soc. Ieſu Theologus, Anglicè elucubrauit

Hiſtoriam Sacram ab Orbe condito, vſque ad Chriſti Saluatoris aduentum; teſte Ribadeneira in Biblioth. Scriptor. Soc. Ieſu.

867 THOMAS TAYLOR, edidit opuſculum inſcriptum

Chriſtus reuelatus, vel Tractatus de typis Veteris Teſtamenti Chriſtum adumbrantibus. Lugduni, an. 1661.

868 THOMAS THOROVVGOOD, Theologus Anglus, probare ſuſcepit Tractatu peculiari Anglico, Americanos hodiernos ex Iudæorum proſapia oriundos eſſe; eiuſdem Tractatus inſcriptio eſt

Ieuues in America, or Probabilities tha the Americans are of that Race &c. id eſt, *Iudęi in America, ſiue Probabilitates, Americanos originem trahere à Iudęis*; vbi etiam de horum conuerſione, media & directiones quædam proponuntur. Excuſ. Londini, anno 1650. in 4.

869 THOMAS DE VIO, Caietæ nobilibus ex parentibus ortus,

catus

In Regum, lib. 3. *Et fuit vir, &c. Titulus tàm libri huius*.
In Paralipomenon lib. 2. *Circa titulum libri*.
In Eſdram, lib. 1. *Principium hoc expoſitum eſt*.
In Nehemiam, lib. 1. *Principium huius libri teſtatur*.
In Iob, lib. 1. *Quemadmodum quinque libros Moſis*.
In Pſalterium ad Clem. VII. Pont. Max. lib. 1. *Diuinorum Pſalmorum*.
In Prouerbia, lib. 1. *Expoſitis omnibus prioribus*.
In Eſaiam, lib. 1. *Viſio Eſaię*.
In Matthæum ad Clem. VII. Pont. Max. lib. 1. *Romanę ruinę pars*.
In Marcum, lib. 1. *Finito Matthęo*.
In Lucam, lib. 1. *Completo Marco*.
In Ioannem, lib. 1. *Ioannes vltimus Euangeliſta*.
In Actus Apoſtolorum lib. 1. *Primus, &c. Lucas Euangeliſta*.
In Epiſt. Pauli ad Carolum V. Aug. lib. 14. *Inter pręclariſſimas animi*.
In Epiſtolas Canonicas, lib. 7. *Non eſt vſquequaque certum*.
Ex varijs Noui Teſtamenti locis Ientaculorum, lib. 8. *Occurrunt in primis*.
In totum Vetus Teſtamentum, nouam ex Hebraico tranſlationem.
In totum Nouum Teſtamentum emendationem iuxta Gręcorum codicum fidem.

Contra ipſum ſcripſit Ambroſius Catharinus eiuſdem Ordinis; atque idem Thomas vindicatur à Sixto Senenſi, ab obiectione Catharini ſuper illa verba, *In principio creauit Deus Cęlum, & Terram*; quæ Caietanus dixit non fuiſſe ſcripta ad ſignificandam Tricatus oneri ſurripere vellet, ad quod communi omnium expectatione votiſque vocabatur, ac morte ſua Pontificis mortem præuenit, felicem animam Deo reddens quarto idus Auguſti anno ætatis ſuæ 66. à Chriſti verò natiuitate 1534. ſepultuſque eſt Romæ in veſtibulo Templi Mineruæ pro foribus, in ſepulchro humi effoſſo, quod viuens ſibi ipſi parauerat, cuius vitam proſa, & carmine diſſertiſſimè ſcripſit Flauius Aquilanus, eius à ſecretis familiaris.

Hic igitur in extrema ſenectute ſua, poſt innumeras lucubrationes in Ariſtotelis Philoſophiam, & in omnem D. Thomæ Theologiam editas, totam veteris, ac noui Teſtamenti molem iuxta literæ ſenſum omnium difficillimum ex Hebræa, & Græca veritate nudo, breuique ſermone expoſuit, exceptis Cantico Canticorum, & Prophetis, quos moriens inchoatos deſeruit, & Apocalypſin, quam de induſtria intactam reliquit, inquiens, in ea exponenda non ingenio, ſed diuinatione opus eſſe; in cæteros verò diuinæ Scripturæ libros, abſolutos, & integros reliquit commentarios, de quibus idem *Sixtus Senenſis* inquit ſe tantum ſubſcriptos legiſſe.

In Pentateuchum Moyſi ad Clementem VII. libros 5. *Quotidianam de diuinis*.

In omnes libros hiſtoricos, qui de Canone Hebræorum ſunt, ad Clementem VII. libros vndecim, videlicèt
In Ioſue, lib. 1. *Diuo Hieronymo, Pater Beatiſſime*.
In Iudicum, lib. 1. *Tempus ſenum; qui nouerant opera Dei*.
In Ruth, lib. 1. *In diebus, &c.*

Digitized by Google

Lipſiæ Miniſter, Auctor Heterodoxus, emiſit, referente Geſnero

Concordantias Hebraicas, Locos communes &c.

876 VALENTINVS SCHINDLERVS, ſeu SCHMIDLERVS Oederanus, Theologus Lutheranus Aug. Confeſſionis, Linguarum Orientalium in celeberrimis Wittembergenſi, & Helmſtadienſi Academijs quondam Profeſſor, collegit, & concinnauit Opera ſequentia, & ſunt:

Sylua quinque linguis Vocabulorum ab Henrico Decimatore primum edita, & ab eodem Schindlero aucta, à M. Zacharia Palthenio locupletata &c.

Compendium Grammaticæ Hebrææ. Excuſ. Vittembergæ, an. 1602.

Tractatus de Accentibus Hebræorum. Excuſ. ibid. an. 1596. in 8.

Epitome Bibliorum, Hebraicè, Chaldaicè, Syriacè, Græcè, Latinè, & Germanicè. Excuſ. Wittembergæ, an. 1578. in 8. Prohibetur omninò.

Lexicon Pentaglotton, Hebraicum, Chaldaicum, Syriacum, Talmudico-Rabbinicum, & Arabicum, in quo omnes voces Hebrææ, Chaldææ, Syræ, Rabbinicæ, & Arabicæ, adiectis hinc inde Perſicis, Ætiopicis, & Turcicis, ordine Alphabetico, ſub ſuis ſingulæ Radicibus digeſtæ continentur: earum ſignificationes, vſus, ac elegantiæ, ex SS. Hebræis Biblijs, horum Chaldaicis Paraphraſibus; Teſtamento N. Syriaco; vtroque Babylonico, & Hieroſolymitano Talmude, Midraſcim, Rabbinorum Commentatoribus, Theologis, & Philoſophis; Arabica V. & N. Inſtrumenti tranſlatione,

Trinitatem Perſonarum in Deo. Agunt de eo Luſitanus à Fonſeca, Poſſeuinus, Altamura in Biblioth. & Vincentius Maria Fontana in Monum. Dom.

870 TILEMANVS MYLLIVS, Hæreticus primæ claſſis, edidit

Annales Hæbreorum, Hanouiæ, an. 1600. in 8.

871 TILEMANVS STELLA, Sigenenſis, ſcripſit

Chorographiam celebriorum locorum in Regno Iudæ, & Iſrael, ad lectionem Sacrorum librorum. Excuſ. Wittembergæ, an. 1552. per Ioannem Cratonem, & Antuerpiæ, an. 1586.

872 TIMOCHARES, ſcripſit

De Iudæis, teſte Euſebio de præparat. Euangelic.

873 F. TIMOTHEVS DE CIABRA, Oliſſiponenſis, Carmelita, Sac. Theologiæ Magiſter, Hiſpanico idiomate ſcripſit, ediditque

La Honda de Dauid o cinco ſermones del Santiſſimo Sacramento contra los Iudios, ad Franciſcum S. R. E. Cardinalem Barberinum. Romæ apud Maſcardum, an. 1631. in 4. Quod Opus eodem anno ediderat Barcinone abſque vlla Monaſtici ſtatus, quem profitebatur, mentione.

874 TOBIAS SEYFFARTVS, euulgauit Opus inſcriptum

Tyrocinium Linguæ Hebraicæ ſchematicum, Lectionis, ac Reſolutionis rudimenta exhibens. Lipſiæ, anno 1636. in 4.

V

875 VALENTINVS PACÆVS, Sac. Theolog. Profeſſor, & Eccleſiæ

Digitized by Google

Adam, poſt illud, *Hier. Edom*, dele vſque ad, *Maſius*. *Quid in*, excluſ. In radice אבל *Abal*, col. 32 §. II. *Plural.* poſt illud, *Hier. & Pagn. vt tabernacula*, dele vſque ad, *Germanicè*, excluſ. In radice אוה *Auah*, col. 36. §. III. poſt illud, *collium æternorum*, dele vſque ad, *Num. 34. v. 10.* In radice אזן *Azan*, col. 51. §. *Nom. ſubit.* poſt illud, *qui eſt in Hieruſalem*, dele vſque ad, *Ioſ. 8. verſ. vlt.* In radice אנף *Anaph*, col. 99. verſus finem, §. *Nom. pro*, poſt illud, *accepit pro ira*, dele vſque ad, *Germ. vor deine*, excluſ. In radice אנש *Anas* col. 100. à medio poſt illud, *Lat. hominis*, dele vſque ad, *Fæm. deſperata*, excluſ. In radice ארץ *Eretz*, col. 123. in medio, ibi, *teſtatur Auctor Epiſtolæ ad Hebræos*, pro, *Auctor Epiſtolæ*, ſcribe, *Paulus*. In radice אשם *Aſam*, col. 132. §. II. *eſt*, ibi, *Hoſiander, rei erunt*, dele *Hoſiander*. In radice בוך *Bauach* col. 169. lit. B. poſt illud, *Hieronymus*, *mugerunt*, dele vſque ad, *Eſther 3. verſ. 15.* excl. In radice גוח *Gauach* col. 291. lit. C. poſt illud, *cornu ferijt*, dele vſque ad, Mich. 4. verſ. 10. excluſ. In radice גלח *Galach*, col 317. lit. C. poſt illud, *raſus*, dele vſque ad, *Plur.* excluſ. In radice גמל *Gamal*, col. 322. D. *in Oriente tenuiores homines*, dele vſque ad, *Syriacè* בכא *Bachah*, excluſ. In radice גרר *Garar*, col. 336. D. *loquitur Auctor Epiſtolæ ad Hebræos*, pro, *Auctor Epiſtolæ*, repone, *Paulus*. In radice דוד *Dod*, col. 371. A. poſt illud, *vberum non conuenit*, dele vſque ad, *Prouerb. 7. verſ. 18.* excluſ. In Radice דמה *Damah*, col. 397. E. poſt illud, *Fuit in terra ſancta*, dele parentheſim vſque ad, *Ari-*

Alkorano, Auicenna, &c. vt & Græca LXX. Interpretum, & omnibus Latinis Bibliorum verſionibus; doctè, amplè, ac dilucidè proponuntur, & explicantur. Variorum item Interpretum difficiles, ac diſcrepantes ſententię conferuntur, & examinantur. Opus nouum, & poſt Authoris obitum, ex ipſo Autographo fideliſſimè deſcriptum, & in locis dubijs cum Biblijs Regijs collatum; cum triplici Indice: 1. Abbreuiaturarum Hebræarum copioſiſſimo. 2. Nominum propriorum hoc Lexico citatorum. 3. Omnium vocum Latinarum, quibus dicta Idiomata explicantur, locupletiſſimo. Excuſ. Hanouiæ typis Ioannis Iacobi Hennei, an. 1612. in fol.

Permittitur in Hiſpania hoc Opus, expunctis quæ ſequuntur. In prima Operis inſcriptione, poſt adhibitam Auctoris damnati notam; ad illud, *Biblijs Regijs collatum*, dele vſque ad, *in lucem editum*. Et poſt vocem, *editum*, adde, *prohibitum*, *cum expurgatione tamen permiſſum*. Poſt Operis inſcriptionem dele totam Præfationem Ioannis Rulandi ad Lectorem, cuius initium, *ſtudij noſtri*, *quod rei literariæ*, *&c.* finis verò, *cum fructu feliciter utere*. Deinde expurgatur totum Procemium Ioannis Caſelij, cuius initium, *Et ſapientiſſimum patrem &c.* cum inſcriptione, & ſubſcriptione. Et poſt Procemium, deleatur totum poema Hebraicum Gualterij Keuchenij, cum inſcriptione, & ſubſcriptione. In radice אבה *Abbah*, columna 10. §. *Apud Iudæos*, ibi, *Contra in Monaſterijs Abbas*, dele vocem, *contra*. In radice אדם *Adam*, col. 26. §. *Propr.*

Digitized by Google

eatione, dele vſque ad, *ſequitur*, verſ. 13. excluſ. In radice לחח *Lachach*, col. 940. A. ibi, *Hoſiander*, *maxilla eius*, dele *Hoſiander*. In radice לקק, *Lakach* col. 956. E. poſt illud, *& non inueniebatur*, dele vſque ad 2. *Reg*. 2. *v*. 5. excl. In radice מות *Moth*, col. 986. C. poſt illud, *in futurum conuertitur*, dele vſque ad, *Prouerb*. 19. excluſ. In radice מנה *Manah*, col. 1015. E. ibi, *Interrogatiuum de perſona*, *ſicut*, dele, *de perſona*. Deinde poſt illud, *Hebræiſmo*, *quis?* dele vſque ad, *eo quod ſequitur*, excl. In radice מסס *Maſas*, col. 1020. B. poſt illud, *pro tributo*, dele vſque *Iob* 9. excluſ. In radice נבא *Naba*, col. 1079. A. ibi, *Hoſiand. filij eorum*, dele, *Hoſiand*. Et poſt vocem, *eorum*, dele vſque ad, *acceperunt pro eo*, excluſ. In radice נוח *Noach*, col. 1089. E. poſt illud, *quieuit*, dele vſque ad, *Exod*. 10. excluſ. In radice נצח *Natzah*, col. 1150. C. הצית *Hitzith ſuccendit*, dele vſque Nom. נצים *Nitzim*, excluſ. In radice נשא *Naſah*, col. 1150. E. poſt illud, *cum puncto ſiniſtro*, dele vſque 2. *cum vel*, excluſ. In radice סבב *Sauau*, col. 1190. C. poſt illud, *Rex in accubitu ſuo* dele vſque ad, *R. S*. excluſ. In radice סיר *Sur*, col. 1208. D. poſt illud, *in ollis feruentibus*, dele vſque ad, *Targum*, excluſ. In radice ספר *Saphar*, col. 1238. E. poſt illud, LXX. προσέθηκαν *addiderunt*, *q*. dele vſque ad, Geneſ. 24. excluſ. In radice עוז *Ghoz*, col. 1287. C. poſt, *deducens ab*, dele vſque ad, *Ier*. 4. 6. excluſ. In radice עוז *Ghauaz*, col. 1292. D. poſt, *ſignificatione præcedenti*, dele vſque *Verb. Ghazan*, excluſ. In radice עזז *Ghazaz*, col. 1302. E. poſt, LXX. καὶ θεὸν μαωζεὶν, de-

Ariſtoteles in quadam, excluſ. In radice דשן *Daſan*, col. 415. E. poſt illud; LXX. πιανάτω *pingue fiat*, dele vſque ad, *Vulgatus pingue fiat*. Et poſt verbum, *pingue fiat*, dele vſque ad, *Aliàs decinerauit*, excluſ. initio col. 416. In radice חנה *Hbachah*, col. 569. B. poſt illud, *fauces*, *faux*, dele vſque ad, *II. Arab*. excluſ. In radice חסר *Chaſar*, col. 620. B. poſt illud, *Hieron. egeſtas*, dele vſque ad, Chald. Geneſ. 34. excluſ. In radice חרה *Charah*, col. 651. B. poſt, *iraſcentes ipſi*, dele vſque *Syr. Matth*. 12. *verſ*. 19. excl. In radice טפף *Tataph*, col. 699. E. poſt, *ſunt abuſi Iudæi*, dele vſque ad *In nouo Teſtamento*, excluſ. In radice יבל *Iabal*, col. 725. D. poſt, *h. e. Iſraelitis Solis*, dele vſque *Chald*. excl. In radice יגז *Iagaz*, col. 780. B. poſt, lege, *impudentem*, dele vſque *Quia autem ſequitur*, excl. In radice יצא *Iatza*, col. 785. A. poſt, *& non reuertebatur*, dele vſque, *Et ex hac mala verſione*, excl. Et dele vocem, *mala*. In radice ישב *Iaſciab*, col. 813. E. poſt illud, *Sede Ieruſalem*, dele vſque Geneſ. 49. verſ. 24. excluſ. In radice ישן *Iaſan*, col. 817. E. poſt illud, *dormientium murmurans*, dele vſque ad, *Al mortuorum*, excl. In eadem radice, col. 818. B. poſt illud καὶ ὑπνώσουσιν, dele vſque ad *Iun. dormiant*, excluſ. Deinde poſt illud, *& ſecuri dormient*, dele vſque ad., *acceperunt ſignific. prima*. Et poſt vocem, *prima*, dele vſque ad', *& habitabunt in deſerto*, excluſ. In radice כלה *Calah*, col. 886. E. poſt illud, *perſequi Abſalonem*, dele vſque ad, *acceperunt ſignificatione*, excluſ. In radice כרה *Carah*, col. 895. D. poſt illud, *Ex prima ſignifi-*

Digitized by Google

ce שישן *Siſan*, col. 1778. D. poſt illud, *in Concilio Moſis*, dele vſque ad, *Syr. Matth. 6.* excluſ. In radice שאל *Saal*, col. 1782. B. poſt illud, *quaſi ſtratum hominis*, dele vſque ad, Deinde שאול *Seol*, excluſ. In radice שבת *Sciabbath*, col. 1800. D. poſt illud, *Vulg. requieſcent*, dele vſque ad, *Leuit 26. v.* 35. excluſ. In radice שוח *Scioach*, col. 1823. B. poſt illud, *arborem quæ erat ibi*, dele vſque ad, *Iob* 12. *v.* 8. excluſ. In radice שכל *Sciacal*, col. 1854. E. poſt illud, *Latin. interfectoris*, dele vſque ad, *Hoſ. 9. Da illis*, excluſ. In radice שמד *Sciamad*, col. 1885. A. poſt illud, *Hieron. cuſtodiam*, dele vſque ad, *legerunt*, excl. Deinde poſt illud, *ſimilem figuram*, dele vſque ad, *Hom. Rabb.* excl. In radice שנא *Sciana*, col. 1902. D. poſt illud, *odit* dele vſque ad, *Arab.* שנא *odit*, excl. In radice שפה *Sciapha*, col. 1921. E. poſt illud, *lege propinquos*, dele vſque ad, *Ier.* 33. *Duæ*, excl. In radice תאה *Thauah*, col. 1965. B. poſt illud, *& impingebant in oſtia portæ*, dele vſque ad, *Hiph. Pſal.* 78. *v.* 41. excl. In radice תחת *Thachath*, col. 1969. B. poſt illud, *reſiſtere poſſumus voluntati*, dele vſque ad, *Eſai. 49. poſuerunt*, excl. Et ex Catalogo omnium ferè Auctorum, qui in hoc Dictionario citantur, dele *Hoſiander*, *Lutherus*.

877 VALERIANVS DE FLAVIGNY Gallus, Sacræ Facultatis Pariſienſis Doctor, ac Socius Sorbonicus, nec non Metropolitanæ Remenſis Eccleſiæ Presbyter Canonicus, & in alma Pariſienſium Academia Sacrarum Hebraicarumque Literarum Profeſſor Regius, ſcripſit:

dele vſque ad, *Eſai. 23. v. 10. vt perdat*, excl. In radice עלל *Galal*, col. 1315. D. poſt illud, *exactores ſui ſpoliauerunt*, dele vſque ad, *Acceperunt pro verbo*, excluſ. In radice עתד *Aathad*, col. 1409. C. poſt illud עתות *Aathoth tempora*, dele vſque ad, *Rabb.* excluſ. In radice פאה *Paah*, col. 1416. C. poſt illud, *pro*, dele vſque ad, *Rabb.* excluſ. In radice פהה *Pahah*, col. 1423. D. poſt illud, *Hieron. toto ore*, dele vſque ad, *Præcedit Syri*, excluſ. Deinde poſt illud, *Philiſthæi ab Occidente*, dele vſque ad 2. *Reg.* 10. *v.* 21. excluſ. In radice פרע *Paraa*, col. 1482. E. poſt illud, *explicatio confirmatur*, dele vſque ad, *Pharao*, excluſ. in radice צוה *Tzauah*, col. 1512. A. poſt illud, *ornatus eorum*, dele vſque ad, *Acceperunt pro* excluſ. In radice צדק *Tzadak*, col. 1520. D. poſt illud, *qui impius eſt*, dele vſque ad, *Sic*, excluſ. In radice קרא *Kara*, col. 1646. A. poſt illud, *Hieron. vocauit nos*, dele vſque ad, 2. *Sam.* 18. excluſ. In radice קרב *Karau*, col. 1652. C. poſt illud, *Lat. in medio ipſorum*, dele vſque ad, *Præterea Iob* 38. *v.* 23. excluſ. In radice ראה *Raha*, col. 1673. B. poſt illud *Hieron. timentes*, dele vſque ad, *Niphal*, excluſ. In eadem radice, col. 1675. A. poſt illud, *Accepit pro viſus*, dele vſque ad, *R. Abb.* excluſ. In radice רדד *Radad*, col. 1699 D. poſt illud, *applaudebant manibus ſuis*, dele vſque ad, *Syr. Iob.* 7. *v.* 38. excluſ. In radice רדה *Radah* col. 1700. A. poſt illud, *ſomno oppreſſus*, dele vſque ad, *Piel*, excl. In radice רעה *Raaah*, col. 1572. D. poſt illud, *vxorem proximi ſui*, dele vſque ad, *Iunius*, *mali*, excluſ. In radi-

Epi-

Si meum exiguum de his erudiſſiſſimis Epiſtolis iudicium ferre deberem, probarem vtique ſubtiliſſimam *Flauigny* doctrinam, ſuum tamen nimis pungentem ſtylum, omninò damnarem. Quid de ipſo ſentiat Brianus Walton in Diſſert. de linguis Orient. an. 1658. p. 24. audiamus. *Cum Vulgata*, inquit, *Latina Hebræo in omnibus non reſpondeat, hoc meritò in Pariſienſibus culpat Valerianus Flauigny nuper Regius Profeſſor Hebraicus Lutetiæ in Epiſtolis quas de Heptaplis Pariſienſibus* (*ſtylo licèt nimis acerbo*) *edidit*, *quod nullam tranſlationem habeant*, *quæ Hebræo adamuſſim reſpondeat*.

878 VALERIVS ANDREAS, emiſit

Orationem de Linguæ Hebrææ laudibus. Louanij in 4.

879 VDALRICVS ZASIVS, natione Germanus, patria Conſtantienſis, ICtus, ſcripſit

Tractatum de Iudæorum infantibus baptizandis. Excuſ. Lugduni, an. 1536.

880 VICTORIANVS BVCONIVS, ſiue VOCONIVS, Caſtellianę Vrbis Mauritaniæ Epiſcopus, à Ioanne Tritemio *fortiſſimus hæreticorum Malleus* nuncupatus, elucubrauit

Aduerſus Iudæos librum vnum. Floruit an. 450. Marciano Imp.

881 VICTORINVS BYTHNERVS Polonus, edidit opuſculū inſcriptū

Lyra Prophetica Dauidis, *ſeu Praxis in Pſalterium Hebraicum*. Londini an. 1650. & Tiguri 1670. in 8. Item

Rudimenta Linguæ Hebrææ, *&* *Chaldææ*. Excuſ. Londini eodem anno.

882 VICTORINVS STRIGELIVS Ienenſis, Lipſenſis, Heidelbergen-

Epiſtolam, *in qua de ingenti Bibliorum Opere quod nuper Lutetiæ Pariſiorum Hebraicè*, *Græcè*, *Latinè*, *Chaldaicè*, *Samaritanè*, *Syrè*, *&* *Arabicè prodijt*, ac ei præfixa præfatione ad Virum Clariſſimum Franciſcum de Fleury eiuſdem Sacrę Facultatis Theologiæ Pariſienſis Doctorem, ac Socium Sorbonicum, inſignis Eccleſiæ Virdunenſis Presbyterum Canonicum, & Sereniſſimæ Poloniæ Reginæ à confeſſionibus, amicum ſuum ſingularem, ac longè colendiſſimum. Excuſ. in ædibus Sorbonicis, an. 1646. in 8.

Epiſtolam alteram, *in qua iterum de ingenti Bibliorum Opere ſeptilingui*, *quod non ita pridem Lutetiæ Pariſiorum prodijt*. Ad eundem Virum Franciſcum de Fleury &c. Excuſ. ibid. eodem anno.

Epiſtolam tertiam, *in qua de Libello Ruth Syriaco*, *quem Abrahamus Echellenſis inſertum eſſe voluit ingenti iſti Bibliorum Operi*: Ad eundem Abrahamum Echellenſem, vt tandem aliquando minus de ſe, quam de alijs ſentiat. Excuſ. ibid. an. 1647.

Epiſtolam quartam, *in qua ſolidiſſimè confutantur mendacia*, *fraudes*, *calumniæ*, *conuitia*, *cauillationes*, *&* *impoſturæ*, *quibus Abrahamus Echellenſis eluere conatus eſt omnes illas ſordes ac maculas*, *quas ineptiſſimè paſſim aſperſit Libello Ruth Syriaco*, *&* *loco illi Geneſ*. 4. *v*. 7. Nonne ſi bene egeris recipies; *ſimulque Sacro-Sancta Veritas Hebraica ſtrenuè defenditur atque propugnatur*. Ad eundem Abrahamum Ecchellenſem, vt tandem aliquandò mentem ſanam in corpore ſano poſſideat. Excuſ. ibid. an. 1648. in 8.

Digitized by Google

Bacheracenſis ; vir in Diuinis Scripturis ſtudioſus, & eruditus, atque in ſecularibus literis non mediocriter doctus, Hebræo, Latinoque peritus eloquio, ingenio præſtans, ſermone ſcholaſticus, qui pro defenſione præfatæ Eccleſię Bacheracenſis multa ſuſtinuit incommoda, ſcripſit nonnulla præclara Opuſcula, quibus memoriam ſui poſteris commendauit, è quibus ego legi

Volumen in Hebræorum libros Veteris Teſtamenti non ſpernendum.

Lib. IV. item in quinque libros Moſis. In quibus omnibus noſtra exemplaria confert Hebraicis, & in quibus diſſonent, oſtendit. Dicitur autem & alia multa ſcripſiſſe, præſertim Sermones, & varios Tractatus Scripturarum, qui tamen in manus noſtras minimè peruenerunt. Claruit tempore Concilij Baſileenſis, & compleuit præfata Opera ſua, anno Dom. 1440. Indictione tertia. Hæc *Tritemius*.

885 VINCENTIVS BALLASCHIVS, Soc. Ieſu Concionator egregius, Italicè ſcripſit

Inſtruttione per conoſcere la vera fede e legge di Dio. Vbi cap. 3. §. 1. nonnulla contra Iudæos Talmudiſtas ex Talmude affert, illius ineptias, & blaſphemias referendo. Excuſ. Neapoli per Lucam Antonium de Fuſco, an. 1662. in 12.

886 VINCENTIVS BELLOVACENSIS, Gallus Burgundus, à patria, cuius etiam fuit Epiſcopus, *Bellouacenſis* nuncupatus, Ord. Præd. vir, vt habet Altamura, maximæ lectionis, memoriæ incredibilis, raræ doctrinæ, vitæque admirabilis, ac S. Ludouico IX. Gallorum Regi, eiuſque fi-

genſis Profeſſor, Theolog. Philoſoph. Mathematicus, Hiſtor. Luthero-Zuinglianus, Hæreticus primæ claſſis, ad Hebraicam veritatem recognouit, & argumentis atque ſcholijs, vt ipſe ait illuſtrauit, melius tamen diceret, obſcurauit

Duodecim Prophetas minores. Excuſ. Lipſiæ apud Vagelium, an. 1571.

Iobi quoque argumenta, atque ſcholia in librum Iudicum. Ibidem apud eundem, an. 1567. in 8.

Libros Samuelis, Regum, & Paralipomenon, ad Hebraicam veritatem recognouit, & breuibus Commentarijs explicauit: addita Chronologia in hiſtoriam Regni Iudæ & Iſraelis, à Saule vſque ad exilium Babylonicum. Similiter

Eſaiam, Hieremiam, Ezechielem, & Danielem, & Prouerbia Salomonis, & Nouum Teſtamentum recognouit, & argumentis atque ſcholijs explicauit. Item

Libros Syrach, & Sapientiæ. Excuſ. ibid. an. 1571.

Libros Eſdræ, Neemiæ, Eſther, & Ruth.

Libros Tobiæ, Iudith, Baruch, quos Apocryphos, hæreticorum more nominat, & fragmenta ex Eſther, & Daniele, libroſque Machabæorum.

883 VICTORIVS ZILIOLVS, Venetus, ſcripſit, referente Poſſeuino

Contra ingratitudinem Iudæorum aſpernantium Redemptionis humanæ beneficium. Item

De Veritate Sanctiſſimi Sacrificij Eucbariſtiæ contra eoſdem.

884 VINANDVS DE STEGA (vt habet Tritemius) Paſtor Eccleſiæ

tana, Salmanticæ 1631. in 4. Ita refert Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſp.

888 VIPERTVS Theologiæ Magiſter, & Decretorum Doctor, ſcripſit, teſte Geſnero

Tractatum contra Talmud Iudæorum.

889 VITALIS edidit Londini in fol.

Lexicon Heptaglotton linguarum orientalium.

890 VITALIS THERONVS natione Gallus, patria Limoſenſis in diœceſi Narbonenſi, Soc. Ieſu Theologus, inter eius Opera à Ribadeneira relata, ſcripſiſſe fertur

Chriſtum in Veteri Teſtamento per antiquos Patres præſignatum, & in Euangelio per Parabolas locutum. Excuſ. Toloſæ typis Ioannis Borde, anno 1655. in fol.

891 VLBERTVS, ſiue WILIBERTVS, Carnotenſis Epiſcopus, qui ſecundum Tritemium vixit anno 1001. ſcripſit

Librum contra cauillationes Iudæorum, dicentium hanc Prophetiam: Non auferetur ſceptrum de Iuda: *in Chriſto non fuiſſe impletam*, diligenter Scripturarum auctoritatibus, & rationibus confutans Iudęorum peruicaciam.

892 VLRICVS BVLLINGERVS, ſcripſit

Libros IX. De rebus geſtis Moſis. Excuſ. Francofurti, an. 1597. & Tubingæ 1603. in 8.

893 VRBANVS REGIVS, Germanus, collegit & explicauit

Prophetias Veteris Teſtamenti de Chriſto aduerſus incredulos Iudæos. Excuſ. Francoferdiæ, an. 1542. Item *Opu-*

filio Philippo Audaci, qui anno 1270. eidem ſucceſſit in regnum, chariſſimus, exarauit inter præclara eius Opera

Speculum hiſtoriale, in quo enunciantur hiſtoriæ ab initio Mundi vſque ad annum 1244. Plurima etiam è libello Petri Alphonſi contra Iudæos tranſcribit, videlicèt Cap. 119. De errore Iudæorum circa legis intellectum, & quod ipſi legis ſuperficiem ſolum attendunt, literamque non ſpiritualiter, ſed carnalitèr exponunt. Cap. 120. De errore eorum circa Deitatis ſimplicitatem. Cap. 121. De erroribus ipſorum circa ipſius immenſitatem Diuinitatis. Cap. 122. De eo quod fingunt Deum infirmum quotidiè iraſci, & flentem pro ipſis orare, & ſic in ſequentibus Capitulis vſque ad Cap. 139. de alijs nefandis doctrinis, ac fabuloſis, & portentoſis Commentis libri Talmud, exactè, ac doctè diſſerit.

887 VINCENTIVS DE COSTA MATOS, Luſitanus, Oliſſiponenſis, pietate in Deum, & patriam, iuxtaque aduerſus Hebraicæ impietatis aſſeclas, qui in Luſitaniæ regno latere ſolent odio permotus, edidit vernaculo ſuæ gentis

Breue diſcurſo contra a perfidia heretica do Iudaiſmo continuada nos preſentes Apoſtatas de noſſa Santa Fee, com o que comuem a expulſaom dos delinquentes nella dos reinos de ſua Macſtà com ſuas molheres e filhos conforme à Eſcritura ſagrada, Santos Padres, Direito ciuil, è canonico e muitos dos Politicos. Oliſſipone, an. 1622. in 4. Editus quoque liber eſt Caſtellæ ſermone, operâ Didaci Gauilan Vela Præmoſtratenſis ex domo Rodericopoli-

Digitized by Google

RIVS , Salutienſis, Capuccinus, vir eruditus, præſertim in controuerſijs fidei, ſuæ Congregationis Definitor generalis, ſcripſit

Demonſtrationes Symbolorum veræ, & falſæ religionis aduerſus præcipuos, ac vigentes Catholicæ Religionis hoſtes, Atheiſtas, Iudæos, Hæreticos, præſertim Lutheranos, & Caluiniſtas, in duos Tomos diſtributas. Excuſ. Lugduni ſumptibus Horatij Cardon anno 1617. in fol. In ea parte, quæ contra Iudæos eſt, de Meſſiæ diuinitate, & de Ieſu Christo Meſſia, diffusè, & luculentèr pertractat. De eo Wadingus de Scriptor. Ord. Min.

898 ZACHARIAS PRÆTORIVS, edidit

Explicationem Germanicam Hebræarum Phraſium vtriuſque Teſtamenti. Iſlebiæ, an. 1570. in 8. Huius mentio in Biblioth. Magn. Rabb. Par. III. pag. 43.

899 ZACHARIAS VRSINVS, Sileſius, Vratiſlauienſis Theologus Lutheranus, & Poeta, Hæreticus primæ claſſis, edidit

Exegeſim variorum Sac. ſcripturæ locorum. Vid. *Crouuæus*, in Elencho Scriptorum in Sac. Scripturam.

900 ZOPHIRVS, ſcripſit

De Iudæis, teſte Euſebio de præparat. Euang. lib. 9. cap. 4.

Opuſculum, in quo probat Chriſtum Ieſum eſſe verum Meſſiam.

894 WALAFRIDVS STRABO, ſcripſit

De ſubuerſione Hieroſolymæ. Excuſ. Ingolſtadij, an. 1604. in 4.

895 WIGANDVS HAPPELIVS, Marpurgenſis, Pauli Fagij diſcipulus, Germanus, Polilog. & Theolog. Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, edidit

Linguæ Sanctæ Canones Grammaticos, Baſileæ, an. 1561. per Thomam Guerinum. Adhibita nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi, permittitur in Hiſpania.

WILHELMVS, Vide, GVILIELMVS.

WOLPHANGVS FABRITIVS, Vide, FABRITIVS CAPITO.

X

XANTES PAGNINVS, Vide, SANTES.

Z

896 ZACHARIAS BOGANVS, edidit Opus inſcriptum

Homerus, & Heſiodus Hebraizans, Oxonij, anno 1658. in fol.

897 ZACHARIAS BOVE-

FINIS.

Digitized by Google

APPENDIX AD BIBLIOTHECAM LATINO-HEBRAICAM.

A

Vnum idemque vocabulum, excluſiuè. Ex Cap. 1. *de Locutionibus dè Deo*, num. 2. vbi legitur, *ſic Deus in ira*, *&c.* dele, *cum prorſus denegare videtur auxilium*. Et num. 11. vbi legitur, *Locutiones de Filio Dei*, *&c.* ibi *de ſola eſſentia Diuina*: pro *Eſſentia*, ſcribe, *Perſona*. N. 16. dele tres lineas, quæ incipiunt, *Locutiones de Myſterijs Cœnæ*, *&c.* vſq; ad, *Matth.* 26. excl. Ex Cap. 2. quod eſt, de *Phraſibus Sententiarum*. N. 7. vbi incipit, *Matth.* 20. poſt illa verba, *à Patre meo*, expunge duas lineas, vſque ad *Matth.* 24. excl. Et num. 11. vbi legitur, *Marci* 10. *Sedere*, *&c.* dele, *ſcilicèt credentibus*. Et poſt tres lineas, vbi legitur, *Caro mea verè eſt cibus*, dele ſequentia, vſque ad *Ioan.* 9. *neque* excl. Et paulò inferiùs vbi legitur, *Si habeam omnem*

 fidem,

901 ABDIAS PRAETORIVS, Germanus, Wittembergenſis, Theologus Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, exarauit Opuſculum inſcriptum

Liber aureus de Phraſibus Hebræis. Excuſ. Wittembergæ, an. 1584. in 4. ex Typographia Simonis Grænembergij. Permittitur eius lectio in Hiſpaniarum Regnis adhibita ſequenti expurgatione. In prima libri facie poſt, *Abdiæ Prætorij*, adde notam *Auctoris damnati*, *&* *operis non niſi cum expurgatione permiſſi*. Ex Epiſt. dedicatoria, quæ incipit: *Et ſi non deſunt*, pag. 4. ad finem poſt illa verba: *non nunquam includat*: dele 5. lineas, vſq; ad initium pag. ſequentis, & illa verba:

Digitized by Google

Wittembergæ, an. 1603. in 4.

Difficultatum etymologicarum Hebraicæ literaturæ enodationem. Excuſ. ibid. apud Clementem Bergerum eodem anno. Item aliud Opuſculum inſcriptum

Strigilis Inſtitutionum Hebraicarum Bellarmini. Excuſ. ibid. an. 1605. in 4.

904 ABRAHAMVS BVCHOLCERVS, ſeu BVCHOLCENVS, ſeu BVCHOLSER, ſeu BVCHOLZERVS, ſeu BVCHOLTZERVS, Lutheranus, Hiſtoricus, Hæreticus primæ claſſis, exarauit

Indicem Chronologicum monſtrantem annorum ſeriem à Mundo condito vſq; ad annum nati Chriſti 1580. Excuſ. Francofurti, anno 1577. & Gorlitij 1580. nondùm videlicet locupletatum ſecundis curis, ſine vlla foliorum notatione, & numero: & eundem cura ſecunda Gotfridi Bucholzeri Fil. Grumbergenſis, Sileſij locupletatum. Francofurti ad Oderam, 1584. Geneuæ 1594. & 1599. Gorlitij 1599. in 8. & & denuò Francofurti auctum, & ad Rodolphi Ceſaris obitum continuatum, an. 1612. in 8. Plura agit in eo ad Iudæos, ſpectantia. In Hiſpaniarum Regnis permittitur cum ſubiecta expurgatione, quæ cuicumque editioni adaptari poterit, ſeruata annorum ſerie, & numero.

Addendum primi operis inſcriptioni, Auctor damnatus; Opus cum expurgatione permiſſum. Et paulò inferius delenda vox, *fideliter*, vbi extiterit. Expungenda deinde integra Epiſtola dedicatoria (vbi extiterit) ad Ioachim Fridericum; & Præfatio ad Lectorem, vſque ad, *literarum, & notarum*. *fidem, &c.* dele illa verba, *nempe iudicio humano, & quod ad proximi vtilitatem*, dele integrum §. ſequentem, qui incipit 1. *ad Timoth.* 1. Item, & alium ſequentem, qui incipit, *Hebr.* 6. vſque ad titulum, *Append.* excl. N. 12. dele integrum §. qui incipit, *Matth.* 5. *Merces*. Et poſt tres lineas dele totum §. qui incipit, *Rom.* 2. *Deus*. N. 13. vbi legitur, *Ioel.* 2. *Omnis*, dele; *non ratione inuocationis, ſed ratione fidei prælucentis*. Et poſt alias 6. lineas, dele, *vel fide prælucente*. Et num. 15. vbi legitur, *ſcilicèt Legem, & Euangelium*, dele, *ſcilicèt Legem*. Ex cap. 3. *De figuris verborum*, num. 3. vbi legitur, *Matth.* 20. *Iis datur quibus eſt paratum à P. M.* dele ſequentia, vſque ad proximum titulum, *Append.* excl. Ex cap. 4. *De figuris nominum*, num. 5. §. *Iſai.* 53. *ſeruus meus, &c.* dele, *ideſt, notitia, aſſenſu, & firma fiducia*. Num. 4. dele §. *Fide ſumus iuſti pro miſericordia, quam apprehendimus fide*. Num. 9. dele totum §. qui incipit, *De plenitudine eius omnes accepimus*, dele duas lineas ſequentes. Ex Cap. 9. num. 2. in fine, dele illa verba, *Lutherus in confeſſione Cœnæ*.

902 ABDIAS WIDMARIVS, Weſtphalus, elucubrauit

Tractatum de Vrim, & Thummim. Item

Diſputationem de vero Meſſia. Huius meminit Georgius Matthias Konigius in Bibliotheca Vet. & Nou.

903 ABRAHAM GIBELIVS, Belga, Hæreticus Auguſtanæ confeſſionis, ſcripſit

Grammaticam Hebræam. Excuſ.

Digitized by Google

ad, *Moritur in Tuſcia*; excluſ. Anno 1321. pag. 402. in fine poſt illud, *Defenſor pacis*, dele vſque ad finem anni. Anno 1326. pag. 403. initio poſt illud, *à Matre admorſa gena*, dele omnia vſque ad, *Pruſia Bythiniæ*, excluſ. An. 1350. p. 407. ſub initium, poſt illud, *Impetranda concurrentur*, dele vſque ad *Trith. Platin.* excluſ. Anno 1400. p. 413. ante medium, poſt illud, *frequentata eſt*, dele vſque ad, *hic ipſe Bonifacius*, excluſ. Anno 1416. pag. 422. initio, ibi, *M. Hieronymus Pragenſis*, poſt illud, *pari ſupplicio affectus*, dele vſque ad finem anni. An. 1431. p. 428. in medio, poſt illud, *primis duobus annis nihil actum*, dele vſque ad, *Actum poſtea*, excluſ. An. 1432. p. 430. in medio, poſt illud, *quinquaginta diebus*, dele vſque ad, *Siluius*, excluſ. Anno 1439. p. 433. initio, poſt illud, *Epiſt.* 81. *Aeneæ Siluij*, dele vſque ad, *Græci poſt multas*, excluſiuè. Anno 1449. pag. 445. in medio, ibi, *Romanus Pontifex*, pro quo ſcribe, *Baſilienſi Conciliabulo Antipapa*. Et deinde poſt illud, *in Eccleſia ſchiſma*, dele vſque ad, *ius ſui Papatus ceſſit*, *ſolo Cardinalatus*, excluſ. & dele illud, *ius ſui Papatus*. Anno 1457. p. 461. initio, dele totum §. *Circa hunc annum à reliquis*, &c. Anno 1472. p. 473. à medio poſt illud, *Temporum meliorum ploro*, dele vſque ad finem §. Anno 1479. p. 478. in fine, ibi, *à communi ſententia eius temporis*, pro, *eius temporis*, ſcribe, *Eccleſiæ*. Anno 1500. in Alexandro VI. ad medium paginæ, vbi ait, *ea quæ paſſim vendidit*, pro, *vendidit*, repone, *miſit*. Anno 1503. dele totum §. qui incipit, *Alexandro VI. Papa*,

rum. Delenda etiam reliqua ſequentia; retento tantùm Priuilegio Cęſareo, vſque ad Operis initium, quod incipit, *Creatio Cœli*, &c *Terræ*, excluſiuè.

Anno Mundi 987. p. 2. vbi, *Tranſlatum in Cœlum*, pro *Cœlum*, repone *Paradiſum*. Et eodem modo corrige eam vocem, 3050. p. 20. Anno Chriſti 49. pag. 158. ante medium dele, *ſolam fidem*, & repone *Euangelium*. Anno Chriſti 381. pag. 238. à medio quod ait, *à Theodoſio indicta*, ſcribe, *ſub Theodoſio*, &c. & ſimiliter, anno 451. p. 268. initio, *à Marciano*, corrige, *ſub Marciano*. Anno 525. pag. 292. in medio poſt illud, *Iuſtino poſſunt vt*, dele vſque ad, *Italiæ periclitanti*, excluſiuè. Anno 607. p. 307. in fine, dele titulum, *Romanorum Pontificum primatus*. Et pag. 308. initio, poſt illud 5. *Febr. Onuphr.* dele vſque ad, *Menſe Aprili*, excluſ. Anno 1073. pag. 344. ad finem, poſt illud, *Henrico IV. Imper.* dele vſque ad, *Ferdinandus I. Rex Hiſpan.* excluſ. Anno 1074. p. 345. dele titulum, *Cœlibatus Sacerdotum in Germania*. Et ſequentia omnia, vſque ad annum 1075. excluſ. Anno 1080. p. 347. ad finem poſt illud, *præciſa eſt dextera*, dele vſque ad illud ſequentis paginæ, ſub initium, *ſepultus eſt Mensburgi*, excluſ. Anno 1159. p. 366. ad finem, dele §. *ſequutum eſt ſchiſma*. Anno 1161. p. 368. poſt illud, *in Hieremiam interpretatio*, dele vſque ad finem anni, & §. Anno 1303. p. 397. à medio, in §. *eodem tempore*, poſt illud, *Suffrid. Trithe.* dele vſque ad finem anni. Anno 1313. p. 400. à medio, poſt illud, *Aſſumpt. Mariæ* 15. *Auguſti*, dele vſque

Digitized by Google

in ſupplemento de Scriptoribus Eccleſiaſticis à Bellarmino omiſſis. Hinc corrigendus eſt Poſſeuinus, qui facit hunc Auctorem Pariſienſem, ipſumque floruiſſe anno 1518.

907 ADAMAS Florentinus Auguſtinianus, claruit in Concilio Tridentino, vbi habuit Orationem, fungens Oratoris officio, nomine ſeptem Pagorum Helueticorum Catholicorum. Hic cum in Vrbe iuſſu Gregorij XIII. Pontif. Max. emendaret *Talmud* Hebræorum, eiuſque Gloſſæ annotationes, & interpretationes omnes, obijt anno 1581.

908 ADAMVS AIGENLER, natione Germanus, patria Tirolenſis, Vicennis Societati Ieſu nomen dedit, an. 1653. Poſt traditas in ea diſciplinas humaniores, Matheſim Ingolſtadij, linguam etiam Sanctam profeſſus eſt. Edidit

Fundamenta Linguæ Sanctæ. Dilingæ formis Academicis apud Ioannem Federle, anno 1670. in 4. Huius mentio apud Ribadeneiram.

ADAMVS ESTON, de quo pag. 1. Adde: Scripſit præterea, & edidit

Textum Hebraicum Bibliorum.

Poſtillam Hebraicam.

Pſalterium Hebraicum.

Expoſitionem Leuitici.

Hebraica Saraceni.

Hebraica Iarchi Salomonis.

Exceſſit Romæ XIII. Kalendas Nouembris, anno 1397. ſepultus in titulo Sanctæ Cæciliæ, marmoreo cum eius effigie, & Inſignibus Sepulchro, ac ſequenti Inſcriptione:

D.

Papa, &c. vſque ad, *Iulius II. Papa*, &c. Anno 1517. ad finem ſub titulo, *Mutatio Religionis*, poſt illa verba, *affixit propoſitiones*, dele vſque ad, *Neuè verbis noſtris iugulemur*, excluſ. Anno 1518. §. *Quid hoc anno Eraſmus*, poſt illa verba, *Epiſt*. 23. & 31. dele vſque ad finem huius §. & ſequentis, & vſque ad, *Eccius obeliſcis notat*, &c. initio anni 1519. excluſiuè. Anno 1521. ante finem, ſub §. *Eraſmus offenſus*, poſt illa verba, *Epiſtolarum eius volumine*, dele vſque ad annum 1522. excluſ. Anno 1546. §. qui incipit, *Martinus*, poſt illa verba, *ætatis* 63. dele vſque ad, *Fridericus Palatinus*, excluſ. Anno 1560. in §. *Martinus*, poſt illa verba, *in cineres redacti erant*, dele vſque ad finem §. An. 1564. in §. *Synaxis*, poſt illa verba, *etiam laicis*, dele, *ſecundum Chriſti inſtitutionem*.

905 ABRAHAMVS MILIVS, ſeu ABRAHAMVS VAN DER MILIVS, natione Gelder, ciuis Leydenſis, Hiſtoricus, & Poeta Vulgaris, Caluinianus, Hæreticus primæ claſſis, edidit

De origine animalium, & migratione populorum ex Hebræis. Geneuæ, an. 1667. in 12.

906 ADAM natione Scotus, Canonicus Regularis Ordinis Præmonſtratenſis, florebat anno 1172. & ſequentibus, vſque ad annum 1180. Scripſit

De triplici Tabernaculo Moyſis, Excuſ. Antuerpiæ anno 1659. apud Petrum Bellerum. Hæc & alia eius Opera habentur mſſ. apud Cœleſtinos Meduntanos, vt refert Caſimirus *Oudin*

Digitized by Google

D. O. M.
Adam Anglo Tit. S. Cæciliæ Presb. Cardinali
Epiſcopatus Londinenſis perpetuo
Adminiſtratori
Integritate Doctrina & Religione
Præſtanti
Artibus iſte Pater famoſus in omnibus ADAM
Theologus ſummus Cardiquenalis erat
Anglia cui patriam Titulum dedit iſta beatæ
Aedes Cæciliæ monſq; ſuprema Polum
Anno M. CCC. XCVII. Menſe Septemb. XV.

tiquiorem eſſe, adeoque has ab illa ortas: Celticam verò ab Hebraica primogenia ſecundum eſſe, & ſola dialecto diſtare. Vid. *Suuertius*, pag. 102.

911 AEGIDIVS BVCHERIVS Belga, Atrebas, natus anno 1576. in Societatem ingreſſus, an. 1598. Theologus, Hiſtoricus, & Concionator celebris. Vir, teſte Ribadeneira, multæ lectionis in annorum, temporumque calculis verſatiſſimus, literarum monumentis conſignauit

De Doctrina Temporum Commentarium in Victorium Aquitanum nunc primùm poſt 1177. *annos in lucem editum, alioſque antiquos Canonum Paſchalium Scriptores, Chronologiæ Eccleſiaſticæ illuſtrandæ, ac ſtabiliendæ vtiliſſimos*. Excuſ. Antuerpiæ ex officina Plantiniana Balthaſaris Moreti, an. 1634. in fol. Accedit Tractatus de antiquo Paſchali Iudæorum Cyclo Latinorum item conformi maximè ex Epiphanio, hæreſi 51. Diuiditur in Capita nouem, in quorum I. quæritur, an primitiua Eccleſia ante receptam Octoaëteridem, Paſchali Iudæorum eius qui Periodo vſa ſit. II. Quis, & qualis fuerit iſte Iudaicus 84. annorum Cyclus III.

Innocenter ab Vrbano VI. fuit *Adam* vexatus, eo quia interrogatus, depoſuit quę nouerat de geſtis tempore electionis Vrbani VI. qui morti proximus palam de Adami innocentia teſtatus eſt, & vehementèr ob illum malè habitum indoluit; vt ferè omnes Auctores Angli, qui de Adamo ſcripſerunt, tradunt. Conſule Vghellium, Ciaconium, Panuinium, & Contelorium, eius præclara geſta, & doctrinam mirificè extollentes.

909 ADRIANVS CROMMIVS, natione Belga, domo Orſchotanus in territorio Siluæducenſi natus, & in Societatem Ieſu ingreſſus. Vir Græcè, & Hebraicè doctus, vt eius ſcripta teſtantur, præſertim

In Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium, ſiue de Republica Iudaica. Excuſ. Louanij apud Bernardinum Maſium, an. 1631. in 4.

910 ADRIANVS SCRIECKHIVS, Rodornius, Brugenſis, anno 1621. obijt. Emiſit

Opus variarum originum Celticarum lib. 23. *diſtinctum*, quo docet, linguam Celticam (quam & *Iaphèticam* vocat) Latina, Græca, & Chaldæa an-

laſticam, Moralem, & Canonicam, de recta operandi regula cunctis tam Fidelibus, quam Infidelibus, Iudæis, Hæreticis, & cæteris ad euitandam culpam omninò neceſſariam.

914 F. ALBERTVS DE FARIAS, Carmelita Prouinciæ Beticæ, Theologiæ ſcholaſticæ peritiſſimus, qui floruit circa annum 1542. Scripſiſſe dicitur

Dialogorum mixtæ Phraſis, in quibus Sacræ Scripturæ Hebraiſmos, & Græciſmos enodat. Verba ſunt Marci Antonij Caſſanatenſis in *Paradiſo Carmelitici Decoris.*

915 ALBERTVS NERO, Friſius, ſcripſit

Epigrammata diuerſa Latinè, Græcè, & Hebraicè. Obijt an. 1589.

916 ALBERTVS VOGTIVS, edidit

Miſcellanea Biblica. Griphiſuualdi, an. 1670. in 4.

917 ALEXANDER ALESIVS, ſeu Alexius, (longè alius ab ALEXANDRO ALENSI D. Thomæ Præceptore) natione Scotus, Theologus Lutheranus Auguſtanæ Confeſſionis, Hæreticus primæ claſſis, in Saxonia profugus, edidit

Expoſitionem libri primi Pſalmorum Dauidis, iuxta Hebræorum, & D. Hieronymi ſupputationem. Lipſiæ an. 1556. in fol.

918 ALEXANDER CORNELIVS, cognomento POLYHISTOR, Coetius, Cornelij Syllæ temporibus claruit. Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεὺς *Porphirio in Quæſt. Homer. & Auctori Etymologici M. in* Μόλοιαι dicitur. Cornelius à Corn. Lentulo, cui venditus fuerat, appel-

III. Vnde duxerint Iudæi Neomeniæ Paſchalis initium, & vbi fixerint Aequinoctium. IV. Dierum, ac menſium Intercalarium, ſeu Embolimæorum in Iudaica Periodo ſitus, ac ratio. Item exponuntur ſex eiuſdem Periodi Tabulæ. V. Quando Iudæis Cyclus hic vſurpari cœptus; vbi etiam, an Iudæi anno Lunari ſemper vſi; an Neomenias ex cœleſti viſione indixerint. VI. Num Iudæi olim, vt hodie, Neomenias ſuas, & alia ſolemnia biduo inſtaurarint. VII. Varij, ac tres primùm ex Epiphanio, ſtatutæ ab Auctore Iudaicæ Periodi, & terminorum eius Paſchalium characteres expenduntur. VIII. Varij alij aliundè characteres. IX. Latinus 84. annorum Cyclus, quem Proſper Chronographus, & Paſchaſinus ab anno Chriſti vulgari 382. arceſſunt; hic etiam Romanam ſupputationem appellat. Additur poſtremò Anatolij Alexandrini Laodicenſis in Syria Epiſc. *Canon Paſchalis*, nunc primùm è veteri mſc. in lucem editus, & breui Commentario ab Aegidio illuſtratus.

912 AEGIDIVS, cognomento MVCIDVS, Gallicè MVISIS, Tornaco oriundus, Abbas XVII. Cœnobij Benedictini ad S. Martinum in eadem vrbe Tornacenſi, exaratum reliquit

Tractatum de rebus geſtis an. 1349. 1350. 1351. & 1352. quo continetur prolixa narratio *De Deſtructione Iudæorum.* Cætera eius ſcripta refert Deſſelius in Bibliotheca Belgica.

913 ALBERTVS DE ALBERTIS, natione Germanus patria Tridentinus, Societatis Ieſu Theologus, de quo refert Ribadeneira prælo paraſſe

Lucubrationem Theologicam, Scho-

Digitized by Google

cum, Tropologicum, Anagogicum, omiſſis digreſſionibus eorumdem Patrum. Quoniam verò cupere aliquis poſſet in tanto opere citationes ipſorum locorum, qui extant apud eoſdem Auctores, è quibus Catena confecta eſt, propterea Catenæ Auctor legendus eſt initio ſui operis, vbi quædam Lectori prænotanda ſcripſit: quippe præmonet, quo modo rectè accipienda ſint, ſi qua ex aliquo Patre occurrerint paulò duriora: enim verò citauit vbique non ſolùm Auctorum nomina, è quibus ſententias, & verba expoſitionis collegit, ſed & libros quoque & librorum capita fidelitèr adiecit, quibuſdam exceptis, quorum ſententias deſumpſit à Catena Græca Bibliothecæ Vaticanæ, in qua, omiſſis librorum titulis, Dicta veterum, præpoſitis tantùm nominibus, leguntur. Plura de ipſo reperies apud Poſſeuinum.

922 ALPHONSVS FERNANDEZ, Placentinus, Hiſpanus, Ordinis Prædicatorum Superior Generalis, exarauit

Concertationem Prædicatoriam pro Eccleſia Catholica contra Hæreticos, Gentiles, Iudæos, & Agarenos, ſeu Mahumetanos, per Epitomen in Annales diſtributam, cum notitia Scriptorum, Præſulum, Confeſſariorum Religionum &c. eiuſdem familiæ. Excuſ. Salmanticæ apud Didacum Cuſſium an. 1618. in fol. Cętera eius Opera refert Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſp.

923 F. ALPHONSVS RAMON, Conchenſis, (ſcilicet in huius Eccleſiæ territorio ſacro natus, patriam enim *Vara de Rey* oppidum habuiſſe dicitur)

appellatus eſt, teſte Suida. Scripſit

Libros V. de Roma, in quibus refert, Hebræam fuiſſe mulierem, Μωσὼ nomine, à qua ſcripta ſit Lex Hebræorum. Clemens lib. 1. *Strom.* & Euſeb. lib. 9. de præp. Eu. eius librum περὶ Ἰȣδαίων allegant. Vide Ionſium in Hiſt. Philoſ. lib. 2. cap. 16.

919 ALEXANDER NOWELLVS, Lanceſtrenſis, obijt an. 1601. exaratum reliquit

Catechiſmum Latinè, Græcè, & Hebraicè.

920 ALHARDVS VCHTMANNVS, ſcripſit

Obſeruationes ad librum prænotatum בחינת עולם *Becbinàth Olàm, Examen Mundi*, cuius mentio in Biblioth. Magna Rabb. Par. III. *pag.* 6. 817. Par. IV. 242. 348.

921 ALOYSIVS LIPPOMANVS, Patricius Venetus, qui poſtea Veronenſis Epiſcopus fuit, Reipublicæ Literariæ conſignauit

Catenam in Geneſim, ex Latinis, & Græcis Auctoribus contextam, interpoſitis interdum, & ipſius Aloyſij doctis notationibus, & ordine quidem decentiſſimo (ſicuti etiam Sixtus Senenſis obſeruauit) Catenam hanc ipſe è Patribus ſibi inuicem ſecundum temporum ſeriem ſuccedentibus contexuit, interiectis de ſuo annotationibus. Inprimis autem præpoſuit Patrum explanationes ad intelligendos obſcuros literæ ſenſus, allatis in medium Hebraicis, Græciſque exemplaribus, vnà cum Chaldaica editione. Deinde, ſub vnius myſticæ explanationis nomine, collegit quæcumque pertinent ad reliquos tres Diuinæ Scripturæ ſenſus, Allegori-

Digitized by Google

TVS., Hiſpanus ex oppido Madrigali, Epiſcopus Abulenſis, cum duo & viginti annos expleuiſſet, ſcientias diſciplinaſque penè omnes eſt aſſecutus, vt præter Philoſophiam, & Theologiam, Pontificumque, & Cæſareum ius, in Græca, Hebraicaque linguá, in Mathematicis item, atque Geographia, ſed, & in hiſtorijs excelluerit. His & alijs ſimilibus Elogijs celebratur à Poſſeuino, eius Operum catalogum referente, aſſeritque plura alia Opuſcula ſcripſiſſe hactenus minimè inuenta, inter quæ extabat

Libellus de quinque legibus, in quo diſſerit de Natura Moſis, Gentilium, Mabometis, & de Chriſtiana legibus.

Libellus de Muliere Saracena, quæ ad ritum Iudaicum acceſſit.

Liber de ſitu, ſeu deſcriptione Terræ Sanctæ.

Tractatus contra Iudæos.

926 AMANDVS, Belga, Zierixenſis, ita ab oppido natiuo in Zelandiæ inſula Scouuia ad mare Germanicum, cognominatus, Ord. Min. Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ linguæ peritus. Exaratum reliquit

De LXX. hebdomadibus Danielis librum vnum.

927 S. AMBROSIVS, Epiſcopus Mediolanenſis, è Patre Ambroſio Patricio Romano, Galliarum Præfecto, natus anno Chriſti 333. Sanctitate, & doctrina celebris. Inter eius præclariſſima Opera habetur

Tractatus de 42. Manſionibus filiorum Iſrael. Continetur Tomo I. ſuorum Operum. Et Tomo II. extant

Enarrationes 22. in Pſalmum 118. *ad Hebraici Alphabeti partitionem.*

Plura

Sacræ iam Theologiæ, Doctor Inſtitutum ſibi delegit Fratrum Redemptorum Diuæ Mariæ de Mercede, in quo Religioſæ profeſſionis Sacramentum diceret; Vir (vt Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſp. refert) fuit varia doctrina, multiplicique eruditione perpolitus, ingenio facili, & ad cudenda librorum monumenta, vti quæque res inuitaret, præparato; Euangelicus inſuper ſacrarum concionum artifex non inelegans, ſuæque Religionis Chronographus. Inter cætera eius Opera ſcripſit

Interpretationem nominum Virorum, Mulierum, Populorum, Idolorum, Vrbium, Fluuiorum &c. quæ in Biblijs Hebraicè & Græcè leguntur. Excuſ. Matriti an. 1617. in 4.

924 ALPHONSVS SALMERON, Toletanus vnus è decem, quorum opera ſub ductu B. Ignatij Loiolæ Societas Ieſu inſtituta eſt. Is, vt refert Poſſeuinus, magnis dotibus à Deo ornatus, Theologus item ac Concionator inſignis, cum varias pro ſancta Apoſtolica Sede prouincias obijſſet, atque in Synodo Tridentina à Pio IV. Summo Pontifice miſſus, Theologi officio functus fuiſſet, plura ſuæ pietatis, & doctrinæ monimenta poſteris reliquit, inter quæ extant

Prolegomena XLIII. in Euangelia, quorum poſtremum oſtendit ſeptuaginta hebdomadas annorum à Daniele Propheta prædictas in quarto Chriſti Domini anno verè, ac præciſè impletas fuiſſe. Scripſit etiam.

De Inſtitutione, Progreſſu, & Amplificatione Eccleſiæ ex Iudæis in Hieruſalem congregatæ.

925 ALPHONSVS TOSTA-

Digitized by Google

1581. apud Philippum Finghi : huic editioni acceſſerunt inſignes loquendi Modi, lectiores etymologiæ, oppoſita, tranſlationes, adagia ex optimis quibuſque auctoribus decerpta : accedunt etiam certæ ſyllabarum quantitatis notæ, ſingulis vocibus inſcriptæ : magna ſylua nominum, tum appellatiuorum, tum propriorum : vt virorum, mulierum, ſectarum, populorum, deorum, ſiderum, ventorum, vrbium, marium, fluuiorum, montium, & reliquorum, vt ſunt vici, promontoria, ſtagna, paludes, &c. Nouiſſimè prodijt ibidem, an. 1663. in fol. Tomis duobus adornatum à R. P. Ioanne Ludouico de la Cerda Soc. Ieſu.

929 AMBROSIVS FRICHIVS, Gallus, Linguæ Hebraicæ Profeſſor Lutetiæ an. 1567. edidit

Elementarium Hebraicum. Palmonij eodem anno.

930 AMBROSIVS DE PENNALOSA, natione Hiſpanus patria Mondeiarenſis, Soc. Ieſu Sacræ Theologiæ Doctor. Obijt Matriti an. 1656. Et dum in Auſtria degeret, Opus egregium elucubrauit

De Chriſti, & Spiritus Sancti Diuinitate, nec non Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterio contra Iudæos, Photinum, Socinum, Eniedinum, alioſque veteres, & nouos Arianos. Excuſ. Viennæ Auſtriæ apud Mattheum Formicam, an. 1635. in fol.

931 AMBROSIVS REVDENIVS, ſeu DEVDENIVS, Germanus, & Profeſſor in Academia Ienenſi, Theologus, Lutheranus Auguſtanæ confeſſionis : ſcribebat ab anno 1580. vſque ad 1603. Ienæ, & Amburgi,

Plura qui cupit, conſulat Sixtum Senenſem, Poſſeuinum, Bellarminum, & alios.

928 AMBROSIVS CALEPINVS, Bergomas, Eremitanus Ord. S. Auguſtini, de quo Iacobus Philippus in libro qui inſcribitur *Supplementum Chronicorum*, ita refert: *Ambroſius Calepinus conterraneus, & coëtaneus meus, meique inſtituti profeſſor, cuius conſuetudinis ſuauitate iugiter fruor, his temporibus nobiſcum dulciter cohabitans, innumerorum Doctorum elucubrationes ſua induſtria magno labore Opus pergrande, atque inſigniſſimum de Vocabulorum omnium notitia ſolerti indagatione collegit, illudque imprimi curauit. Obijt Bergomi valdè ſenex, anno 1510. & in Eccleſia S. Auguſtini ſepultus iacet.*

Eius porrò liber, qui iam paſſim *Calepinus*, ſeù *Dictionarium Latinæ Linguæ* dicitur, à multis deinde viris doctis, diuerſis temporibus, adeò & locupletatum, & immutatum eſt, vt ſi iam ipſe Calepinus rediret, ſuum Opus nequaquam agnoſceret. Varijs in locis hoc Lexicon impreſſum eſt, Baſileæ in Officina Curionis; ſæpius & diuerſis formis Pariſijs apud Ambroſium Girauult, an. 1539. cum Iacobi Montani caſtigationibus, & vocabulis Grecis. Venetijs apud Franciſcum Bindonum & Mapheum Paſinum Græcè, Latinè, & vulgari lingua (Italica) illuſtratum, an. 1545. Ibidem Latino-Italicè apud Manutium. Lugduni multis partibus auctum : adiecta ſunt etiam Latinis dictionibus Hebrææ, Græcæ, Gallicæ, Germanicę, an. 1570. in fol. Item Antuerpiæ 1572. Lugduni denuò anno

paſſim alibi mutilam, & imperfectam; adeòvt operæ prætium fuerit, planè nouam editionem adornari ex Codice manuſcripto Bibliothecæ Cæſareæ, teſte Lambecio.

935 ANDREAS ACOLVTHVS, Vratiſlauienſis, edidit

מי המרים המאררים *De Aquis amaris, & maledictionem inferentibus*. Num. 5. 11. *ſeq. deſcriptis Philologema*. Lipſiæ typis Iuſtini Brand, an. 1682. in 4. Tribus Capitibus abſoluitur: I. tremendæ huius Sanctionis cum præcedentibus, & ſequentibus cohærentiam oſtendit. II. Hebraicarum vocum, quibus diſſertationis huius frontem inſigniuit, conſtructionem, originem, ſignificationem, & emphaſim euoluit, tum rem ipſam aggreditur. III. totam rationem, qua vxores Zelotypis maritis de adulterio ſuſpectæ per aquas à Sacerdotibus propinatas probandę fuerint, ſecundum omnes cauſas, & circumſtantias exponit, & tandem in recenſendis allegorijs, & abuſibus, Cap. IV. occupatur.

936 ANDREAS ALTHAMERVS, ſeu ALTAMERAS Brentius, Theologus Lutheranus Auguſtanæ confeſſ. Hæreticus primæ claſſis, edidit

Syluam Biblicorum nominum, qua virorum, mulierum, populorum, ciuitatum, montium, fluuiorum, & eiuſmodi locorum propria vocabula, quorum in ſacris Biblijs fit mentio explicantur. Noribergæ, an. 1530. & Baſileæ apud Thomam Wolphium, an. 1535. & 1538. Permittitur in Hiſpania cum ſequenti tamen expurgatione.

Initio adſcribenda nota damnati Auctoris, & operis cum expurgatione permiſſi.

burgi, edidit

Compendium Grammaticæ Hebrææ. Wittembergæ, an. 1586. Cætera eius, Opera, quæ de Religione tractant, ſunt penitus prohibita.

932 AMBROSIVS SPIERA, ſiue *Spera*, Taruiſinus, Ordinis Seruorum, & in Romana Curia Procurator Generalis, quem alij perperam Carmelitam fuiſſe ſcribunt, plures ſermones compoſuit, inter quos extat

Sermo de Iudæis & alijs Infidelibus.

933 AMBROSIVS THESEVS, ex Comitibus Alboneſij I. V. D. Papienſis; Canonicus Lateranenſis, ac S. Petri in Cœlo aureo Papiæ Præpoſitus, edidit

Introductionem in Chaldaicam linguam, Syriacam, atque Armenicam, & decem alias linguas: characterum differentium Alphabeta circiter quadraginta, & eorumdem inuicem conformationem: Myſtica, & Cabaliſtica quamplurima ſcitu digna. Papiæ, an. 1539. in 4.

934 ANASTASIVS Abbas Monaſterij S. Euthymij in Palæſtina, ſcripſit

Diſputationem cum Iudæo: cuius titulus, & principium: Δόγμα Ἀββᾶ Ἀναστασίου τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ, ἤγουν ἀντίθεσις καὶ διάλεξις πρὸς Ἰουδαῖον. Ὁ Χριστιανὸς πρὸ πάντων τοῦτο θέλει ἐρωτῆσαι τὸν Ἰουδαῖον διατί καλεῖς Ἰουδαῖος, καὶ Ἑβραῖος, καὶ Ἰσραηλίτης, καὶ τίς ἐστι ἡ ἑρμηνεία τῶν τριῶν ὀνομάτων, &c. Edidit quidem hanc Abbatis Anaſtaſij Diſputationem *Henricus Caniſius* Tomi tertij Antiquæ Lectionis Parte prima à pag. 123. vſque ad pag. 186. ſed tantùm Latinè, nec ſolùm in principio & fine, verùm etiam

Digitized by Google

fuit etiam, excl. In *Iudas Iacob*, ibi, *ancilla Lia*, dele vocem, *ancilla*, & ſimiliter delenda inferiùs, vbi recenſentur filij *Liæ*. In *Iudas frater Iacobi*, dele, *quia à Iuda*, vſque ad, *Matthæum* 13. excl. In verbo, *Linus*, dele, *hunc fingunt*, & ſubſtitue, *conſtat*. In *Melchiſedech*, dele, *te refocillandum*, vſque ad, *protulit*, excl. In *Michael*, dele, *alius Archangelus*. In *Miſna*, dele parentheſim. In *Pharam*, §. *Eſt etiam* poſt *Deuter*. 33. dele vſque ad, *in huius Deſerto*, excl. In *Salamis*, dele, *In* & poſt *Cypro* dele vſque ad, *Srabo*, excl. In *Saul filius Kis*, dele, *Quia vero*.

937 ANDREAS BACCIVS, Epidianus, profeſſione Medicus, & Philoſophus, elucubrauit

Librum de XII. lapillis, qui in ſummi Sacerdotis ſacra veſte nitebant.

938 ANDREAS BEYERVS, edidit librum inſcriptum

Siclus ſacer, & Regius. Lipſiæ, an. 1667. in 12.

939 ANDREAS DE BOEYE, natione Belga, patria Furnenſis, Soc. Ieſu Theologus, de quo plura apud Ribadeneiram, ſcripſit

Vitas Sanctorum, aliorum Illuſtriùm hominum veteris Teſtamenti ab Adamo, & Eua vſque ad Ioachimum, & Annam.

940 ANDREAS CAPELLA, vulgò DE CAPILLA, Valentinus, in Societate Ieſu prius per aliquot annos permanſit, in qua & Nouitiorum Rectorem, & Apoſtolicum Pœnitentiarium exercuiſſe dicitur, deinde ſtrictioris vitæ morem inter Cartuſianos profeſſus eſt, & ex Priore Cartuſiæ Scalæ

miſſi. In Præfat. p. 4. lin. 5. poſt illud, *inter noſtra verò*, dele ſequentia vſque ad, *Plures*, excluſ. P. 6. §. *libenter*, poſt medium, dele, *alijs neſcio*, vſque ad, *qui vniuerſi*, excl. Et p. 7. lin. 5. dele, *ſacrilegas*. Et in fine eiuſdem p. §. *Valc.* dele, *qui conſeruet*, vſque ad, *Ipſe Dominus*, excl. Et p. 8. dele §. *Commendo me ipſum*, vſque ad finem. In *Athaſia*, dele, *à Iehu*. Et in §. *Fiat*, dele, *At poſt*, vſque ad, *Confectus*. Abolendum *Marthini Lutheri* nomen, & quidquid ad eius commendationem faciat, vbicumque occurrerit, præſertim in *Aſſedoch*, in *Auim*, cum tota ibi parentheſi. In *Baal Peor*, in *Beth Rimon*, in *Elle Kela*, & hìc dele vſque ad, *Hieronymus*. In *Ieſimuch*, & hìc dele vſque ad, *Iesbi*. In *Magala*, In *Theraphin*, vbi etiam dele, *à M. Luth.* vſque ad, *ex Hoſeæ*, & mox dele, *probat*. Denique in *Zaphnath*. Similiter dele nomen *Oecolampadij* in *Madmana*, & hìc dele vſque ad, *huius pater*, excl. & in *Thalaſſar*. In *Baruch*, dele, *inter Apocryphos*, vſque ad, *alius*, excl. In *Beniamin*, dele, *natus eſt*, vſque ad, *Gen.* 35. excl. In *Bernice*, dele, *& vxor quoque*. In *Beth Seda*, dele, *In quem vide*, vſque ad, *Bethphage*, excl. In *Camarìm*, dele, *non abſimiles*, vſque ad, *quos ſuſtulit*, excl. In *Carmeli*, dele, *In hoc etiam*, vſque ad, *huius plurima*, excl. In *Elias Propheta*, dele vſque ad, *hunc Malachias*, excl. In *Excelſa*, dele, *quemadmodum*, vſque ad, *Lege de his*. In *Ioannes filius Zebedæi*, dele, *& Epiſtolam*, vſque ad, *Vidit Chriſtum*, excl. In *Ionathan filius Saulis*, dele, *Vnde Hieronymus*, vſque ad,

Digitized by Google

Origines dictionum Germanicarum, ex tribus illis nobilibus antiquitatis eruditæ Linguis, Latina, Græca Hebræa deriuatarum. Francofurti, an. 1611. in 8.

944 ANDREAS MASSA, Genuenſis, Italicè edidit Opuſculum inſcriptum

Le Glorie d'Iſraele racchiuſe nella vita di Moſe. Lib. III. Genuæ, anno 1638. in 12.

945 ANDREAS DV RIER, edidit

Dictionarium trilingue Hebraicè, Græcè, & Latinè, Baſileæ in fol.

ANGELVS CANINIVS, de quo pag. 5. Adde:

Commentarium de locis Sac. Scripturæ Hebraicis. Impreſ. Antuerpiæ, an. 1600. & 1602. in 8.

946 ANGELVS GABRIEL ANGVISCIOLA, Italus, edidit librum prænotatum

Della Hebraica Medaglia, detta Maghèn Dauid, & Abraham. Prohibetur à Sac. Congregatione Indicis promulgato decreto ſub die 16. Martij 1621. Conſule Magiſtrum meum Iulium Bartoloccium b. m. in Bibliotheca Magna Rabbinica Par. IV. pag. 164.

947 F. ANGELVS DE SONNENO, Ord. Min. Conuent. S. Franciſci, Sac. Theologiæ Doctor, compoſuit

De Regno Chriſti Domini Noſtri Diſputationes aduerſus hæreſes, & aliquorum Græcorum errores; ac etiam contra Gentes, quæ Chriſtianam Religionem non aſſumunt, & Iudæorum perfidiam. Excuſ. Romæ ex Typographia Ignatij de Lazaris, an. 1671. in 4.

ANO-

Dei in Hiſpanijs, Epiſcopus Vrgellenſis creatus eſt an. 1587. & cum rexiſſet hanc Eccleſiam 23. annis pijſſimè prudenterque vſque ad annum 1610. vitam cum morte commutauit, Poſteritati relinquens

In Hieremiam Prophetam Commentaria: quibus Latina vulgata Editio exponitur, & cum Hebraico origine, ſeptuaginta Seniorum interpretatione, paraphraſique Chaldaica confertur. Edita ſunt in Cartuſiana *Scalæ Dei* domo typis Huberti Gotardi, an. 1586. in 4. In citanda LXX. Interpretum Editione, ſecutum ſe eſſe dicit exemplar Bibliothecæ Regiæ, quod conuenit cum Complutenſi, quamuis non ignoraret diuerſum eſſe ab eo, quod ſecutus eſt D. Hieronymus. Errat Lucas Wadingus in *Scriptoribus Ord. Min.* Andream Capellam albo Franciſcanæ Familiæ adſcribens, cum ipſum Cartuſianum fuiſſe teſtantur Theodorus Petreius in Bibliotheca Cartuſiana, Antonius Poſſeuinus, Aubertus Miræus, Nicolaus Antonius, & nouiſſimè Carolus Ioſeph Morotius in Chronico Cartus. Ord.

941 ANDREAS GEMEPIVS, Brabantus, ſcripſit

De conſenſu Vulgatæ verſionis cum Hebraica veritate. Vid. Suuertius pag. 121.

942 ANDREAS GOMAZ, natione Luſitanus, patria Conimbricenſis, Soc. Ieſu Theologus, edidit

Sermonem quem habuit in Theatro Inquiſitorum contra Iudaicam prauitatem. Vliſſipone, an. 1633. in 4.

943 ANDREAS HELVIGIVS, edidit

Digitized by Google

creatarum ſecundum numerum viginti duarum literarum Alphabeti Hebraici. Extant ibid. Græcè mſc. Cod. 253.

955 ANONYMVS, elucubrauit *Compendium Hiſtoriæ Teſtamenti Veteris ab Adamo vſque ad Prophetam Habacuc*. Extat Græcè mſc. ibid. Cod. 210. cuius titulus, & principium: Ἱστορία παλαιᾶς περιέχων ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ. Πρὸ πάντων καὶ συμπάντως καὶ διὰ πάντων χρὴ τὸν ἀληθῆ Χριστιανὸν ἐπιγνῶναι, τίς Θεὸς, καὶ, &c.

956 ANONYMVS, ſcripſit *Ordinem recipiendi eos, qui ex Hebræis ad Chriſtianam Fidem accedunt*; cuius titulus, & principium: Πῶς δεῖ δέχεσθαι οὕτος ἐξ Ἑβραίων τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει προσερχομένους. Ἐξαγορεύειν αὐτὸν χρὴ πρότερον καὶ θριαμβεύειν πᾶν νόημα ἑβραϊκὸν καὶ ἐπιτήδευμα, κἀντεῦθεν δεικνύειν &c. Extat ibid. mſc. Cod. 247. Impreſ. etiam reperitur Pariſijs; at hæc editio valdè diſcrepat ab hoc exemplari manuſcripto Cæſareo, teſte *Lambecio*, quippe quod multo eſt auctius, vt per collationem primo patebit intuitu. Cęterum vehementèr dolet *Lambecius* deeſſe in eodem Codice manuſcripto aliquot folia, quæ continebant *Commonitionem de Hebræis non citò ac temerè baptizandis, priuſquam accuratè, & ſolidè probati ſint*.

957 ANONYMVS, collegit *Argumentationes, & Prophetias contra Iudæos*; quarum titulus, & principium: Λόγοι καὶ προφητείαι κατὰ Ἰουδαίων. Καὶ ὁ μάλιστα καθυβρίζοντες τὸν νόμον &c. Extat ibid. mſc. Cod. 277.

958 ANONYMVS, ſcripſit *Reſponſum contra Iudæos de partu Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cuius prin-

948 ANONYMVS, ſcripſit *Librum de Decalogo, ſiue de decem Præceptis Moſaicis cum Additione, & Complemento Chriſti*. Extat Græcè mſc. in Bibliotheca Cæſarea, Cod. num. 188.

949 ANONYMVS, collegit *Fragmenta Expoſitionum Veteris Teſtamenti de Melchiſedeco, de Puteo iuramenti, de Loto, de natiuitate Iſaaci, & de adulterio Bethſabee*. Extat ibid. mſc. Græcè, Cod. num. 187.

950 ANONYMVS, ſcripſit *Interpretationem variorum Veteris Teſtamenti Teſtimoniorum de Deitate, & Incarnatione Chriſti*. Extat ibid. mſc. Græcè, Cod. num. 166.

951 ANONYMVS, ſcripſit *Fragmentum hiſtoricum de Imperio Imp. Auguſti & de rebus Iudaicis, quæ ſub illo contigerunt*. Extat ibid. mſc. Græcè, Cod. num. 187.

952 ANONYMVS, exarauit *Commentariolum de Arca Fœderis Teſtamenti Veteris*. Extat ibid. mſc. Græcè, Cod. 269. cuius titulus & principium: Ἑρμηνεία περὶ τῆς κιβωτοῦ Αὐτὸς ὁ Δεσπότης Θεὸς τὴν αἰτίαν δεδήλωκεν εἰπὼν δὲ οὕτως. καὶ ποιήσεις μοι ἁγίασμα &c.

953 ANONYMVS, ſcripſit *Obſeruationes tres Theologicas de differentia inter vocabula* Ἐκπόρευσις, & Πέμψις, *de decem Plagis Ægypti, & de verbis Prophetiæ Danielis, Mane, Tekel, Phares*. Extat ibid. mſc. Cod. 205.

954 ANONYMVS, ſcripſit *Obſeruationes de Alphabeti Græci, & Numerorum Græcorum ſignificationibus myſticis ad Theologiam accommodatis, vt de ordine rerum à Deo*

Digitized by Google

dami & Euæ, quæ falsò attribuitur Moyſi, ac ſi ea iuſſu Dei per Michaelem Archangelum tempore Legiſlationis diuinæ in Monte Sinai illi fuerit reuelata. Inſcribitur , atque incipit hoc modo : Διήγησις καὶ πολιτεία Ἀδὰμ καὶ Ἔυας, ἀποκαλυφθεῖσα ὑπὸ Θεοῦ Μωσεῖ τῷ θεράποντι αὐτοῦ, διδαχθεῖσα ὑπὸ Ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. Αὕτη ἡ διήγησις Ἀδὰμ καὶ Ἔυας. Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτοὺς ἐκ τοῦ παραδείσου, Extat ibid. mſc. Cod. 32.

962 ANONYMVS , ſcripſit
Narrationem fabuloſam de Morte Abrahami Patriarchæ, & de corporali eiuſdem tranſlatione in Cœlum per Michaelem Archangelum. Incipit : Διήγησις περὶ τῆς θανῆς τοῦ Ἀβραὰμ ὅτι ἀπέστειλεν Κύριος ὁ Θεὸς τὸν Ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἦρεν αὐτὸν σωματικῶς εἰς τὰ ἐπουράνια &c. Extat mſc. ibid. eodem Codice; & quam ſit fabuloſa hæc narratio , clariſſimè oſtenditur à Lambecio.

963 ANONYMVS, concinnauit
Recenſionem Chronologicam Regum Hebræorum, ſimul & Prophetarum, qui ſub iis floruerunt. Incipit his verbis: Α' Σαοὺλ, Φυλῆς, Βενιαμὶν, ἔτη μ' β' Δαβὶδ, Φυλῆς Ἰούδα, &c. Extat ibid. mſc. Cod. 51. Adeſt etiam eiuſdem
Ecloge Legis, à Deo per Moyſen Iſraelitis datæ, diuiſa in Capita quinquaginta; cuius titulus & principium: Ἐκλογὴ τοῦ παρὰ Θεοῦ διὰ Μωσέως δοθέντος νόμου τοῖς Ἰσραηλίταις, ἐν κεφαλαίοις πεντήκοντα. Περὶ κρίματος καὶ δικαιοσύνης, κεφάλαιον α'. &c.

964 ANONYMVS , ſcripſit
Narrationem Vitæ & Miraculorum magni Prophetæ & Sacerdotis Samuelis; cuius titulus & principium : Μηνὶ Αὐγούστῳ κ'. Διήγησις περὶ τοῦ βίου καὶ τῶν

principium : Ἐὰν ἐρωτηθῇς παρὰ τῶν Ἰουδαίων, πῶς ἔτεκεν ἡ παρθένος εἰπὲ πρὸς αὐτοὺς, πῶς ἔτεκεν ὁ Ἀδὰμ τὴν Εὔαν χωρὶς γυναικός. &c. Extat mſc. ibid. Cod. 244.

959 ANONYMVS , collegit
Excerpta varia contra Iudæos ex S. Ioannis Chryſoſtomi, & aliorum quorundam veterum Autorum Operibus : quorum *primum*, *ne Chriſtiani vtantur Medicis Iudæis*, inſcribitur , atque incipit his verbis : Τοῦ Χρυσοστόμου περὶ τῶν ἰατρευομένων παρὰ Ἰουδαίων. Ἐπικατάρατος πᾶν Χριστιανὸς ὁ ἰατρευόμενος παρ' Ἑβραίου. &c. *Secundum* autem eiuſdem argumenti , hoc modo : Ἕτερος λόγος τοῦ Χρυσοστόμου περὶ ἀῤῥωστίας καὶ ἰατρῶν. Ὅταν ἀῤῥωστία περιστῇ σε ἄνθρωπε. &c. Præterea agitur etiam ibidem ſatis prolixè *De tribus ſeruitutibus Iudæorum in Ægypto, in Babylonia, & ſub Antiocho Epiphane*; item *de ædificatione ſecundi Templi Hieroſolymitani, & de expugnatione ac euerſione Vrbis Hieroſolymitanæ per Titum Imp. Veſpaſiani filium, & de vltima Iudæorum ſeruitute perpetua*. Extat ibid. mſc. Cod. 248.

960 ANONYMVS Græco-Barbarus, ſcripſit
Epitomen Hiſtoriæ Veteris Teſtamenti à creatione Mundi vſque ad Regnum Dauidis; cuius principium : Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν &c.

Diſputationem inter Iudæum & Chriſtianum; incipit : Ἐρώτησεν ὁ Ἰουδαῖος τὸν Χριστιανὸν &c. Extant mſc. ibid. Cod. 5.

961 ANONYMVS , ſcripſit
Narrationem apocrypham , & fabuloſam de Vita & conuerſatione A-

Digitized by Google

Gemmis, quarum in Apocalypſi S. Ioannis fit mentio, vt & de illis Gemmis quæ memorantur in Exodo, & apud Prophetam Ezechielem.

Interpretatio nominum Hebraicorum Epiſtolæ S. Barnabæ Apoſtoli, quam S. Hieronymus cap. 6. de Scriptoribus Eccleſiaſticis refert legi inter Scripturas apocryphas.

Nomina, & Ordo duodecim menſium apud diuerſas gentes; nempe apud *Romanos*, *Græcos antiquos* more communi, *Hebræos*, *Ægyptios*, *Cappadoces*, *Athenienſes*, *Lacedæmonios*, *Bithynos*, *Cyprios*, *Macedones*, *Græcos, Chriſtianos* poſt Imp. Conſtantini Magni tempora.

Alphabetum Hebraicum, literis ab hodierna ſcribendi ratione valdè diuerſis exaratum, & adiuncta explicatione Græca illuſtratum: item *Nomina Hebraica quatuor Archangèlorum, cæterorumque Angelorum*, *& quatuor Fluuiorum Paradiſi*, cum interpretatione Græca.

Chronologia Reipublicæ Hebræorum ab Adamo vſque ad Regem Sedekiam, qui à Rege Babyloniorum Nabuchodonoſore poſt expugnationem Vrbis Hieroſolymitanæ excæcatus eſt.

967 ANONYMVS, ſcripſit

Breuem Expoſitionem præcipuarum Veteris Teſtamenti Sententiarum, ad Sactiſſimam Trinitatem, Chriſtique Natiuitatem, ac Paſſionem, & cætera Religionis Chriſtianæ myſteria pertinentem. Extat mſc. ibid. Cod. 48.

968 ANONYMVS, ſcripſit

Præmonitionem de Sacrorum Bibliorum ex Hebraico in Græcum tranſlatorum obſcuritate, eiuſque cauſis.

Ini-

τῶν θαυμάτων τοῦ μεγάλου Προφήτου καὶ Ἱερέως Σαμουήλ. Οὗτος ὁ μακάριος Σαμουήλ ὁ Προφήτης ἐπῆρχεν ἐξ Ἀρμαθὶμ Σιφᾶ &c. Extat mſc. ibid. Cod. 14.

965 ANONYMVS, compoſuit

Orationem hiſtoricam habitam in memoriam ingentis Miraculi, quod Conſtantinopoli contigit per Imaginem quandam Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, in Puteo Magnæ Eccleſiæ Sanctæ Sophiæ collocatam, quæ à Iudæo gladio icta, copioſum effudit ſanguinem. Ita inſcribitur: Κυριακῆ β' τῆς ὀρθοδοξίας β'. Θαῦμα γινόμενον ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει ἐν εἰκόνι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Extat mſc. ibid. Cod. 32.

966 ANONYMVS, ſcripſit

Interpretationem Hebraicorum aliorumque peregrinorum Nominum, quæ in Actis Apoſtolorum occurrunt, ordine Alphabetico. Ipſa Tituli græci verba vna cum principio ipſius Interpretationis ſunt hæc: Ἑρμηνεία ἑβραϊκῶν ὀνομάτων τῶν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐμφερομένων, κατὰ στοιχεῖον ἡρμηνευμένων. Ἀλφαῖος, μάθησις. Ἀκελδαμὰ, χωρίον αἵματος. &c. Extat mſc. ibid. Cod. 34. Item eiuſdem Anonymi in eodem Codice habentur ſequentia, teſte Lambecio:

Annotatio quædam de Gomer, & Siclo Hebræorum. Item *de Summo eorundem Sacerdote, & de duodecim Gemmis in eiuſdem Sacro Pectorali*, quod Græci Λόγιον ſiue *Rationale* nuncupant.

Hebraicorum, aliorumque peregrinorum nominum in Apocalypſi S. Ioannis occurrentium Interpretatio, ordine Alphabetico.

Commentariolus de viginti quatuor

plaribus; de Maſoretharum arte, illius origo, quid de illa ſentiendum; de Iudæorum Targumìm, ſeu Scripturæ Sacræ tranſlationibus, ac primùm de Paraphraſibus Chaldaicis; de reliquis Bibliorum verſionibus, quibus vtuntur Iudæi, & vtrum illi dedita opera Codices ſuos corruperint; quod in ea reſentiant Patres; Iſaaci Voſſij ſententia de Iudæorum Codicibus expenditur, & refellitur.

971 ANONYMVS, edidit
Tractatum nouum de omnibus Hebræorum accentibus. Wittebergæ in 8.

972 ANONYMVS, exarauit
Adagia, hoc eſt, *Prouerbiorum*, *Parœmiarum*, *&* *Parabolarum omnium apud Græcos*, *Latinos*, *Hebræos*, *&c. Collectionem*. Excuſ. Francofurti, an. 1642. & 1656. in fol.

973 ANONYMVS, ſcripſit
Syriacæ Linguæ prima Elementa, *Syriacè*, *Hebraicè*, *&* *Latinè*. Impreſ. Antuerpiæ, an. 1572. in 4.

974 ANONYMVS, edidit
Grammaticam Aramæam, hoc eſt, *Chaldaicæ*, *&* *Syriacæ Elementa Hebræis reſpondentia*. Bremæ, an. 1617. in 8.

975 ANONYMVS, ſcripſit
Quintuplex Pſalterium, *Gallicum*, *Romanum*, *Hebraicum*, *Vetus*, *conciliatum*. Abſolutum fuit hoc quintuplicis Pſalterij Opus in Cœnobio Sancti Germani propè muros Pariſienſes anno à Natali Chriſti Domini 1508. & in clariſſimo Pariſiorum Gymnaſio ex Henrici Stephani officina è regione ſcholarum Decretorum ad ſecundam, & caſtigatiorem emiſſionem ſuſceptum anno eiuſdem Chriſti Saluatoris omnium

Initium iſtius Præmonitionis eſt hoc: Ἡ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀσαφεία πολλὴν ἔχει τὴν αἰτίαν. πρῶτον μὲν ὅτι πᾶσα γλῶσσα εἰς ἑτέραν μετατιθεμένη &c. Extat mſc. ibid. Cod. 6.

969 ANONYMVS, ſcripſit
Fragmentum Chronologicum de tempore Natuitatis, *Baptiſmi*, *&* *Mortis Chriſti*; cuius principium: Ἐτέχθη ὁ Χριστὸς ἡμέραν ς', ὥραν ζ' τῆς νυκτός. &c. Habetur mſc. ibid. Cod. 59. vbi etiam extat vel eiuſdem, vel alterius Anonymi.

Synopſis viginti duarum Periodorum Chriſti, *earumque viginti duobus Operibus Creationis*, *totidemque literis Alphabeti Hebraici comparatio*. Titulus huius Synopſeos, & principium ſic habent: Αὗται εἰσὶν αἱ Περίοδοι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Α, ἡ ἀποστολὴ τοῦ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Θεοτόκον. Β, ἡ κατάβασις τοῦ Θεοῦ Λόγου &c.

970 ANONYMVS, elucubrauit
Diſquiſitiones Criticas de varijs per diuerſa loca, *&* *tempora Bibliorum editionibus*, *quibus accedunt Caſtigationes Theologi cuiuſdam Pariſienſis ad Opuſculum Iſaaci Voſſij de Sibyllinis oraculis*, *&* *eiuſdem reſponſionem ad obiectiones nuperæ Criticæ Sacræ*. Impreſ. Londini, impenſis Richardi Chiſuuel, an. 1684. in 4. Agit de Biblijs in genere cùm apud Hebræos, tùm apud Chriſtianos; de Hebraicis contextus Biblici exemplaribus manuſcriptis; expenduntur diuerſi Bibliorum Codices manuſcripti, & variæ illorum lectiones, doctiorum Iudæorum teſtimonijs probantur; de editis, quæ Maſorethica ſunt, Hebræi contextus exem-

Digitized by Google

Il vero Stato degli Ebrei di Roma. Excuſ. Romæ apud Vareſium, an. 1668. in 4. Occaſionem ſcribendi dederunt *Folia* quædam erroribus plena, quæ tunc Romæ circumferebantur in defenſionem Vſuræ Hebræorum. Diuiditur in octo Paragraphos in titulis diuerſos, & in materijs varios, videlicet:

Nel 1. §. *Conchiudeſi, il Valſente degli Hebrei eſſere di* 900. *mila ſcudi in ſole* 200. *famiglie, in tutto il Ghetto d'vn millione è più, è non già di ſoli* 300. *mila ſcudi, come ſi ſcriue in que' Fogli.*

Nel 2. §. *Il debito dell'Vniuerſità Hebrea co' Chriſtiani eſſer ſolamente di ſcudi* 235. *mila, e* 950. *à* 4. *per* 100. *e non di ſcudi* 300. *mila, come ne* Fogli *ſudetti.*

Nel 3. §. *I Peſi Camerali della medeſima eſſere ſolamente di ſcudi* 3207. *e non di ſcudi* 4000. *come ne' medeſimi Fogli. Anzi li ſudetti Peſi eſſer boggidì tanto minori de' paſſati, quanto la ſomma di* 3207. *è minore della ſomma di* 4861.

Nel 4. §. *Il Dazio, gettato vltimamente per æs & libram dalla medeſima, eſſere ſtato di* 5. *e non* 10. *per* 100. *e la Colletta di eſſo eſſere ſtata di* 15. *mila ſcudi, & non di* 26. *mila, come vogliono i Fogli.*

Nel 5. §. *L'Vniuerſità, facendo, ogni cinque anni, auanzo di ſcudi* 19470. *bauer qualche aſſegnamento, e non eſſere ſenza niuno aſſegnamento: e il denaro, che dà Chriſtiani cauano, ogni anno,* 200. *Famiglie Hebree, eſſere ſcudi* 95. *milla, e* 805. *d'vtile netto, e non ſolamente di ſcudi* 14. *mila, come ne' Fogli ſudetti.*

um 1513. idibus Iunijs.

976 ANONYMVS, citatur à Photio, & ſcripſiſſe fertur

Contra Iudæos, & Teſſareſcæ decatitas, qui Sancti Paſchatis feſtum non celebrabant, primo ſecundum Hebræos menſe: Librum autem hunc, ſiue ſermonem idem Photius inquit eſſe preſſum, in quo nil ſuperfluat, & ornatum. Οὗτος μὲν ὁ λόγος (ait) σύντομος, καὶ ἀπέριττος, καὶ κόμπου μετέχων. Quid autem ipſe ſenſerit Auctor Anonymus de Paſchate, ſubdit: quidque è Metrodoro quodam de eodem recitet, vide Photium, in verbo, *Anonymus*. Hæc refert Poſſeuinus in Apparatu Sacro.

977 ANONYMVS, elucubrauit

Hiſtoriam Iudaicam. Excuſ. Amſtelodami, an. 1605. in fol.

978 ANONYMVS, ſcripſit

Epiſtolas Virorum illuſtrium Hebraicè, Græcè, & Latinè. Excuſ. Hagenoæ, an. 1519. in 4.

979 ANONYMVS, edidit

Explicationem Radicum Hebraicarum, hoc eſt omnium Thematum, cum ſuis Deriuatis, quæ in Sacris Biblijs extant. Baſileæ, an. 1601. in 8.

980 ANONYMVS, edidit librum inſcriptum

Vindex impietatis, ac perfidiæ Iudaicæ, quo deteguntur, ac refutantur enormes Iudæorum, eorumque Thalmud errores atque ſuperſtitiones. Adiecta eſt Nicolai de Lyra probatio aduentus Chriſti per Scripturas, à Iudæis receptas. Francofurti apud Porſium in 8.

981 ANONYMVS, euulgauit libellum Italicè inſcriptum

Digitized by Google

Rabbinorum expoſitione, Hebraicè, & Latinè. Baſileæ apud Henricum Petri, an. 1556. in 8.

985 ANONYMVS, Caluinianus; typis euulgauit Opuſculum prænotatum

Meſſias Chriſtianorum, & Iudæorum, Hebraicè, & Latinè. Baſileæ apud Henricum Petri, in 8.

986 ANONYMVS, Auguſtanæ Confeſſionis, edidit

Opus quadripartitum Sacræ Scripturæ, continens Sacra Biblia, ſiue libros veteris, & noui Teſtamenti omnes, quadruplici lingua Hebraica, Græca, Latina, & Germanica. Hamburgi, an. 1597. in fol. Item alij eiuſdem Auguſtanæ Confeſſionis *Anonymi* ediderunt

Biblia Sacra Hebraicè, Chaldaicè, Grecè, Latinè, Germanicè, Italicè. Ibid. in fol.

Biblia Sacra Hebraicè, Chaldaice, Græcè, Latinè, Germanicè, Gallicè. Ibid. in fol.

Biblia Sacra Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, Latinè, Germanicè, Sclauonicè. Ibid. in fol.

Biblia Sacra Hebraicè, Chaldaice, Græcè; Latinè, Germanicè, Saxonicè. Ibid. in fol.

Pſalterium Dauidis iuxta tranſlationem veterem, alicubi tamen emendatam, & declaratam, & accuratius diſtinctam iuxta Hebraicam veritatem, additis etiam ſingulorum Pſalmorum breuibus argumentis. Wittembergæ, an. 1581. in fol.

Pſalterium Dauidis ex Hebraico in Latinum, & Germanicum ſermonem fideliter tranſlatum, magna litera. Lipſiæ

Nel 6. §. L'Vniuerſità non eſſere creditrice della Camera Apoſtolica pur d'vn ſoldo, non che di 150. mila ſcudi, come vantano i Fogli; Anzi da Ponteſici in 30. anni addietro, hauer ella riceuuto 40. mila 750. ſcudi più di quello, ch'ella habbia dato loro nelle publiche vrgenze.

Nel 7. §. Dal Fallimento del Ghetto, niun pregiudizio venirne al Prencipe, al Publico, à Roma, à paſſati Ponteſici, come ne detti Fogli ſi ſcriue, anzi all'oppoſto, à tutti i predetti venirne Vtile, e Gloria.

Nel 8. §. Finalmente conchiudeſi, gli Hebrei, dopo tolte le vſure, e pagati i debiti dell'Vniuerſità, eſſer per rimanere con 664. mila ſcudi in ſole 200. Famiglie, oltre il valſente dell'altre: e per ciò eſſerne per rimanere molto più commodi, e ricchi di quello, che publicano di eſſere al preſente.

982 ANONYMVS, Caluinianus, ſcripſit

Chatecheſim, ſiue primam Inſtitutionem, aut rudimenta Religionis Chriſtianæ, Hebraicè, Græcè, & Latinè explicatam. Excuſ. Lugduni Batauorum, an. 1591. in 8.

983 ANONYMVS, Caluinianus, edidit

Difficiliorum, & Græcarum, & Hebraicarum, omniumque peregrinantium dictionum libri Geneſeos, interpretationem. Baſileæ apud Henricum Petri, an. 1572. in 8.

984 ANONYMVS, Caluinianus, exarauit

Catalogum omnium præceptorum Iudeorum legis Moſaicæ, affirmatiuorum, & negatiuorum, cum ſuccincta

Digitized by Google

gantibus vulgò dictis, prò vindicandis Hebræi ſermonis fontibus, Iacobo Bolduco oppoſitam. Hafniæ, anno 1652. in 4.

992 ANONYMVS, edidit

De varijs Siclis, & Talentis Hebræorum, vt & de eorumdem Menſuris rerum tam aridarum, quam liquidarum. Erfurti, an. 1676. in 12.

993 ANONYMVS, typis euulgauit

Precationes celebriores è Biblijs Hebraicè, Græcè, Latinè, adiectis benedictionibus, canticis, & alijs eiuſdem generis. Pariſijs, an. 1554. in 8.

994 S. ANSELMVS, Archiepiſcopus Cantuarienſis in Anglia, Ord. S. Benedicti, emiſit

Librum vnum de Incarnatione Verbi Diuini contra Iudæos. Coloniæ impreſ. vna cum alijs eius Operibus, an. 1533. & Pariſijs, an. 1549.

995 F. ANTONIVS DE ANGELIS, Luſitanus, ex Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis, Sac. Theologiæ Magiſter, Hebraicè, & Chaldaicè doctus, exaratum reliquit Opus inſcriptum

De tranſmigratione filiorum Iſrael. Extat in monumentis ſui Ordinis. Obijt Matriti, an. 1614.

996 ANTONIVS AB AQVILA, elucubrauit

Nouas Inſtitutiones linguæ Hebraicæ. Romæ, an. 1650. in 8.

997 ANTONIVS BYNAEVS, edidit

De Calceis Hebræorum Libros II. Accedit *Somnium de laudibus Critices*. Dordraci, an. 1682. in 12. cum figuris. Ibi diſquirit, cur Deus Iſraelitis, vt Paſcha calceati comederent, iniun-

Lipſiæ, an. 1566. in fol.

987 ANONYMVS, edidit

Biblia Sacra ad veritatem Hebraicam, & probatiſſimorum Exemplarium fidem emendata. Cum figuris, & deſcriptionibus chronographis. Lugduni, an. 1574. in 8. *Acceſſit etiam interpretatio propriorum, & peregrinorum nominum, figuræ item elegantiſſimæ*. Antuerpiæ in fol. an. 1570. & in 8. cum litera minutiſſima, 1572. & 1593.

988 ANONYMVS, edidit

Pſalterium Hebræum, Græcum, Chaldæum, & Arabicum, cum tribus Latinis Interpretationibus, & Gloſſis. in fol.

989 ANONYMVS, euulgauit

Librum Pſalmorum duplicis Verſionis, cum annotationibus ex Hebræis. Lutetiæ, an. 1546. in 8.

990 ANONYMVS, Hiſpanicè edidit

Biblia en lingua Eſpagnola traducida palabra por palabra de verdad Hebraica por el muy excelentes Letrados, viſta y examinada por el de la Inquiſicion. Ferrariæ, an. 1553. in fol.

991 ANONYMVS, emiſit

Hebraicum Pentateuchum, Latinum, planeque nouum, poſt omnes hactenus editiones euulgatum, ac Hebraicæ veritati, quoad fieri potuit, conformatum, adiectis inſuper è Rabbinorum commentarijs annotationibus pulchris, & voces ambiguas, & obſcuriora quæque elucidantibus. Item *Cantica Canticorum, Ruth, Treni, Eccleſiaſtes. Eſther*. Venetijs ex Officina Iuſtinianea, an. 1551. in 4.

Exercitationem de Nephilinis Gi-

Digitized by Google

Homine Deo., Mundi Saluatore, X. à Chriſti Aſcenſione ad Conſtantinum Magnum.

ANTONIVS HVLSIVS, de quo pag. 7. Adde:

Authentia Textus Hebraici, contra Iſaacum Voſſium; vnà cum binis Epiſtolis. Excuſ. Roterodami, an. 1662. in 4.

Oratio de Linguæ Hebraicæ origine, & propagatione. Impreſ. Bredæ, an. 1649. in 12.

Compendium Lexici Hebraici. Vltraiecti, an. 1683. in 12.

999 ANTONIVS KERBECHIVS, Louanienſis, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, Doctor Theologus, elucubrauit

Tractatum de Sacramentis Veteris, & Nouæ Legis. Excuſ. Moguntiæ, an. 1600. in 4.

1000 F. ANTONIVS A MATRE DEI, Pintianus, Carmelita Excalceatus, olim in Salmanticenſi S. Eliæ Collegio, Sac. Theologiæ Lector, deindè Prior Abulenſis, & Indiarum Viſitator Generalis, literarum monumentis conſignauit

Præludia Iſagogica ad Sacrorum Bibliorum intelligentiam, in quibus de eſſentia, & exiſtentia Sac. Scripturæ: de Libris Protocanonicis, & Deuterocanonicis; deque eorum Authoribus ſecundarijs; de linguis quibus ſcripti, & in quas tranſlati; & de cuiuſque tranſlationis Authore, & auctoritate agitur. Nec non de ſenſibus Sac. Scripturæ, & de modo eam ediſcendi, & interpretandi. Intermixtę ſunt digreſſiones Candidatis Cathedrarum, & Præbendarum Scripturę vtiliſſimę, in quibus xerit, Chriſto cum Apoſtolis nihilominùs diſcalceatis iſtud celebrantibus? Vnde nam religio manauerit, qua Iudæi nefas duxerunt cum calceis loca ſacra intrare? Quis Sacerdotum Sacra peragentium apud Hebræos habitus fuerit? Quid in expiationis feſto, nec non in ieiunijs, ac votis, à Iudæis obſeruatum fuerit circa calceos, in luctu item, & ingenti calamitate? quæ fuerit ratio legis, vxorem fratris ſine liberis defuncti ducere recuſantibus, calceum extrahi iubentis? & num ad hanc legem de leuiratu pertineat antiquiſſima illa calcei exeundi ceremonia, quæ in libro Ruth refertur; ceu Ioſephus exiſtimat; an verò traditionis, ſeu acquirendi dominij formulæ, quæ apud Iudæos calceo fiebat, iſte actus tribuendus ſit? quid Dauid innuat cum ſe calceum ſuum ſuper Edom proiecturum lætabundus gloriatur? an Hebræorum calcei in deſerto per quadraginta annos integri ſeruati fuerint? qualia denique trium virorum veſtimenta, quæ in ardenti fornace illæſa permanſerunt?

998 ANTONIVS LE GRAND, ad poſteros tranſmiſit

Hiſtoriam Sacram à Mundi exordio ad Conſtantini Magni Imperium deductam. Excuſ. Londini an. 1685. in 8. Complectitur decem libros; *Primus* videlicet, à Mundo condito ad Diluuium. II. à Mundo inſtaurato ad Abrahami peregrinationem. III. De Patriarcharum ſeculo. IV. De Heroum ſeculo. V. De Iudicum regimine. VI. De Hebræorum Regibus. VII. De Gentis Iudaicæ per annos LXX. Captiuitate. VIII. De Summorum Pontificum Gubernatione. IX. De Chriſto

Moyſen Viatorem, *ſeu Imaginem Militantis Eccleſiæ Moſaicis peregrinantis Synagogæ typis adumbratam*, *Libris XIII*. Lugduni per Gabrielem Boyſat, an. 1636. in 8.

1002 ANTONIVS MIRANDOLA, Bononienſis Italicè emiſit librum prænotatum

Ragione di Stato del Preſidente della Giudea nella Paſſione di Chriſto. Excuſ. an. 1630. in 4. loco non notato.

1003 ANTONIVS DE NEBRIXA, ſeu LEBRIXA, vulgò NEBRISSENSIS dictus, de quo plura apud Nicolaum Antonium in Bibliotheca Hiſpana. Inter plures ſui ingenij fœtus exaratum reliquit Tractatum

De Literis Hebraicis, *cum quibuſdam annotationibus in Scripturam ſacram*.

Quinquagenas tres locorum Sacræ Scripturæ non vulgariter enarratorum; de quibus in *Apologia* pro ſe ipſo ad Ximenium ait: *Duas Commentationes in ſacras literas elaborauimus*, *alteras*, *quas Palentinus Epiſcopus*, *qui poſtea fuit Archiepiſcopus Hiſpalenſis (* Didacum Dezam Dominicanum intelligo) *dum hæreticæ impietatis in Hiſpania Quæſtorem ageret*, *per cenſuræ illius impotentiam accedentibus Principum noſtrorum iuſſis extorſit*, *non tàm vt probaret*, *improbaretue*, *quàm vt authorem à ſcribendi ſtudio reuocaret*: *alteras*, *quas prioribus illis ſubſtituimus*, *ſuppreſſimuſque*, *vt alio tempore magis opportuno ederentur*. *Nam bonus ille Præſul in tota quæſtione ſua*, *nihil magis laborabat*, *quàm vt duarum linguarum*, *ex quibus Religio noſtra pendet*, *neque vllum veſtigium relinque-*

bus ſuper ſpecialia Scripturæ loca, ſubtiliſſimæ, & difficillimæ excitatæ Quæſtiones deciduntur. Acceſſit Tractatus appendix de notitia, & vſu eruditionis prophanæ; vbi ſtabilitur ex Scriptura, Concilijs, & Patribus, talem notitiam, & vſum licitum eſſe, & decentem. Excus. Lugduni ſumptibus Laurentij Aniſſon, an. 1669. in fol. Agit præterea de more, & ritu Hebræorum, aliarumque gentium in mortuorum planctu; De linguis, & characteribus, quibus Biblia Sacra fuere conſcripta, nec non de varijs eorum tranſlationibus: vbi harum Auctores, authoritas, & vtilitas declarantur. Quærit etiam, quis nam fuerit literarum inuentor? Quo tempore, & quomodo? An liceat, & expediat, è primis quibus ſcripti ſunt, libros ſacros in alias linguas conuertere? An Hebræus Veteris Textus, qui nunc eſt, incorruptus ſit, & ſincerus, & quæ ei fides debeatur? Quot tam veteris, quam noui Teſtamenti verſiones extiterint? vbi de Græcis veteris Teſtamenti ex Hebræo verſionibus; de Thargum, ſeu Paraphraſi Chaldaica; de recentioribus Latinis ex Hebręo, & Græco verſionibus &c. Item quærit, an poſt Tridentini decretum liceat ad alias verſiones, ſiue ad Hebræos, & Græcos fontes recurrere? Reſoluit etiam, cur nulla ex ſupernotatis verſionibus carmina reddiderit, quæ in Hebræo erant metro conſcripta? Quamplurima inſuper ad rectam Sac. Scripturæ intelligentiam fusè, & dilucidè pertractat.

1001 ANTONIVS MILLIEVS, natione Gallus, patria Lugdunenſis, Societatis Ieſu Theologus, Philoſophus, & Poëta egregius, edidit

Catalogum Auctorum, qui Librorum Catalogos, Indices, Bibliothecas, Virorum Literatorum Elogia, Vitas, aut Orationes funebres, ſcriptis conſignarunt; adornatum cum Philippi Labbæi Bibliotheca nummaria in duas partes diſtributa. I. De antiquis Numiſmatibus Hebræis, Græcis, & Romanis. II. De monetis, ponderibus, & menſuris. Et Mantiſſa antiquariæ ſuppelectilis, ex Annulis, Sigillis, Gemmis, Lapidibus, Statuis, Obeliſcis, Inſcriptionibus, Ritibus, ſimilibuſque Romanæ præſertim Antiquitatis Monimentis, collecta. Excuſ. Geneuæ apud Samuelem de Tournes, an. 1686. in 4.

1008 ANTONIVS LE WAITTE, Sac. Ciſtercienſis Ord. ex Priore Camberonenſi in Hannonia Abbas Molinenſis, in Comitatu Namurcenſi, Sac. Theologiæ Baccalaureus; Vir non minus pietate, & Religionis zelo, quàm doctrina conſpicuus, teſte Carolo de Viſch, in Seminario Regio Duaci quondam eius Collega. Claruit anno 1654.

Iudæo-iconomachiam quinque libris complexus eſt; quorum *primus* Iudæorum odium exhibet, in viuas Ieſu imagines, ideſt, diuos, ab illo denato, ad natam (Iudæo parturiente) ſub Leone Iſaurico Imperatore Iconomachiam. 2. Natam iam, creſcentem, & adultam repræſentat ſub reliquis Imperatoribus perdurantem maximè apud Iudæos. 3. Guillielmi Iudæi, diuæ Camberonenſis Antagoniſtæ blaſphemias, ſcurrilia, truciaque acta recitat. 4. Miracula eiuſdem diuæ, ac beneficia: è contra, Iudæorum maleficia per Orbem,

quæretur per quod ad dignoſcendam in rebus dubijs certitudinem peruenire poſſemus. Apologiam autem banc ſcripſimus (ſubiungit) *quo tempore apud Quæſtorem Maximum impietatis accuſabamur, quod ignari ſacrarum literarum auſi ſumus ſola grammaticæ artis fiducia incognitum opus attrectare.* Hæc ille.

1004 ANTONIVS PALMONIVS, edidit

Alphabetum, ſcilicèt Elementum Hebraicum. Pariſijs, an. 1567. in 8.

1005 ANTONIVS PROBVS, Germanus, Theolog. Lutheranus, Auguſtanæ confeſſ. Profeſſor Iſlebienſis, compoſuit

Orationem de Monarchia Regni Iſraelis, publicè habitam in ſchola Iſlebienſi, & præmiſſam lectioni librorum Samuelis, & Regum. Excuſ. Iſlebij, an. 1586. in 4.

1006 ANTONIVS RICIARDVS, Brixianus, edidit

Commentaria Symbolica in duos Tomos diſtributa, quibus explicantur arcana ad myſticam, naturalem, & occultam rerum ſignificationem attinentia; Quæ nempè de abſtruſiore omnium prima Adamica lingua; tum de antiquiſſima Ægyptiorum, cæterarumque gentium Orphia Philoſophia: tum ex veteri Moſaica, & Prophetica, nec non cœleſti noua Chriſtiana Apoſtolica, & Sanctorum Patrũ Euangelica Theologia diſſerere conatus eſt. Venetijs apud Franciſcum Franciſcium Senenſem, an. 1590.

1007 ANTONIVS TEISSERIVS, vnus è viginti ſex Academiæ Regiæ Nemauſenſis, elucubrauit

tius Piſanus ex Græco in Latinum ſermonem vertit. Excuſ. Baſileæ apud Bebelium in 8.

1013 ARISTO, Pellęus tempore Hadriani Imperatoris vixit, ſcripſitque

De Iudæorum rebellione, quæ ſub Hadriano facta erat, ex qua Nicephorus Calliſtus in hiſt. Eccleſ. nonnulla tranſcripſit.

1014 ARNOLDVS BOOTIVS, edidit

Animaduerſiones ſacras ſuper Textum Hebraicum Veteris Teſtamenti. Londini, an. 1644. in 4.

Epiſtolam de Textus Hebraici Veteris Teſtamenti certudine contra Cappellum. Pariſijs 1650. in 4.

Vindicias, ſeu Apodixim Apologeticam pro Hebraica veritate contra Morinum, & Cappellum. Ibid. 1653. in 4.

1015 ARNOLDVS LVYDIVS, ſiue A LVDE, Tungris familia patricia natus, Artium, & Sac. Theologiæ Doctor Colonienſis, Sereniſſimi Cardinalis, & Epiſcopi Principis Leodienſis *Erardi à Marca*, dum in ſtudijs ageret, Pædagogus, Burſæque vt vocant, ſeu ſcholæ Laurentianæ multis annis regens, teſte Deſſelio in Bibliotheca Belgica. Scripſit

Alphabetum in Iudæos, & eorum Talmud, Propoſitionibus XXII.

Reſponſiones ad Articulos quinquaginta, deſumptos ex libro inſcripto *oculare ſpeculum* Ioannis Capnionis, quibus Auctor Iudæorum Talmud ſaluare viſus eſt. Excuſ. Coloniæ typis Quentelij, an. 1512. in 4.

1016 ARTAPANVS, compoſuit

Li-

bem, ab illo æuo, ad hoc vſque recenſet. 5. Præcedentes claudit, Camberona pugnæ palæſtra, & cruenti agonis. In eo, Abbates Camberonenſes deducti à B. Faſtredo, S. Bernardi diſcipulo, ad modernum vſque: Inſuper magnatum ſepulchra; & aliæ antiquitates plurimæ. Opus vaſtum, & curioſum, an verò ſit typis mandatum, ignoro.

1009 ANTONIVS ZAPATA, ſiue LVPIAN ZAPATA, gente Valentinus, patria Segobricenſis, Ord. Sanctiſſimi P. Benedicti Monachus, Hiſpanica lingua ſcripſit

Dos Compendios de las dicciones Latinas, Hebreas, y Griegas. Habet apud ſe mſc. teſte Nicolao Antonio in Biblioth. Hiſp.

1010 APION, Aegyptius, Pliſtonices, tempore Tiberij Imperat. floruit. Non tantum Πλειστονίκης, verùm etiam Μόχθος, ab aſſiduo labore cognominatus eſt, referente Georgio Matthia Konigio. Tiberius Imp. *Cymbalum Mundi* vocabat, referente Plinio in Hiſt. Nat. Præter libros quinque Hiſtoriæ Aegyptianæ, ſcripſit

Librum aduerſùs Iudæos. Cui Flauius Ioſephus, Reſponſionem oppoſuit.

1011 ARCHIBALDVS SIMSONIVS, Scotus, claruit an. 1632. Extant eius

Hieroglyphica animalium, quæ in Sac. Scriptura nominantur. Vid. Kempius pag. 21.

1012 ARISTEAS, ſcripſit ad Philocratem fratrem

De LXXII. Legis Hebraicæ Interpretibus librum, quem Matthias Palme-

Digitized by Google

χος ὁ τάλας ἐγὼ, &c. Hic Codex mſc. ſeruatur in Bibliotheca Cæſarea. Teſtatur hoc *Sigebertus Gemblacenſis* in Chronico ſuo ad annum Chriſti 765. Huius narrationis meminere *Bellarminus* lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, vbi agitur de S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino, & *Baronius* partim Annal. Eccleſ. Tom. IX. ad annum 787. partim autem in Notis Martyrologij Romani, ſub die IX. Nouembris, vbi hæc leguntur: *Beryti in Syria commemoratio imaginis Saluatoris, quæ à Iudæis crucifixa, tam copioſum emiſit ſanguinem, vt Orientales, & Occidentales Eccleſiæ ex eo vbertim acceperint.* Et non ſolum fuit publicè probata à S. Synodo *Nicæna II.* ſiue *Oecumenica VII.* verùm etiam eiuſdem *Actioni quartæ* ad perpetuam memoriam addita fuit. De varijs, ac valdè diuerſis huius Narrationis Codicibus in Bibliotheca Cæſarea Vindebonenſi extantibus, fuse differit *Lambecius*, qui ex vetuſtiſſimo Codice bona fide integram exhibet, vt ne manifeſtiſſimos quidem (vt ipſe ait) priſcę ſimplicitatis Eccleſiaſticę ſolœciſmos, qui in ea paſſim occurrunt, mutauerit; & hìc ad pręſentem Iudęorum perfidiam euincendam, etiam nos deſcripſimus.

Eſt Ciuitas, quæ vocatur Berytus, adiacens inter terminos Tyri ac Sidonis, præbens tributum Antiochiæ. In hac autem ciuitate multitudo Iudæorum, & Synagoga eorum valdè magna. Accepit autem Chriſtianus quidam, dato pretio, cellulam à quodam in poſſeſſionem; in qua habitans, fixit imaginem Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti in conſpectu lecti ſui: &

Librum de Iudæis. Allegatur à Clem. Alex. lib. 1. Strom.

1017 ASCLEPIVS, edidit *Librorum de Antiquitatibus, & Bello Iudaico Periochas, & Argumenta Tetraſtichis comprehenſa.* An. 1564. in 8. loco editionis non notato.

S. ATHANASIVS Alexandrinæ Eccleſiæ Patriarcha, de quo pag. 8 Adde:

Diſputatio cum Zacchæo Iudæorum Nomodidaſcalo, ſiue Doctore Legis, nondum in lucem edita; cuius titulus, & principium: Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος πρὸς Ζακχαῖον νομοδιδάσκαλον τῶν Ἰουδαίων. Ζακχαῖος εἶπεν. Πλανᾶσθε ὡς χριστιανοὶ πρῶτον ὅτι νομίζετε καὶ ἐπιστεύετε θεὸν εἶναι &c. Extat mſc. in Biblioth. Cæſarea.

Diſputatio cum Iudæis de adoratione S. Crucis, & Sacrarum Imaginum. Extat mſc. ibid. Cod. 248.

1018 ATHANASIVS IVNIOR, ita cognominatus ad differentiam ſupradicti S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini, exarauit

Hiſtoriam miraculi, quod Anno Chriſti 765. ſub Imp. Conſtantino Copronymo, cum quæſtio de Sacrarum Imaginum cultu quàm maximè agitaretur, opportuniſſimè contigit *Beryti per Imaginem Chriſti*, quæ cum à Iudæis ad imitationem Paſſionis Dominicæ per ludibrium crucifixa eſſet, verum ex latere ſuo emiſit ſanguinem, & aquam. Inſcribitur, atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας διήγησις περὶ τοῦ γεγονότος θαύματος ἐν Βηρυτῷ παρὰ τῆς ἁγίας εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰκὼ τῇ παιδείᾳ ἄμοιρος ἂ ἀμέτο-

monſtrare? At ille certior factus dixit eis: Quoniam ego hoc vobis exhibebo in domo eius. Itaque tranſacta hora veſpertina; illo die ſiluerunt. Mane autem facto, Summi Principes Sacerdotum, & ſeniores populi, turbaque multa gentis eorum, abierant in domum, vbi ſtabat imago Domini noſtri Ieſu Chriſti, & peruenientes domum, impetu facto, irruerunt Principes, & Seniores populi præuio duce illo Iudæo, qui eis annuntiauerat, & inuenerunt imaginem Domini noſtri ſtantem, ſicut dictum eſt ad illos. Irati quoque valdè circa Hebræum illum, qui ibidem inhoſpitabatur extra Synagogam eum expulerunt. Deponentes verò ſanctam imaginem dixerunt. Quoniam, ſicut audiuimus, patres noſtri huic olim illuſerunt, & nos illudamus. Tunc cœperunt expuere in faciem eius, & percutiebant eum, dixeruntque quanta fecerunt ei patres, & nos omnia faciamus; & conuitiabantur ei multis criminoſis ſermonibus, quæ etiam præ enormitate ſceleris nefas fuit ſcribere. Item dixerunt: quia confixerunt manus eius, & pedes, hoc & nos faciamus. Configentes autem manus & pedes, adiecerunt dicentes: Audiuimus, quod acetum, & fel dederunt ei porrecta ſpongia; hoc idem & nos impleamus; & admota harundine cum ſpongia plena aceto, & felle, appoſuerunt ori eius, addideruntque iniquitatem ſuper iniquitatem, dicentes: Didicimus quod harundine percuſſerunt caput eius patres noſtri, ſimiliter & nos faciamus, & percuſſerunt harundine caput eius. Finitis verò omnibus his, dixerunt: Sicut lancea

& ſtatura quidem picturæ non magna; ſed mediocris, quæ tamen totam imaginem Saluatoris continebat. Aliquantum temporis fluxit, & ſubſtantia viri illius creuit valdè; vtpote vbi miſeratio, & diſpoſitio Dei mirabiliter operari cœperat; & ampliorem ſibi Chriſtianus ille ad diuertendum quærere cœpit domum. Tollens autem omnem ſuppellectilem ſuam, tranſtulit à ſupradicta cella, quæ & ipſa valdè contigua erat Synagogæ Iudæorum, ad alium, quem ſibi ad inhabitandum elegerat, locum, ſolius imaginis Domini immemor factus, quod ex prouidentia Dei ita contigit accidiſſe. Rurſum verò Iudæus quidam accepit in poſſeſſionem eandem cellam, vbi imago Domini relicta manſit, & introducens omnia ſua, ibidem conuerſari cœpit, non cognoſcens, aut aliquando perſpiciens imaginem Domini, eo quod ex aduerſo velut in occulto repoſita ſtaret. In vnà autem dierum inuitauit ipſe quendam alium Iudæum ad prandium ſecum, & inter prandendum eleuans oculos ſuos ille, qui vocatus venit Iudæus, vidit imaginem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ait: Dum tu es Iudæus, quomodo hanc imaginem habes? & iniurias quidem multas & nefandas dixit contra Saluatorem ab hora, qua Sanctam imaginem aſpexit, quod etiam nefas duxi ſcribere: & ſatisfecit ei ille, qui inuitauit, quod ex eo tempore, quo in eadem domo conuerſari cœpit, imaginem Domini ibi non cognouit. Surgens autem cum indignatione, abijt ad Principes Sacerdotum. Comperientes autem ab ipſo, quæ facta ſunt, dixerunt ei: Potes hoc nobis de-

reddunt. Cæci quamplurimi ad tactum ſacræ perunctionis gaudium receperunt luminis. Dæmoniaci quoque ad odorem Diuinæ virtutis quotquot offerebantur, purgabantur. Vbi autem celebre verbum hoc factum eſt per vniuerſam ciuitatem, alij atque alij ſe cum ægrotis ſuis ingerentes, de agris, vicis, & domibus multitudine infinita profluebant & ſalui fiebant. Repleta eſt autem Synagoga eorum paralyticis, claudis, dæmoniacis, leproſis, aridis, cæcis, mutis, & ſurdis, & omni genere morborum ægrotantibus, & à quocunque genere languoris detinebantur, ſanabantur. Videntes autem Principes Sacerdotum, & omnis Synagoga eorum ſigna, & prodigia magna, quæ fiebant, cum mulieribus, & infantibus credentes, clamabant Deo Patri, & Filio ſuo Ieſu Chriſto, atque Spiritui Sancto: Vnus Deus Pater, vnus Chriſtus Dei filius, vnus ex vtroque procedens Spiritus Sanctus, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat Deus in ſæcula, Amen. Gloria tibi Chriſte, quem patres noſtri ignorantes quidem crucifixerunt; qui nunc & à nobis in ſancta imagine tua crucifixus es. Gloria tibi Chriſte, Fili Dei viui, qui per ſigna potentiæ tuæ illuminaſti cæcitatem cordium noſtrorum, & ad tuam miſericordiam traxiſti; tibi credimus; propitius eſto nobis, & ſuſcipe lacrymas & pœnitentiam noſtram, ne fortè præ magnitudine ſcelerum infernus aperiens os ſuum deglutiat nos. Qui cum patribus noſtris mirabilia magna feciſti, & beneficia innumerabilia præſtitiſti, parce iniquitatibus noſtris, & mede-

cea latus eius aperuerunt, ita & nos confodiamus; & perforato lancea latere Domini, exiuit ſanguis, & aqua. Gloria tibi Chriſte: gloria tibi fili Dei viui, qui de ſupernis ſedibus deſcendiſti pro ſalute noſtra viuam exhibere præſentiam, & pro liberatione noſtra, cùm immortalis eſſes, morti te tradidiſti. O ineſtimabilis benignitas Saluatoris noſtri Dei! vt enim fidelibus tuis rememorareris antiquæ pietatis tuæ opera, hæc mirabilia tua, cœlo, & terris ſtupenda & glorificanda, iterum innouaſti. Erigite filij lucis oculos mentis veſtræ, & exhilarate corda; quia hodie facta eſt vobis redemptio, & iugum captiuitatis veſtræ contritum. Audite ergo, & glorificate Dominum pro beneficijs, quæ adhuc vobis monſtrauit. Principes autem Sacerdotum poſteaquam lancea latus Domini confoderunt, dixerunt: Quia in vniuerſam terram diuulgata ſunt ſigna & virtutes plurimæ quæ fecit Ieſus Nazarenus, recipiemus ſanguinem de latere eius & omnes infirmos, & malè habentes inde ſpargamus per vniuerſam Synagogam, vt experiamur virtutem Chriſti, & ſi vera ſunt, quæ de eo dicta ſunt: & ſupponentes ampullam vitream ad locum vulneris receperunt in ea ſanguinem & aquam de latere Domini decurrentem; adhuc ipſis non credentibus, ſed iniurias, & blaſphemias inferentibus; portabant ampullam plenam ſalute & virtute ad locum, in quo multitudo languentium eo adunata fuit. Primùm quidem omnium paralyticum quendam à natiuitate adeunt, liquore ſummatim perungunt & incolumitati

la à Lambecio in Commentarijs ad Bibliothecam Cęſaream relata. Addit, quod *Anonymus* huius Narrationis Author, poſtquam expoſuit Synagogas Iudęorum Berytienſium in templa Chriſtianę Religionis fuiſſe conuerſas, ſubiungit deinde, *Diuinum illum ſanguinem vnà cum aqua, quæ ex latere imaginis Chriſti effluxerat; ab Imp. Conſtantinopolitano Nicæphoro II. cognomine Phoca, in Syria inuentum, & anno Mundi ſecundum vulgarem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſupputationem ſexies milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, qui maiòri ex parte reſpondet anno Ærę Chriſtianæ vulgaris nongenteſimo ſexageſimo tertio; ſolemniter deductum Conſtantinopolim, atque ibi in templo omnium Sanctorum tamquam inæſtimabilem theſaurum repoſitum fuiſſe.*

AVGVSTINVS IVSTINIANVS, de quo pag. 11. Adde:

B. Iobi Liber veritati Hebraicæ reſtitutus. Excuſ. Pariſijs, anno 1620. in 4.

1019 AVGVSTINVS TICINENSIS, edidit Commentarium

In Pſalmum 54. Deus in nomine tuo ſaluum me fac; iuxta Hebraicam diſtinctionem.

1020 AVGVSTINVS TORNIELLVS, Nouarienſis, Congregationis S. Pauli Clericus Regularis, ad poſteros tranſmiſit

Annales Sacros ab orbe condito, ad ipſum Chriſti Paſſione reparatum, cum præcipuis Ethnicorum temporibus aptè ordinateque diſpoſitos. Excuſ. Mediolani ex typographia Her. Pacifici Pontij, & Ioannis Baptiſtæ Picaliæ, anno 1610.

medere animabus noſtris. Et clamor magnus fiebat clamantium & Dominum inuocantium. Sanatis verò omnibus, qui aduecti venerant, infirmis; Principes Sacerdotum, & omnis multitudo eorum ad Epiſcopum ciuitatis cucurrit, vna voce clamantes: Vnus Deus Pater, vnus Ieſus Chriſtus Filius eius Deus, quem patres noſtri crucifixerunt, vnus & Spiritus Sanctus Deus: & confitentes peccata ſua, ipſam imaginem ſanctam oſtenderunt Epiſcopo, narrantes etiam, qualiter ſanguis & aqua de latere ipſius cucurrit, & quanta mirabilia facta ſunt. Epiſcopus autem vniuerſalitèr indicto ieiunio, omnes regenerauit ſancto baptiſmate, quos ipſe omnes ſuſcepit. Synagogam quidem eorum principalem Eccleſiam conſecrauit in honore Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cæteras verò eorum Synagogas dedicauit Eccleſias Apoſtolorum & Martyrum. Factumque eſt gaudium magnum, non ſolùm, quod tanta corpora curata ſunt, ſed quod & animæ multorum de morte ad vitam tranſlatæ ſunt. Hæc ſciens ego, Fratres dilectiſſimi, acceleraui manifeſtare vobis, vt in hoc etiam cognoſcentes virtutem & miſericordiam Domini noſtri Ieſu Chriſti ampliùs ſitis confirmati in fide, & gratiarum actiones illi reddatis pro mirabilibus & beneficijs, quæ Dominus oſtendit. Decreuit Sancta Romana & Antiochienſis Eccleſia die quinto Iduum Nouembrium ſolemne agi, in quo hæc facta ſunt ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui viuit & regnat cum Patre in vnitate Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen. Hucuſque Narratio il-

Digitized by Google

quiſque poterat ſatis dignoſcere, illos dumtaxat cibos ad vitam optimè ſuſtentandam, potuiſſe ſufficere, quos pro illo tempore Dominus expreſsè cōceſſerat; cęteros verò, nimirum carnes, piſces, & huiuſmodi alia, implicitè ſaltem tunc cenſeri vetita, tamquam ſuperflua. Et proinde viros probos, ac ſanctum Dei timorem in ſe habentes, illis, vtpote ad gulæ potius oblectamenta, quam ad vitæ conſeruationem pertinentibus, vltrò libenterque abſtinuiſſe. III. Homines procedente tempore, atque humana ſenſim, paſſimque creſcente malitia, (paucis dumtaxat exceptis) non fuiſſe herbis, ac terræ fructibus contentos; ſed carnibus etiam veſci voluiſſe; eoque tandem proceſſiſſe impiorum hominum voracitatem (diluuio pręſertim iam appropinquante, quando ſcilicet vt dicitur Geneſ. cap. 6. v. 5. *Multa malitia hominum erat in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta erat ad malum omni tempore,)* vt carnes etiam cum ſanguine, hoc eſt, vt quidam putant, vel crudas, vel fortaſſis penè viuas, & adhuc palpitantes, more ferino deuorare non erubeſcerent. IV. Deum exacto diluuio, eſum carnis expreſsè, conceptiſque verbis conceſſiſſe; tum quia humana natura iam imbecillior facta, delicatioribus cibis egere iam cœperat; tum etiam propterea quod aquæ diluuij validis hinc atque illinc vndarum agitationibus, & Oceani ſalſedine vbique transfuſa, terram reddiderant valdè infructuoſam, & ad gignendos optimi ſucci fructus minus idoneam. Nam abſolutè tamen eſum carnium fuiſſe conceſſum, ſed cum ea exceptione, quæ ſubiungitur Geneſ. cap.

1610. in fol. Tomis duobus. Diuiduntur in ſex Aetates. *Prima* complectitur annos mille ſexcentos quinquaginta ſex, ab orbe condito videlicet vſque ad diluuium expletum. *Secunda* continet quadringentos quinquaginta ſex, nempe ab exacto diluuio ad diuinas pollicitationes Abrahæ factas, vbi plura diſquirit, præcipuè: Quando Noë cum ſuis de Arca egreſſus ſit, & quandiu in ea moratus? quid agerent Noë, & filij eius in Arca? aſſeritque ex communi tum Hebræorum, tum Chriſtianorum opinione illos ab actu coniugali in Arca abſtinuiſſe, cętera quoque animalia à coitu; Soluit difficultates de menſe Ianuario, quod fuerit primus menſis anni poſt diluuium. Quærit deinde, quis nam primus Altare erexit? Promiſſio de terra non amplius exterminanda quomodo intelligenda ſit, explicat; de eſu carnium ante diluuium varias ſententias exponit, & concludit quod eſus carnium, nec fuit ante diluuium omninò licitus, neque communiter ab omnibus hominibus vſurpatus, circa quem vſum, quatuor hæc nobis manifeſta redduntur: I. Deum dediſſe hominibus ante diluuium tantummodo lignorum, ſeu plantarum fructus, ſeminaque & herbas ad eſum, vt apertè legimus *Geneſ. cap.* 1. quoniam illa tunc erant, ad homines probè alendos, valdè apta, & ſufficientia; tum ob ſucci bonitatem; tum ob corporum, habitudinumque firmitatem. II. Carnes tunc temporis non quidem fuiſſe vetitas, expreſſa ac ſpeciali prohibitione, ſed tantùm implicita, & ea item, quæ naturalibus temperantiæ legibus continebatur; quibus

Digitized by Google

ctis ad exitum Iſraelitici populi de Ægypto. Agitur in ea de plagis Pharaoni à Deo propter ſublatam vxorem Abrahæ, inflictis; de feſto clangoris, & tubarum; de quibuſdam ſacræ Scripturæ locutionibus, & linguæ Hebraicæ proprietatibus; de apparitionibus, & viſionibus Iacob; de numero poſterorum Iacob quando venit in Ægyptum, & de tempore quo manſerunt filij Iſrael in Ægypto; de Iſraelitis quando cœperint magis multiplicari; de Hebræorum afflictione ſub rege Amenophis, & de Iſraelitarum liberatione à ſeruitute Ægypti. *Quarta* Mundi Ætas complectitur annos quadringentos ſeptuaginta nouem, ab exitu Iſraelitarum de Ægypto, ad tempus, quo Salomon prima Templi fundamenta iacere exorſus eſt. Agitur de plagis Ægypti; de menſibus Hebræorum; de columna nubis quando apparere cœperit; de interitu Ægyptiorum in mari, & an Hebræi totum mare rubrum tranſierint; de præceptis iudicialibus, ceremonialibus, & moralibus; de oratione Moſis pro populo: vbi refellitur Rabbinorum opinio de huius orationis duratione; de tabernaculo fœderis, & de velis, quibus tabernaculũ diſtinguebatur, operiebatur, & claudebatur; de Arca fœderis, ſiue teſtamenti; de Altari incenſi, in qua tabernaculi parte maneret, & an fuerit in ſancta Sanctorũ; de menſa & panibus propoſitionis, vbi Hebræorum traditio de hiſce panibus refutatur; de varijs Altaris holocauſti exemplis, ad mentem Rabbinorũ, Ioſephi, Montani, Oleaſtri, Abulenſis, & Caietani; de vaſis, alijſque eiuſdem Altaris vtenſilibus; de Sacerdotalibus indumentis; de atrij tabernaculique Sancti erectione, & ſanctificatio-

cap. 9. verſ. 4. *Excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis: ſanguinem enim animarum veſtrarum requiram, &c.* Agit præterea de promiſſione toties repetita, non mittendi diluuium vniuerſale; de Noë, an vllos poſt diluuium genuerit filios; de benedictionibus Sem, & Iapheth; de varijs opinionibus circa generationem Cainan filij Arphaxad, & cur iſta generatio in Vulgata editione non habeatur; de Ionito, ſiue Ionicho, qui dicitur fuiſſe filius Noë; de Noetica Orbis diuiſione, de linguarum, & gentium diuiſione, & quando contigerit; cur & quo Auctore cœperit ædificari Babylon ciuitas, & turris eius; de fabulis occaſione turris Babel excitatis: altera de Gigantibus celeberrima, quos ferunt *montes montibus* ſuper impoſuiſſe, *vt bellum Dijs* inferrent; ſed ab ijs fulmine deiectos: altera de animalibus, quæ fabuloſi Poetæ aiunt, olim vna cunctis communi voce inter ſe de rebus ſuis, vt ſolent homines agere, conſueuiſſe; verùm quia ſemel perpetuam iuuentutem à Dijs expetere auſa ſunt, ab eiſdem confuſione vocum poſtea eſſe punitos. De lingua Hebræa omnium prima, & cur *in ſolo* Heber remanſerit; de numero Linguarum in ſtructura turris Babel diuinitùs multiplicatarum; de cauſis multiplicationis linguarum; de gentium diuiſione; de populis, qui propter Iſraelitas eſſent exterminandi; de idololatriæ initio, & cauſis; de Semiramide an Babylonem ædificauerit. Refutatur opinio Hebræorum, quod Abraham liberatus ſit de igne. *Tertia* Mundi Ætas complectitur annos quadringentos triginta vnum, à repromiſſionibus Abrahæ fa-

Digitized by Google

& maioribus, minoribuſque vaſis diuerſi generis; de 10. Candelabris in templo poſitis; de Arca fœderis, & Cherubim in S. Sanctorum poſitis; de dedicatione templi; vbi de alijs rebus à Salomone geſtis. De Nabonaſſar quiſnam fuerit; an fuerit Rex Aſſiriorum; de celebratione Paſchæ, & azymorum; de Merodach quiſnam fuerit, & quæ egerit; de duobus Nabuchodonoſor, & rebus ab ipſis geſtis; de differentia inter 70. captiuitatis annos à Ieremia, & Zacharia memoratos. Quod non duo, ſed vnus idemque Daniel egerit omnia quæ in eius prophetia traduntur; de duobus Iudæorum Iudicibus in Babylone conſtitutis, & de Iudæorum captiuitatibus. *Sexta* Mundi Ætas complectitur annos ſexcentos triginta octo, à deſolatione templi vſque ad Chriſti Domini noſtri aduentum. Refellitur opinio de Ieremia quod adhuc viuat. Agitur de vltima Iudæorum captiuitate; de Regibus ab obitu Nabuchodonoſor ad ſolutam captiuitatem in Babylone; de quatuor regnis Danieli præmonſtratis; de ſeptuaginta hebdomadibus Danielis; de Babylonica Iudæorum captiuitatis ſolutione; de Iudæorum Pontificibus à ſoluta captiuitate ad Alexandrum Magnum; de ijs quæ Hebræi putant in ſecundo templo defuiſſe: vbi Rabbinorum opinio in hoc reijcitur; de Ducibus Hebræorum ab Annio confictis; de Vrbe Ieroſolyma, & montibus in ea contentis; de Hebraica lingua, & quando deſijt eſſe vulgaris; de nouis literis Hebraicis ab Eſdra inuentis; de auctore punctorum, & accentuum linguæ Hebraicæ; de conuiuio Aſſueri, eiuſque potentia, & de Mardochæo; de Iudæorum cætione; de Altaris holocauſti, & Sacerdotum conſecratione; de Leuitarum ſegregatione, & conſecratione; de perſonarum generibus ſpeciatim cultui diuino mancipatis; de Pontificibus, & Sacerdotibus; de tribus Sacrificiorum generibus, & ritu; de libaminibus, & oblationibus; de Hebraicis ſolemnitatibus; de Rabbinorum opinione circa Encænia templi Salomonis; de legalibus immunditijs, & earum expiationibus; de Magiſtratu 70. ſenum; de Hebræorum Manſionibus; de Sacerdotum, Leuitarumque ſtipendijs; de Primitiarum generibus; de obitu, & ſepultura Moſis, & planctu populi: vbi Hebræorum opinio de die obitus refutatur. In quibus conueniret, ac differret celebritas Iubilęi, & anni Sabbatici. Cur Deus non vnico prælio, ſed multis Chananæos ab Hebræis conteri voluerit. De humatione oſſium Ioſephi quando, & vbi facta; de diuiſione terræ promiſſæ, & quando fieri cœperit; de poſitione terræ Chanaan, & ſingularum tribuum; de ſex refugij ciuitatibus; de Synagogæ vocabulo, & de duplici Synagogarum originis opinione; de Regibus Hebræorum; de Samuelis apparitione; de Nathan Propheta, quod fuerit diuerſus à Nathan filio Bethſabee; de quatuor bellis contra Philiſthæos à Dauide geſtis. Redarguitur Hebræorum opinio de ætate Salomonis quando genuit Roboam. *Quinta* Mundi Ætas complectitur quadringentos viginti quatuor annos, à iactis templi fundamentis, ad idem à Chaldæis exuſtum, atque exterminatum. Templum Salomonis, quo ad omnes eius ornatus deſcribitur. Agitur præterea de Mari æneo,

Methodus Hebræa. Miſenæ, anno 1677. in 8.

B

1022 BALTHASSAR BEBELIVS, edidit

Antiquitates Iudaicas, & Euangelicas. Argentorati, an. 1673. in 4.

1023 BALTHASSAR BLOCHVVITZIVS, ad poſteros tranſmiſit Opuſculum inſcriptum

Χειραγωγία ad Linguam Hebræam. Wittebergæ, an. 1623. in 8.

1024 BARTHOLOMAEVS BADEBVSCHIVS, exarauit

Tractatum de accentibus Hebræorum. Excuſ. Wittebergæ, an. 1772. in 4.

1025 BARTHOLOMAEVS ISCANVS, Anglus, Exceſtrienſis Epiſcopus, referente Geſnero ſcripſit ad Balduinum Ciſtercienſem Abbatem

Dialogum contra Iudæos.

1026 BARTHOLOMAEVS KECKERMANNVS, edidit

Siſtema Grammaticæ Hebrææ. Hanouiæ, an. 1615. in 4.

1027 BARTHOLOMAEVS MAYERVS, ſcripſit

De LXX. Hebdomadibus Danielis. Teſte Konigio in Bibliotheca Vet. & Nou.

1028 BARTHOLOMAEVS STENVS, elucubrauit

Ducum, Iudicum, Regum Iſraelitici populi compendioſam Commentationem. Excuſ. Norimbergæ per Hieronymum Holzel, an. 1523.

1029 BEDA, ſiue BEDAS, in Britannia ex Anglo-Saxonum genere oriun-

rum Pontificibus à Iaddo ad Machabæos; de verſione libri Eccleſiaſtici de Hebræo in Græcum; de tempore quo Onias extruxit templum in Ægypto; de Eleazare quiſnam fuerit: vbi de ſeptem fratribus Machabæis, & ipſorum matre; de templi & altaris dedicatione, & feſti Encæniorum inſtitutione; de duplici Nicanoris in Iudæam aduentu; de ſeditione Iudæorum contra Alexandrum; de Iacobi prophetia; de templo Herodiano, eiuſque ſtructura; de ortu Deiparæ Virginis de tribu Iuda, & de familia Dauid; tandem de ortu, vita, & paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti fusè diſſeritur.

1021 AVGVSTVS PHEIFFERVS, typis euulgauit

Theologiæ, ſiue potius ματαιολογίας Iudaicæ atque Mohammedicæ, ſeu Turcico-Perſicæ principia ſubleſta, & fructus peſtilentes. Agit de Thalmude Iudæorum, de Targumim, ſeu de paraphraſibus Chaldaicis V. T. de Maſora; de trihæreſio Iudæorum, ſeu de Phariſæis, Sadduceis, & Eſſæis; de calumnijs Iudaicis in Chriſtum Saluatorem, & Chriſtianos è Scriptis præcipuè Talmudicis excerptis; de Alcorano, & Mohammedis impoſturis; & denique de Aliſhijs, & Sunnitis, ſiue de præcipuis Perſarum, & Turcarum circa Religionem diſſidijs.

Faſciculum Diſſertationum de Thalmude Iudæorum. Wittebergæ, anno 1667. in 4.

Specimen Antiquitatum Sacrarum, de antiquis Hebræorum ritibus. Ibid. eodem anno, & denuò excuſ. Dreſdæ, an. 1680. in 8. Aliud Opuſculum edidit inſcriptum

aſſiduè orabat: & quæ vtilia, & ſancta arbitrabatur, literis fidelibus conſignabat, diſcipuloſque publicis lectionibus, & ſermonibus erudiebat. Itaque diſcipulos reliquit eruditiſſimos, inter quos maximè præſtiterunt, Rabanus, Albinus, ſiue Alcuinus, Claudius, & Ioannes Scotus, qui primi Lutetiæ docuerunt. In his igitur ſanctiſſimis ſtudijs, atque meditationibus vitam agens, ad ſexageſimum ſecundum vitæ ſuæ annum prouectus eſt: quo etiam anno, qui fuit à Chriſti Ieſu natali 734. die quo Aſcenſionis Domini memoria celebratur, inter diſcipulorum manus, Dei laudes canens & orans, Deo qui dederat ſpiritum reddidit, magno ſui deſiderio apud omnes relicto. Inter diſcipulos vir ſanctus ſæpè illud S. Pauli magna voce vſurpare ſolebat: *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*, quod faciebat vt eos à ſomno animæ excitaret, & ad Dei timorem prouocaret. Eoſdem quoque ad diligentiam hortabatur his verbis: *Diſcite feſtinanter, quia neſcio, quamdiu vobiſcum ſim futurus*. Aegrotans, identidem illud repetebat, *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit*. Item illud, quod & Diuo Ambroſio Mediolanenſium Antiſtiti aſcribitur: *Non ſic vixi, vt me pudeat inter vos viuere: ſed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus*. Fertur quoque eum diuino ſpiritu afflatum prædixiſſe, & literis quas ad amicos principes dedit, eos præmonuiſſe, breui futurum, vt res Chriſtiana incredibili detrimento afficeretur, niſi incendio iam proxima carpenti, maturè obuiam iretur. Id autem de Sarracenorum aduentu dictum autumant;

oriundus, in Giruuenſi territorio, non longè à Tinæ fluminis oſtijs natus eſt anno 673. Etiam dum viueret ex vitæ ſanctitate, morumque grauitate *Venerabilis* cognomentum adeptus eſt. Hic (vt in eius vita ex veterum monumentis collecta refertur) à puero Latinis, & Græcis literis, artibuſque ijs quibus ætas illa ad humanitatem informari ſolet, à Ioanne Beuerlacio, viro doctiſſimo inſtitutus, & imbutus fuit. Vbi autem adoleuiſſet, totum ſe Benedicto Abbati, & Ceolfrido in diuinis rebus inſtituendum dedit: atque ita in Wirmuthenſi ac Giruuicenſi ſub vno Abbate vix quinq; milliarijs diſtantibus Cœnobijs, Apoſtolis Petro & Paulo dedicatis inter ſexcentos degens Monaſticæ vitę commilitones (erant enim Cœnobia Scholæ) ætatem omnem exegit. Sacris autem à Ioanne Beuerlacio Epiſcopo ſanctiſſimo, à quo in bonis literis fuerat eruditus, annum trigeſimum agens, initiatus, atque inauguratus fuit, & ideò *Presbyter* appellatus. Quantum autem in omni genere artium, Philoſophiaque profecerit: quantumque in diuinarum literarum ſcientia ſit conſecutus Beda, eius tam multa in omni genere monumenta vberrimè teſtantur. Latinè, Græcè, & Hebraicè doctus, Poeta, Rhetor, Hiſtoricus, Aſtronomus, Arithmeticus, Chronographus, Coſmographus, Philoſophus, Theologus, ita eo tempore mirabilis, vt in prouerbium apud eius ſæculi doctiores abierit, *Hominem in extremo Orbis angulo natum, vniuerſum Orbem ſuo ingenio perſtrinxiſſe*. Tria verò huic Sancto viro fuerunt per totam vitam familiaria, orare, ſcribere, docere. Nam & Deum

Digitized by Google

ferè ab omnibus creditur. Statim ab ipſo obitu Venerabilis Beda *Sanctus* habitus eſt & appellatus. S. Bonifacius in Epiſtolis ſuis non ſemel *Candelam Eccleſiæ* nuncupat. Hincmarus Remorum Archiepiſcopus vno poſt Bedam ſæculo, eundem *Sanctum* ſemel & iterum cognominat, nimirum in Epiſtola nomine Synodi Tuſiacenſis ad Rodulphum Bituricenſem & Froterium Burdigalenſem Antiſtites; & in libro de Prædeſtinatione cap. 9. Notkerus Balbulus in Martyrologio 13. Kalend. April. *Sanctum Bedam Presbyterum* laudat. Quin etiam in Fuldenſi Monaſterio ara Sancto Bedæ erecta fuit ineunte ſæculo 9. teſte Rhabano Mauro in Inſcriptione 39. *ad altare S. Benedicti in crypta occidentali*, cuius hic verſus:

Cuthbertus, Beda hic, AEquitiuſque manent.

A pijs eruditiſſimiſque Viris, varijs celebratus fuit encomijs *Venerabilis Beda*, inter quæ extat hoc præclariſſimum *Cuthberti* Elogium:

mant, qui paulò poſt Europam inuaſerunt. Suum autem vaticinium hoc metro clauſiſſe ferunt: *Regna ruent Romæ, ferro flammaque fameque*. Sepultus fuit Giruuici ſub Egberto Northumbrorum Rege: poſt ea Dunelmum eius Corpus tranſlatum fuit. Qui Genuam ſcribunt, vnde id acceperint, ignoro. Aiunt quoque ipſum Romam aliquando profectum fuiſſe, quod falſum eſt. Nam quamuis à Gregorio II. Romano Pontifice ad id eſſet per Epiſtolas inuitatus, nunquam vt eam profectionem ſuſciperet, adduci potuit. Quin Anglorum monumentis teſtatum legimus, Bedam nunquam Britanniæ limites exceſſiſſe. De Bedæ ortu, & obitu pugnant inter ſe Authores; vnde videnda ſunt *Acta SS. Ord. S. Benedicti, Sæc. III.* ad annum Chr. 735. & *Acta SS. Bolandi Tom. VI.* menſis Maij die vigeſima ſeptima, pag. mihi 718. Quod verò in Lectionibus Breuiarij in ſecundo Nocturno legitur, ipſum videlicèt produxiſſe vitam ad nonageſimum ætatis ſuæ annum, tamquam apocryphum

Cryſtallus patriæ, gregis aſtrum, lumen auorum,
Laus iuris, baiulus legis, honoſque iacet.
BEDA *datus ſacris, grauitate ſenex, puer annis,*
Deuotæ mentis æthera thure replet.
Diſcit, ſcrutatur diuina, docet, meditatur:
Huius cura Deo reddere vota fuit.
Iuſtitiæ ſedes, virtutum regia, caſus
Illecebræ, gladius lubrica carnis arans.
Enſe pio verbi confratrum caſtra tuetur,
Ne Chriſti miles hoſte ruente ruat.
Non inuaſit eo præſente penuria mentes:
Eſurie læſis paſcua læta fuit.
Huius in Eccleſia nardus reſpirat odorem,
Et circumfuſos mulcet odore bono.

Digitized by Google

Hic dum ſubtrahitur cæco carbunculus orbi,
Orbis damna ferens munere lucis eget.
Vellere depoſito ſuperum comitatur ouile,
Cui merces operis vita beata Deus.

In Libros Regum Quæſtiones, quæ incipiunt, *Poſt librum Iudicum*.

In Eſdram, quæ incipit, *Eximius Sacræ interpres*.

In Neemiam prophetam, *allegorica expoſitio*. Incipit, *Et veni in Ieruſalem*.

In Librum Tobiæ expoſitio allegorica. Incipit, *Liber Sancti Patris Tobiæ*.

In Iobum expoſitio, *libris tribus*. At Sixtus Senenſis inquit: *In Iob ad Nectarium Epiſcopum Commentariorum libri tres. Fertur enim in Iob exegeſes adhibuiſſe, quarum tamen Tritemius in Catalogo nuſquam meminit*. Ioannes Heruagius typographus Baſilienſis (cuius editio, anni videlicet 1563. extat apud me) pro ijs immiſcuit Bedæ Operibus libros tres explanationum in Iob ad Nectarium, incipientes: *Adhortante te*. Sed eos ipſe Beda in libello de ratione vnciarum, *Philippi presbyteri* eſſe fatetur.

In Parabolas Salomonis expoſitio, libris tribus. Incipit, *Parabola Græcè*. Hi autem falsò inſerti fuerant Hieronymi Operibus.

In Canticum Canticorum expoſitio, libris ſeptem myſticæ explanationis. Incipit, *Scripturus iuuante gratia*. Confutat autem in primo, Iuliani Pelagianiſmum.

De Tabernaculo, *&* *Vaſis eius*, *ac Veſtibus Sacerdotum*, libris duobus.

In Pſalmorum librum Commentaria

Eius opera excuſa reperiuntur Antuerpiæ, Louanij, Venetijs, & alibi ſeparatim. Pariſijs prodierunt, an. 1545. tribus Tomis in fol. Iterum ibidem Tomis octo, an. 1554. & 1558. Baſileæ, an. 1563. eadem forma. Ex illis verò ea tantùm, quæ ad inſtitutum noſtrum pertinent, referemus.

De Schematibus, *&* *Tropis Sacræ Scripturæ*. Extat. Tom. I.

Interpretatio nominum Hebraicorum, *&* *Græcorum in Sacris Biblijs*. Tom. III.

Hexameron. In Geneſim expoſitio, & eſt Tomus IV. Ibidem habetur etiam

In Exodum explanatio, quæ incipit, *Hæc Sententia Eſdræ*; videlicèt qui eſt Collectaneorum liber vnus. Nàm libri tres in eundem Exodum à 24. cap. vſque ad trigeſimum, De tabernaculo, & vaſis eius, & veſtibus Sacerdotum, agunt; quorum exordium eſt *Locuturi iuuante Domino*.

In Leuiticum explanatio Collectaneorum, nempe liber vnus, cuius initium, *Ab aliquibus interrogari ſolet*. Sed Liber Quæſtionum in Leuiticum, qui extat in Octauo Tomo, incipit, *In exordio Leuitici quatuor genera*.

In Librum Numeri explanatio. Incipit, *In exordio Numeri*.

In Deuteronomium explanatio. Incipit, *ſciendum ſanè eſt*.

In Samuelem Prophetam allegorica expoſitio, libris quatuor ad Accam, quorum initium, *Quæcumque ſcripta ſunt*.

Digitized by Google

exordium, ſaltem incrementum agnoſcit, & ſtabilitatem. Obijt Aquilæ in Veſtinis anno 1444. die 20. Maij, ætatis 63. & à Nicolao V. Romano Pontifice inter Sanctos adſcriptus an. 1450. Vir in Sacra Theologia, & vtriuſque Iuris prudentia non vulgariter verſatus, vt ſua doctiſſima Opera teſtantur, inter quæ adſunt

Sermones contra Iudæos. Eius vitam, & elogia cum Operibus habes in Annal. Minorum, Bibl. Lucæ Wadingi, ac Appendicibus ad Baronianos Annales.

1032 BLASIVS VIEGAS, natione Luſitanus, patria Eborenſis, Societatis Ieſu Sodalis, Græcè, & Latinè apprimè doctus, ſcripſit referente Ribadeneira

Tractatum de Victoria Meſſiæ.

1033 BONIFACIVS SIMONETTA, elucubrauit

Comparationem Sectæ Chriſtianæ, Iudaicæ, & Muhammedanæ. Extat in Commentarijs Pontificum Romanorum. Excuſ. Baſileæ, an. 1509.

BRIANVS WALTONVS, Anglus, Hæret. Proteſt. de quo pag. 14. Adde:

Diſſertatio in qua de Linguis Orientalibus, Hebraica, Chaldaica, Samaritana, Syriaca, Arabica, Perſica, Aetiopica, Armena, Copta; & de Textuum, & verſionum, quæ in Complutenſibus, Regijs, Pariſienſibus, & Anglicanis Polyglottis Biblijs, habentur, antiquitate, authoritate, & vſu breuiter diſſeritur. Acceſſit *Ioannis Wouueri* Syntagma de Græca, & Latina Bibliorum interpretatione. Excuſ. Dauentriæ, typis Ioannis Colombij, an. 1658. in 12. Synopſis eorum, quæ in ipſa

ria (habentur Tomo VIII.) quorum volumen eſt locupletiſſimum, quodque incipit, *Quoniam illo auxiliante, ſine quo omnis actio*. Sed in Pſal. 52. Commentarius vberior, cuius initium, *Complures Clericos*. Et in Pſalterium quidem ex Hebraica veritate, & Meditationum, liber vnus: in quo excerpti ſunt omnes verſiculi, ac ſententiæ ad orationem pertinentes, inſertis nonnullis precatiunculis, quo libro mens orantis excitata, & inſtructa Dauidicis verbis, faciliùs, & ardentiùs in Deum euehi poſſit

Vocabulorum Pſalterij expoſitio, item, *de diapſalmate collectio*. Sixtus Senenſis inquit noſtrum Bedam ſcripſiſſe in omnes Prophetas, libros duodeuiginti, hoc eſt, in *Eſaiam libros duos*. In Hieremiam totidem. *In Ezechielem vnum*. In duodecim Prophetas minores libros duodecim, qui nondum ad meam notitiam peruenerunt. Idem dicimus de duobus libris, in Paralipomenon, & de libro in Eccleſiaſtes à Tritemio citatis.

1030 BENEDICTVS DE ACCOLTIS, Aretinus, natus an. 1514. ſcripſit

Libros V. de bello à Chriſtianis contra Barbaros geſto pro Iudæa, & Sancto Chriſti Sepulcro recuperando. Florentiæ apud Zenobium Pignonium an. 1623. cum emendatione, & Notis Thomæ Dempſteri.

1031 S. BERNARDINVS SENENSIS, ita à Patre Senenſi, & longo incolatu apud Senas vocatus, ſed in Ciuitate Maſſana in Etruria natus, clariſſimum Ordinis Minorum ſydus, è quo familia Regularis Obſeru. ſi non

Digitized by Google

conuerſio, regimen Eccleſiaſticum, æra, ritus, liturgia, characteres duplices, verſiones Scripturæ, libri MSS. & impreſſi quibus vtuntur Angli. De verſione Græca LXX. Interpretum. Eius Autographon in Ptolomæi Bibliotheca. Magna eius æſtimatio apud Iudęos, & Chriſtianos. Origenis Tetrapla, Hexapla, & Octapla. Quæſtiones variæ miſſæ. De hac verſione quædam proponuntur conſideranda. Fuiſſe per 300. ferè annos ante Chriſtum à Iudæis receptam, & in Synagogis publicè pręlectam. Teſtimonia quæ in N. Teſt. ex veteri citantur, pleraque ſecundum LXX. proferri. Eccleſiam Grecam, & Latinam per 400. annos poſt Chriſtum hanc ſolam vſurpaſſe, & approbaſſe, & ex ipſa factas tranſlationes, alias reiecifſe, quæ ideò iam euanuerunt. Veram τῶν LXX. verſionem in Origenis Hexaplis conſeruatam fuiſſe. Non tamen cum Hebraico codice per omnia concordaſſe, quod ex triplici cauſa fuit, ſcribarum ſcilicet incuria, & temeritate, interpretum hallucinatione, & exemplarium Hebraicorum varietate. (Hìc nonnulla ineptè de Vulgata verſione Latina loquitur). De Armenis, & eorum Lingua, regimine Eccleſiaſtico, & verſionibus Scripturæ in ipſorum lingua. De lingua Copta, ſeu Aegyptiaca, eius mutatione, vtilitate, verſione Bibliorum MSS. Coptis, &c.

C

1034 CEDMONVS, cognomento SIMPLEX, Monachus, ſcripſit referente Geſnero

Egreſſum Iſraelis de Aegypto, & reditum

ipſa diſſertatione tractantur, eſt: Lingua omnium, initio vna. De confuſione linguarum. Ipſarum donum, vſus, &c. Textus Scripturæ originales Hebr. & Græc. De verſionibus antiquis, earum conſenſu, collatione, vſu, ad veram lectionem, & ſenſum genuinum indagandum, & conſeruandum. De celebrioribus editionibus huius ſæculi maximè complutenſi, Regia, Pariſiana, & Anglicana. De linguæ Hebr. antiquitate, duratione, ipſius, aliarumque linguarum mutatione, eius puritate, elegantia, & vtilitate. Quibus exemplaribus Hebr. Angli in editione ſua vtantur. De Keriketib, &c. Samaritanorum hiſtoria, literæ, ſchiſma, Templum, Pentateuchus. Cur Pentateuchum ſolum recipiant, & traditiones reijciant: Exemplaria Samaritana, quibus vſi ſint Angli. Verſio Samaritana, eiuſque dialectus. De lingua Chaldaica, eius antiquitate, & vtilitate. De Paraphraſibus Chaldaicis, ipſarum vſu, lectione in Synagogis, punctatione, &c. De lingua Syriaca, quod à Chaldaica ſola Dialecto differat; quod Chriſto vernacula fuerit, Dialectus eius triplex: eius vtilitas. Verſio Syriaca duplex totius Scripturæ, ex Hebr. & Græc. Illa propè Apoſtolorum tempora facta. MSS. Syriaca antiquiſſima, quibus vſi Angli in ſua editione. De lingua Arabica, eiuſque propagatione, elegantia, facilitate, & vſu. De verſionibus Biblicis Arabicis, impreſſis, & MSS. De Perſia, vnde ſic dicta: Lingua Perſica. Verſiones Bibliorum Perſicæ. Exemplaria, & MSS. Perſica, quibus vſi Angli in ſua editione. De Aethiopiæ nomine Hebr. Aethiopum

lis : De Scriptorum V. T. temerè nimis credito interitu. De Hebraici textus integritate. De Tranſlatione Chaldaica. De verſione Syriaca. De verſionibus Græcis. De Interpretatione LXX. Seniorum. De textu Græco noui Teſtamenti. De Latinis Tranſlationibus generatim. De Auctore Verſionis Vulgatæ. De Auctoritate Vulgatæ Latinæ. De robore inuicto argumentorum, quibus Vulgatæ Latinæ auctoritatem autenticam impugnant Proteſtantes. De locis, quæ in Pſalmis malè reddita eſſe à Latino Interprete Caluinus contendit. De locis Vulgatæ corruptis in nouo Teſtamento. De Verſionibus Latinis alijs. De Pentateucho Samaritano. De Verſione Arabica, & Turcica. De Verſione Aetiopica. De Verſione Perſica. De Verſione Armenica. De Verſione Aegyptiaca, ſcilicèt Copta. De Verſionibus Italica, Gallica, Hiſpanica, Germanica, Belgica, Britannica, & Anglo-Saxonica, Danica, Suecica, Finnica, Lappica, Iſlandica, Gothica, Polonica, Lituanica, Liuonica, Ruſſica, Bohemica, Hungarica, Sclauonica, & de celebrioribus operibus Biblicis.

1039 CHRISTIANVS MATTHAEVS, edidit Opuſculum inſcriptum

Clauis Patriarcharum. Lubecæ, an. 1642. in 4.

1040 CHRISTIANVS RAVIVS, ſcripſit

Orthographiæ, & Etymologiæ Hebraicæ delineationem. Excuſ. Amſtelodami, an. 1646.

Panegyricas Orationes II. de Linguis Orientalibus. Vltraiecti, ann. 1643.

ditum in terram promiſſionis. Sunt Cantica ſpiritualia inſtar Pſalmorum.

1035 CHRISTIANVS AVIANVS, edidit

Tractatum de lingua Hebræa. Lipſiæ, an. 1620. in 8.

1036 CHRISTIANVS GROSSIVS, ſcripſit

Compendium Grammaticæ Hebrææ. Excuſ. Stetini, an. 1643. in 8. Item

Diſputationem de Antichriſto, & Propheticam curam ægroti Iſraelis.

1037 CHRISTIANVS KEIMANNVS, edidit

Horologium Hebraicum. Lipſiæ, an. 1659. in 8.

1038 CHRISTIANVS KORTHOLTVS, Academiæ Holſatorum Chriſtian-Albertinæ hodie *Pro-Rector*, & Collegij Theologici Decanus; Author heterodoxus, ſcripſit

De Religione Ethnica, Muhammedana, & Iudaica. Excuſ. Kiloni, an. 1666. in 4.

De Virga Aaronis florida. Ib. 1674 in 4.

De varijs Scripturæ editionibus, Tractatum Theologico-Hiſtorico-Philologicum; quo de Textu diuinarum literarum originario, diuerſis eius tranſlationibus, & celebrioribus operibus Biblicis, fusè agitur, quæque de Scripturarum fontibus, verſione LXX. virali, Targumim, ac Latina Vulgata; Card. Bellarminus, huiuſque propugnatores, Iacobus Gretſerus, & Vitus Erbermannus, minus rectè diſputantes, (ſic Author in prima libri facie buccinat) ſolidè refelluntur. Excuſ. ibid. impenſis Ioannis Sebaſtiani Richelij, an. 1686. in 4. Conſpectus libri eſt ta-

Digitized by Google

Secunda continentur ſequentia : Excerpta ex Epiſtola quadam Compilatoris, de vtilitate Verſionis Libri *Sohar*. Tabulæ duç Synopticæ Kabbaliſticę, quarũ altera eſt Clauis ſublimioris Kabbalæ. Aditus tentatus rationem reddendi Nominum, & ordinis decem Sephirotarum in duabus Tabulis Cabbaliſticis ex Scriptura, Platoniſmo, Rationeque libera D. Henrici Mori Cantabrigienſis. Tractatus 1. Libri *Druſchìm*; ſeu Introductio Metaphyſica ad Kabbalam auctore R. Iizchak Loria. Quæſtiones, & Conſiderationes in Tractatum 1. Libri *Druſchìm* D. Henrici Mori Cantabrigienſis; cum eiuſdem Epiſtola. Ad Conſiderationes, & Quæſtiones in Tractatum 1. Libri *Druſchìm* R. Iſaaci Lorienſis amica Reſponſio ad D. Henricum Morum; cum Epiſtolis huc pertinentibus. Tractatus de Anima Auctore R. Moſcheh Korduero. Theſes Cabbaliſticæ, quod eſt compendium Libri *Emek hamMelech*. Vlterior Diſquiſitio de rebus in amica Reſponſione contentis D. Henrici Mori. Viſionis Ezechielis, ſeu Mercauæ Expoſitio eiuſdem. Fundamenta Philoſophiæ, ſeu Cabbalæ Aeto-pædo-meliſeæ eiuſdem. Adiectuſque eſt Index Latinus, & Locorum Scripturæ, inſolita, & rariore explicatione notabilium. Scriptum omnibus Philologis, Philoſophis, Theologis, atque Philo-Chymicis quam vtiliſſimum. Excuſ. Sulzbaci, Typis Abrahami Lichtenthaleri, an. 1677. in 4. Huius facta fuit mentio in Biblioth. Magna Rabb. Part. IV. pag. 509.

1042 CHRISTOPHORVS CARTVVRIGEHVS, Eboracenſis, obijt an. 1654. reliquit hæc opuſcula:

Ele-

1643. & 44. in 4.

Obteſtationem ad vniuerſam Europam pro diſcendis rebus, ac Linguis Orientalibus. Excuſ. ibid. an. 1634.

1041 CHRISTIANVS A RONSEROTH, ſuppreſſo nomine, typis euulgauit librum inſcriptum

Kabbala denudata, ſeu Doctrina Hebræorum tranſcendentalis, & Metaphyſica, atque Theologica; Opus antiquiſſimæ Philoſophiæ Barbaricæ varijs ſpeciminibus refertiſſimum, in quo ante ipſam tranſlationem libri difficillimi, atque in literatura Hebraica ſummi, Commentarij nempè in Pentateuchum, & quaſi totam Scripturam V. T. Cabbaliſtici, cui nomen *Sohar* tam veteris, quàm recentis, eiuſque Tikkunìm, ſeu ſupplementorum tam veterum, quam recentiorum, præmittitur *Apparatus*, cuius pars prima continet Locos communes Cabbaliſticos, ſecundum ordinem Alphabeticum concinnatos, qui Lexici Cabbaliſtici inſtar eſſe poſſunt: Opuſculum, in quo continentur I. Clauis ad Kabbalam antiquam, id eſt, Explicatio & ad debitas Claſſes Sephiriſticas facta diſtributio omnium nominum, & cognominum diuinorum è Libro *Pardes*. II. Liber *Schaare Orah*, ſeu *Portæ lucis* ordine Alphabetico propoſitus, maximæ inter Hebræos auctoritatis. III. Kabbala recentior, ſeu Hypotheſis famigeratiſſimi illius Cabbaliſtæ R. Iizchak Loria Germani ex Manuſcripto latinitate donata. IV. Index plurimarum materiarum Cabbaliſticarum in ipſo libro *Sohar* propoſitarum. V. Compendium libri Cabbaliſtico Chymici, *Aeſch*, Mezareph dicti, de Lapide Philoſophico, &c. Parte

Digitized by Google

Palæſtina, ſiue Terra Sancta paucis capitibus diſtincta, & ab ipſo Authore olim in Academia Iulia, cum locorum indice publici Iuris facta. Iam verò ob Exemplárium raritatem, vnà cum quatuor Tabulis ex Adrichomio, & alijs collectis, in ſtudioſæ iuuentutis vſum denùò edita Wolferb. an. 1658. in 4.

CHRISTOPHORVS HELVICVS, Germanus, Sprendlingenſis, Theolog. & Hiſtoric. Aſtronom. Arithmeticus & Philol. Luther. Auguſt. confeſſ. Profeſſor Gieſſenſis, Hæreticus primæ claſſis: Marpurgi Græcam, & Hebraicam linguam, tandem etiam Theologiam profeſſus eſt, de quo pag. 26. Adde:

Theatrum Hiſtoricum, & Chronologicum, æqualibus denariorum, quinquagenariorum, & centenariorum interuallis; Cum aſſignatione Imperiorum, Regnorum, Dynaſtiarum, Regum, aliorumque virorum celebrium, Prophetarum, Theologorum, IurisConſultorum, Medicorum, Philoſophorum, Oratorum, Hiſtoricorum, Poetarum, Hæreticorum, Rabbinorum, Conciliorum, Synodorum, Academiarum, &c. Itemque vſitatarum Epocharum, ita digeſtum, vt vniuerſa tempora, & hiſtoriarum ſeries à primo Mundi exordio, ad annum 1662. quaſi in ſpeculo videri poſſit. Nunc continuatum, & reuiſum à Ioanne Balth. Schuppio. Opus ad omnium facultatum ſtudia accomodatum: Acceſſit etiam Tractatulus ad periodum Iulianam ſpectans, Chronologiæ ſummè vtilis. Excuſ. Oxoniæ, anno 1662. in fol. cum priùs prodijſſet Gieſſæ, an. 1609. & Francofurti 1628. & alibi

Electa Targumico-Rabbinica, ſiue Annotationes in Geneſim. Excuſ. Londini, an. 1648. in 8.

Mellificium Hebraicum. Excuſ. ib. an. 1660.

1043 CHRISTOPHORVS CRINESIVS, Profeſſor Altdorfinus, edidit

Exercitationes Hebraicas. Norib. an. 1625. in 8.

Diſcurſum de confuſione linguarum tum Orientalium, tum Occidentalium; in quo de lingua Hebræa, Samaritica, Syriaca, Arabica, Perſica, Aetyopica, Græca, Latina, Gallica, &c. agitur. Excuſ. ibid. an. 1629. in 4.

Analyſim Noui Teſtamenti 27. Tabb. comprehenſam vna cum Auctario de Thaumaturgia Chriſti, & Ανακεφαλαίωσι Confeſſionis Auguſtanæ 11. diſtichis Græcis. Excuſ. ibid. an. 1625. in 8.

Linguæ Syriacæ Inſtitutionem: Witteb. 1611. in 4.

Lexicon Syriacum. Ibid. 1612. in 4.

Grammaticam Chaldaicam. Norib. 1627. in 4.

Linguam Samariticam. Altdorf. in 4.

1044 CHRISTOPHORVS HAMERVS, Philologus Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, edidit librum prænotatum

Pædagogus Linguarum quinque orientalium, Hebr. Chald. Syr. Arab. AEtiopicæ. Extat cum Introductione in Lectionem Armenicam. Ienæ, an. 1595. in 4.

1045 CHRISTOPHORVS HEIDMANNVS, inſcripſit ſuum opus

Digitized by Google

gàniſmi imprimis moderni, cum veritate Chriſtiana. Excuſ. Ienæ, an. 1667. & 1679. in 4.

1048 CHRISTOPHORVS IRINAEVS, Germanus, Theol. & Aſtron. Luther. Auguſt. confeſſ. Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

De Iubilæo Iudæorum, Chriſtianorum &c. Vbi indicatur à quo, quando, quare, & ad quid, aut in quem finem inſtitutum quodlibet. Excuſ. Francofurti in 4.

1049 CHRISTOPHORVS MANDELIVS, Germanicè ſcripſit

Collectanea ex Moſis, & Prophetarum ſcriptis, quibus docetur Ieſum Chriſtum æternum Dei Verbum eſſe. Excuſ. Noribergæ, an. 1536. in 4.

1050 CHRISTOPHORVS OTT, natione Germanus, patria Friburgo Briſgoiæ, Societatis Ieſu ſodalis, exarauit

Cauſas Conuerſionis ad Fidem Catholicam Neophytorum Auguſtanorum. Excuſ. Auguſtæ, & Ingolſtadij in 12.

1051 CHRISTOPHORVS PEZELIVS, Plauenſis Theologus Luthero-Zuinglianus, Melanchonianus, Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Theatrum Terræ Sanctæ, & Biblicarum Hiſtoriarum. Excuſ. Coloniæ, an. 1593. in 4.

1052 CHRISTOPHORVS SCHEIBLERVS, Germanus, Philoſophus Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, edidit

Paradigmata Hebræarum Declinationum, & Motionum &c. Gieſſæ, an. 1615. in 8.

1053 CHRYSOSTOMVS A CA-

alibi vſque ad ſextam editionem. Permittitur in Hiſpania, his paucis demptis, & annotatis, videlicet: In prima libri facie appone notam damnati Auctoris & operis cum expurgatione permiſſi. In auerſa primi folij pagina, dele, *Imaginem Heluici*, ſimul cum titulo, qui illam ambit, & cum ſubiecto Epigrammate, quod incipit, *Heluici hæc facies*, &c. In Epiſtola Præfectorum Bibliopolij Londinenſis ad Lectorem, quæ incipit, *Quanta commoditas*, &c. paulò poſt initium, vbi agitur de loco Lucæ 2. *Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syriæ*, &c. ſcribe in margine, *Lectio vulgata omninò retinenda eſt, & cum illa, ſi commodè fieri poſſit Græca concilianda*: In cætero verò operis diſcurſu, vbi Heluicus Lutheranus ſeries & ordines Euangelicorum, id eſt, Lutheranorum, & Reformatorum, id eſt, Caluinianorum, & Fanaticorum aliorum Sectariorum diſponit, & recenſet; cautè omninò legendus.

1046 CHRISTOPHORVS HENDREICHIVS, ſcripſit, referente Antonio Teiſſerio:

Mercurium Hiſtoricum monſtrantem Authores, qui Lingua Hebræa, Græca, Latina, Teutonica, Sclauonica, & alijs omnigenam hiſtoriarum materiam tractarunt.

1047 CHRISTOPHORVS HOFMANNVS, Germanus, Theol. Luth. Auguſt. confeſſ. Hæreticus primæ claſſis, exarauit Opus inſcriptum

Vmbra in luce, ſeu Conſenſus, & Diſſenſus Religionum prophanarum Iudaiſmi, Samaritaniſmi, Muhamediſmi, Gingis-Chaniſmi, atque Pa-

Digitized by Google

Deus diſperſit, & non interfecit? Iudæos ſuis libris alijs prodeſſe, & ſibi non: Ipſos in ſola ſcripturarum ſuperficie hærentes ſolum id, quod litera ſonat, ſuum reputare: noſtrum verò id, quod ipſa deſignat: Poſt Chriſti mortem, Iudæorum corporibus tam grauem fætorem inhærere, vt fætentium nomen ſint conſecuti: Ipſos omnibus nationibus abominabiles eſſe. Quærit deinde propter quodnam maximè delictum ſic Deus puniuit Iudæos, & de quanam ſede ipſos depoſuit? Hinc propter eorũ incredulitatẽ ſine Deo remanſiſſe, affirmat, quos tamen Deus olim magni faciebat: per quid ſignificetur Iudęorum depoſitio, & gentilium exaltatio? Iudæos in fine mundi ad prædicationem Enoch, & Eliæ fore conuertendos; propter quid Saulem & Nabuchodonoſorem de ſede Deus depoſuit? Deum ideò Regem Salomonem de ſede depoſuiſſe, quia in illa non ſedit per obedientiam, ſed iacuit per turpitudinem; Quarę Iudęi diuinarum Scripturarum intelligentiam non percipiant? ipſos de ſuę legis operibus tantùm pręſumere, vt exiſtiment ſe per illa eſſe iuſtificandos, ſaluandoſque; Quia verò virtutem nouę legis, & paſſionis Chriſti nunquam intelligere voluerunt, ideo ſine eius fructu remanſerunt. Iſraeliticũ populum erga Dei filium adeò ingratum extitiſſe, vt vnum renueret recipere puerum Ieſum, qui vniuerſum venerat ſuſcipere Iſrael puerum ſuum; Deum propter ingentem veteris & carnalis Iſrael ingratitudinem, nouum & ſpiritualem Iſraelem ſuſcepiſſe: ipſumque nouum Iſraelem, quem antea habebat ad ſiniſtram, ad dexteram ſuam collo-

A CAPRANICA, oppido Tuſciæ, Regular. Obſeru. prouinciæ Romanæ Definitor, Epiſcopus Firminiæ in Archipelago ad mare Ægeum; in Hebręa, alijſque Orientalibus linguis mediocriter verſatus, referente Wadingo, ſcripſit

De Diuinis nominibus, maximè de eo, quod τετραγράμματον vocant Græci, ſatis ingenioſum, & pulchrum Tractatum, quem Gregorio XV. nuncupauit.

1054 CHRYSOSTOMVS à VISITATIONE (quem Manriquez vocat Chriſtophorum) Luſitanus, Sacri Ciſtercienſis Ord. Monachus, & Sac. Theologiæ Doctor; in Beatiſſimam Virginem Deiparam ſingulari ferebatur affectu, vndè concinnauit, *publicauitque* Volumen inſcriptum

De Verbis Dominæ, hoc eſt, *De Verbis quæ Maria Deipara, ac ſimul Virgo ſacroſancta ad Angelum, & ad Eliſabeth cognatam locuta eſt*. Excuſ. Venetijs apud Iacobum Vincentium, & Ricciardum Amadinum ſocios, anno 1600. in 4. Opus hoc duobus diſtinctum tomis, libros duodecim continet, in quibus plura ad Iudæos ſpectantia pertractat, videlicet oſtendit, quod omnia quæ ſuperbi Iudæi in paſſione Chriſti in eius dedecus faciebant, conuertebat Deus in ipſius Chriſti gloriam & honorem, & in ipſorum Iudæorum opprobrium. Item demonſtrat Iudæos in cognoſcendo Chriſto ipſis brutis animantibus ſtupidiores eſſe; Iudæos, ne amitterent regnum, & gentem, Chriſtum interfeciſſe: ſed eo interfecto, & regnum, & gentem omninò amiſiſſe. Quare Iudæos per vniuerſum orbem

Sedit annos 9. menſ. 6. Multa præclara opera ſcripſit doctiſſimus Pontifex, inter quæ, ex Hebræa in Græcam linguam vertit B. Pauli Apoſtoli

Epiſtolam ad Hebræos. Eius vitã ſcripſerũt omnes, qui *de Sãctis, & Romanis Pontificibus tractarunt*. Itẽ de eo agunt Thrithemius, Genebrardus, Baronius, Fabianus Iuſtinianus, Sixtus Senenſis, Molanus, Bellarminus, Eiſengrenius, Coccius, Philippus Labbe, Mandoſius, & alij. Nec prætereundum cenſeo mei melliflui Clareuallenſis Abbatis elogiũ in Sermone de S. Clemente: *Acceperat*, inquit, *Beatus Clemens nobile genus, amplas poſſeſſiones, hereditatem multam, ſcientiam quoque quamplurimam, itavt optimus quidem illius temporis Philoſophus haberetur. Acceperat hæc vniuerſa à Domino: Dei enim dona ſunt hæc. Fidelem ergo ſe probauit ei qui dederat, cum pro eius amore vniuerſa contempſit, omnia detrimentum faciens: & arbitratus vt ſtercora, vt lucrifaceret Chriſtum.*

1057 CLEMENS VIII. P. M. antea Hippolytus Aldobrandinus, Florentinus, approbauit

Conſtitut. Pauli IV. & Pij V. circa leges, & ordinationes à Iudæis vbique locorum obſeruandas; & expulſionem eorumdem ab omnibus Ciuitatibus, & Terris Status Eccleſiaſt. Roma, Auenione, & Ancona exceptis. Datum Romæ an. 1593. Pontificatus ſui an. 2. Item adductus exemplo complurium Romanorum Pontificum prædeceſſorum ſuorum, præſertim fel. rec. Gregorij IX. Innoc. IV. Clementis IV. Ioannis XXII. Iulij III. Pauli IV. & Gregorij XIII. edidit ....

Con-

caſſe: & veterem Iſraelem ad ſiniſtram ſuam poſuiſſe, quem antea habebat ad dexteram; Iudæos in morte Chriſti ſuæ ingratitudinis menſuram impleuiſſe: Deumque propter hanc ingratitudinem eos dereliquiſſe, licèt non ex toto; Abrahamum, & reliquos eius ſeminis patres, non fuiſſe primos, quibus Deus de incarnatione filij ſui locutus eſt: ante illos fuiſſe alios in prima & ſecunda Mundi ætate, quibus Deus de hoc locutus fuit; Verum Abrahæ ſemen non Iudæos, ſed Chriſtianos eſſe, qui ab Abraham originem ducunt ſecundum ſpiritum, & non ſecundum carnem, ſicut Iudæi. Tandem carpuntur Iudæi quod de Abrahæ ſemine glorientur, cuius opera non imitantur, eiſque oſtenditur, quod veri Abrahæ filij ſolùm ſunt Chriſtiani.

1055 CLAVDIVS Chronologus, qui anno 814. ſcribebat, Poſteris reliquit

Breuem Chronicam, ad Hebræorum calculos exactam, imperfectam licet, & fine mutilam. Extat mſc. in Patauiana Bibliotheca.

1056 S. CLEMENS, Pontifex Romanus, huius nominis primus, creatus anno Chriſti 93. die 16. Maij. Patre Fauſtino de Regione Cœlij Montis; fuit antiquus Sanctorum Petri, & Pauli diſcipulus; profeſſione Philoſophus, atque Theologus, vitæ innocentia ſanctiſſimus. Hic ob Chriſti confeſſionem in Cherſoneſum relegatus, alligata ad collum Anchora proiectus in mare, martyrio coronatur anno 102. die 23. Nouembris, poſtea ſub Nicolao I. anno 867. Romam delatum, in eius nominis Eccleſia reconditum eſt.

Digitized by Google

dens prima Grammaticæ Hebrææ Fundamenta. Lipſiæ 1590. in 4.

Tabulas nouas Coniugationum Hebræarum. Wittebergæ 1596. & 1630. in 8.

De omnibus Accentibus Hebrȩorum, qui in SS. Biblijs inueniuntur. Ibid. 1598. in 8.

CONSTANTINVS L' EMPEREVR, de quo pag. 29. Adde:

Notæ ad R. Kimchi ὁδοιπορίαν *ad ſcientiam*. Excuſ. Lugduni Batauorum an. 1631. in 8.

Verſio, & Notæ ad Ioſephi Iechiadæ Paraphraſin in Danielem. Amſtelodami, an. 1633. in 4.

Oratio Inauguralis de Linguæ Hebrææ dignitate, ac vtilitate. Lugd. Batau. an. 1627. in 4.

Commentarium ad Bertramum de Republica Hebræorum. Ibid. an. 1641. in 8.

1062 CORNELIVS à BEVGHEM, Embricenſis, edidit Opus inſcriptum

Bibliographia Hiſtorica, Chronologica, & Geographica nouiſſima, perpetuò continuanda, ſiue Conſpectus primus Catalogi Librorum Hiſtoricorum, Chronologicorum, & Geographicorum tàm Sacrorum, quàm Prophanorum &c. quibus ob argumentorum ſimilitudinem ſparſim ſuis locis inſeritur Genealogicorum, Heraldicorum, Antiquariorum, Numariorum, Bibliothecariorum, aliorumque huius generis Scriptorum ſpecimen. Quotquot currente hoc ſemiſæculo, ideſt ab anno Chriſti 1651. per vniuerſam Europam in quauis lingua Orientali, tum Græca, Latina, Gallica, Hiſpanica,

Conſtitutionem contra Hebræos, tenentes, legenteſque libros Thalmudicos, & alios hactenus damnatos, aut blaſphemias, & contumelias in Deum, & Sanctos continentes. Datum Romæ eodem anno. Vide ea quæ ſupra diximus, pag. 196. & ſeq.

1058 CONRADVS ASLACHVS, ſeù AILEXCHVS, Bergenſis, Theolog. & Philoſophus Zuinglianus, Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Grammaticam Hebræam. Excuſ. Hafniæ, an. 1608. in 8.

1059 CONRADVS DE FAGIS, ſcripſit

De ſex Sophorum erramentis, eorumque confutationibus, videlicet Ariſtotelis, Auerrois, Auicennæ, Algazelis, Alchindi, & Rabbi Moſis, libros tres. Ex Poſſeuino.

1060 CONRADVS LYCOSTHENES, Rubeaquenſis Academię Scalſhuſianæ, & Baſilienſ. Profeſſor, German. hiſtoricus, Lutheranus, Hęreticus primę claſſis elucubrauit ex Geſnero

Calendarium hiſtoricum, in quo Macedonum, Ægyptiorum, Hebręorum, & Græcorum menſes cum Romanorum menſibus conferuntur, & quę à condito Mundo ad ſua vſque tempora memoratu digna, certis apud diuerſos diebus acciderunt, commemorantur, &c.

1061 CONRADVS NEANDER, Bergenſis, Theologus, & Polylogus, Lutheranus Auguſtan. confeſſ. ſcribebat Lipſiæ, an. 1586. edidit

Elementale Hebraicum Wittebergæ, an. 1596. & Lipſiæ 1591.

Iſagoge Linguæ Sanctæ comprehen-

Digitized by Google

tus ſic effatur : *Sacras literas Compluti interpretatus eſt, tanto vir ingenio, excellentiſque doctrinę facundia, vt omnes in ſui admirationem raperet, vtpote cui neque ab eloquentia, neque à vera, atque ſolida doctrina quidquam deeſſet. Quotidianas enim Scripturæ diuinæ ſcholas ſupra modum augere ſolitus: ſiquidem ad Græcas & Latinas literas, quas raro felicique fretus ingenio perbreui tempore perdidicerat, Hebraicas, itemque Chaldaicas præclarè adiunxerat. Huius quoque vita, mores, religio, vultus denique ipſe, vocis præterea, ac ſermonis cum grauitate lepor, non modo ingentis huius viri commendationem non euertebant, ſed incredibili ferè totius Academiæ concurſu ſtudioſos omnes Herculis inſtar Gallici apta ex ore catena trahebat.* Quamplurimis huiuſmodi Elogijs decoratur à Chryſoſtomo Henriquez, Auberto Miræo, Carolo de Viſch, Nicolao Antonio, & alijs. Inter eius Opera habentur Commentaria

In priores VIII. Pſalmos, & in Pſalm. XXII. XLIV. & LI. cum triplici textus tranſlatione iuxta veritatem Hebraicam. Scripſit præterea

De Symbolis Moſaicis, in quo quidem ſumma erat totius Cypriani eruditionis. Omnium ſuorum Operum Catalogum recenſet *Carolus de Viſch* Bibliothecæ Ciſtercienſis Auctor ex fide Ignatij Firmini, aſſeritque aſſeruari in Salmantino Collegio, eiuſdem Cypriani

De ratione Muſicæ, & Inſtrumentorum vſu apud veteres Hebræos. Obijt Compluti, anno 1560. ſummo totius Vniuerſitatis luctu, cui Complutenſes hoc Epitaphium tumulo indiderunt:

CY-

Italica, Anglica, Germanica, & Belgica, aut Noui, aut Emendatiores, & auctiores Typis prodierunt. Acceſſit eiuſdem Muſęum ſeu Syllabus Iconum, ſeu imaginum illuſtrium à ſæculo hominum, quæ in eius Muſæo ſpectantur. Excuſ. Amſtelodami, an. 1685. in 12.

1063 CORNELIVS CORNELII à LAPIDE, natione Belga, patria Eburo Bucholdianus, Societatis Ieſu Theologus, in Academia Louanienſi Sacræ Scripturæ Profeſſor, vbi ſacram linguam plus annis 20. publicè docuit, poſtea Romam accerſitus, eaſdem literas ſumma cum celebritate nominis complures annos interpretatus eſt. Elaborauit

Commentaria in totam Sacram Scripturam, vbi multa de Hebræo textu diſſerit. Pluries excuſ. Obijt Romæ, an. 1637.

1064 CORNELIVS GRASERVS, Francus, ex Hebræo in Latinum tranſtulit

Librum Fundamentorum R. Ioſeph Albo.

1065 CORNELIVS GVALTHERIVS, vulgò WOVTERS, Ioannis Gualtheri in ſuprema Flandriæ Curia Senatoris Fil. Patricius Gandauenſis, Brugis ad D. Donatianum Canonicus, edidit

Annotationes in Hegeſippum de Bello Iudaico, & Hieroſolymorum excidio. Excuſ. Coloniæ apud Cholinum, an. 1559. & 1575. in 8.

1066 CYPRIANVS DE LA HVERGA, clariſſimum Ordinis Ciſtercienſis Sydus, ſuperiori ſæculo in Academia Complutenſi ſacrarum literarum Interpres, de quo Andreas Scho-

CYPRIANVS HISPANIÆ MVSA ET PHOENIX.

Maximus ille Breui Cyprianus conditur vrnâ
Ille humili excelſus clauditur, Hoſpes, humo.
Iudicium, labor, ars, facunda peritia rerum,
Vnà adiere virum, quocum obiere ſimul.

βραὶν τὸ παιδίον. Ἰωάννης τὶς Διάκονος διηγήσατό μοι, λέγων ὅτι &c. Extat mſc. in Bibliotheca Cæſarea, Cod. 32.

1069 DANIEL ANGELOCRATOR, aliàs, ENGELHART, Germanus, Corbachienſis, & Paſtor Marpurgenſis, ex Auctoribus Conciliab. Dordrecht. Theologus, & Hiſtoriog. Luthero-Zuinglianus, Hæreticus primæ claſſis, edidit

Appellationem contra Thaddæum Dunum, ſuper quæſtionem, quamdiu Iſraelitæ habitauerint in Ægypto. Caſtellis, an. 1603. in 4.

1070 DANIEL CRAMERVS, ſeu MERCATOR, Germanus, diſcipulus Polycarpi Leyſeri, Theolog. Luther. Auguſt. confeſſ. ſcribebat, & edebat Wittembergæ, Hamburgi, Argentorati, ab anno 1595. vſque ad 1608. Inter eius proſcripta opera, enumeratur

Scholæ Propheticæ claſſis tertia, continens alia vaticinia octo Veteris Teſtamenti de Meſſia Ieſu Chriſto. Excuſ. Hamburgi apud Frobenium, an. 1607. in 8.

1071 DANIEL PARÆVS, Hæreticus Caluinianus, edidit Opuſculum inſcriptum

Orthodoxus Caluinus oppoſitus Pſeudo-

1067 CYPRIANVS VALERIVS, Author Proteſt. edidit, referente Ludouico Morerio in ſupplemento ad Dictionarium Hiſtoric.

Verſionem Hiſpanicam Sac. Scripturæ ſuper Textum Hebræum Veteris Teſtamenti, & Græcum Noui; qua Iudæi Luſitani, qui Amſtelodami ſunt, communitèr vtuntur. *P. Simon* annotauit *Valerium* potius denuò edidiſſe Biblia *Caſſiodori de Reyna*, quam nouam editionem feciſſe, excepto quod imperfectiones Caſſiodori reliquit. Nihilominus quia illa Caſſiodori eſt admodum rara, hinc fit, quod volentes vti editione Hiſpanica, ad hanc recurrere coguntur; & etiam quia traductio Hiſpanica Iudęorum Ferrarienſium adeò eſt dura, & barbara, vt multum ſit difficilis intellectu.

D

1068 DANIEL ABBAS, exaratam reliquit

Narrationem à Ioanne Diacono quodam acceptam, de puero aliquo Hebræo, à pueris Chriſtianis per luſum baptizato; cuius titulus, & principium: Ἐκ τοῦ Ἀββᾶ Δανιὴλ λόγος περὶ τῶν παιδίων τῶν χριστιανῶν, πῶς ἐβάπτισαν τοῦ Ἑ-

Digitized by Google

Notas ad tria Opuſcula Philonis Iudæi. Excuſ. Francofurti, an. 1587. in 8.

1076 DAVID SCHRAM, ſiuè, SCHRAMVS, ſeu, SCHRAMIVS, Norlingenſis, Philoſophus Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, obijt an. 1615. Fertur fuiſſe Græcè, Latinè, & Hebraicè eruditus: quin & Mauritanorum, & Americanorum linguæ benè gnarus. Scripſit

De Grammatica Hebræa Libb. IV.

1077 DAVID WOLDERVS, Auctor heterodoxus, publici iuris fecit opuſculum inſcriptum

Donatus Hebraicus, continens rudimenta Hebrææ linguæ. Excuſ. Hamburgi, apud Iacobum Wolf. an. 1591. in 8. Permittitur in Hiſpania, cum ſequenti expunctione, videlicèt, in ipſo libri initio, poſt adhibitam notam Auctori, & operi: Ex Epiſtola dedicatoria, quæ incipit, *Ex omnibus doctrinis*, pag. 8. ad finem, dele, *nullis addictum interpretibus*. Ibid. pag. 9. initio, poſt illa verba, *dici non poteſt*, dele vſque ad, *Precum etiam*, excluſ. Ex altera Parte rudimentorum Sanctæ linguæ, quæ inſcribitur, *Praxis Donati &c.* Pag. 2. dele totum carmen, quod incipit, *Si, niſi quæ Momo, &c.* Ad finem operis, ex carmine, quod inſcribitur, *Hebrææ linguæ ſtudioſis*, & incipit, Quæ totum fuerat, poſt illum verſum, *Maior eo tribui nomine debet honos*, dele vſque ad finem Epigrammatis. Fol. penultimo, dele totum Epigramma, quod inſcribitur, *Lectori*, & incipit, *Sanctam quiſquis &c.*

1078 DESIDERIVS ERASMVS, Ro-

udocaluino Iudaizanti: Neoſtadij, an. 1599. in 8.

DANIEL SCHWENTHERVS, de quo pag. 33. Adde:

Oratio de Talmude Iudæorum. Excuſ. Norib. 1623.

De Pronuntiatione Conſonantium Hebraicarum. Ibid. an. 1625.

1072 DAVID CHITRÆVS, Germanus, Theol. & Hiſtoric. Luther. Auguſtàn. confeſſ. Hæreticus primæ claſſis, edidit

Duodecim Prophetas Minores Hebr. cum ipſius Præfatione, in qua de Prophetis diſſeritur. Baſileæ, an. 1569. in 8.

1073 DAVID CLERICVS in Geneuenſi Academia linguarum Orientalium Profeſſor, ſcripſit

Quæſtiones ſacras in quibus multa Scripturæ loca, variaque Linguæ ſacræ idiomata explicantur. Acceſſerunt ſimilis argumenti *Diatribæ* Stephani Clerici. Edidit, & annotationes adiecit Ioannes Clericus, Amſtelodami, an. 1685. Prohibetur hoc Opus ex Decreto Sac. Congreg. Indicis, publicato die 6. Iunij 1690.

1074 DAVID GRAFVNDERVS, edidit

Grammaticam Chaldaicam, anno 1666. *& Caligraphiam Hebraicam*. Coloniæ an. 1668. & 1670. in 12.

1075 DAVID HOESCHELIVS, Hæreticus Lutheranus, ſcripſit

Verſionem, & Notas ad Chryſoſtomi 6. Homilias contra Iudæos. Excuſ. Auguſtæ, an. 1602. in 8. Item Lugduni Batauorum ex officina Plantiniana.

Digitized by Google

no Periodi Iulianæ 730. ad 3. Salomonis, qui eſt eiuſdem Periodi 3702. Quænam primo hoc interuallo, à mundi conditu ad diluuium digna memoria contigerunt, refert: vbi de operibus ſex dierum, deque anno diluuij. Quæ ex ſacra, prophanaque hiſtoria interuallo iſto geſta memorantur, quod ab anno Periodi Iulianæ 2387. ad 2752. extenditur: vbi de Babelis ædificatione, ortu Abrahami, & migratione: Aſſiriorum, Aegyptiorum, Sicyniorum regnis. Summa refertur hiſtoriæ ſacræ ſpatio illo comprehenſæ, quo ab anno Periodi Iulianæ 2753. ad 3183. interceſſit: vbi de Abrahami, Iſaaci, Iacobi geſtis, & huius poſteris, tum de Iobo. De his, quæ poſt migrationem ex Aegypto primis 46. annis memoria digna contigerunt Iſraelitico populo. Reliqua ſacræ hiſtoriæ ad Templi conditum narrantur; quibus tam Iudicum geſta, quam Saulis, ac Dauidis, & Salomonis continentur. Liber *ſecundus* continet annos 484. à quarto Salomonis, qui eſt Periodi Iulianæ 3702. ad mortem Cyri, Per. Iul. 4185. Regum Iudæ à Salomone ad Ioſaphatum; & Iſraelitarum regum à Ieroboamo ad Baaſam geſta, res, ac tempora recenſentur; item agitur de alijs Iudæ, & Iſraelis regibus ad Ezechiam vſque; de Ioſiæ poſteris, maximè Sedecia, & clade Ieroſolymitana, ac de 70. annorum ſeruitute; de Tyrijs regibus, Carthaginis conditu, Lycurgo Legiſlatore, ac Medorum, & Macedonum initijs; de poſteriore, ac rediuiuo Aſyriorum imperio, eiuſque principibus, deque Iuditha, & Holopherne, ac de Sargon, & Thartan, tum de Babylonici regni primordio; de Cyaxare Me-

Roterodamus, Author damnatæ memoriç, iuxta Indic. Expurg. Hiſp. explicauit

Adagia, ſeu Prouerbia, Parœmia, & Parabolas Hebræorum, Græcorum, Latinorum, Arabum. Excuſ. Baſileæ in fol. Opera omnia Eraſmi cautè legenda ſunt: tam multa enim inſunt correctione digna, vt vix omnia expurgari poſſint.

1079 DIDACVS DEL CASTILLO, & ARTIGA, Nauarrus, Tudelenſis, Compluti dedit operam literis Philoſophicis, ac Theologicis in Collegio, quod ab Erectore huius vrbis Epiſcopo Malacitanum vocant, publicumque, & primarium docendi locum in Philoſophica ſchola obtinuit, renuntiatus interim ſacræ ſcientiæ Doctor. Demùm Archiepiſcopus S. Fidei, ſeu Regni noui Granatenſis creatus ad Indos primùm transfretauit. Ita Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſp. Scripſit, & edidit

De Ornatu, & veſtibus Aaronis: ſiue Commentarios Literales, & morales in Cap. XXVIII. Exodi. Lugduni apud Laurentium Aniſſon, an. 1655. in fol.

DIONYSIVS PETAVIVS, de quo pag. 36. Adde:

Rationarium Temporum, in partes duas; libros tredecim diſtributum. In quo ætatum omnium, ſacra, prophanaque hiſtoria Chronologicis probationibus munita ſummatim traditur. Editio vltima, à mendis, quibus priores laborabant, opera PP. Collegij Moguntini purgata. Francofurti ſumptibus Ioannis Begeri, an. 1663. in 8. Liber *primus* partis primæ, quæ eſt ἱστορική, annos continet ab orbis initio, ſiue an-

Digitized by Google

ſanam poſt Chriſtum natum pertinent.

1080 DIONYSIVS DE RIVIS, Ordinis Capuccinorum, elucubrauit

Diſſertationem de Origenis Hexaplis, & Octaplis; cum Corollario Ioſephi Mariæ Suareſij. Excuſ. Romæ, an. 1671. in 4.

1081 F. DOMINICVS GRAVINA, Neapolitanus, Ord. Prædicatorum Sac. Theologiæ Magiſter, & Vicarius Gener. Cong. S.M. Sanitatis Prou. Regni Neap. edidit

Catholicas Præſcriptiones aduerſus noſtrorum temporum Hæreticos. Excuſ. Neapoli apud Lazarum Scorigium, an. 1627. Tom. 4. in fol. In quorum ſecundo agens de cauſa formali Sacræ Scripturæ, quęrit: I. an in Hebræa lingua ſcripta ſit vniuerſa veteris Teſtamenti ſcriptura, & concludit affirmatiuè quo ad maiorem partem librorum veteris Teſtamenti, ſicut dixit Auguſtinus lib. 16. de Ciuit. cap. 11. quod cum *vna legatur fuiſſe linguam primitus omnium, & ante omnes filios Sem, commendetur Heber* (à quo Hebræi, in cuius domo lingua reſeruata fuit) quod hæc, *hebræa fuerit lingua, quam* vt ſubdit Auguſtinus, *Patriarcharum, & Prophetarum non ſolum in ſermonibus ſuis, verùm etiam in literis ſacris cuſtodiuit authoritas*; æquum enim fuit, vt quorum erat vna, & eadem religio, eadem eſſet & lingua, qua ſicut verbum Dei traditum per Patriarcharum ſucceſſiones exprimebatur, ita quoque & ſcriptum exprimeretur, & ad poſteros tranſmitteretur, eademque loqueretur populus Dei ad inuicem, qua Deus populo ſuo loquebatur, eademq; ſcriberentur religionis cuncta myſteria, qua Medorum rege, & Scytharum irruptione, ac Babyloniorum regibus, præſertim Nabucodonoſoro, eiuſque poſteris; de poſtremis Aegypti regibus; de Aſtyage Medorum rege vltimo, & occaſu Medici regni, atque initio Perſici, Crœſo, ac Cyro, & huius geſtis rebus, Monarchia, & obitu, ac Iudæorum reditu à Babylonica ſeruitute; de his, quæ toto hoc interuallo, quod eſt à Templi conditu, ad Cyri mortem, ſparſim hiſtorijs prodita leguntur, ac de viris eruditione præſtantibus ætatis illius. Liber *tertius* tempora continens ab anno Per. Iul. 4186. ad 4430. ſiue ab initio Cambyſis ad Ptolomęi Philadelphi primordia, agit de Alexandro Magno eiuſque tempore, ac rebus ab eo geſtis: morte Darij, & occaſu Perſici Imperij, ac de Alexandri obitu. Liber *quartus* rerum hiſtoriam continens, ab anno Per. Iul. 4431. ad 4713. agit inter cætera de bellis Antiochi M. & Ptolomæi Philopatoris pugna, ad Raphiam, Achæi rebus geſtis; de Iudaicis rebus, & calamitatibus, quas ſub Antiocho Epiphane paſſi ſunt, ac de Epiphanis expeditionibus in Aegyptum, & de Templo Hieroſolymitano ab eo rege polluto; de Iudæorum rebus à Templi profanatione ad Simonis mortem: vbi de Iuda Machabæo, & Syriæ regibus; de Seleucidarum, & Aegyptiorum regum bellis, nec non Iudæorum, ab anno Mundi 3854. qui fuit Vrbis 624. ad Mundi 3865. Vrbis 665. de his quæ in Iudæa contigerunt ſub Hyrcano, & Ariſtobulo, vtque libertate amiſſa, in Romanorum poteſtatem redacti ſint, & de Herodis hiſtoria. Cætera ad hiſtoriam tùm ſacram cùm pro-

Digitized by Google

net, teſtatur S. Hieronymus multis in locis, ſed præſertim in Comment. ſuper 12. cap. Matthæi, in commentarijs Eſ. cap. 6. & Oſeæ cap. 11. & ad Damaſum Papam, his verbis: *De nouo Teſtamento nunc loquor, quod Græcum eſſe non dubium eſt, excepto Apoſtolo Matthæo, qui primus Euangelium Chriſti in Iudæa Hebraicis literis edidit:* Et lib. de viris illuſtribus ait: *Pantenum ex India Matthæi Euangelium hebraicis literis ſcriptum Alexandriam attuliſſe. Porrò ipſum Hebraicum habetur vſque hodie in Cæſarienſi Bibliotheca, quam Pamphilus Martyr ſtudioſè confecit.* Nazianzenus etiam ſub finem operis metricè ſcripſit:

Iam verò percurre noua myſteria legis.
Matthæus *dedit Hebræis miracula Chriſti.*
Italiæ Marcus *ſcripſit tibi Achaia* Lucas.
Cœliuagus ſparſit cunctis ſua ſcripta Ioãnes.

III. quærit quo charactere libri veteris Teſtamenti conſcripti ſunt, & num hodie perſeueret; & reſpondet ſecundùm veriorem PP. ſententiam, literas hodiernas hebræas non eſſe eaſdem cum antiquis. Quo autem charactere ſcripta ſit primitus ſcriptura, cenſet, quod potuit eſſe ille vetuſtiſſimus ante tranſitum fluuij. IV. quærit: an libri veteris Teſtamenti olim ſine punctis loco vocalium, & accentibus, & ſine finali verſuum diſtinctione fuerint exarati; & concludit ſecundum orthodoxorum opinionem, ab initio vocales extitiſſe ad literarum pronunciationem neceſſarias, ſed notas, quibus Sacrorum Codicum literæ denotarentur non appoſitas eſſe, niſi à Maſoreticis poſt D. Hieronimi tempora; porrò rationes in contrarium adductas doctiſſimè ſoluit.

qua decalogi præcepta fuere deſcripta. Meritò ergo Hebraica lingua veteris Teſtamenti volumina deſcripta aſſeruntur, excepto, ſecundo libro Machabęorum, qui Græcè ſcriptus eſt. Libri autem Danielis, Eſdræ, Nehemiæ, Iudith, Tobiæ, Chaldaico ſermone deſcripti aſſeruntur à Patribus, iam enim poſt captiuitatem Babylonicam non Hebræa, ſed Chaldaica lingua vſi ſunt, vſque ad imperium Alexandri. Sub Alexandri verò Monarchia nobiliores Græca, vulgus mixto ex Græco, & Chaldaico ſermone vtebantur; vnde ſecundum temporum diuerſorum Monarchias, diuerſitas fuit linguarum, & iuxta illas à ſcriptoribus ſacris libri deſcripti, vt ad nationes ſub ipſorum idiomate peruenirent. Similiter liber Iob, partim Arabico, partim Syriaco, partim Hebraico ſermone fluit ex Hieronymo in prolog. in Iob, quia auctor eius libri, è diuerſis regionibus profectos amicos, ſuis quoque linguis loquentes introducit. Soluit deinde obiectiones pro parte negatiua. II. quærit, qua lingua ſcripti ſint libri noui Teſtamenti, an ſolum Græca, vel etiam Hebraica lingua, & concludit, quod quantum attinet ad Euangelicas Scripturas, certum eſſe debet, non omnes Græco ſermone eſſe deſcriptas: nam ſi locum, vbi ſcripti ſunt attendamus, *Matthæus* ſcripſit in Iudæa tempore Caij Caligulæ Imperatoris; *Marcus* in Italia Romæ ſub tempore Neronis, vel Claudij ſecundum Rabbanum; *Lucas* in Achaiæ, Boetiæque partibus rogatus à Theophilo, & *Ioannes* Epheſi in Aſia minori ſub tempore Neruæ Principis. Ideò quod ad Euangelium Matthæi Hebraicum atti-

qui mutua collatione cum priori fonte, vel alijs exemplaribus emendari potuerunt. Quod autem ad Iudæorum malitiam attinet, certum eſt, nec ante, vel poſt Hieronymi tempora vllam fuiſſe coactam Synodum Iudæorum, quæ in falſatione vniuerſali eius conſpirauerit. Agit præterea de Chaldaica, Syriaca, Græca, LXX. Interpretum, alijſque verſionibus, & quantę ſint authoritatis oſtendit.

Vincentius Maria Fontana in Monum. Ordinis Prædicatorum ad annum 1604. refert *Dominicum Grauinam* ſcripſiſſe *Librum de Eccleſia Armena*, eiuſque deuotione erga Apoſtolicam ſedem, & de Chriſtianitate illa per Fratres Prædicatores in Eccleſiaſticis ritibus directa, & cuſtodita.

1082 F. DOMINICVS A SS. TRINITATE, Carmelita Diſcalc. Prouinciæ Pariſienſis, literarum monimentis conſignauit Opus inſcriptum

Bibliotheca Theologica ſeptem libris diſtincta, in qua exacto ordine reponuntur cuncta ad completam Sacrę Doctrinæ, vel Theologiæ notitiam ſpectantia, tàm ſecundùm ſe, quàm ſecundùm diuerſa eius munera, *Ducendi* concluſiones beneficio Artis Syllogiſticæ; vnde *Sholaſtica*, vel *Argumentatiua*: *Ordinandi* & *Explicandi* locos Theologicos, vndè *Poſitiua*, ſiue *Thetica*, & *Fundamentalis*: *Defendendi* ſua principia aduerſus omnia infidelium genera, vndè *Polemica*: *Diſponendi* ſuas materias, vndè *Methodica*: *Vtendi* metaphoris, vndè *Symbolica*: *Prouocandi*, vel *dirigendi* affectum in Deum, vndè *Myſtica*. Excuſ. Romæ, an. 1667. in fol. Tomis ſeptem.

To-

Specialem inſuper controuerſiam de Sac. Scriptura prout eſt canon, & canonica dicitur, inſtituit, & quærit, quiſnam ſit Hebræorum canon, & quando editus ſit, & an ſit idem, qui modo circumfertur? & reſpondet, quod non vniformis habetur librorum canonicorum ſupputatio, vt docet Sixtus Senen. lib. 1. Biblioth. Secundum autem diuerſitatem temporum variè ab Hebræis canon ſcripturarum editus eſt.

In generali controuerſia de *Bibliorum verſionibus*, vnico articulo quærit, an æqualis ſit authoritatis ſcriptura verſa in alienam linguam cum ea, quæ eſt in ſuo fonte, & originali; aſſeritque tam in ſuo fonte, quam in verſionibus approbatis eſſe idem verbum Dei, & æqualis authoritatis. Duo alia quæſita in hac re inſtituit, videlicet, *primo*: an totus Bibliorum textus Hebraicus aliquando perierit; & cenſet, quod etſi in Hieroſolymitano incendio multi codices exuſti ſint, multi tamen ſeruati ſunt, quos tamen poſtea Eſdras collegit, & ordinauit. *Secundò*: an textus Hebraicus vſque in hanc diem illibatus permanſerit qualis fuit editus ab initio: problematicè defendit, & aduertit, aliud eſſe dicere fontem Hebraicum de induſtria eſſe falſatum, aliud in illum errores librariorum oſcitantia irrepſiſſe. Et iterum aliud eſſe dicere, eumdem fontem in omnibus, & quo ad omnia exemplaria, aliud in quibuſdam locis, aut libris eſſe corruptum, & in quibuſdam exemplaribus: & hoc vel generali Synagogæ decreto, vel priuatorum Iudæorum malitia. Et quidem quantum ad oſcitantiam attinet librariorum, in multis exemplaribus errores irrepſerunt,

Digitized by Google

eſt poſt tempora D. Hieronymi; nam vſque ad illa fuiſſe canonicum, infallibilemque ſcripturam probabilius eſt; ſiquidem Eccleſia decreuit per ipſum emendari nouas omnes tranſlationes; nec aliundè melius tunc primum limpidiſſimi Vulgatæ editionis riuuli fluere potuerunt, quam ex non turbato Hebraici textus fonte, quia ex turbido fonte aqua pura non exit; tum etiam quia plures Sancti Patres, dum ſummam textus Hebraici authoritatem, atque adeò incorruptionem aſſerunt, commodiùs intelligi non poſſunt, quàm de illo ſaltem ante D. Hieronymi tempora. Poſtquam Auctor de cæteris editionibus egit, quærit: An editio Vulgata ita fuerit à Concilio Tridentino approbata, cæteriſque prælata, vt ipſos Hebræos, & Græcos fontes reiecerit, & recurſum ad eoſdem prohibuerit, nec non ad alias interpretationes, & verſiones; & concludit, Vulgatam editionem Latinam non debere corrigi per textum Hebraicum, aut Græcum, prout nunc eſt, & in manus noſtras deuenit; certum tamen eſſe Latinam editionem Vulgatam à Concilio Tridentino fuiſſe omnibus alijs editionibus cuiuſcumque idiomatis prælatam, & eo ipſo quod Latinam iudicauit vt authenticam, & de alijs nihil decreuit, cum hac remanſit prærogatiua certitudinis infallibilis quo ad nos: quæ tamen alijs editionibus non fuit conceſſa, ſed relicta ſunt, vt antea erant; liberum tamen campum ingenijs reliquit ad quoſdam ſiue Hebraicos, ſiue Græcos fontes recurrendi, dummodo ex illis non corrigatur Vulgata, intelligendo de correctione rerum ad fidei dogmata,& bonos morespertinentium.

Tomo *ſecundo* lib. 3. ſect. 1. agit de varijs Scripturæ, ſeu Bibliorum editionibus, Hebraica videlicèt, Chaldaica, Syriaca, Samaritana, Arabica, Græca, & Latina. Deinde quærit: an inhærendum ſit Scripturæ conuerſæ in alienam linguam, ſitque æqualis authoritatis cum ea, quæ eſt in ſuo fonte, & originali: partem affirmatiuam contra Iudæos defendit. Agit præterea de editione Hebraica, vtrum ſit authentica, veramque Scripturam contineat; pro cuius deciſione diſtinguit aliud eſſe dicere, textum Hebraicum de induſtria eſſe falſatum, aliud in illum errores librariorum, ſeu tranſcriptorum ignorantia & negligentia irrepſiſſe. Et iterum aliud eſſe, eumdem textum in omnibus, & quo ad omnia exemplaria, aliud in quibuſdam locis aut libris eſſe corruptum, & in quibuſdam exemplaribus: & hoc vel generali Synagogæ decreto, vel priuatorum Iudæorum malitia. His prænotatis ponit tres concluſiones. *Prima*; Probabilibus eſſe non omnes Codices Hebræos, qui modo extant, eſſe corruptos opera vel malitia Iudæorum. *Secunda*; Textum Hebraicum magnæ eſſe authoritatis: ideoque non ita eſſe abijciendum, & deprimendum, vt volunt Melchior Canus, Lindanus, Iacobus de Valentia, Leo Caſtrenſis, Salmeron, alijque plures. *Tertia Concluſio*; Etſi textus Hebraicus, quem nunc habemus, ſit ſummæ authoritatis, ea tamen non eſt Canonica, & infallibilis: ideoque abſolutè dici non poteſt nunc, & prout in manus noſtras deuenit, ſacra ſcriptura. Notanter dicitur in concluſione *nunc*, vt intelligatur de textu Hebræo, pro vt

ſus Iudæos, vel de rebus ad illos pertinentibus ſcripſerunt.

1083 DOMINICVS VLERTINVS, Taurinenſis, Italicè exarauit Opuſculum inſcriptum

Auuiſo Catolico dato à S. A. R. in cui con euidentiſſime ragioni ſi rappreſenta à S. A. R. i danni che naſcono dal ſoggiorno delli Ebrei nelle Città Catoliche, maſſimamente dalle loro vſure. Nondùm excuſus eſt hic liber, quod ſciam.

E

1084 ECKBERTVS Abbas Schonaugiæ Sacri Ciſtercienſis Ordinis, ſcripſit

Librum contra Iudęos de Chriſto, & matre eius. Seruatur mſc. de quo plura apud Carolum de Viſch in Biblioth. Ciſterc. Ord.

EDVARDVS POCOCKIVS, de quo pag. 73. Adde:

שער מוסי *Porta Moſis* ſiue Diſſertationes aliquot à R. Moſe Maimonide, ſuis in varias *Miſchnaiòth*, ſiue textus *Talmudici* partes, Commentarijs pręmiſſæ, quæ ad vniuerſam ferè *Iudæorum* diſciplinam aditum aperiunt. Nunc primùm Arabicè *prout ab ipſo Auctore conſcriptæ ſunt*, & Latinè *editæ*. Vnà cum Appendice Notarum Miſcellanea. Excuſ. Oxoniæ, an. 1655. in 4. Diſſertationum Elenchus eſt:

R. Moſis Maimonidis in *Seder Zeraìm* Præfatio, in qua totius operis Talmudici ratio redditur.

Eiuſdem ad *Pèrek Chèlek*, ſeu caput decimum tractatus *Sanhedrìm* Præfatio, in qua de Religionis Iudaicæ fundamen-

Tomo *Quinto*, Part. 1. ſect. 7. agit de aduentu Meſſiæ, Legiſquè Moſaicæ poſt illum ceſſatione aduerſus Iudæos; & primò adducuntur teſtimonia veteris Teſtamenti, quæ abſolutè promittunt Chriſtum venturum; ſecundò proferuntur teſtimonia V. T. quibus deſignatur tempus aduentus Meſſiæ; tertiò adducuntur loca V.T. de notis, ac ſignis veri Meſſiæ à Prophetis in illo prædictis: vbi etiam oſtenditur illa omnia fuiſſe in Chriſto Domino perfectiſſimè adimpleta. *Prima nota*, eſt circumſtantia temporis aduentus Meſſiæ & Chriſti Ieſu. 2. *nota*, Regia propagatio ex ſemine Dauid Meſſiæ & Domini noſtri Ieſu Chriſti. 3. Modus conceptionis Meſſiæ & Chriſti ex matre Virgine. 4. Locus, & modus natiuitatis Meſſiæ, & Chriſti 5. Adoratio Meſſiæ & Chriſti à Regibus Magis. 6. Ingreſſus Meſſiæ & Chriſti in templum. 7. Fuga in Aegyptum Meſſiæ Chriſti. 8. Modus vitæ Meſſiæ & Chriſti. 9. Modus mortis Meſſiæ & Chriſti. 10. Meſſiæ & Chriſti poſteriores gloriæ. 11. Meſſiæ & Chriſti proprietates, ſiue excellentiæ. 12. *nota* Meſſiæ & Chriſti, eſt miſerandus Iudæorum ſtatus. Adducuntur deinde aliquæ rationes, cur Iudæi tam apertis Prophetarum teſtimonijs de Chriſto non credunt: & ſoluuntur obiectiones Iudæorum, quibus conantur probare Chriſtum Ieſum, non fuiſſe verum in lege promiſſum Meſſiam. Agit prætereà in eadem ſectione, de Iudæorum libris, & primò de Thalmud, de Rabbinicis libris, de Cabbaliſticis, & de Maſorethicis, ſiue Maſorà Hebræorum; tandè referuntur aliqui authores, qui aduer-

Digitized by Google

Eiuſdem *Dictionarium Harmonicum Biblicum &c.* Norimbergę 1598. Typis Alexandri Philippi Theodorici. Ex eo hæc corrigenda cenſet *Index Hiſp.* Poſt præſcriptam notam Auctori, & Operi; pag. 258. ante medium, poſt illa verba *Sept. & Hieron.* dele quod ſequitur, *Sic dato vno inconuenienti, ſequuntur infinita*. Pag. 279. ad finem, poſt illa verba, *Reperiuntur in verſionibus*, dele vſque ad finem annotationis. Pag. 403. poſt illa verba, *Nullo pacto obſeruatur*, dele vſque ad finem annotationis. Pag. 690. ad medium, poſt illa verba, *Arcum pro veritate ponendo*, dele ſequentia, vſque ad finem annot. Pag. 716. ad medium, poſt illa verba, *Pro ſanguine tuo*, dele, *Sic ex vno inconuenienti ſequuntur infinita*.

1086 ELIAS SCHNEGASSEN, edidit

Tabulas Synopticas de Accentibus Hebræorum. Lipſiæ, anno 1657. in fol.

1087 EMANVEL A SCHELSTRATE, Antuerpienſis S. T. D. Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe Canonicus, Innocentij XI. Alexandri VIII. & Innocentij XII. P. M. feliciter regnantis Cubicularius. Vir cùm multiplici linguarum cognitione, tùm antiquæ eruditionis pręſtantia celeberrimus, inter præclariſſimos ſui ingenij, & laboris fœtus, ampliſſimum nunc iterum cudit ſuum opus inſcriptum

Antiquitas Eccleſiæ Diſſertationibus, Monimentis, ac Notis illuſtrata. Continens opus chronologicum à Cęſaris Imperio vſque ad Iuſtiniani obitum: mentis diſtinctè agitur.

Eiuſdem octo Capitula commentario ſuo in *Pirkè Auòth* præmiſſa.

Eiuſdem in *Sèder Kodaſhìm* Præfatio.

Eiuſdem in *Sèder Tahoròth* Præfatio.

Eiuſdem in *l. Menachòth* Præfatio poſt notarum append.

1085 ELDANVS DE PARCHVN, Obotrita, Hæreticus Auguſtan. Confeſſ. inſcripſit ſuum opus

Ariſteæ de legis diuinæ ex Hebraica lingua in Græcam tranſlatione hiſtorica Græco-latina. Excuſ. Francofurti apud Muſculum, an. 1610.

ELIAS HVTTERVS, de quo pag. 38. Adde:

Cubus Alphabeticus Sanctæ Hebrææ linguæ. Excuſ. Hamburgi, an. 1586. 1588. Permittitur in Hiſpania cum ſequenti expunctione, hoc eſt, poſt appoſitam notam Auctori & operi, expungenda eſt tota Præfatio, cuius initium, *Accipe nunc Germana, &c.* cum ſua inſcriptione. Et paulò inferiùs delenda tota eius elegia, cuius initium, *Vt Deus Eliam*, cum ſua inſcriptione. Simul etiam expungenda quinque ſequentia Epigrammata laudatoria. Præterea totum carmen, quod incipit, *Eliæ celebrant, &c.* Et in fine expungendum Epigramma Græcum, quod inſcribitur, *De Biblijs M. Eliæ Hutteri*, & aliud Latinum, quod incipit, *Ecce Deus modo, &c.* cum inſcriptione.

Eiuſdem *Cubus Alphabeticus, vel Lexici Hebraici nouum Compendium Tetragonon*. Excuſ. Norimbergę 1601. in fol.

Digitized by Google

cus, ſcripſit

De Iudæorũ Regibus, quemadmodũ colligitur ex Clem. Alex. lib. 1. Strom.

1090 EZECHIEL SPANHEMIVS, Sereniſſimi Electoris Palatini à conſilijs ſtatus & P. T. in tractu inferioris Rheni Reſidens, edidit

Diſſertationes de præſtantia, & vſu Numiſmatum antiquorum. Cuius ſecunda editio eſt priori longe auctior, & variorum Numiſmatum iconibus illuſtrata. Amſtelódami apud Danielem Elſeuirium, an. 1671. in 4. Agit de formis literarum Phœnicum, Hebræorum, Samaritanorum &c. De Palmis Iudaicis; de Moſe cornuto; de Feſtis Tabernaculorum, Pentecoſtes, & alia huiuſmodi ad rem Iudaicam attinentia.

F

1091 FAVSTVS VERANTIVS, edidit

Dictionarium Linguæ Sanctæ. Venetijs, an. 1595. in 4.

1092 FLEVRIVS Gallus, Domini de Vermandois Præceptor, typis euulgauit Opuſculum inſcriptum

Mores Iſraelitarum. Pariſijs 1681. & Hagæ Com. 1682. in 12. Deſcribit in eo vitam, moreſque Iſraelitarum, tribuſque partibus opuſculum diſtinguit. *Prima* de Patriarchis, eorumque nobilitate, libertate, diuitijs, occupationibus, ac frugalitate; *Altera* de Iſraelitis ab exitu ex Ægypto vſque ad Captiuitatem Babylonicam, deque eorum nobilitate, laboribus, agricultura, regione quam incoluerunt, ſeu Terra ſancta, opibus, artibus, opificijs, veſtitu, ſuppellectile, domibus, victu, purifi-

tum: quo Chriſti Saluatoris noſtri, Petri & Succeſſorum eius Romanorum Pontificum tempora ex S. Scriptura, Patribus, antiquis nummis, inſcriptionibus, Faſtis Conſularibus, Imperatorum, & Pontificum Catalogis, Græcorum & Latinorum Chronicorum fragmentis inueſtigantur; Hebræorum, Gentilium, & Chriſtianorum Scripta conciliantur, multaque Antiquitatis monimenta ad hæc ſpectantia nunc primum ex MSS. Codicibus exhibentur, notis & varijs lectionibus illuſtrantur. Romæ Typis Sac. Congregationis de Propaganda Fide, an. 1692. in fol. Vbi Chriſti natiuitatem 5. annis ante vulgarem æram contigiſſe probat ex morte Regis Herodis, iuxta Ioſephi Hebræi, aliorumque Iudæorum ſcripta: ex Apoſtolorum mora 12. annis in Iudæa iuxta Apollonij traditionem; & dilucidius in Serie Chronologica ad primam Diſſertationem annos Regum Iudaicorum & Ethnarcharum enumerat, eos conferendo cum Conſulibus, & Romanis Imperatoribus, & identidem notis illuſtrando.

In Diſſertatione Apologetica de Diſciplina Arcani contra Diſputationem Erneſti Tentzelij ab ipſo edita Romæ ijſdem Typis an. 1685. in 4. oſtendit eam diſciplinam cum Iudæis quoque ſeruatam fuiſſe ab Apoſtolo in Epiſt. ad Hebr. loquente de Melchiſedecho, idque ex Hieronymo Epiſt. ad Euagrium.

1088 ESDRAS EDZARDVS, ſcripſit

De Controuerſijs Iudæorum, Socinianorum, & Caluinianorum. Excuſ. an. 1656. in fol.

1089 EVPOLEMVS, Hiſtori-

Digitized by Google

rum, in calce cuiuſque libri. Lugduni apud Horat. Boiſſat, & Gregorium Remeus, an. 1663. in fol. Referuntur in eo *Menſuræ & Monetæ Hebræorum*, provt ex Scriptura, & ex Miſnaioth colliguntur. Quia verò aliquæ prætermiſſæ ſunt, aliæ obſcurè traduntur, ideò de his breuiter.

De Menſuris Aridorum.

Conſtituta fuit à Rabbinis menſura aliqua parua, quæ ab oui ſimilitudine, *Ouum* nuncupatur, eſtque omnium minima ad quam cæteræ reuocari ſolent; ideò Iudæorum mos fuit vaſa ſua metiri ſecundum numerum, ſiue capacitatem ouorum, & non ſecundum pondera, quia omnia arida, & liquida non ſunt eiuſdem ponderis, licèt eadem ſit capacitas vaſis, vt ſi E. G. ferro, argento vel auro aliquod ex ijs vaſis impleueris, pondus erit multo maius, quam ſi illud impleueris aqua, vino, aut oleo. Sic Sextarius Romanus plenus farina non ponderat niſi vncias 9. ſed plenus oleo vncias 18. plenus melle vncias 30. ſtamno 150. plumbo 233. plenus auro ponderat vncias 375. & ſic de cæteris.

קב *Kab, Kabbus*, eſt menſura frumentaria parua, & 24. oua capit. Eius tantum ſemel meminit Sacra Scriptura II. Reg. 6. 25. Pluries tamen in Talmude. Hinc in *Kidduſchin* fol. 49. 2. leguntur aliquæ ſententiæ, in quibus quarundam Nationum, hominumque prærogatiuæ deſcribuntur, videlicèt עשרה קבין חכמת ירדו לעולם ט׳ נטלה ארץ ישראל ואחד כל העולם כולו *Decem cabi ſapientiæ deſcen-*

riſicationum ritibus, matrimonijs, vxoribus, liberorum educatione, ſtudijs, elegantia, oblectamentis, luctu, religione, ieiunijs, votis, Prophetis, regimine, auctoritate ſenum, re forenſi, militia, Regibus. *Tertia* de Iudæis ex captiuitate reuerſis, eorumque ſub Perſarum, & Macedonum dominatu corruptis moribus, ſectis, ac ſuperſtitione, ſuccinctè, terſèque differens.

1093 FORTVNATVS FANENSIS, edidit

Biblia ſacra in II. Volumina diſtincta, vbi apparent Vulgata, Sanctis Pagnini, Græcorum LXX. & Chaldaicæ Paraphraſeos verſiones Latinæ. Venetijs an. 1609. in fol.

1094 FRANCISCVS AGRICOLA, Lonenſis, qui pagus eſt Aldenhouiæ vicinus, in Ducatu Iuliacenſi, vir, vt refert *Deſſelius* in Biblioth. Belgica, fuit antiquæ probitatis, & eruditionis, primùm Rodingenſis, poſt Sittardienſis Eccleſiæ Paſtor, & Canonicus, Concilijque Suſterenſis Archipresbyter. Scripſit

Libros tres de æterno, & vero Deo, nec non indubitato Chriſto, & Meſſia Chriſtianorum. Excuſ. Coloniæ, an. 1605.

1095 F. FRANCISCVS CARRIERE, Aptenſis Ord. Min. Conuent. Doctor & Definitor perpetuus Pœnitentiarius Apoſtolicus, Regis Chriſtianiſſimi Concionator, edidit

Commentarium in vniuerſam Scripturam, ſenſum literæ referens capitatim cum breui & ſolida latentium, & inſurgentium Quæſtionum reſolutione, & principalium totius Codicis Biblici Antilogiarum numero quingenta-

Digitized by Google

י׳ קבין שיחה ירדו לעולם ט׳ נטלו נשים &c. *Decem cabi garrulitatis deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt mulieres*, &c. י׳ קבין שחרות ירדו לעולם ט׳ נטל כושן &c. *Decem cabi nigredinis deſcenderunt in mundum, nouem accepit Cuſchan*, ſiue *Æthiopia*, &c. י׳ קבין שינה ירדו לעולם ט׳ נטל כל העולם כולו ואחד נטלו עבדים *Decem cabi ſomni deſccenderunt in mundum, nouem accepit mundus totus, & vnum acceperunt ſerui*. Conſule Bibliothecam Magnam Rabbinicam Par. III. pag. 485. & ſeq.

עֹמֶר *Gomer*, eſt menſura ferè duplo maior *Cabo*, & eſt decima pars *Ephæ*. Exod. 16. v. 16. 18. 22. 36. Leuitic. 23.

סְאָה *Sea*, *Satum*, eſt menſura triplo maior præcedente, & continet 144. oua. Exod. 29. 4. Leuitic. 15. 5. 6. 7. & 16. 28. I. Sam. 25. 18. II. Reg. 7. 21. Iob. 20. 27. Ieſ. 27. 4. Rabbini Cod. Sota fol. 9. 1. dixerunt: אין הקב״ה נפרע מן האדם עד שתתמלא סאתו *Deus non capit vltionem ab homine, donec impleta fuerit Sea menſura eius*. Idem confirmatur à Iob cap. 20. 22.

אֵיפָה *Epha*, eſt triplo maior Gomer, continens tria Sata, hoc eſt, oua 432. Exod. 16. 36. Leuit. 5. 11. & 19. 35. Deut. 25. 14. I. Sam. 17. 17. Ieſ. 5. 10. Buxtorfius in Lexic. ait: *Epha continet tres ſeas, h. e. 18. Cabos, 6. Hinnos, 72. Logos, 288. Quadrantes, & 432. oua.*

לֶתֶךְ *Lethech*, *Dimidium*, ſeu dimidia pars Chomer, & continet quindecim

deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit terra Iſraelis & vnũ reliquus mundus עשרה יופי קבין ירדו לעולם ט׳ נטלה ירושלם ואחד בל העולם כולו *Decem cabi pulchritudinis deſcenderunt in mundum nouem abſtulit Hieroſolyma, & vnum reliquus mundus* י׳ קבין עשירות ירדו לעולם ט׳ נטלה רומי ואחד כל העולם כולו *Decem cabi diuitiarum deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit Roma, & vnum reliquus mundus totus* י׳ קבין עניות ירדו לעולם ט׳ נטלה בבל ואחד כל לעולם כולו *Decem cabi paupertatis deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit Babel, & vnum mundus reliquus* י׳ קבין גסות ירדו לעולם ט׳ נטלה עולם ואחד בל העולם כולו *Decem cabi ſuperbiæ deſcenderunt in mundum, nouem abſtulit Elam, & vnũ mundus reliquus* י׳ קבין גבורה ירדו לעולם ט׳ נטלו פרסיים וכו׳ *Decem cabi fortitudinis deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt Perſæ*, &c. י׳ קבין כנים ירדו לעולם ט׳ נטלו מדי וכו׳ *Decem cabi pediculorum deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt Medi*, &c. י׳ קבין כשפים ירדו לעולם ט׳ נטלו מצרים *Decem cabi incantationum deſcenderunt in mundũ, nouem acceperunt Ægyptij* &c. י׳ קבין נגעים ירדו לעולם ט׳ נטלו חזירים &c. *Decem cabi plagarum deſcenderunt in mundum, nouem acceperunt Porci*, &c. י׳ קבין זנות ירדו לעולם ט׳ נטלה ערביא &c. *Decem cabi ſcortationis deſcenderunt in mundum, nouem accepit Arabia*, &c. י׳ קבין עזות ירדו לעולם ט׳ נטלה מישן &c. *Decem cabi impudentiæ deſcenderunt in mundum, nouem accepit Miſchan*,

ginta millia librarum panis ; quomodo verò faciat hanc ſupputationem non video : ſcio tamen ipſum in pondere *Cori* conuenire nobiſcum , h. e. ipſum continere decem Ephas , vt dicitur Ezech. 45. 11. Vnde S. Hieronymus in hunc locum , & Leuit. 27. v. 26. Iſai. 5. v. 10. pro *Coro* vertit *modios triginta* : quod etiam opinatur S. Epiphanius lib. de ponderibus , additque eorum onus eſſe cameli , in quam ſententiam magis inclinat Mariana lib. de ponderibus , & menſuris cap. 10. Cuiuſnam ponderis fuerit modius , ignotum eſt ; tantummodo arguitur fuiſſe menſuram leuem , quia Ruth. 3. 15. legimus ipſam portaſſe ſex modios hordei . Quidquid ſit , in re tam incerta diuinent alij.

Χοῖνιξ , *Chœnix* , eſt aridorum menſura in Nouo T. vſitata , eius fit mentio Apoc. *6. 6.* Quot oua præciſè contineat, non determinatur à Iudæis ; cum ſit vox inter Græcos vſitata , qui vaſa ſua ſecundum oua numerare non ſolent . Creditur autem, quod talem frumenti menſuram contineat , quæ homini vnico die ad vitam ſuſtentandam ſufficit .

De Menſuris Liquidorum.

לוג *Log* , *Sextarius* , eſt menſura liquidorum minima , vigeſima pars ſeæ ſiue Sati , ſex oua continens , vt ſcribit Kimchi in lib. Rad. & confirmatur à D. Hieronymo : eius mentio Leuit. 14.

הין *Hin* , capit duodecim Log h. e. quantum olei E. G. in 72. ouis continetur. *Menachoth* fol. 89. c. 1. Exod. 30. 24. Leuit. 19. 36. Num. 28. 14.

בת *Bath* , *Bathus* , continet quan-

decim ſata ; ſeu quinque Ephas , & oua 2160. Semel tantùm eius meminit Hoſeas cap. 3. v. 2. Sic Talmud , לתך קיטנית *Dimidius modius leguminum* .

חומר *Chomer* , quæ vox propter affinitatem ſoni à multis confunditur cùm עומר *Gomer* , ſed multum differt ; Nàm *Chomer* denominationem ſumit à חמור *Aſino* , eo quia ſit onus aſini vel muli grauiſſimum : continet triginta Sata , ſiue decem Ephas , & ſunt oua 4320. Leuit. 27. 16. Num. 11. 32. Ieſ. 5. 10. Hoſ. 3. 2.

כר *Corus* , eſt menſura eiuſdem quantitatis cum præcedente . Ezechiel 45. 14. Et quamuis ſit propriè menſura aridorum , bis tamen ſumitur de liquidis . Nota , quod lib. *III. Reg.* cap. 4. v. 22. in deſcriptione gloriæ Salomonis quantum ad victualia per ſingulos dies dicitur : *Erat autem cibus Salomonis per ſingulos dies , triginta cori ſimilæ , & ſexaginta cori farinæ* ; vnde ſi *Corus* eſt menſura eiuſdem quantitatis cum *Chomer* , ouorum ſcilicet 4320. ſequitur per arithmeticam multiplicationem , triginta Coros ſimilæ importare onus 129600. ouorum ; cum autem ouum communiter ponderat vncias binas , ſi ad Romanas libras , duodecim videlicet vnciarum reducantur ; erunt libræ 21600. ſimilæ ; farina verò, cum fuerit duplo maior , efficiet lib. 43200. Errat hìc *Carriere* , cum dicit : *Menſæ Salomonis quotidie miniſtrabantur 30. cori ſimilæ & 20. farinæ* ; nàm omnes verſiones habent *Sexaginta farinæ* ; *vndè* (ſequitur idem Author) *fiebant 24. millia , & rurſum ſexdecim millia , ideſt vniuerſum quadra-*

Digitized by Google

זֶרֶת *Zèreth*, *Spìthama*, ſeu *Digitus minimus* apud Rabbinos. Sic contractum putatur, quaſi ſit זרת pro זוית à זעיר quod in Targum vſurpatur pro קָטֹן *Paruus*. Vocatur etiam palmus maior, cum præcedens vocetur palmus minor. Vnde *Spìthama* ſecundum communem opinionem, eſt menſura continens ſpatium, quod eſt inter digitos extenſos, à pollice ſcilicet vſque ad extremitatem digiti minimi. Eius mentio Exod. 28. 16. & 39. 9. I. Sam. 17. 14. Ieſ. 40. 12. Ezech. 43. 13.

פַּעַם *Pàham*, in plur. פְּעָמִים *Pehamìm*, *pedes*; continet ſexdecim digitos, ſiue duodecim pollices. Ezech. 41. 6.

צַעַד *Tzahàd*, *Greſſus*, *Paſſus*, qui eſt duplex, ſimplex, & geometricus, paſſus ſimplex communiter continet binos pedes & ſemiſſem: geometricus quinque. II. Sam. 6. 13.

אַמָּה *Ammà*, *Cubitus*; & hic alius eſt communis, alter ſacer. Primus continet ſpatium à medio brachij vſque ad extremos digitos, ſeu longitudinem ſeſquipedis. II. Chron. 3. 15. Sacer eſt duplo maior ſuperiori, & continet longitudinem trium pedum: & hic adhibebatur ſolum in ædificijs ſacris, ſcil. Tabernaculi, Templi &c. I. Reg. 7. 15. Hinc obſeruandum eſt cubitum *Regis* longiorem eſſe tribus digitis communi cubito; item cubitum geometricum continere ſex cubitos communes, ſiue tres ſacros. Geneſ. 6. 15.

קָנֶה *Kanèh*, Canna, Calamus menſorius, Culmus, Arundo, Calamus odo-

tum Epha, h. e. 432. qua. I. Reg. 7. 26. Eſt. 7. 22. Ieſ. 10. Ezech. 45. 11. S. Hieronymus in hunc locum dicit: *Decima pars Cori in ſpeciebus liquidis vocatur Bathus*. Et hic videtur fuiſſe duplex, *communis* & *ſacer*: ſacer videtur tertia parte maioris fuiſſe capacitatis, quam communis; & colligitur ex II. Chron. cap. 4. v. 5. vbi dicitur mare æneum Salomonis continuiſſe ter mille bathos, cum I. Reg. 7. 26. dicatur ſolum continuiſſe bis mille bathos; niſi hic velimus intelligere de impletione communi, & illic de extraordinaria, hoc eſt vſque ad ſummitatem.

כּוֹר *Corus*, quamuis ſit aridorum menſura, etiam de liquidis ſumitur, & eſt eiuſdem capacitatis in liquidis, cuius eſt in aridis. I. Reg. 5. 11. Ezech. 45. 14.

Ξέϛης *Xeſtes*, *Sextarius*, cuius mentio Marc. cap. 7. v. 4. *Tenent lotiones* Ξεϛῶν *Sextariorum*. Conuenit cum *Log* Hebræorum.

Βάτος, *Bathus* Luc. 16. 6. ἑκατὸν βάτους ἐλαίου *Centum bathos olei*; eſt eiuſdem capacitatis cum *Batho* Hebræorum.

De Menſuris longitudinis & latitudinis.

אֶצְבַּע *Etzbàng*, *Digitus*, eſt decima ſexta pars pedis continens quatuor grana: ſed *pollex* eſt duodecima pars pedis, & ſic tres pollices conficiunt quatuor digitos. Ierem. cap. 52. v. 21.

טֶפַח *Tèphach*, *Palmus*, menſura quatuor digitorum coniunctorum, qui eſt quarta pars pedis. Exod. 25. 25. I. Reg. 7. 26.

Digitized by Google

& Syros ſummam pecuniæ colligere ex pondere, non ex numeratione diſcreta, ſicuti nos facimus, vt ex varijs ſacræ Scripturæ locis manifeſtum eſt. Vſitatiſſimus apud eos nummus fuit *Siclus*, ad quem reliqui numeri examinabantur.

Siclus ab Hebræis שֶׁקֶל *Scekel*, à Chaldæis, & Syris תקלא vel מתקלא vocatur, & deriuatur à שקל *Appendit*, *ponderauit*, *librauit*; vel תקל vt legitur in Targum, commutatis pro more ת ש. *Siclus* apud Hebræos non fuit neque aureus, neque æneus, neque ferreus, ſed tantùm argenteus; ideò vocatur שקל הכסף Neque obſtat quod in Sac. Scriptura aliquando nominentur *Sicli aurei*, quia tunc erat aureum quo ad materiam, non verò quo ad æſtimationem valoris, & pretij, quod ſiclo argenteo ponderabatur. Communitèr diuiditur Hebraicus ſiclus, in *Sacrum*, & *profanum*. Siclus *ſacer* vocatur שקל הקדש *Siclus ſanctitatis*, eo quia pro redemptione ad ſacros vſus primariò erat datus, ſcilicet ad reparationem tabernaculi, ad S. Miniſterij apparatum &c. Valet ſemiunciam argenti, ſeu dimidium Thaleri imperialis pondus. Siclus *profanus* dicitur שקל של חול *Siclus communis* vel שקל המדינה *Siclus prouincialis*, vel שקל המלך *Siclus regius*; & ponderabat quadrantem Thaleri, & ſic ſiclus *ſacer* duplo maior erat ſiclo *communi*. De ſiclo *prouinciali*, & *regiò*, vide Bibliothecam Magnam Rabbinicam Par. IV. pag. 158. & ſeq.

גֵּרָה *Gerah*, *obolus*, ponderans ſeptendecim grana hordei circitèr; ideò viginti *Geræ* reſpectu valoris efficiunt ſi-

odoratus. In præſentiarum autem ſumitur pro *Calamo menſorio*, qui fuit ſex cubitorum, de quo Ezech. 42. 16. Apoc. 21. 15.

צֶמֶד *Tzèmed*, *Iugum*, de quo loquitur Ieſ. 5. 10. vbi dicit, quod *decem* צמדי כרם *Iugera vinearum reddiderunt bathum vnicum*. Per iugerum autem vineæ intelligitur tantum terræ, quantùm par boum aut equorum vno die arare poteſt.

כִּבְרָה *Cibràh*, *Milliare* כברת הארץ *Milliare terræ*, Gen. 35. 16. II. Reg. 5. 19. Buxtorfius ex R. Salom. Gen. 48. 7. refert eſſe menſuram terræ bis mille paſſuum, ſcilicèt minorum, quale erat Sabbathi: Kimchi in lib. Rad. putat כ eſſe ſeruile, ac thema eſſe ברה & ſignificare ſpacium viæ, quantum homo conficit à mane vſque ad paſtum.

חֶבֶל *Chebhel*, *Funiculus*, cuius longitudo eſt ignota. II. Sam. 8. 2.

Στάδιος, *Stadium*, eſt menſura conſtans centum & viginti quinque paſſibus. Iob. 11. 18. Luc. 24. 13.

Ὁδὸς σαββάτου *Iter Sabbathi*, Luc. Actor. 1. 12. Ex communi Iudæorum conſenſu eſt menſura mille paſſuum maiorum, quorum ſinguli continent pedes quinque. Syrus verò Interpres putat fuiſſe menſuram ſeptem ſtadiorum.

Μίλιον *Milliare* à numero millenario nomen accipiens, & eſt eiuſdem longitudinis, cuius eſt *Iter Sabbathi*, mille ſcilicet paſſuum. Matth. 4. 41.

De Monetis & Ponderibus.

Mos erat apud Hebræos, Chaldæos,

Digitized by Google

argenteum. Talentum ſacrum auri valet duodecies mille aureis ducatis. Exod. 38. 24. Profanum continet dimidium. II. Reg. 18. 14. Talentum ſacrum argenteum continet ter mille ſiclos ſacros, h. e. 1500. Thaleros imperiales. Exod. 38. 25. Prophanum comprehendit dimidium. Hìc verò eſt ſermo tantùm de Talento Hebraico; nàm etiam eſt TalentumSyriacum,quod tantummodò eſt quadrans Talenti Hebraici cõmunis, ſiue prophani. Expeditis Veteris Teſtamenti nummis & ponderibus, ſequuntur nummi, quorum mentio in Nouo.

Λεπτὸν *Nummulus*; apud Rabbinos dicitur פרוטא *Peruta*, eſtque minimus nummus, quorum octo valent aſſe. Eius mentio Marc. 12. 42. Luc. 21. 2.

Κοδράντης *Quadrans*, h. e. quarta pars aſſis. Hinc Matth. cap. 5. 26. dicitur *Nequaquam exibis illinc vſque dum reddideris vltimum quadrantem*. Eſt nummus duplo maior quam λεπτὸν, & ſic quando Luc. 21. 2. legitur Viduam inieciſſe in gazophylacium λεπτὰ δύο, intelligitur dediſſe vnum quadrantem.

Ἀσσάριον *Aſſarius*, Italicè *obolus* deſcendens à Latina voce *as aſſis*, eſtque dimidia pars aſſis. Frequens eius vſus eſt apud Rabbinos & Syros, qui vocant אִסַּר אַסִּיר אִיסָּר *Aſſar*, *Aſsir Iſſar*. De huius valore ſcribit Maimon in הלכות שקלים cap. 1. סלע valet quatuor דינרין *denarios*: דינר ſex מעין *obolos*: מעה duo פונדיונין *pondiola*: פונדיון duo איסרין *aſſaria*: פרוטה vnam octauam *aſſarij*. Pondus autem vnius מעה eſt ſexdecim *hordeorum*: pondus איסר *aſſarij hordeorum* quatuor פרוטה dimidij *hordei*.

ſiclum ſacrum.

אֲגוֹרָה *Agoràh*, deriuatur ab אגר *collegit*, *coaceruauit*, quia ab hominibus hic nummus colligi ſolet, & coaceruari; ratione ponderis & valoris coincidit cum Gera. I. Sam. 2. 36.

קְשִׂיטָה *Keſchitàh*, propriè ſignificat *agnum* vel *agnam* & Metonymicè ſumitur pro nummis agni vel agnæ, & eſt nummus eiuſdem valoris cum Gera, & Agoràh præcedentibus. Gen. 33. 19. Ioſ. 24 32. Iob. 42. 11. R. Akiba in Talmud. Tract. ראש השנה cap. 3. fol. 26.

אֲדַרְכּוֹן *Adarcon*, h. e. *Drachma* nummus aureus apud Hebræos, cuius pondus, & valor conuenit cum Ducato, videlicèt ponderat octauam partem vnciæ auri. Deriuatur à Græca voce δραχμὴ, fuitque nummus vſitatiſſimus ante & poſt captiuitatem Babylonicam. I. Paralip. 29. 7. Ezræ 2. 69. Talmud Cod. *Schekal*.

Mina Hebraicè מָנֶה, *Libra* à מָנָה *Numerauit*, *dinumerauit*, *ſupputauit*. Mina eſt duplex, *antiqua* & *noua*: *antiqua* continet pondere ſuo quinquaginta ſiclos ſacros, ſiue centum prophanos: *Mina noua*, quæ dicitur *Ezechielis* cap. 45. 12. ſexaginta ſiclos ſacros, ſiue centum viginti profanos. Fuit & Mina viginti quinque ſiclorum, ſiue centum zuzin aut denariorum. Nam זוז eſt quarta pars ſicli. *Buxtorſius* in Rad. מנה.

כִּכָּר *Ciccar*, *Talentum*; aliud eſt *ſacrum*, aliud *profanum*; *Sacrum* eſt duplo maius *profano*, eo modo quo *Siclus*, & vtrumque eſt vel aureum vel

Digitized by Google

æſtimatur apud Matthæum δύο στρουθία pro aſſario : & quemadmodum illic de minori ad maius argumentatur Chriſtus per minus ad maius à prouidentia Dei circa aues , ad prouidentiam circa homines. In quem ſenſum ſcribit Maiemon in *More Neuuchim* Par. III. cap. 48. ad citatum locum Deuteronomij ; *Si Deus beſtiarum & auium curam gerit , ne dolore afficiantur* , כל שכן בבני אדם *quanto magis rationem habebit hominum*? Buxtorf. loc. cit.

Δηνάριον *Denarius* in vſu apud Romanos. Eſt aureus vel argenteus, ſacer, vel profanus ; *Sacer* vocatur etiam *Didrachmum* , eſtque eiuſdem valoris, Matth. 18. 28. & 20. 2. Profanus conuenit cum drachma .

Διδράχμον *Didrachmum* , eſt nummus continens duas drachmas , & deriuatur ex δὶ , quo eſt δὶς *bis* , & δραχμὴ *Drachma* . Matth. 17. 24.

Στατὴρ *Stater* fuit nummus tetradrachmus , ſeu continens quatuor drachmas, quod eſt pondus ſicli ſacri , h. e. dimidij Imperialis . Matth. 17. 27.

Ἀργύριον *Argenteus* nummus, qui eſt eiuſdem valoris , ac ſiclus ſacer . Matth. 26. 15. Cum autem Siclus ſacer contineat pondus dimidij Imperialis ; hinc cum Chriſtus Dominus à Iuda proditore venditus ſit triginta argenteis , ſequitur venditum fuiſſe quindecim Imperialibus. Et hæc de menſuris , nummis , & ponderibus in ſacro Volumine vſitatis dicta ſufficiant. De Anno Solari , & Lunari , deque Menſibus Hebræorum Vide Bibliothecam Magnam Rabbinicam. Par. II. pag. 392. & ſeqq.

FRANCISCVS GOMARVS , de

dei. Hæc ille , relatus à *Buxtorfio* in Lexic. Talm. Vide quoque Talm. Kidduſc in principio , *Bauà metzià* fol. 44. 2. *Waſerum* de nummis Hebræor. lib. 2. cap. 23. Notas *Tremellij* ad Mar. 12. 42. Porrò à minimo valore huius nummuli *prouerbialiter* apud Hebræos vſurpatum fuiſſe videtur olim באיסר *Aſſario de re minimi pretij , & quaſi nihili* , vt apud Latinos *Aſſis facere* , *Aſſe ſi vendatur , carum eſt , quo non indigeas &c.* In Maſſechet Cholin cap. vltimo , in Miſchna , vbi agitur de præcepto illo Deut. 22. 6. *Quùm occurrerit nidus auis coram te in via , in quauis arbore , aut ſuper terram , in quo ſunt pulli vel oua , & mater cubet ſuper pullos , aut ſuper oua , non accipies matrem cum filijs : dimittendo dimittes matrem , & pullos capies tibi, vt bene ſit tibi & prolonges dies* ; Ad hæc verba ſubijcitur : ומה אם מצוה קלה שהיא באיסר אמרה תורה למען ייטב לך והארכת ימים קל וחמר על מצות חמורות שבתורה h. e. *Quid igitur ? Si in præcepto leuiſſimo, quod vix* Aſſarij *eſt* (h. e. ſi in præcepto illo, quod de re minima ac viliſſimi pretij agit quæ *Aſſe* vel *Aſſario* comparari poteſt) *Adijcit Scriptura hanc promiſſionem*, vt bene ſit tibi & prolonges dies ; *quanto magis valebit hoc de præceptis grauioribus quæ ſunt in Lege ?* Hanc loquutionem , in ſimili argumento , imitatus videtur Chriſtus Matth. 10. 29. cum ait : Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται &c. *Nonne duo paſſerculi aſſe væneunt, & vnus ex eis non cadit in terram ſine Patre veſtro ?* Quemadmodum enim illic mater auium cum pullis באיסר aſſario æſtimatur : ita

Digitized by Google

1098 FRANCISCVS DE NEVVILLE, ſcripſit

De perſonis illuſtribus ex ſtirpe genealogica Domini noſtri Ieſu Chriſti. Excuſ. Pariſijs, an. 1577.

1099 FRANCISCVS POMEY, natione Gallus, patria Paternenſis in Comitatu Venaiſſino ditionis Pontificiæ, Societatis Ieſu Theologus, exarauit Opuſculum inſcriptum

Libitina, ſeu de Funeribus Epitomes eruditionis; in quo præcipui ſepulturæ ritus apud Romanos, Græcos, Aegyptios, Iudæos, Turcas, aliaſque gentes plurimas, obſeruari ſoliti; & qui etiam nunc obſeruantur à Chriſtianis, & à Gallis, in Regum ſuorum funeribus, reuocantur in nouam lucem. De funeribus item Animalium adducuntur nonnulla. Quibus denique Epitaphia quædam ſelecta, tum Latina, tum Gallica, tum ſeria, tum iocularia, ſubſcribuntur. Excuſ. Lugduni, ann. 1659. in 12. Cætera Authoris opera, quæ ad argumentum noſtrum haud pertinent, habes apud Ribadeneiram.

1100 FRANCISCVS LE ROY, Inſulanus è Societate Ieſu Theologus, edidit Opus cui titulus

Templum Sapientiæ, ſiue Diſſertatio Myſtagogica, in qua de Templo Sapientiæ, partim hiſtorico ſeu literali, partim myſtico ac ſpirituali ſenſu diſſeritur; illudque nominatim diſquiritur: fuerit ne Templum Salomonicum ſupremæ Dei Sapientiæ, ſpeciali titulo, ac vero nomine dedicatum? Inſulis ex Officina Nicolai de Rache, an. 1664. in fol. Oſtendit Romanos, Græcoſue, quemnam Deum Iudæi in templo ſuo colerent, incertum habuiſſe; eiuſce rei cau-

de quo pag. 43. Adde:

Diſſertatio de Euangelio Matthæi Hebraico. Excuſ. Groningæ, anno 1627. & 1631. in 8.

De Origine Sabbati, & Inſtitutione Diei Dominicæ. Excuſ. ibid. anno 1628. & 1631. in 8.

Defenſio Inueſtigationis Originis Sabbathi contra Riuetum. Excuſ. ibid. an. 1632. in 8.

1096 FRANCISCVS HARAEVS, Wltraiectinus, Sac. Theologiæ Licentiatus Duacenſis, qua in Vrbe annos aliquot Rhetoricam profeſſus eſt, ſcripſit

Chronologiam breuem ab Orbe condito vſque ad Chriſtum paſſum; clarè demonſtrantem Ieſum Nazarenum eſſe Meſſiam Dan. 9. prænuntiatum. Excuſ. Antuerpiæ in 8.

FRANCISCVS IVNIVS, de quo pag. 44. Cum ibi ſit ſermo de ipſo & *Immanuele Tremelio*, delenda ſunt illa verba *ſed non Hebræi extiterint*; ſiquidem reuera ambo & Hebreos, & Hæreticos extitiſſe, nuper inueni; ideòque benè enumerati fuerunt inter Hebræos in Bibliotheca Magna Rabbinica, Par. IV. pag. 272.

1097 FRANCISCVS MOVRETTVS, Aduocatus, & Regius Conſiliarius in vrbe Abeuillæa, emiſit in lucem

Enchiridion Pſalmorum Dauidis; ex Hebraica veritate, cum Pſalterij canticis in calce ſingulatim adiectis, & interpretationibus ex Hebræorum Commentarijs in eoſdem Pſalmos paſſim & intercisè in Latinum Carmen redactum & illuſtratum. Excuſ. Pariſijs, anno 1581. in 8.

Digitized by Google

dixiſſe Domino, dicentem: *Tua eſt Domine magnificentia & potentia & gloria atque victoria, & tibi laus*. Sic ibi. *Ergo manifeſtum eſt* (inquit Alcaſar) *illud templum propriè fuiſſe ædificatum propter victorias Dauidi conceſſas*. Subdit; inde factum, vt eius templi parietes & valuæ, omni ex parte Cherubinis & palmis ornatæ fuerint atque diſtinctæ: Cherubini enim (hoc eſt, iuuenes alati) Victoriæ imagines ſunt: conſtatque Ethnicos eiuſmodi ſimulacra ad imitationem Salomonici templi effinxiſſe; vt ſumitur ex I. Machab. cap. 2. verſ. 48. Eodemque pertinere, quod Cherubini ipſi, ſiue Victoriæ, inter palmas (quæ & ipſæ victoriæ ſignum ſunt) in parietibus & portis templi cernebantur. Quod enim à Romanis, exempli cauſa, ſimulacrum Victoriæ effingeretur, manu altera palmæ, altera oleæ ramum præferens; id etiam videri ex eodem templo deriuatum, in quo frequens eſſet palmarum & oleæ frondium imitatio. Verumtamen cum *Alcaſar* ex ſolis coniecturis hoc depromat; etiam ſit licitum, *Le Roy* ex alijs veriſimilibus coniecturis haud pœnitendis, Templum Salomonis fuiſſe Deo quatenus Sapienti dicatum, probare. Edidit etiam aliud Opus inſcriptum

Porticus Salomonis Sapientiæ Templo ſublimioris Academiæ; ſeu Scholâ cœleſtis inſtar adiecta. Leodij, an. 1668. in fol.

1101 FRANCISCVS TAYLOR, Anglus, Latinè edi curauit

Targum Hieroſolymitanum in quinque libros Moſis, an. 1649.

1102 FRANCISCVS VALERIVS Polidorus Patauinus O.M. ſcripſit *De* cauſas nonnullas affert. Quorundam ridiculam opinationem de Baccho à Iudæis culto refert; aliorum item de Ioue, aut Saturno. Ex aliorum ſententia, Cœlum, Mundum, Elementa, ſiue horum Præſidem Genium, Deum Iudæorum fuiſſe. Magnificum illud Ieroſolymæ templum, vni ſoli ſummo ac verò Deo dedicatum, & Dei Sapientiæ ſpeciatim ac propriè conſecratum fuiſſe, demonſtrat; primamque eius rei coniecturam, ex fabricæ fine, Arcæ inquam fœderis tutela & cultu, deducit. Agit præterea de myſtica Cherubinorum effigie, Arcæ fœderis, & templo Salomonico adiecta; de Sphingum Aegyptiarum, & Cherubinorum templi annalogia; de aureis vitulis, quos Ieroboam fecit Rex Iſrael, num affine quicquam cum templi Cherubinis habuerint; de opinione *Ludouici ab Alcaſar*, Templum Salomonis Deo Victori propriè fuiſſe ædificatum, exiſtimantis, propter victorias eximias, quas illius ope atque virtute reportauerat Dauid Salomonis pater. Eo ſcilicet modo, quo teſtatur Plinius v. g. celeberrimum templum, Pantheon dictum (poſt Actiacam Auguſti victoriam) *Ioui Vltori* ab Agrippa factum. Id enim conſtare ex multis Sacræ Scripturæ locis; vt I. Paralip. 26. 27. vbi legimus Dauidem & duces exercitus, pretioſa quæque *de bellis & manubijs præliorum*, conſecraſſe *ad inſtaurationem* (ſeu erectionem) *& ſupellectilem templi Domini*. Et I. Paralip. 29. 11. ſimiliter legimus, principes familiarum, & tribunos atque centuriones, in Dei templum ædificandum obtuliſſe plurima auri & argenti talenta; atque idcirco Dauidem bene-

ſtantinum Magnum, tùm per Prouincias Barbaricas. Excuſ. Lugd. Batau. an. 1679. in 8.

Hiſtoria Iobi. Geneuæ, ſumptibus Petri Chouet, an. 1670. in 4. Diſtinguitur Opuſculum hoc in Capita tredecim. Cap. I. agitur de veritate hiſtoriæ Iobi, ipſam videlicet non fuiſſe Parabolam, ex eo quia eſt in confeſſo narrari rem, quocumque ſcriptore, tanquàm verè geſtam: *Vir erat in Terra Vtz, Iobi nomine*, & quæ deinceps de Viro memorantur. Eandem veritatem probat Author ex circumſtantijs hiſtoricis Nominis, Habitationis, Integritatis, Opulentiæ, Dignitatis, Malorum, Modi quo & immiſſa, & admiſſa, Cognationis, Vxoris, Liberorum Vitæ adeò totius, & Mortis. Sic recenſita Amicorum, Fratrum, Sororum, reliquorum ſeu in reſtitutum officia; priorum Nomen, Genus, Habitatio, Filiarum Iobi à reſtitutione Nomina, Conditio, Duratio; Numerus quoque ab eo tempore, Ouium, Boum, Camelorum, Aſinarum, Liberorum, Annorum felicioris vitæ, &c. Item in rebus facti, & hiſtorijs, plurimum valere aſſerit tradentium *auctoritatem* atque *conſentionem*. Iam verò extitiſſe Iobum, paſſumque extrema, admiſerunt ab vltima antiquitate quotquot ferè in Iudæis, Orientalibus, Chriſtianis, alicuius authoritatis fuere. In his vetuſtiſſimi Interpretes Græci, vulgò LXX. Theodotion, Arabs, Chaldæus, Syrus, quorum priores etiam de Iobo nonnulla tradunt, extra Codices Hebræos. Sic præter Thalmudiſtas paſſim, & Magiſtros Interpretes, probatiſſima Iudæorum Chronica, Seder Olam Rabbà, cap. 3.

De Feſtis diebus Chriſtianorum, Iudaeorum &c. Excuſ. Lipſiæ, an. 1597. in 8. Huius nulla mentio apud Wadingum.

1103 FRIDERICVS BALDVINVS, Hæreticus Auguſtan. confeſſ. exarauit

Commentarios in Pſalmos Dauidis pœnitentiales cum textu trilingui, Hebraico, Græco, & Latino. Excuſ. Wittebergæ ſumptibus Pauli Heluuichij, an. 1609. in 8.

1104 FRIDERICVS LANCKISCH, Saxo, Lutheranus, edidit

Concordantias Bibliorum Hebraico, & Græco-Germanicas, duabus partibus abſolutas; quarum *Prior* voces omnes Hebraicas, & Chaldaicas Veteris Teſtamenti; *Poſterior* voces omnes Græcas, cùm Noui Teſtamenti authenticas, tùm in Apocryphis vſurpatas, & quæ in Verſione LXX. Interpretum leguntur, vtrobique cum ſignificatis Germanicis è verſione Lutheri, ordine Alphabetico recenſet. Lipſiæ, & Francofurti typis Chriſtiani Scholuini, an. 1680. in 4.

1105 FRIDERICVS SCHERETZIVS, elucubrauit

Animaduerſiones ſacras, in quibus ea quæ ad ſacram Philologiam faciunt, Iſagogicè proponuntur duobus Libris. Excuſ. Lugd. Batau. an. 1556. in 12.

FRIDERICVS SPANHEMIVS, Caluinianus, de quo pag. 50. Adde:

Introductio ad Geographiam ſacram Patriarchalem, Iſraeliticam, & Chriſtianam, hancque cùm per Romanum omne Imperium, ante & poſt Con-

Digitized by Google

fuiſſe contendunt, quaſi *dolentem*, vel *gementem*; interpretatione orta ex confuſione nominum איוב & יוב quorum prius eſt Gen. 46. 13. & gementem vel dolentem dicit; ità D. Hieronymus, & Sixtus Senenſis cum alijs. Iobum ſic appellatum voluere alij à voce איב *inimicitias egit*, vnde ſit in Benoni אויב in Paſſiuo איוב, hinc vox איוב; ità Schindlerus, Arias, Vualtonus, & plerique. Spanhemio nihilominus, ſaluo aliorum arbitratu, in re haud valdè graui, nomen hocce arceſit à radice יאב ἐπιποθεῖν, *amare*, *deſiderare*, Hebræis, Syris. Vt Vir ille, inuerſo iam planè ſenſu ac ſuprà ex איב, ſit dictus איוב, ſeu *actiuo* ſignificatu, quaſi amens, virtutis, boni & æqui, ſeu veriùs *paſſiuo*, tanquàm ſuorum deſiderium atque deliciæ. Planè ſic דוד *Dauid*, quaſi dilectus, deſideratus ידידיה *Iedidiah*, Dilectus Deo; Daniel *Vir deſideriorum*, Meſſias, *deſiderium Gentium*. *Cap. III.* De Patria vel ſede Iobi, vbi diſſerit de varijs Scriptorum opinionibus, quonam loco ſita ſit hæc Terra *Vtz* diſputantibus; an in *Armenia*, vt voluit Chaldæus Paraphraſtes, vulgò *Ioſeph Cœcus*; an ſit pars *Cananææ*, vel *Paleſtinæ*, vt R. Salomon Comm. in Iob. Collocant alij Terram *Vtz* paulò remotiùs, in *Syria Damaſcena* inter Libanum, & Antilibanum montes, ab Vtzo Arami Damaſci conditore. Rurſus alij in *Syria* quidem Iobi habitationem deſignant, ſed *Apamenà*, magis ſeptentrionem verſus: hodieque monſtrari eandem in vrbe *Hamà* olim *Apameà*, à Græcis Chriſtianis, refert *Pietro della Valle*, in Itinerario ſuo Italicè deſcripto, *Par.* 2. Accedit nuper Theuenotus, Nobilis Gal-

cap. 3. & Sepher Iuchaſin fol. 9. Sic, Orientales omnes, Syri, Arabes, quorum & de Iobo ſunt antiquæ traditiones, vt in Alkorano *Azoar* 48. in Taarioh-Adam, Elmacino, Vitis Patrum Keſſæi ἀνεκδότοις, *&c.* Hottingerus in Hiſt. Orient. Auerroes in Moralib. Ariſtotel. diſſerens de animi magnitudine, Iobum noſtrum in exemplum adducit. Neque Maiemonides Ægyptius fidem negauit, ſed ſuſpendit, donec de circumſtantijs loci & temporis certiora edoceretur. Adſtipulantur vno ore Patres omnes Græci & Latini. Accedunt Ethnici Scriptores, ſeu veri illi, ſeu perſonati, quales Ariſtæas & Alexander Poly-hiſtor. qui de Iobo non pauca tradidiſſe feruntur. Demùm diluuntur rationes oppoſitæ. *Cap. II.* De Nomine Iobi, alijſque adſcriptis nominibus pertractatur. Vbique ſeu in hac ipſa Hiſtoria, ſeu in loco Ezechielis vocatur איוב *Iiob*, ita & Syris, Chaldæis, Arabibus ſimiliter איוב *Aioub*, Helleniſtis Ἰώβ, de cuius vocis *origine* ac *ſignificatione* quæri ſolet: ſic Philoni, Hieronymo, Oecolampadio, nonnulliſque alijs, איוב dicitur, quaſi *Magus* & *Sapiens*; ſcilicèt voce ab אוב deducta, quæ non tàm *ſapientem*, quàm *præſtigiatorem*, *Pythonem*, ἐγγαστρίμυθον, vel στερνομάντιν notat, vtris inſtar inflatum. Hinc Aben Ezra Comment. in Iob. 32. 19. inquit:

ורובי המפרשים אמרו שהם (אבות) נארות וזה
נכון כי אל תפנו אל האבות עקר אמונתם כנארות היא

Plerique Interpretes dixerunt quòd אבות *ſint vtres, & appoſitè: Nam ne vos conuertatis ad* האבות *Pythones* (*Leuit.* 19. 31.) *Fundamentum fidei ipſorum eſt, quod* (venter ipſorum) *ſit ad modum vtrium*. Alij Iobum ſic dictum

vel Balaam ille, de quibus Num. 22. aut quàm *Moſes* fuit Muſæus Græcorum Vates, aut *Simon* Magus fuit Semon ille Deus Sabinorum. Imò ne quidem Iobum ex Eſaui lumbis prognatum, in ſequenti *Cap. V.* de Iobi genere & familia, palàm facit; vbi arbitratur Iobum vel ex *Vtzo* Nachoris, vel certè ex *Abrahamo* per Kethuram, perque ſeu Iocſanem, ſeu Suachum profectum eſſe. *Cap. VI.* diſputatur de ætate Iobi, & Synchroniſmo hiſtoriæ; hinc refert pugnantes Thalmudiſtarum ſententias, *Tract. Baùà Batbrà Cap. I.* Maiemonides *Mor. Neu.* Par. III. Cap. 22. in quatuor eaſdem claſſes diſpeſcit: *Quidam aiunt illum vixiſſe temporibus Patriarcharum, alÿ Moſis, alÿ Dauidis tempore, alÿ denique ipſum ex ſapientibus Babylonis fuiſſe autumant.* His ſententijs expenſis, Author arbitratur Iobum Moſe haud paulò antiquiorem fuiſſe. *Cap. VII.* agitur de tempore & duratione paſſionum Iobi; vbi refertur ſententia Hebræorum opinantium Iobum paſſum fuiſſe anno ætatis illius LXX. Ratio eſt à duplicatis vitæ annis poſt reſtitutionem, qui ſi fuere ſecundùm Codd. Hebræos CXL. reliquum ſit, vt illorum partem anteà dimidiam, ſeu annos LXX. impleuerit; in huiuſcemodi opinione ſunt Torniellus, Pineda, à Lapide, idque genus non pauci. Alij verò ſecuti Codd. Græcos, eandem tamen de duplicatis annis hypotheſim, ſtatuere Iobum paſſum eſſe anno ætatis LXXXV. Siquidem habent Græci Interpretes μετὰ τὴν πληγὴν ἔτη ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, *annos poſt plagam centum & ſeptuaginta*, id eſt bis LXXXV. Alij alitèr iudicarunt; Author ta-

Gallus, Itiner. Orient. Cap. 61. *Depuis Hems iuſques à Hama; eſt ce lieu, que les gens du pais diſent auoir eſtè habitè par Iob & ſa famille.* Plurimis verò terra Vtz credita fuit *Idumæa*, aut pars *Idumææ*, hanc ſuffragantium numero ſententiam hactenus potiorem eſſe oſtendit. Parùm tamen intereſſe videtur, ſiue Iobi illam ſedem, ab Vtzo denominatam, putemus Vtz itidem *Syriæ*, Damaſco conterminam, ſiue Vtz itidem *Idumææ*, vt pleriſque viſum; ſiue denique Vtz itidem vel Auſitidem *Arabiæ Deſertæ*. Neque enim tres has regiones, vel à ſe inuicem, vel à Chaldæorum, aut Sabæorum illis, de quibus *Iob I.* immane quantum diſtare aſſerit. Et pro harum quauis tandem ſupponat, ſua ſemper hiſtoriæ veritas conſtat, lux etiam qualiſcumque affulget. Quod ſi quid in re tam obſcura coniectare licet; vix Author dubitat quin ſedem ſuam habuerit Iob in Vſitide vel Auſitide *Arabiæ Deſertæ*. Cognita Iobi patria, ſeu habitationis ſede, ſequitur *Cap. IV.* De Iobi perſona, & dignitate, vbi refellit eos qui dicunt Iobum ipſiſſimam fuiſſe perſonam cum *Iobabo* de quo Gen. 36. 33. eumque fuiſſe regem in Idumæa gente, vt ſentiunt quam plurimi SS. PP. Iudæi, Muhammedani, Chriſtiani, & Neoterici; Author verò Patribus Patres opponit, & vt nata ſententia Patrum ex Iudaica traditione, ſic Magiſtris Hebræorum non paucis longè aliter viſum. Ratum igitur deinceps fore auguratur, fixum immotumque apud æquos rerum Arbitros, Iobum non magis fuiſſe Iobabum quàm v. g. *Belab*, huius deceſſor, Geneſ. 36. 32. fuit vel Balak Moabita;

Digitized by Google

nem Bileami & Iobum. Et ſanè quæſtio hæc in minoris momenti rebus vertitur, cenſente iam olim D. Gregorio M. quando de libri ſeu *authore* principe, Spiritu S. ſeu *authoritate* Canonica conuenit. *Quis hæc ſcripſerit* (ſunt verba Gregorij Præf. Expoſit. in Iob) *valdè ſuperuacuè quæritur, cùm tamen author libri Spiritus S. fidelitèr credatur: Ipſe igitur ſcripſit, qui hæc ſcribenda dictauit &c.*

1106 FRIDERICVS VICCIVS, ſcripſit

De Aaronitici pectoralis inſigni, Vrìm, & Thummìm. Excuſ. Wittebergæ, an. 1657. & 1678. in 4.

G

1107 GABRIEL BREMOND Maſſilienſis, Gallicè, & Italicè exarauit librum, cui Titulus

Viaggi fatti nell' Egitto ſuperiore, & inferiore, nel monte Sinai, e luogi piu coſpicui di quella Regione: In Geruſalemme, Giudea, Galilea, Sammaria, Paleſtina, Fenicia, Monte Libano, & altre Prouincie di Siria &c. Excuſ. Romæ apud Paolum Monetam, an. 1679. in 4.

1108 GABRIEL BVCELINVS, Ord. D. P. Benedicti Aſceta Theologus Imperialis Monaſterij Weingartenſis, Prior S. Ioannis Baptiſtæ in Veldt-Kirch Rhætorum, edidit opuſculum inſcriptum

Nuclei Hiſtoriæ vniuerſalis, cùm Sacræ, tùm prophanæ ad dies, annoſque relatæ, Auctarium varijs vtriuſque fructibus fœcundum & locuples. Plurimis, tàm ad hiſtoriam ducentibus,

tamen ſentit Iobum in id malorum barathrum in maximo ætatis vigore coniectum fuiſſe, atque vt par eſt, circa annum ætatis *quinquageſimum*, aut fortè nonnihil vltra; Probatque hoc aſſertum ex multis non ſpernendis coniecturis. Quod ad *durationem* dolorum ac perpeſſionum Iobi attinet, definire videlicèt annos ſeu menſes afflictiſſimi ſtatus, otioſum eſſe iudicat; certum tamen eſſe vult, neque vnius tantùm anni, vt tradunt Hebræi, calamitatem fuiſſe, neque ſeptennio duraſſe; an verò fortè triennio an quadriennio plus minuſue ſuſtinuerit, diuinandum alijs relinquit. *Cap. VIII.* agitur de modo & gradibus reſtitutionis Iobi. *Cap. IX.* De annis vitæ Iobi: plurimorum Theologorum ſententiæ hìc expenduntur; & præcipuè examinatur Iudaicus computus de annis vitæ Iobi *ducentis & decem*, cui adhærere videtur Author adſcribens Iobo annos ferè CC. maximè quia ea ætate in alterum ſæculum vita communiſſimè trahebatur. *Cap. X.* diſputatur de fide & religione Iobi; vbi quædam intempeſtiuę Theologorum lites examinantur. *Cap. XI.* De quatuor amicis Iobi; vbi de eorundem iniquitate, perſonis, genere, habitatione, & fide agitur. *Cap. XII.* De liberis, & poſteris Iobi, deque filiabus in ſpecie. Demùm *Cap. XIII.* diſputatur de Scriptore Iobi, & tempore Scriptionis, circa quod eſt conſtans Hebræorum traditio à pluribus Scripturalibus recepta, Moſem videlicèt Iobicæ hiſtoriæ ſiue Scriptorem, ſiue Interpretem fuiſſe; vndè eſt illud vulgatum in *Bauà Batbrà* Cap. I. משה כתב ספרו ופרשת בלעם ואיוב *Moſes ſcripſit librum ſuum, & ſectio-*

maticę, Græcę, & Hebrææ noua, & compendiaria diſcendi ratio. Baſileæ ex Officina Georgij Deckeri, an. 1637. in 8. Sunt duodecim ſententiarum Centuriæ.

1112 GASPAR VARRERIVS, Luſitanus, elaborauit

Commentarium de Ophyra regione, lib. 3. Regum cap. 9. & 10. & 12. Paralip. 9. commemorata; Vndè Salomoni Iudæorum Regi inclyto, ingens auri, argenti, gemmarum, eboris, aliarumque rerum copia apportabatur. Excuſ. Antuerpiæ, an. 1600. in 8. Recenſet in eo tres opiniones de Ophyra regione. *Prima* Rabani Mauri, qui regionem hanc apud Indos eſſe, nomenque inueniſſe ab *Ophyro* Iectani filio, memoriæ mandauit. Eamque terram auream, propterea quod ei aureum ſit ſolum, nuncupatam. Quam nulla gens mortalium, ſed leonum, aliarumque ferarum id genus multitudo ingens incoleret. Quapropter nullos ad eam auſos ſecedere; præter nautas, poſitis in ſtatione nauibus, quò facilius pateret perfugium, ab imminente ferarum maleficio, & tractu illo circumcirca ante per exploratores diligentiſſimè perluſtrato. Quam verò humum ab ipſis feris egeſtam offendiſſent, ad naues exportaſſe, ex eaque tandem aurum eruiſſe. In hanc fere ſententiam diſcedit Nicolaus Lyranus. *Secunda* eſt Franciſci Vatabli aſſerentis *Hiſpaniolam* eſſe Occidentalis Oceani inſulam, noſtriſque temporibus repertam. Atque ad id confirmandum nonnullas colligit rationes. Primùm quod plurima auri idque optimi metalla gignat hæc inſula. Deinde quod longiſſimis & maris & terrarum inquàm pertinentibus, Geographicis non minus, quam Genealogicis tabellis inſtructum atque adornatum. Excuſ. Auguſtæ Vindelicorum, apud Ioannem Prætorium, an. 1658. in 12. In eo deſignat omnes leges Iſrael, eo quo ſibi ſucceſſere ordine. Regum Ægypti poſt Alexandri Magni obitum, ſeriem exponit, vnà cum Regibus, Pontificibus, & Iudicibus Iudæorum multis modis vſui futuram.

1109 GASPAR ſiue CASPAR KVMMETH, Germanus, Societatis Ieſu Theologus, Hebraicè doctus, ad poſteros tranſmiſit

Scholam Hebraicam, in qua per duas Grammaticæ Partes; Lexicon Radicum, & aliquot Appendices, breuitèr, & neruosè, quamque fieri potuit aptiſſima methodo, docetur, quidquid ad perdiſcendam linguam ſacram deſiderari poteſt. Excuſ. Herbipoli, an. 1688. in 8.

GASPAR LEDEBVHRIVS, de quo pag. 24. Adde:

Grammatica Hebræa. Excuſ. Lugd. Batau. an. 1640. in 8.

1110 GASPAR SANCTIVS natione Hiſpanus, patria Centumputeolanus, è Societate Ieſu Theologus, in Collegio Complutenſi ſacrarum literarum Interpres, elaborauit.

Commentaria cum Paraphraſi in ſacros Libros: tomis pluribus diſtincta, varijſque locis impreſſa, in quibus plura de literali textu Hebræo diſſerit.

1111 GASPAR SCIOPPIVS, Neagora Palatinus, edidit opuſculum inſcriptum

Mercurius quadrilinguis, id eſt Linguarum, ac nominatim Latinæ, Ger-

Digitized by Google

1113 GEORGIVS CHRYSOCOCCA, ſcripſit

Editionem, atque Expoſitionem Syntagmatis Canonum Aſtronomicorum Iudaicorum, quod Ἑξαπτέρυγον ſiue *Sexalare* inſcribitur, quia ipſi illi Canones Πτερὰ ſiue *Alæ* appellantur. Ipſa tituli verba Græca cum principio Procœmij ſunt hæc: Ἔκδοσις εἰς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον. Τῆς τῶν πλανομένων ἀστέρων φορᾶς ποικίλης γενούσης καὶ πολυειδοῦς, &c. Extat mſc. in Bibliotheca Cæſarea Cod. 129. & 131.

1114 GEORGIVS CROVSERVS, Eisfelda Francus, Eiſenbergenſis Eccleſiæ Paſtor, & ſuperint. Author heterodoxus inſcripſit ſuum Opus

Phoſphorus Græcarum vocum, & Phraſium Sacroſancti Noui Teſtamenti Theoretico-Practicus; hoc eſt, Obſeruationes Philologico-Theologicæ, Theoriæ & Praxi ſacræ inſeruientes, ex præcipuis Philologis, & Theologis, nec non varijs Lexicis, Commentarijs, Annotationibus, Scholiaſtis, Hypomnematibus, præcipuè collectæ, in vſum Eccleſiæ Miniſtrorum, & Sac. Theologiæ ſtudioſorum. Cum Indice Vocum, ac Phraſium Græcarum, Scripturæ Dictorum fuſius explicatorum, rerum maximè memorabilium, Radicum Hebraicarum citatarum, locupletiſſimo. Excuſ. Francofurti, & Lipſiæ ſumptibus Ioannis Theodori Fleiſcheri Bibliopolæ Ienenſis, an. 1676. in 4.

1115 GEORGIVS CRVCIGERVS, Marpurgenſis, ex Auctoribus, & ſubſcriptoribus Synodi Dordrechtanæ, Hæreticus primæ claſſis, edidit

Harmoniam Linguarum IV. Cardinalium, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, Ger-

interuallis diſiungatur à portu ſinus Atlantici Aſion gabero, è quo claſſis Salomonis nauigabat in Ophyram regionem, vt tanta locorum diſiunctio, cum tam diuturna trium annorum nauigatione, à ſacris literis commemorata, conuenire videatur. *Tertia* opinio eſt Raphaelis Volaterrani nonnullos arbitratos fuiſſe memorantis inſulam *Soſalam* in Oceano Æthiopico ſitam, (quæ nunc in ditione Portugalliæ Regum eſt) eſſe Ophyram. Idque Ludouicus quidam Venetus, in quadam ſua ab Vliſſipone in Indiam nauigatione, ſcripto ab eo prodita; ſibi affirmaſſe certos homines apud eandem inſulam in præſidio locatos dicit, ſed quibus in ea re parum fidei præſtitiſſet. His duabus opinionibus reiectis, ad primam ſe contulit Author, cui & Nos calculum noſtrum addimus. Et ſanè *Ophyram* regionem apud Indos eſſe, teſtatum reliquit *Flauius Ioſephus* diligentiſſimus, & exercitatiſſimus Antiquitatum Inueſtigator, & Scriptor, cuius hæc ſunt verba: *Habuit autem (*Salomonem intelligit*) ad ædificandas naues beneficio Regis Hiræ. Ipſe namque ei multos viros gubernatores, & in marinis rebus edoctos miſit; quos iuſſit nauigare cum diſpenſatoribus ſuis ad locum, qui olim Ophyra, nunc* Terra Aurea *nuncupatur (*eſt enim in India*) vt aurum deferrent, & colligentes quadraginta talenta ad Regem denuò ſunt reuerſi.* Vid. lib. 8. Antiquit. Iudaic. cap. 3. Conſule *Martinum Lipenium* in ſuo libello inſcripto *Nauigatio Salomonis Ophyritica*; & Supplementum Dictionarij Hiſtorici Gallicè editi, Verbo *Ophir*.

Digitized by Google

legum, *& ſtatutorum Ieſu Chriſti deciſas: The Good Ancient lauus and ſtatutes of King Ieſus Vindicated.* Excuſ. Londini, an. 1660. in 4. Et ex Anglico Latinè redditæ, ſunt ſequentes.

Quæſtio 1. *Vtrum homo peccati, ſiue Antichriſtus exiſtet, antequam Iſraelitæ Ciuitatem, & Templum reædificent?* Reſp. *Neg.*

Quæſt. 2. *Vtrum homo peccati Aſſyrianus erit?* Reſp. *affirm.*

Quæſt. 3. *Vtrum Iudæi redibunt, nouamque ciuitatem, & Templum à Tito Veſpaſiano deſtructum reædificabunt?* Reſp. *affirm.*

Quæſt. 4. *Num vlla natio Antichriſto non ſubiecta Iudæis ſub regno hominis peccati ſuccurret?* Reſp. *affirm.*

Quæſt. 5. *Num adueniente Chriſto Iudæi æquè ac credentes Gentiles mutabuntur, aut immortales fient, vel viuent longiorem vitam naturæ beneficio?* Reſp. *diſtinguo inter credentes, & nondum conuerſos. De Credentibus affirmatur. De cæteris negatur.*

Quæſt. 6. *Vtrum Chriſtus Iudæis dabit peculiarem legem, quam obedientes erga eum ſeruent, diſtincta à Lege Moſaica, vel Nouum Teſt. proponet?* Reſp. *Glorioſa Chriſti in nubibus apparitio erit medium conuerſionis domus Iſraeliticæ.*

Quæſt. 7. *Vtrum Chriſtus in monte Sionis Hieroſolymis regnabit, & iudicium in valle Ioſaphat exercebit?* Reſp. *affirm.*

Quæſt. 8. *Vtrum noua Hieroſolyma de Cælo deſcendens Chriſti & Sanctorum Regnum erit?* Reſp. *affirm.*

1119 GEORGIVS HORNIVS, emiſit in lucem

Diſ-

Germanicæ. Francofurti, an. 1616. in fol.

1116 GEORGIVS DRAVDIVS, Hæreticus Auguſtan. Confeſſ. ſcripſit

Dialogos VII. de Iacobo Patriarcha, & filijs eius vendentibus fratrem Ioſephum. Excuſ. Gieſſæ apud Hampelium, an. 1606. in 8.

Bibliothecam Claſſicam, ſiue Catalogum officinalem, in quo ſinguli ſingularum facultatum ac Profeſſionum libri, qui in quauis ferè lingua extant, quique intra Hominum ferè memoriam in publicum prodierunt, ſecundum artes, & diſciplinas earumque titulos, & locos communes; Authorumque cognomina ſingulis Claſſibus ſubnexa, ordine Alphabetico recenſentur; additiſque vbiuis loco, tempore, & forma impreſſionis, iuſta ſerie diſponuntur. Annexum eſt ſub finem Supplementum materiarum, quæ vel omninò Claſſes peculiares ſortitæ non ſunt, vel ab alijs præter eos qui ſingulis Claſſibus ſubiciuntur authoribus, tractantur. Excuſ. Francofurti apud Nicolaum Hoffmannum, an. 1611. in 4. Claſſes Authorum cum hac ſerie diſponuntur: *Lutherani, Caluiniani, Pontificij, Patres, Hebræi, Iuris Conſulti, Medici, Hiſtorici & Politici, Philoſophi & Poetæ, Muſici.*

1117 GEORGIVS GROSSEHAIN, ſcripſit

De Catholica Iudæorum conuerſione. Excuſ. Ienæ an. 1637. in 4.

1118 GEORGIVS HAMMON, Anglus, patria lingua ſcripſit

Queſtiones in vindicijs antiquarum

Digitized by Google

dicta ſunt. Cum verò *Iſaac Voſſius*, *Caſtigationes* ad præfatam *Diſſertationem* edidiſſet, ſcripſit *Georgius Hornius*

Defenſionem Diſſertationis de vera Ætate Mundi contra Caſtigationes Iſaaci Voſſij: qua Hebræa Biblia, eorumque Authentica, & incorrupta veritas contra obiectiones, ex LXX. Interpr. Samarit. Ioſepho, Chaldæis, Ægyptijs, Sinenſibus, aſſeruntur. Excuſ. ibidem apud eundem, & eodem anno. Ibi defendit nullum ſolæciſmum eſſe dicere initia Mundi ex Principijs Moſis demonſtranda: Linguam Hebræam rectè vocari authenticam, & originalem. Vindicatur Argumentum à prouidentia diuina petitum pro integritate textus Hebræi: Linguam Hebræam, & Samariticam non eſſe eandem, nec dialecto tantum diſcrepare, & literarum forma: De Samaritico Codice: Ioſephus an & quantum Hebraicè peritus; & an ſecutus ſit Chronologiam Hebræam, an LXX. Interpretum: Literas Samaritarum aliquot non multum diſcrepare ab Hebræis: Qua ætate Abel à Caino occiſus: An verſio LXX. Ptolemaica ſaltem librorum Moſis hodie extet? Cainanem expungendum eſſe è Veteri Teſtamento: Beroſum Cainanem ignoraſſe: Verſionem LXX. non fuiſſe diuinitus inſpiratam; & in plurimis aberrare à vero ſenſu vocabulorum Hebræi Codicis: Ex veritate Lectionum malè concludi corruptionem Codicum Vet. & Nou. Teſtam. Hebræorum; & Græcorum: Virum facere ætatem; non coniugium, aut ipſum generationis actum. Etiamſi probari poſſet verſionem Pentateuchi Græcam, quæ hodie etiamnum ex-

Diſſertationem de vera Ætate Mundi: qua ſententia illorum (maximè *Iſaaci Voſſij*) refellitur, qui ſtatuunt Natale Mundi tempus annis minimum 1440. vulgarem æram anticipare. Excuſ. Lugd. Batau. apud Ioannem Elſeuirium, & Petrum Leſſen, an. 1659. in 4. Diuiditur in quatuordecim Capita, in quorum I. oſtendit, Temporum rationem ex Hebræis Moſis Codicibus petendam, nec illos corruptos eſſe. II. Reijciuntur argumenta illorum, qui annos in Codd. Hebræis corruptos aſſerunt. III. Codices Græcos, & Samaritanos, itemque Ioſephum in annis corruptos eſſe, probatur. IV. Cainan ex LXX. Interpr. & Luca eraditur. V. Argumentum à proportione annorum vitæ & pubertatis denuò reijcitur. Defenditur numerus annorum qui ex Hebræis Codd. colligitur à diluuio vſque ad Abrahamum. VII. Defenditur tempus ſtructuræ turris Babylonicæ & diſperſionis gentium, ſecundum Codd. Hebræos. VIII. Probatur tempora Nini, Semiramidis, Regum Chaldæorum, & Arabum, Ægyptiorum, & Serum dynaſtias optimè conuenire cum annis Codd. Hebræorum. IX. Reijcitur numerus annorum, qui ex LXX. colligitur. X. Probatur annos Chaldęorum optimè conuenire cum Codicibus Hebræis. XI. Probatur Dynaſtias Ægyptiorum optimè conuenire cum Codd. Hebræis. XII. Probatur Serum antiquitates non infringere fidem Codd. Hebræorum Moſis. XIII. Probatur diluuio totum globum terreſtrem fuiſſe ſubmerſum. XIV. Repetuntur ſummatim quę pro antiqua Codd. Hebręorum, contra nouam LXX. Chronologiam,

Bibliotheca vetus, & noua, in qua Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Arabum, Perſarum, Ægyptiorum, Græcorum & Latinorum per vniuerſum terrarum orbem Scriptorum, Theologorum, Iċtorum, Medicorum, Philoſophorum, Hiſtoricorum, Geographorum, Philologorum, Oratorum, Poetarum &c. Patria, Ætas, Nomina, Libri, ſæpius etiam Eruditorum de ijs Elogia, Teſtimonia, & Iudicia ſumma diligentia ex quotidiana Authorum lectione deprompta à prima Mundi origine ad annū vſq; 1678. ordine Alphabetico digeſta, gratiſſima breuitate recēſentur, & exhibentur. Excuſ. Altdorfij typis Henrici Meyeri, an. 1678. in fol.

1123 GEORGIVS NIGRINIVS, Germanus, Battenburgenſis, Theol. & Poeta Luthero-Caluiniſta, ſcripſit

De Iudæorum honeſtate, & grauitate, Excuſ. Vrſellis, an. 1571.

1124 GEORGIVS PERISTERVS, inſtituit

Diſputationem inter Ethnicum, Iudæum, & Chriſtianum de Chriſto Deo homine nato.

1125 GEORGIVS RODENTAMVS, Germanus, edidit

De Accentuum Hebræorum Vſu Muſico, & Abuſu Hermeneutico. Ienæ, an. 1678. in 4.

1126 GEORGIVS STAMPELIVS, Germanus, Philolog. & Theol. Lutheranus Auguſtan. Confeſſ. emiſit Opuſculum inſcriptum

Siloh, ſiue Vaticinij Iacobi de Meſſia aduentu, regno, regioque equitatu, & ornatu &c. explicatio. Excuſ. Franco-

extat, illam ipſam eſſe genuinam LXX. Interpr. verſionem, quæ iuſſu Ptolomæi facta ſit; non tamen exinde ſequi Codices Hebræos tum in ſupputatione annorum, tum innumeris alijs in locis corruptos eſſe. Varios populos habuiſſe Noachum pro conditore, & primo Rege demonſtrat. Ad has *Hornij Defenſiones* ſcripſit *Iſaac Voſſius*, *Auctarium Caſtigationum*, contra quem *Hornius* iterum ſe defendit, ſcripſitque

Auctarium Defenſionis pro vera Ætate Mundi. Excuſ. ibid. eodem anno.

1120 GEORGIVS KONIG, Amberga Palatinus, Author heterodoxus, Altdorfi Theologiam profeſſus eſt, obijt an. 1654. & reliquit

Vindicias locorum Sacræ Scripturæ.

1121 GEORGIVS MAIOR, Germanus Theolog. Profeſſ. Wittemberg. Luther Auguſtan. Confeſſ. ſcribebat Wittembergæ, Argentorati, Magdeburgi, Pariſijs, Baſileæ, Tubingæ; cum omnia Opera prohibita ſint, potiſſimùm Theologica prohibentur. Recognouit

Pſalterium Dauidis iuxta tranſlationem veterem ad Hebraicam veritatem; nunc artificio breui rhetorico, & canendi modulis ad ſingulos Pſalmos adiectis, vnà cum canticis, hymnis, orationibus in ſingulos dies feſtos, excuſ. Argentorati, an. 1594. in 8. & Wittebergæ, an. 1596. in 12.

1122 GEORGIVS MATTHIAS KONIGIVS, Græc. Lingu. & Poeſ. in Academia Altdorfina Profeſſ. Publ. nec non Bibliothecarius, Author heterodoxus, inſcripſit ſuum Opus

Thomam Guarinum, an. 1577. in 8. vnà cum Chronico *Matthæi Beroaldi*. Diuiditur in quinque Libros. *Primo* agitur de Tempore; de Mundo, & hominis in hac Mundi ſtatione conſtituti officio; de partibus temporis, & primùm de horis; de diebus, eorumque differentijs; de ſeptimana, ſiue hebdomada; de menſibus Latinis, Hebraicis, Græcis, & Ægyptijs; de anno, & eius obſeruata ratione prophanis gentibus, & populo Dei. Qua ratione duodecim Lunares anni menſes dicantur eſſe, cum anno ſolari vtatur Scriptura Sacra, & menſibus Lunaribus. Item de veterum intercalandi ratione. *Secundo*, vnde temporum ſumantur in hiſtorijs exordia; de Olympiadibus, & Vrbis Romæ natalibus; de dicto Elianæ ſcholæ, ſex millibus annorum ſtabit mundus; de Temporum ſummaria partitione; de mundi origine, ſiue Coſmopœa, id eſt, mundi fabrica; de natura & rerum principijs, & de vocis naturæ varia ſignificatione; de Paradiſo, in quo variè eſt à multis erratum, non aſſequutis quæ in eius topographia proponuntur. *Tertio* deſcribitur tempus ab orbe condito ad diluuium, quod eſt annorum ſecundum ſuam ſententiam 1656. Tempus quod fluxit à diluuio ad promiſſionem factam Abrahamo, de benedicendis in eius ſemine gentibus, eſt annorum 427. Tempus à promiſſione facta Abrahamo vſque ad Legem à Deo promulgatam in Horeb, eſt annorum 430. Tempus quod ab exitu ſeu diſceſſu Iſraelitarum ex Ægypto fluxit, ad fundatum à Salomone Templum, eſt annorum 480. Tempus à fundato Salamonico Templo ad tranſmigrationem Babylonis, ſiue

coſurti apud Io: Thymiũ, an. 1610. in 8.

GEORGIVS WEIGAMMEIERVS, ſeu, WEIGEMMAIERVS, ſeu WEIGVNMEIERVS, ſeu WEIGAMMERVS, Theol. Philolog. Lutheran. Auguſtan. confeſſ. de quo pag. 54. Adde:

Inſtitutiones linguæ Hebraicæ per tabulas digeſtæ duobus libris. Excuſ. Wittebergæ, an. 1603. in fol.

1127 GEORGIVS WEITZELIVS, Danus, tractare incœpit

De Sabbatho Iudæorum, & *Chriſtianorum*. Vid. Bartholinus in Danis.

1128 GERARDVS IOANNES VOSSIVS, Ruremundanus, in Diœceſi Heidelbergenſis Paſtor, Eloquentiæ, & Chronologiæ Profeſſor, Hæreticus primæ claſſis, euulgauit

Diſſertationem Geminã; *vnã de Ieſu Chriſti Genealogia*; *alteram de annis, quibus natus, baptizatus, mortuus*. Excuſ. Amſtelodami apud Ioannem Blaou, an. 1643. in 4. Agitur de Genealogia Ieſu Chriſti ſecundum Matthæum; de Euangelio Matthæi Hebraico; de Genealogia Chriſti ſecundum Lucam, ex eorum mente, qui putant, ab eo Ioſephi genus referri, & eorum qui putant, ab eo Mariæ genus adferri. Item, quid Iudæi, Philoſophi Gentiles, ac Muhammedani tradunt de genere Ieſu; ac quatenus ea conciliari poſſunt cum Scripturis.

1129 GERARDVS MERCATOR, Rupelmundanus, exarauit

Chronologiam, *ſeu ſupputationem temporum* ab initio Mundi, & Eclipſibus & obſeruationibus Aſtronomicis, & ſacræ Scripturæ firmiſſimis teſtimonijs demonſtratam. Excuſ. Baſileæ per

Digitized by Google

Hæc Chronologia, vtpote à damnatis Authoribus ſumpta, prohibetur in Romano Indice, niſi emendetur. In Regnis verò Hiſpaniarum ſequenti expurgatione præmiſſa, permittitur. In prima operis inſcriptione, poſt illud *Beroaldo Authoribus*, adde, *Matthæo Beroaldo*, notam Authoris damnati, &c. In præfatione Matthæi Beroaldi in Chronicum ſuum, quæ incipit, *Chronologiam, non vt alij*, pag. 2. ſub initium, poſt illud, *à Calend. Ianuarijs ordimur*, dele vſque ad, *quam ijdem anni Domini*, excluſ. Pag. 5. verſus finem §. *Iam primus mundi*, poſt illud, *mundi finientur die*, dele vſque ad illud pag. ſequentis initio, *Alia ſunt adiuncta*, & poſt vocem, *Adiuncta*, dele vſque ad, *quale eſt familiarum*, excluſ.

Ex Chronologia Gerardi Mercatoris.

Pag. 32. ſub initium, §. *Iudicum tempora*, litera marginali T. poſt illud, *noſtra digeſtio quoque colligit*, dele vſque ad illud, *Cap. 2. Iudic. v. 18.* excluſ. Pag. 33. ſub initium eodem §. & litera, poſt illud *Cap. 6. v. 1. & 8. v. 28.* dele vſque ad, *Neque verò annos 18. Philiſthijm*, excluſ.

Ex Chronico Matthæi Beroaldi.

Lib. 2. cap. 7. §. *Reliquus eſt nobis*, p. 168. initio, poſt illud, *vocis interpretationem*, dele vſque ad, *Chus ſignificat eam regionem*, excluſ. Ibidem §. Chus ergo in Scriptura, p. 169. à medio, ibi, *Eam verò regionem malè, & perperam noſtri conuerterunt Ætiopiam*, ue ad captum Ioacim patrem Iechoniæ per Nabuchodonoſorem, eſt annorum 408. Tempus quod eſt à primo Nabuchodoſonoris anno, aut à captiuitate Ioacim patris Iechoniæ, & Danielis atque ſociorum eius, vſque ad annum primum monarchiæ Cyri, per quem à ſeruitute Babylonica liberatur populus Dei, eſt annorum 70. Tempus quod à Cyri maioris monarchia incipit, finiturque Domini noſtri Ieſu Chriſti morte pro nobis in cruce obita, quod hebdomadibus Danielis 70. continetur, eſt annorum 490. Tandem de Perſico imperio, & breui hebdomadum Danielis illuſtratione agitur. *Quarto*, de poſtremis, ſiue nouiſſimis temporibus, & eorum numerandorum vſurpata ratione varia; de Natali Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod conferendum eſſe putat in autumnale æquinoctium. Qua ratione ſit nobis annus ordinandus, & conſtituendus; de A. Er. A. Indictione, & Hegira; de emendatione prophanæ hiſtoriæ; de Gentium originibus, hoc eſt, quas terras occuparint poſteri Noë memorati *Cap. 10. Gen.* in quo cogitur demonſtrare variè eſſe erratum à Ioſepho, Euſebio, Hieronymo, & cæteris eorum authoritatem ſequutis. *Quinto* & vltimo continetur index Chronici perpetuus, ab orbe condito vſque ad noſtra tempora additis à mundo condito temporibus, item Patribus, Iudicibus & Regibus, à Scriptura commemoratis, & alijs rebus illuſtribus, quæ faciunt cùm ad ſacram, tùm prophanam hiſtoriam intelligendam, vno verbo notatis relictis vbique vacuis ſpatijs, in quibus quiſque pro ſtudij ſui ratione quæ volet annotare poterit.

Digitized by Google

dem pag. §. *Quum autem nos*, poſt illud, *Chriſti dicendum eſt*, dele vſque ad, *Agendum præterea eſt*, excluſ. Lib. 4. cap. 1. §. *Quod autem ad Eccleſiam* p. 357. ante medium, poſt illud, *Orbe condito iuſſerat Deus*, dele vſque ad finem §. Et ſequenti §. *Natum tamen Chriſtum*, eadem pagina ad medium, poſt illud, *Perſuaſum habent ferè omnes*, dele vſque ad finem capitis. Eodem lib. in titulo capitis 2. p. 357. poſt illud, *Ieſu Chriſti*, dele vſque ad finem tituli. Eodem lib. cap. 2. *Vt autem maximè*, pag. 360. in fine, poſt illud, *Vigeſimo quinto Decembris*, dele vſq; ad, §. *Sed ad diem Natalem*, excluſ. Eodem cap. §. *Antequam autem rem*, p. 364. ante medium, poſt illud, *Confeſſiumque perducamus*, dele vſque ad, *Ex recepta vulgo opinione*, excluſ. Deinde poſt illud, *Vnde ſit nata &c*, dele vſque ad, *Ex Luca ſit excepta*, excluſ. Eodem §. p. 365. ante medium poſt illud, *Vigeſima quinta Decembris menſis*, dele vſque ad finem §. Eodem cap. §. *Quod autem ad tempus*, eadem pagina, in fine, poſt illud, *Recepta interpretatione*, dele vſque ad, *Et primum quidem*, excluſ. initio p. 366. Eodem cap. §. *Quid verò mouerit*, p. 368. ante medium poſt illud, *Expiationum fieri licebat*, dele vſque ad, *Sed longe aliter res habet*, excluſ. Eodem cap. §. *Iam quod ad præſentem*, p. 369. in fine poſt illud, *Tardaret ipſe in Templo*, dele omnia vſque ad finem capitis, in p. 370. cap. 3. §. *Nobis autem, qui annos*, pag. 383. ante medium, dele ab initio §. incluſiuè, vſque ad, *Quamobrem cum Iulij Cæſaris*, excluſ.

 1130 GIL-

piam, dele, *malè &c. perperam*, & poſt vocem *Æthiopiam*, dele vſque ad, *Ita vicinos eſſe Paleſtinos*, excluſ. Et paulò poſt, ibi, *Chuſæi malè redditi per*, dele, *malè*. Eodem §. p. 170. ante medium, poſt illud, *Ita Regio Chus quam*, dele vſque ad, *ſint interpretati cum Græci*, excluſ. Et paulò inferius, ibi, *Chuſæum malè fuiſſe*, dele, *malè* Deinde, ibi, *Et Chus malè redditam*, dele, *malè*. Inſuper, ibi, *quum fuerit dicenda*, lege, & corrige, *quum etiam fuerit dicenda*. Ibidem §. *Cæterum vt labi fluuium*, pag. 172. à medio, poſt illud, *conſiti in Edene poteſt intelligi*, dele vſque ad, *Quæ ita fuiſſe vertenda*; excluſ. Lib. 3. cap. 2. titulo, *Ex duodecimo verò Geneſeos capite iſtud intelligitur*, §. *In hanc autem generis*, p. 183. in fine, poſt illud, *Ipſe genuit Sale*, dele vſque ad, *Decem autem tantum*, excluſ. initio, pag. 184. Eadem pag. ante medium, poſt illud, *Thare, Abraham*, dele vſque ad, *Ad hæc inſertum eſt vocabulum*, excluſ. Ibid. §. *Transfuſus eſt autem is*, pag. 185. à medio, poſt illud, *Hebræorum codicum veritatem*, dele omnia vſque ad, §. *Iam in ſingulorum Patriarcharum*, excluſ. qui eſt p. 187. Eodem lib. cap. 3. p. 198. initio, poſt illud, *&c repetere oportet*, dele vſque ad vocem Hebr. *Ieſhu*, excluſ. Eodem lib. cap. 8. §. *Hebræa autem hoc loco*, pag. 334. à medio, poſt illud, *Sacrificia deſitura*, dele vſque ad, *etiam id docent verba Hebraica*, excluſ. Eodem lib. & capite, §. *Hæc eſt quæ mihi quidem*, p. 343. ante medium ibi, *ſed ſuis electis*, dele, *electis*. Deindè, ibi, *ſed propter electos ſuos*, dele, *electos*. Et in fine eiuſ-

Digitized by Google

Excuſ. Hamburgi apud Gothifredum Schultzen, an. 1678. in 8.

1136 GREGORIVS SYRVS, Syriacè ſcripſit

Scholia in omnes vtriuſque Teſtamenti libros valdè ſuccincta. Eſt liber magnus in 4. titulumque gerit אוצר ראזא *Horreum ſecretorum*. Huius mentio apud Arnoldum Boot.

1137 GVILIELMVS LANGIVS, edidit

De Annis Chriſti libros duo. Primus varios variarum Gentium annos & tempora exponit: Secundus in duas diuiſus partes, priori Epochas nobiliores, quæ Chriſti Domini paſſionem antecedunt; poſteriori ipſum Dominicæ Natiuitatis & paſſionis tempus demonſtrat. Excuſ. Lugduni Batauorum, an. 1649. in 4. In primis intendit probare vulgarem Chriſti Epocham neque cum ſcripturis, neque cum antiquis patribus conuenire; in vſu communi ante quintum à nato Seruatore ſeculum non fuiſſe: ſed eius loco Faſt. Coſſ. Æram Hiſpanicam, Annos Alexandri, Diocletiani, aliorumque. Agens de duplici diei conſideratione, oſtendit Iudæos diem à veſpera inchoare; ita enim primum diem incipit Moſes dicens Gen. 1. ויהי ערב ויהי בקר יום אחד *Et fuit veſpera & mane dies vnus*. Hinc explicat quid ſit veſpera? & quotuplex ex ſententia R. Salomonis & R. Dauid Kimchi? Alia ſententia Aben Ezræ explicatur, & defenditur contra Scaligerum; priorum verò Rabbinorum opinio ex Ioſepho & Talmude illuſtratur. Diſtinctionem affert inter Mincham magnam & paruam; magna quæ incipiebat ab hora ſexta & dimidia, videlicèt ne feſtorum ſolemnita-

1130 GILBERTVS, Anglus, diſcipulus S. Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi, ſcripſit

Diſputationem dialogiſticam de fide Eccleſiæ contra Iudæos. Vid. Olearius in Abaco, pag. 179.

1131 GILBERTVS FILHOLIVS, Nealphæ veteris in Gallia Abbas, floruit an. 1560.

Hiſtoriam Regum Hebræorum latino carmine deſcribere aggreſſus eſt. Prodijt cum notis, & obſeruationibus Ægidij Gobini, Pariſijs, an. 1587.

1132 GODEFRIDVS MVLLERVS, ſcripſit

De Animalibus Biblicis. Excuſ. Wittebergæ, an. 1676. in 8.

1133 GREGORIVS XIII. P. M. antea Hugo Boncompagnus Bononienſis, confirmauit, & ſtatuit

Conſtitutionem Pauli IV. P. M. ne Medici Hebræi, vel infideles, ad curandos Chriſtianos infirmos admittantur. Dat. Romæ an. 1581. Pontificatus ſui an. 9.

1134 GREGORIVS GREGORII, Francus, edidit

Lexicon ſanctum ex ipſius ſac. Scripturæ explicationibus nominum propriorum, quæ in Hebræo Codice extant, concinnatum. Francofurti, an. 1634. in 8.

1135 GREGORIVS MICHAEL, Præpoſitus Regius Flenſburgenſis, Auctor heterodoxus, Latinè edidit, atque Notis ac Figuris illuſtrauit Opus Iacobi Gaffarelli, inſcriptum

Curioſitez inouyes, hoc eſt: *Curioſitates inauditæ de Figuris Perſarum Taliſmanicis, horoſcopo Patriarcharum, & characteribus Cœleſtibus*.

Digitized by Google

Iudæorum ; de annis Patriarcharum antediluuianorum, contra eos qui menſtruos fuiſſe exiſtimant. Explicat locum ex octauo Geneſeos, de diebus 40. queis aquæ ſuper terram præualuerunt, tam ex mente Iudæorum, quam ex propria ſententia, vbi aſſertio Scaligeri refellitur.

Diſputatur de anno Iudaico; Iudæos iuxta φάσιν Neomenias obſeruaſſe probatur; Scaligeri opinio de Callippica anni Iudaici forma examinatur; Ioſephus explicatur. Agit præterea Author de ieiunijs Iudæorum; de tempore captæ vrbis Hieroſolymorum à Pompeio, & charactere eiuſdem; de expeditione Antiochi Sidetis in Parthos, eiuſque vero tempore. Difficilimus Epiphanij locus Teſſaradecaëteride & Ogdoëcontateſſeraëteride Iudæorum explicatur: vbi hec Petauij ſententia examinatur. Animadu. ad Hær. 51. Alogor. p. 162. *Iudæi* inquit *Cyclum vſurpabant duplicem: maiorem ac minorem : hunc* 14. *illum* 84. *annorum. Ita in Teſſaradecaëteride, dies erant* 5108. *horæ* 4. *Anni Lunares* 14. *ſimplices dies colligunt* 4956. *Syzygias* 168. *alternis plenas & cauas, hoc eſt*, 84. *plenas, totidemque cauas. Accedunt embolimæ Syzygiæ plenæ* 5. *ſiue dies* 150. *Fiunt in Teſſaradecaëteride dies* 5106. *Syzygiæ plenæ* 89. *cauæ* 84. *Superſunt dies duæ, horæ quatuor. Reſeruatis horis in finem Cycli maioris, reliquum biduum, ad duas cauas Syzygias adiunctum, totidem è cauarum numero detrahit. Ita fiunt* 91. *plenæ, cauæ* 82. *in tota Teſſaradecaëteride dies* 5108. *Quod ſi quis embolimos menſes* 5. *ſingulos dierum dumtaxat* 29. *hor.* 12. *eſſe malit : adtates violarent*, & quia præceptum erat offerre Mincham בין ערבים inter duas veſperas; Mincha verò parua dicitur tempus ordinarium oblationis ſacrificij iugis : & eſt iuxta Magiſtros בתשעה ומחצה hora nona & dimidia, quod cum Ioſepho ex Talmude conuenire videtur. Concludit igitur tres veſperas apud Iudæos apparere. Prima Talmudicis incipit ab inclinatione vmbrarum, ſiue hora media prima : altera à media quarta : tertia ab occaſu ſolis. Vndè Talmudicorum & Carræorum in tertiæ veſperæ ac diei initio conſtituendo hæc eſt differentia, quod Talmudici ab occaſu ſolis diem incipiunt, ſicut Iudæorum minhagìm, imò praxis eorundem demonſtrat; Carræi non ab occaſu ſolis, ſed à fine crepuſculi incipiunt. *In aſſignando modum inueſtigandi horas inæquales*, oſtendit Iudæos, alioſque Orientales, horam in partes 1080. diuidere : cuius numeri auctorem faciunt Iſaſcharem. R. Scemuel apud Zachut in Iuchaſin fol. 40. כי יששכר עלה לרקיע והביא תת״ף חלקים *Quoniam Iſaſchar aſcendit in Cœlum, & deduxit* 1080. *partes*. Et has partes Aben Ezra ad caput 12. Exodi vocat חלקי ישראל *partes Iſraelis &c.* R. Adà poſtea diuiſit has partes in minores, vt quæuis milleſima octuageſima pars haberet minora ſcrupula 76. Vide de his Scaligerum Canonum Iſagogicarum lib. 3. cap. 5. &c. Modum verò conuertendi ſcrupula Iudaica in mathematica habes apud eundem Scaligerum de Emend. temporum lib. 1. & Canonum Iſagogicarum lib. 1. cap. 1. ad finem, vbi tabulam integram hac de re conſtruxit. Pergit deinde Langius diſſerere de Hebdomade

conuenire videatur: rationi tamen & Iudæorum aſſertionibus, ipſis denique Epiphanij verbis, manifeſte aduerſatur, vt probat Langius, qui deinde expendit rationem, cur Iudæi, temporibus Conſtantini, Paſcha ante æquinoctium celebrauerint. De octaeteride Iudaica Petiti & Voſſij opinio examinatur; vera ratio menſium Iudaicorum proponitur: vnà cum modo inueniendi ad quodlibet tempus Neomenias & plenilunia Iudaica tam iuxta Talmudicos quam Scripturarios; vbi R. Elias Scripturarius & R. Moſheh Maiemon emendantur.

Menſium nomina apud Iudæos eſſe Chaldaica probat ex Aben Ezra in cap. 12. Exodi, vbi inquit: ונכן ואייר וסיון וכל שמות החרשים אינם לשון קרש כי אם לשון כשדים על כן לא תמצא במקרא כתו׳ אחד מהם ולא בכל המקרא רק בנבואת חגי זכריה ודניאל ועזרא ומלגת אסתר שהיו בגולה וככה הפרוש בחודש הראשון שנקרא ניסן בלשון כשדים רק מצאנו בלשון הקדש שנקראו ג׳ חדשים בדרך אחרת ירח זו בירח האיתנים בירח בול *Cæterum Niſan, Iiar, Siuan, & reliqua menſium vocabula non Hebraica ſunt ſed Chaldaica. Ideo nullum horum in ſacris literis expreſſum legitur, præterquam in Zachariæ prophetia, Daniele, Ezra & volumine Eſther, qui libri in deportatione ſcripti ſunt. Et ad hunc modum interpretanda iſta ſunt. In menſe primo qui Chaldæorum lingua Niſan vocatur. Quanquam in Scriptura tres menſes occurrunt diuerſis nominibus appellati, Menſis Ziu; In menſe Æthanim; In menſe Bul*. Inſuper agit de anno Intercalari, vbi aſſignat tres cauſas intercalationis. Abib. Cochi de Tekuphà opinio

dat ad 4956. dies 147. hor. 12. colliguntur dies 5103. hor. 12. quę è 5108. hor. 4. detracta, relinquunt dies 4. hor. 16. è quibus 12. horæ deductæ, & ad vltimam intercalarem Syzygiam, quam dierum 29. hor. 12. eſſe ſtatuimus, accedentes, plenam illam efficiunt. Tum verò quatuor illi dies è cauis Syzygis totidem plenas conſtituunt. Vnde plenæ Syzygiæ conflantur 91. cauæ 82. vt antea. Reſtant horæ 4. Cæterùm anni Iuliani 14. dies exigunt 5113. horas 12. Lunarem igitur Teſſaradecaëteridem Solaris ſuperat diebus 5. hor. 8. Sed Teſſaradecaëterides Lunares 6. ſiue anni 84. dies colligunt 40679. (lege 30679.) *Solares verò totidem dies 40681.* (lege 30681.) *Biduum ergo deeſt Ogdoëcontateſſaraeteridi Lunari, ad Solis rationes adipiſcendas*. Et poſtea: *At enim orbis hic annorum 84. abeſt à ſolari ratiocinio biduo integro, à Lunari verò plus triduo. Nam Iuliani 84. anni dies conficiunt 40681.* (lege 30681.) *Lunares verò ſecundum medios motus 40682.* (lege 30682. *hor. 6. 51. Deſunt itaque Ogdoecontateſſaraeteridi Iudaicæ dies 3. horæ 7. Sanè, Iudæis in hoc annorum circuitu, cum Lunarium Neomeniarum* ἀποκατάστασιν *fieri, tum Solem cum Luna paria facere, perſuaſum eſſe oportuit. Alioquin nullam Cycli huius inſtituendi cauſam habuiſſent. Quare tam in Solaris anni quàm Lunaris modo definiendo aberraſſe neceſſe eſt ab vtriuſque rationibus: & Lunarem quidem dierum 354. horarum 8. præcisè conſtituiſſe: Solarem verò dierum 365. hor. 5. &c.* Sed quamuis explicatio hæc menti Epiphanij in anticipatione bidui

Digitized by Google

da adhibitis . 3. De Templi, Tentorijque ſacri propria natura, ac ratione. 4. De ſacrorum miniſtris. 5. De conſecratione Sacerdotum. 6. De vitæ, corporis, familiæque honeſtate in Sacerdotibus Aaronicis poſtulata. 7. De Leuitis. 8. Quid & quotuplex ſit Sacrificium, ad Hebræorum ſenſum docetur. 9. De Victimarum delectu apud Iudæos habito. 10. Proponuntur omnia Victimarum genera Lege Moſaica deſignata, vbi de holocauſtis ſpeciatim agitur. 11. De Sacrificijs ſalutaribus, & eis quæ ad ſaluatoria aliquo modo referri poſſunt, qualia erant, quæ Primogenitorum & Decimarum nomine facta erant. 12. De Sacrificijs piacularibus חטאות appellatis. 13. De Sacrificijs piacularibus אשמות dictis; itemque de Sacrificio Paſchali. 14. De Sacrificijs totius cœtus Iſraelitici. 15. De ritibus quibuſdam Sacrificalibus, præſertim de Oblatione, & agitatione Victimarum, manibuſque earum capitibus imponendis, precibuſque ei ritui adiunctis. 16. De mactatione Victimarum: de aſperſione ſanguinis: de pellium detractione, rituque quo victimæ proſecandæ erant: 17. De Victimis comedendis, & extra Caſtra comburendis. 18. Quæ typi ſacri ratio ac vis ſit, explicatur; & quæ Sacrificia Iudæorum Sacrificij Chriſti typi præcipui extiterunt. 19. Probatur omnium Sacrificiorum vim non circa homines, ſed circa Deum primò, ac propriè verſatum fuiſſe. 20. Oſtenditur Iudæos Sacrificia ſua circa Deum verſari iudicaſſe; Genteſque prophanas ſua quoque circa Deos ſuos; quibus etiam additur Chriſtianorum eiſdem de Religionibus iudicium.

nio examinatur; cauſa & tempus intercalationis ordinariæ & extraordinariæ aſſignatur; Gemarà Talmudica emendatur; Epocha anni Iudaici, vnà cum Iudaicorum annorum methodus oſtenditur. Annum Chaldæorum antiquum & ciuilem fuiſſe plane Iudaicum demonſtratur. Menſes enim à viſione; annus à meſſe incipiebat; idque ex Ptolomæo probatur.

Chriſtiani hominis felicitatem oſtendit; vbi ex temporum doctrina feliciſſimè, ac validiſſimè & Gentiles, & Iudæos refutat. Mundum non Autumno, ſed Vere fuiſſe creatum, contra Scaligerum & Petauium demonſtrat. Aſſignat tempus quo Iudæi iuxta Paraſciòth legē in Sabbathis prælegere cœperint. Agit præterea de fœdere Dei cum hominibus antediluuianis, vbi explicat quid ſint filij Dei *Gen. 6.*? Plura etiam diſquirit de annis Patriarcharum; de anno Natiuitatis, & Paſſionis Chriſti Domini, aliaque huiuſmodi.

1138 GVILIELMVS OVTRAMVS, Anglus, S.T.P. Eccleſiæ S. Petri apud Weſtmonaſterienſes Canonicus, Author heterodoxus, elucubrauit

De Sacrificijs Libb. II. quorum altero explicantur omnia Iudæorum nonnulla Gentium prophanarum Sacrificia: Altero Sacrificium Chriſti. Vtroque Eccleſiæ Catholicæ his de rebus ſententia contra Fauſtum Socinum, eiuſque ſectatores defenditur. Excuſ. Londini an. 1677. in 4. Liber *Primus* complectitur Capita XX. videlicèt: 1. Exponuntur duo ſanctitatis genera Deo, aliquibuſque alijs tributa; & quæ de ſacrificiorum origine vltrò citroque diſputari ſolent. 2. De locis ad ſacrificia facien-

Digitized by Google

ad ſuas proprias radices, & radicum coniugationes, tempora, & perſonas &c. reductarum. Et præterea, ad initium vniuſcuiuſque literæ Alphabeti, & ad initium quarumuis duarum literarum, ſi ex tribus literis radicalibus, vnica tantum ſuperſit, vel ſi duæ tantum radicales, abiectis literis ſeruilibus remaneant; interſeruntur Regulæ generales indicantes quænam ſint radices, à quibus huiuſmodi voces, vnica vel duabus ex tribus radicalibus, deficientes, deduci poſſunt. Sicut etiam ad initium cuiuſuis Alphabeti literæ, verſus aliquis Hebræo-Textualis, & interdum duo, vel tres, abſque punctis vocalibus deſcribuntur; vt ſint loco ſpeciminis ad lectionem Hebræo-Biblicam, ſine punctis vocalibus. II. Succinctum, & planum Compendium Accentuationis, tam Proſaicæ, quam Metricæ Hebræo-Biblicæ regularis; quæ ante viros eruditos, *Ledeburium*, *&* *DD. Waſmuth*, parum & paucis admodum, in orbe literato Chriſtiano, vel Iudaico, innotuit. III. Grammatica elucidatio doctrinæ *De formatione Verborum Hebraicorum*, *tam perfectorum*, *quam imperfectorum*, cum eorum etiam paradigmate: ex qua, Grammatices Hebrææ difficillimæ partis, illuſtratione faciliſ, & perſpicua, non ſolum per Regulas, ſed Regularum rationes etiam indicatas, explicata, multò planiùs, & faciliùs edoceri, & ediſci poteſt tota Grammatica Hebræa; vt pleniùs declaratur poſt Tractatum *De formatione Verborum Hebraicorum*. IV. Denique ſubiunguntur ſententiæ 32. Hebraicæ, praxeos loco, ad Textum Hebræo-Biblicum, & ad voces ipſius difficiliores, ſeu

cium. 21. Oſtenditur quid ſit pœna vicaria, eamque piacularibus hoſtijs irrogatam eſſe. 22. Piaculares victimas, peccata, de quibus immolabantur, pœna vicaria expiaſſe, veterum Chriſtianorum, & Iudæorum perinde ac Gentium prophanarum ſententiam fuiſſe, demonſtratur. Liber *ſecundus* continet Capita VII. nempè: 1. Oſtenditur Sacerdotij Chriſti generale munus, & ordo, ac denique quibus præcipuè rebus Chriſtus ad Sacerdotium ſacratus erat. 2. Sacras literas Sacerdotium propriè dictum Chriſtum tribuere, demonſtratur. 3. Oſtenditur cuius generis ſit Sacrificium Chriſti, & quibus rebus contineatur. 4. De obedientiæ illius vi, quam Chriſtus ſe ſe ad mortem offerens Deo præſtitit. 5. De morte Chriſti; ijſque ſacræ Scripturæ locis, quibus morti eius pœnæ vicariæ ratio tribuitur. 6. De ijs ſacræ Scripturæ locis, in quibus de expiatione agitur morte Chriſti facta. 7. De eâ oblatione, qua ſe Chriſtus vt victimam piacularem pro peccatis noſtris ante cæſam, Deo in Cœlo offerebat; vbi Chriſtum illud præſtitiſſe ita erga nos affectum, vt & nos ad noſtra generatim, & ſpeciatim preces noſtras Deo continuò commendauerit, multis argumentis docetur, & vera etiam explicatur interceſſionis eius ratio.

1139 GVILIELMVS ROBERTSON, Anglus, Author heterod. edidit קמץ לשון הקדש והלמודים *Kòmetz leſciòn bakkòdeſc vehalimudìm*, hoc eſt, *Manipulus Linguæ Sanctæ*, *&* *Eruditorum*; in quo quaſi manipulatim congregantur ſequentia: I. Index generalis difficiliorum vocum Hebræo-Biblicarum, irregularium, & defectiuarum,

qua illuſtrior ſacroſancti Nominis *Mariæ* explanatio procedit, & de diſquiſitione myſteriorum ſanctiſſimi Nominis *Mariæ*, per tertiam ſpeciem melioris Cabalæ, quæ dicitur תשומת *Theſciumeth*, ſiue *Tranſpoſitiua*.

1141 HENRICVS BEBELIVS, Iuſtinoenſis edidit

De Accentibus Hebraicarum dictionum. Argentorati, an. 1613.

1142 HENRICVS BVLLINGERVS, Heluetius, Paſtor Tigurinus, Caluino-Zuinglianus, Hæreticus primæ claſſis, emiſit

Concionem, in qua probat Ieſum Chriſtum eſſe verum Meſſiam. Excuſ. an. 1552.

HENRICVS DECIMATOR, Giffhornenſis, Germanus, Philologus, Lutheranus, de quo pag. 69. Adde:

Theſaurus ſex linguarum, Roman. Græc. Hebr. Gall. Ital. German. Excuſ. Magdeburgi, an. 1605. in fol.

HENRICVS DIESTIVS, de quo pag. 69. Adde:

Clauis Linguæ Sanctæ. Excuſ. Amſtelodami, an. 1669. in 8.

1143 HENRICVS GVNTHERVS, edidit

De varijs Siclis, & Talentis Hebræorum. Erfurti, an. 1676. in 4.

1144 HENRICVS HORCHIVS, SS. Th. D. & Eccleſiæ Reform. quæ eſt Francofurti ad Mœnum, Paſtor (verius diceret, Mercenarius) Hæreticus primæ claſis, typis euulgauit Opuſculum cum hac inſcriptione

כתונת שקר ומנחת און ſeu (vt impiè vertit, aut explicat) *Sacerdotium Romanum vnà cum eius Sacrificio, ex Characteribus Ordinum Aharonici, & Melchi-*

ſeu anomalas, & defectiuas, in Indice generali comprehenſas; quæ voces omnes, cum omnibus etiam alijs vocibus in Hebræo-Textu, & cum locis Hebræi Textus, vbi reperiuntur, in ſolo Lexico Concordantiali Hebræo-Biblico, impenſis *Georgij Sauubridge*, Armigeri, Londini nuper edito, Grammaticè, ſub radicibus ſuis explicatæ, continentur. Excuſ. Cantabrigiæ typis Ioannis Hayes Typographi Academici, anno 1683. in 8. Proſtant verò venales Londini ad inſigne Bibliorũ. Edidit præterea

Theſaurum Linguæ Sanctæ, ſiue Concordantiale Lexicon Hebræo-Latino-Biblicum; in quo Lexica Hebraica omnia hucuſq; edita ſuccinctè exhibentur, vnà cum Concordantijs Hebraicis. Excuſ. Londini, an. 1686. in 4.

H

1140 HADRIANVS LYRÆVS, Antuerpienſis, è Societate Ieſu, elucubrauit opus inſcriptum

Triſagion Marianum, ſiue trium Mundi ordinum Cœleſtium, Terreſtrium, & Infernorum, cultus, pietas, & adoratio ter ſancto nomini Mariæ vindicata &c. Excuſ. Antuerpiæ apud Ioannem, & Iacobum Meurſios, an. 1648. in fol. Agit in eo de inueſtigatione Myſteriorũ Sanctiſſimi Nominis *Mariæ*, iuxta verioris Cabalæ Iudaicæ doctrinam, ac primùm de קריאת ראשי תבות *Kariàth raſcè theuòth*, quæ prima eius ſpecies eſt; de inquiſitione myſteriorum ſanctiſſimi Nominis *Mariæ* per ſecundam ſpeciem ſanioris Cabalæ, quæ dicitur גמטריא *Gematria*; de Nominum Iσοψηφία ſpectante ad גמטריא, ex

Digitized by Google

Exercitationes Sacras de Scriptura Vet. & Nou. Teſtamenti. An. 1665.

HENRICVS OPITIVS, de quo pag. 69. Adde:

Biblia parua Hebræo-Latina, in quibus dicta inſigniora omnia Sacræ Scripturæ continentur. Excuſ. Hamburgi, an. 1673. in 12.

Chaldaiſmus Targumico-Rabbinicus. Excuſ. Kiloni, an. 1682. in 4.

1147 HENRICVS PHILIPPI, natione Belga, patria Luxemburgenſis, in vicinia S. Huberti, Societatem Ieſu anno 1597. ingreſſus, quem tantum in doctrina profeciſſe refert Ribadeneira, vt Sac. Theologiæ Doctor, Philoſophiam, Theologiam ſcholaſticam, & ſacras Literas in Vniuerſitatibus Græcenſi, Viennenſi, Pragenſi, profeſſus ſit. Edidit

Chronologias Veteris Teſtamenti, Coloniæ Agrippinæ, an. 1637. in 4. Plures interſerit Quæſtiones, & primò quærit, Qua parte anni mundus ſit conditus? Plerique Hebræorum, vt R. Eliezer, R. Abraham & alij, mundum Autumno creatum eſſe arbitrantur, eiuſdemque opinionis fuerunt Abulenſis Gen. 1. q. 21. & Defenſ. p. 1. cap. 14. Arias Montanus de ſæculis. Picus Mirandulanus lib. 7. adu. Aſtron. cap. 6. Serarius Ioſue 5. q. 27. Petauius de doctrina temporum tom. 2. lib. 9. cap. 6. Fauet etiam Lyranus Gen. 7. lit. d. Quam ſententiam probabilioribus ſtabiliri argumentis ait Torniellus, die 6. ſub finem. Longè tamen plures ſunt authores, qui & Sacræ Scripturæ infallibilem authoritatem reuerentur, & Veris nihilominus amænitatem creationi orbi conſecrant. *Per Solem quatuor an-*

ſedeciani, intimaque Sacrificiorum indole, vt & Hebræorum monumentis more Geometrico Νοθείας *conuictum, vt ſimul Epiſtola ad Hebræos, in quantum de Sacerdotio agit, in Principia Mathematica reſoluatur, atque Quæſt. LXXX. Catech. Palat. ab impacta calumnia liberetur*. Excuſ. Amſtelodami, an. 1690. in 8. Impius hic libellus vix Latij Ianuas conſpexit, cum vt par eſt, damnatus fuit per Decretum Sac. Cong. Indic. die 29. Nouembris eiuſdem anni, publicatum. Sanè quiuis Hebraicè peritus verba Hebraica in prima libri inſcriptione poſita כהונת שקר ומנחת און ſic vertiſſet, *Sacerdotium mendacij, & Sacrificium iniquitatis*. Sed quia totus blateronis *Reformati* ſcopus eſt, Sacerdotium Romanum, vnà cum eius Sacrificio delere, ideò ſupradicto modo expoſuit, vt in opere ipſo probare contendit, tam inanibus tamen rationibus, omnique prorſus fundamento deſtitutis, vt ſibi ipſi contradicere, ac tela in ſe retorta accipere videatur. Neque confutatione indiget, cum iam à doctiſſimis Viris, *Bellarmino* præſertim, *Grauina*, & *Redingo* ſint adeò hæ Lutheranorum, & Caluiniſtarum blaſphemiæ ad terram deiectæ, vt Catholica veritas ipſo Sole clarior appareat.

1145 HENRICVS HVSANVS, Germanus, Philologus, & Poeta, Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, exarauit opuſculum inſcriptum

Pentateuchus Horarum ſubceſiuarum, ſcilicèt, Imaginum Moſaicarum libri duo. Excuſ. Roſtochij, an. 1580. in 4.

1146 HENRICVS KIPPINGVS, edidit

Digitized by Google

tiam tenent Patres Concilij Cæſarienſis tempore Victoris Papæ congregati, vt refert Beda tom. 1. lib. de ſex ætatibus: Cyrillus Ieroſolym. cathecheſi 14. S. Auguſtinus, Elias Cretenſis, Irenæus, Athanaſius, Iſidorus, Iunilius, Strabus, Rabanus, Gloſſa interlinealis Gen 35. Gaudentius Brixinenſis tract. 1. in Exodum, Aponius, Salius, Hilarion, Albinus, Beda, Ado, Rupertus, Hugo, Comeſtor, Marianus Scotus, Rabbi Ioſue apud Lyranum, Geneſ. 7. quem etiam citat & ſequitur Foroſempronienſis. His aſſentiuntur Martinengus in ſua magna Gloſſa, Salianus, Molina, Caietanus, & alij. Quibus opinionibus ab Authore conſideratis, libentius eorum rationibus ſubſcribit qui mundi creationem Vere factam autumant; cæteras verò opiniones debiliſſimis argumentis niti demonſtrat. Celebrem deinde introducit Quæſtionem: Quot annis videlicet Mundi creatió Aeram Chriſti vulgarem præceſſerit; & examinatis variorum Chronologorum ſupputationibus, quatuor potiſſimum Æras hìc conſiderandas proponit: 1. Æra Chriſti vulgaris, ſiue Dionyſiana. 2. Mundi Græca, quæ Conſtantinopolitana dicitur. 3. Periodi Iulianæ. 4. Æra mundi Iudaica. Agit præthereà de annis decem Patriarcharum, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathuſalæ, Lamech, Noë: ac in primis quæritur, quot annos vixerit Adam ante generationem Sethi, quot annis Sethus generationem filij ſui Enos præceſſerit, & ſic de alijs, qui Cap. 5. Geneſeos recenſentur. Nam quo ad horum annorum numerum editionem Vulgatam Latinam, & Para-

annorum conuerſiones conſtituuntur, quarum prima verna eſt in qua Deus res vniuerſas condidit, idque ex eo conſtat, quod nunc quoque flores germinent. Ita S. Ioannes Damaſcenus lib. de fide Orthod. cap. 7. Idem ſentit Theodoretus in Exodum q. 72. vbi reddit cauſam, cur Deus voluerit Tabernaculum erigi, primi menſis initio, his verbis: *Propterea quod eodem ferè tempore creaturas condidit, cuius rei fidem facit arborum germinatio. Germinet* inquit *terra herbam virentem*. S. Ambroſius lib. 2. Hexa. cap. 4. *In hoc ergo principio menſium Cœlum & terram fecit, quo inde mundi capi oportebat exordium, vbi erat oportuna omnibus verna temperies. Vnde & annus mundi naſcentis imaginem expreſſit, vt poſt bibernas glacies & biemales caligines ſerenior ſolito verni temporis ſplendor eluceat, &c. Ergo, vt oſtenderet Scriptura veris tempora in conſtitutione mundi, ait: menſis hic vobis initium menſium, primus eſt vobis in menſibus anni; primum menſem vernum tempus appellans*. Idem innuit S. Gregor. Nazianz. Oratione 42. & clarius Nicetas in eum locum, dum ait: Menſis igitur Paſchatis, qui apud Ægyptios Pharmuthi, apud Macedones Xanticus, apud Hebræos Niſan, apud Romanos Martius vocatur, hic primus in menſibus introducitur atque decernitur ac principium menſium anni, fortaſſe quod inde à principio primus ordine erat. Arcanus enim apud Hebræos ſermo eſt, hoc tempus eſſe quo Deus vniuerſam rerum molem condidit. Vernum porrò hoc tempus eſt, quo terra quoque herbas profert. Hanc ſenten-

Digitized by Google

Hebræum, aut Græcum abſolutè falſitatis non condemnat. Licèt enim noſtra editio nihil contineat, quod aut ſacræ fidei, aut bonis moribus, aut apertæ veritati repugnet, & Tridentinum ſeſſ. 4. decernat, vt hæc pro authentica habeatur; & vt nemo illam reijcere quouis prætextu audeat, vel præſumat: non videtur tamen eſſe contra mentem Concilij, ſi quis ſuſpicetur, eam editionem necdum ita plenè eſſe correctam, quin adhuc aliqua loca minoris momenti perfectius limari & corrigi poſſint, vt notat Bonfrerius in præloquijs cap. 15. ſect. 3. & confirmat authoritate Andreæ Vegæ, qui eidem Concilio interfuit, & Marcelli II. qui antequam ad Pontificatum eueheretur, in illa Synodo Præſes fuerat. Hoc modo Author percurrit vniuerſum Teſtamentum vetus, curioſas vtileſque identidem interſerens Quæſtiones. Edidit præterea

Tractatum de Olympiadibus. Ibid. eodem anno. Vbi oſtendit, quomodo Epactæ ad Periodum Iulianam, Æram Mundi Græcam & Iudaicam, annos Regni Græcorum, & SS. Martyrum applicandæ ſint.

Generalem Synopſim Sacrorum temporum. Ibid. an. 1624. in 4.

Manuale Chronologicum Veteris Teſtamenti. Ibid. an. 1635. in 8.

Notas & Quæſtiones Chronologicas in Pentateuchum, & in Prophetas Maiores & Minores. Ibid. an. 1636.

Tabulas annorum expanſorum; iuxta quas orbis putatur conditus, anno ante Chriſti vulgarem epocham, 4040. Has Tabulas tribus potiſſimùm de cauſis ad Notas & Quæſtiones Chronologicas adiecit; 1. quia poſt editionem Synophraſim Chaldaicam, ſiue Targum Onkelij cum fonte Hebræo, pro vt ad noſtra tempora defluxit, conſentire: Codices verò LXX. Interpretum, neque inter ſe vbique, neque cum Hebræis conuenire, demonſtrat.

Peculiarem Quæſtionem inſtituit de varia Chronotaxi diluuij, donec Arca quieſceret, vbi multa diligenter notat, quia in Hebræo, & Latino textu ſignatur initium diluuij die 17. menſis ſecundi; in Græco 27. eiuſdem. At verò quietem Arcæ in montibus Armeniæ, Hebræus 17. menſis ſeptimi: Latinus & Græcus 27. eiuſdem ſignant. Tempus ergo, quod ab ineunte pluuia elapſum eſt antequam Arca reſideret; Hebræus à 17. ſecundi, ad 17. ſeptimi menſis extendit: Græcus à 27. ſecundi ad 27. ſeptimi porrigit. Atque ita Latinus de initio diluuij pugnat cum Græco, conuenit cum Hebræo: de tempore verò quo Arca requieuit, ab Hebræo diſſentit; Græco ſubſcribit. Decem igitur dies addit Latinus ad rationes Hebræi & Græci: ſiquidem 10. diebus citius quam LXX. diluuium inchoat; diebus itidem 10. tardius Arcæ quietem tribuit, quam fons Hebræus. His animaduerſis 24. modos excogitari poſſe oſtendit, quibus tempus, quo aquæ diluuij decreſcere cœperunt comparari poteſt, cum eo die, quo Arca montibus inſediſſe dicitur. Octo modi deſumuntur ex Hebræo textu, totidem è Græco, è Latino totidem. Hinc ſine ambagibus exiſtimat in Chronotaxi diluuij textum Latinum, Hebræo & Græco præferendum eſſe: quia plus operæ impendit Eccleſia in hoc, quàm illis corrigendis & limandis: textum tamen

Digitized by Google

delbergenſis Profeſſor, Medicus, Poeta, & Philologus, Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Iuuenilia Sacra Regum Iudaicorum Libb. 3. Excuſ. Heidelbergæ, an. 1594. in 8.

1153 HENRICVS WEGHORST, ſcripſit

De vero Dei cultu, & adoratione tam Sabæorum quam Iudæorum, anno 1672.

1154 HERMANNVS NICOLAI, Zelandus, obijt an. 1629. Inſtituit

Comparationem linguæ Aramææ cum Hebræa.

HERMANNVS RENNECHERVS, Germanus, Theolog. & Polilog. Caluino-Zuinglian. Hæreticus primæ claſſis, de quo pag. 70. Adde:

Oratio de Linguæ Sanctæ veneranda antiquitate, & dignitate. Excuſ. Wittebergæ, an. 1591.

1155 HERMANNVS DE SCHILDIS, Ord. Fratrum Eremit. S. Auguſtini, ſcripſit

De XLII. Manſionibus librum vnum.

1156 HERMANNVS WITSIVS, Vltraiectinæ Academiæ Theologus, typis euulgauit Opus inſcriptum

Ægyptiaca, & Δεκάφυλον, ſiue de Ægyptiacorum ſacrorum cum Hebraicis collatione libri tres, & de decem Tribubus Iſraelis liber ſingularis. Acceſſit *Diatribe de Legione fulminatrice Chriſtianorum ſub Imp. M. A. Antonino.* Amſtelodami apud Gerh. Borſtium, an. 1683. in 4. In hoc opere contra *Ioannem Spencerum*, & *Marſhamum* agit; hincque fit, vt primum nopſeos multa illi occurrerunt ad hoſce annos illuſtrandos idonea, quæ ante non incidebant; 2. in Synopſi eorum rationes ſequebatur, qui Cyro Monarchæ ſeptennium tribuunt, poſtea verò rebus accuratius conſideratis longè probabilius exiſtimauit Cyrum Babylonijs imperaſſe nouennium. Denique paulò diligentius nomina Conſulum ſuis annis hìc inſcripſit, quam in Synopſi.

1148 HENRICVS PHILIPPVS HERVARTVS, edidit

Introductionem ad Lectionem Biblicam Hebraicam. Francofurti, anno 1677. in 8.

1149 HENRICVS SAMERIVS, Luxemburgenſis, Societatis Ieſu Sodalis, Hiſtoriæ omnis, & præſertim Eccleſiaſticæ peritiſſimus, obijt an. 1610. ſtruxitque

Chronologiam Sacram ab Orbe condito vſque ad Chriſtum natum. Confutatis multorum ad hanc diem calculis. Excuſ. Antuerpiæ typis Hieronymi Verduſſen, an. 1608. in fol. Vid. Suuertius pag. 336.

1150 HENRICVS SCHAENIVS, edidit

Diſſertationes V. Philologicas. I. De origine linguarum, & lingua primogenia; II. De confuſione linguarum; III. De immutatione linguarum; IV. De eo an linguæ ſint à natura Prior; V. An linguæ ſint à natura altera. Stetini, an. 1652. in 4.

1151 HENRICVS SCHROTERN, Germanus, exarauit Opuſculum inſcriptum

Deliciæ Iudaicæ.

1152 HENRICVS SMETIVS à Leda, Flander, patria Aloſtanus, Hei-

Digitized by Google

ficillimo, indomitam populi ferociam ſubigeret; 2. vt veluti pariete intergerino, à cæteris gentibus, & potiſſimùm Ægyptijs, à quibus & Cananæis, ad quos veniebant, ſciungeret; 3. & maximè, vt rerum ſpiritualium figuræ, atque vmbræ eſſent.

Eiuſdem aliud opuſculum inſcriptum *Iudæus Chriſtianizans*, excuſ. Vltraiecti in 12.

1157 HIERONYMVS AVIANVS, Thuringus, Profeſſor Baſilienſis, Theol. & Polil. Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, edidit

Clauem Poeſeos ſacræ, trium principalium linguarum Orientalium, Hebrææ, Chaldæę, ac Syræ &c. tribus Tomis diſtinctam. Lipſiæ, an. 1627. Permittitur in Hiſpania, cum ſequenti expurgatione, videlicet: Initio præfige *Hieronymo Auiano*, notam Authoris damnati, ſimul cum permiſſione, & expurgatione operis. Et præterea vbi dicitur, *Ex authenticis Buxtorfij, Crineſij, & Troſtij*, adde, *Auctorum damnatorum*. Tom. 1. fol. 2. in inſcriptione dedicationis Matthię Hoe, adde, *Damnatæ memoriæ*. Fol. 13. incipit Epiſtola Ioannis Buxtorfij Profeſſoris Baſilienſis, cui adhibe notam, *Auctoris damnati*, ſicut & ſequenti, *Hieronymo Auiano*. Sequitur deinde Epiſtola *Ioannis Zechendorff*, Scholæ Cygneæ Rectoris, cui ſimiliter appone notam *Auctoris damnati*, & in vltimo *Chriſtophori Crineſij*, adde, *Auctoris damnati*. In 2. Tomo ſequitur. *Omiopota linguæ Chaldææ*, quæ incipiunt à pag. 433. Et in 3. *Omiopota linguæ Syriacæ*, in cuius præfatiuncula ad finem, dele immodicum Elogium *Buxtor-*

mum librum in exponenda aduerſariorum ſententia totum extendat, ſuamque in ſecundo, tertio exhibens & comprobans, ſequentibus ſeptem theſibus comprehenſam. I. Ex prauis Ægyptiorum moribus, ſuperſtitione, atque idololatria multa quidem Iſraelitæ tranſumpſerunt: ſed & ſimilia ab alijs vicinis populis mutuati ſunt: neque ab Ægyptijs ea omnia, quæ nonnulli ijs vti primis inuentoribus adſcripſerunt. II. In dogmatibus inſtitutis, ritibus à Deo approbatis, non eſt tanta inter Ægyptios, & Hebræos conuenientia, quantam viri eruditi prædicant, non cautè ſemper quandoque nec caſtè ſatis, aut ſanctè. III. Vbi conueniunt, Ægyptij atque Hebræi ea cum alijs moratioribus populis communia habuerunt, hauſta ex communi fonte vel rationis, vel traditionis: quarum vtraque apud Hebræos purior atque incorruptior fuit. IV. Quę à iure naturę remotiora, Ægyptijs tamen, atque Hebræis communia fuerunt, ea probari non poteſt apud Ægyptios quam apud Hebræos antiquiora fuiſſe; cum illi qui laudantur Scriptores omnes, Moſe non paulò recentiores ſint. V. Ex aduerſo probabile eſt, Ægyptios ab Abrahamo, Ioſepho, Moſe, Salomone, multa accepiſſe. VI. Ex eodem fonte Græci hauſerunt, ſiue ἀμέσως, ſiue ἐμμέσως. VII. Nequaquam fuit ea Dei mens in inſtitutis ceremonialibus, quam viri docti fingunt; vt nimirum peruicaci populi ingenio ſe ſe attemperaret, ea in cultum ſuum tranſumendo, ſed paululum purgata, quibus peregrinas ſuperſtitiones æmulando prauè adſueuerant: ſed potius, 1. vt laborioſis iſtis exercitijs, veluti iugo dif-

Digitized by Google

loco probat Euangelium eſſe nouam Legem à Meſſia promiſſam. Excuſus eſt hic libellus Romæ, an. 1648. in 12.

1162 HVGO ROBINSONVS, S.T. P. ante annos 49. Wintonienſis Archididaſcalus, & paruo poſt tempore Archidiaconus Gloceſtrenſis, Author heterodoxus, elucubrauit

Annalium Mundi vniuerſalium Origines rerum, & progreſſus, Sacras iuxta, ac ſeculares, ab Orbe condito tradentium, Tomum vnicum, libris quatuordecim abſolutum, de quo ipſe ait: *Opus vtile, & iucundum, ſed & factu difficillimum, ſuſceptum hactenus à paucis, perfectum prorſus à nemine, ab omnibus verò deſideratum*. In lucem edidit Thomas Pierce Decanus Saliſburienſis, Londini, an. 1677. in fol.

I

IACOBVS ALTINGIVS, Author heterodoxus de quo pag. 77. Adde:

Schilo, ſeu de Vaticinio Patriarchæ Iacobi. Excuſ. Groningæ in 4.

Fundamenta punctuationis Linguæ Sanctæ. Excuſ. ibid. an. 1654. in 4.

Diſſertationum Academicarum Heptades duæ; Prior Theologicarum; Poſterior Philologicarum. Acceſſit Heptas Orationum. Excuſ. ibid. an. 1671. in 4. In prima Theologica Diſſertatione refert Capita catechetica Religionis Chriſtianę pro Catechumenis Hebręorum adultis, recitata Hęb. 6. v. 1. 2. Ponit ſex *Fundamenta*, quorum *primum* eſt Μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων *Reſipiſcentiæ ab operibus mortuis*. II. eſt

tri-

torfij. Et in fine poſt pag. 419. in *Mantiſſa*, iterum eiuſdem *Buxtorfij*, *Crineſij*, & *Druſij*.

1158 HIERONYMVS ERNESTVS, exarauit

Compendioſam Grammaticæ Hebrę Introductionem. Excuſ. Regiomonti, an. 1645. in 4.

1159 HIERONYMVS AB OLEASTRO, Luſitanus, Ord. Pręd. ac ſac. Theol. Profeſſor, atque Hæreticę prauitatis apud inclytam Olyſſiponenſem Inquiſitor, edidit

Commentaria in Moſis Pentateuchum, iuxta Sanctis Pagnini Lucenſis eiuſdem Ordinis interpretationem, quibus Hebraica veritas exactiſſimè explicatur, & quæ ad morum compoſitionem aptari poſſunt, ex ipſius literæ penetralibus ſeorſum annectuntur. Opus ſanè & doctis, & indoctis vſui futurum. Antuerpiæ in ædibus Viduæ & Hæredum Ioannis Stelſij, an. 1569. in fol.

1160 HIERONYMVS OSSANVS, verſibus exarauit

Hiſtoriam Excidij Hieroſolymitani. Excuſ. Erffurti.

1161 HORATIVS PETROBELLI, Italicè edidit Opuſculum inſcriptum

L'Ebreo conuinto, cioè Breue raccolta d' efficaciſſime ragioni fondate nella ſacra Scrittura, & autorita de Rabbini. Agitur in ipſo de modica intelligentia, quam habent Hebræi de Scripturis ſacris; de Vnitate eſſentiæ, & Trinitate Perſonarum; de Diuinitate, Humanitate, Morte, & Aduentu Meſſiæ, quem Chriſti fideles colunt; de ceſſatione pręceptorum Ceremonialium, & Iudicialium antiquæ Legis. Vltimo

Digitized by Google

vbi negat puncta illa quæ nonnulli *Tetragrammato* propria faciunt ; eo quia non ſint conſtantia . Sæpius quidem ſcribitur יְהֹוָה attamen non infrequens quoque eſt punctatio יֱהֹוִה Atqui nomina propria, (quale hoc Dei eſſe omnes fatentur) puncta ſua in vniuerſum non variant . IV. De nomine plurali nominis אלהים quod ſingulare eſſe primus omnium affirmauit Abrabanel , exiſtimans vno ſe ictu præcidere poſſe omnem reliquam diſputationem , nec anxiè laborandum deinceps fore in refellenda pluralitate perſonarum diuinarum, ſiquidem hanc dictionem ſingularem eſſe euiciſſet . Verba eius hæc ſunt Comment. in Leg. fol. 6. col. 3. ואולם המ״ם שבא בסוף השם אינו מחוייב שיורה על הרבוי כי הנה מצאנו אפרים כלאים מצרים חושים וזולתם שסופר יו״ד מ״ם ולא יורה על רבוי וכן נאמר בשם אלהים שהה״א והיו״ד באו עם שם אל לקדושת השם ובאת המ״ם באחרונה לסלק את השם מהסמיכות ויהיה אם כן שם יחיד *Et ſanè Mem , quod in fine huius nominis eſt , non neceſſariò ſequitur docere illud de numero plurali. Ecce enim inuenimus Ephraÿm, Cilaÿm , Mitzraÿm , Chuſchim , ſimiliaque, quorum terminatio eſt Iod Mem, neque tamen docet eſſe pluralia . Sic igitur dicemus in nomine* אלהים *He & Iod coniuncta eſſe nomine* אל *ad ſanctitatem nominis ; extremo loco autem collocari Mem vt remoueat nomen hoc à regiminis forma . Sic itaque erit nomen ſingulare* . Hinc Author ſoluit obiectiones omnes tàm Abrabanelis quam aliorum Rabbinorum , probatque hoc nomen אלהים plurale eſſe . V. diſputat de integritate vocis כארי quæ Pſal. 22. v. 17. extat, quam vocem Iudæi

πίστεως ἐπὶ θεὸν *Fidei in Deum*. III. eſt Βαπτισμῶν διδαχῆς *Baptiſmatum doctrinæ* . IV. eſt ἐπιθέσεως χειρῶν *Impoſitionis manuum* . V. eſt Ἀναστάσεως νεκρῶν *Reſurrectionis mortuorum* . VI. & vltimum *Fundamentum* eſt Κρίματος αἰωνίου *Iudicÿ æterni* . Poſtquam fusè loquutus eſt de Notitia Dei naturaliter inſita , eaque generalis , ſpecialis , & de libero arbitrio , pergit ad Diſſertationem de Meſſiæ θεανθρώπου egreſſibus , concluditque Theologicas Diſſertationes , cum *Appendice* de Ortu Meſſiæ humili , ſiue in caput Ieſaię ſeptimum Paraphraſi .

Diſſertationum Philologicarum Heptas agit , I. De conſtantia vernaculę Iudęis Hebręę linguę in captiuitate Babylonica ; vbi felicitati Iſraelitarum imputatur , dum in Ægypto duram ſeruirent ſeruitutem , quod inuariatam , inter alia conſeruarint atque inde extulerint Hebræam linguam ; teſte Elia Leuita in pręfatione ſua Methurgeman : שלשה דברים לא שנו ישראל במצרים שמותם ומלבושם ולשונם : *Tria mutarunt Iſraelitæ in Ægypto , nomina ſua , veſtitum ſuum , & linguam ſuam* . Quam tamen felicitatem Iſraelitis in Babylonem deportatis negat idem Elias , quando ibidem ſubijcit , כשגלו מעל אדמתם ובאו לבבל שכחו הלשון מכל וכל בכתוב בספר נחמיה : *Poſtquam deportati fuerunt à terra ſua, & venerunt Babylonem , obliti ſunt linguæ penitus , ſicut ſcriptum eſt in libro Nehemiæ* . Author verò negat vſum populorum ſermonis Hebræi in captiuitate Babylonica inter Iudæos defeciſſe . II. De tempore cœptarum , & modo vſurpatarum in Eccleſia Verſionum ſac. Scripturæ . III. agit de punctis ac pronunciatione *Tetragrammati* יהוה

profanorum Græco diuerſum eſſe; nec tamen ideò ſcatere barbariſmis ac ſolœciſmis rectè dici, probare ſtudet.

1165 IACOBVS BONFRERIVS, Dionatenſis, Eburo, Societatis Ieſu, Sac. Theol. Doctor Duaci renuntiatus, in Collegio Aquicinchino Philoſophiæ, & Theologiæ Lector, dehinc Linguæ, & Scripturæ Sacræ Interpres. Edidit

Onomaſticum Vrbium, & Locorum Scripturæ Sacræ, ideſt, *Liber de Locis Hebraicis ab Euſebio* primùm Græcè, ab *Hieronymo* Latinè ſcriptus, in ordinem commodiorem redactus, cum varijs additamentis. Pariſijs typis Stephani Cramoiſy, an. 1631. in fol.

1166 IACOBVS BOSIVS, Italicè edidit Opus inſcriptum

La Trionfante, e glorioſa Croce. Romæ, an. 1610. in fol. Diuiditur in libros ſex; quorum tertius exponit Figuras, & Significationes ſanctæ Crucis, quæ in Veteri, & Nouo Teſtamento continentur: videlicèt agit, de Arbore vitæ, & flumine è medio Paradiſi terreſtris egrediente; de Baculo, quo Cain occidit Abel, & de ligno quo conſtructa fuit Arca Noë; de vite à Noë plantata, & de ſigno Crucis, quod Deus monſtrauit Abrahamo, quando illi præcepit, vt perambularet terram in longitudine, & latitudine ſua; de eo quod legitur Geneſ. 14. *Quod cum audiſſet Abram, captum videlicet Lot fratrem ſuum, numerauit expeditos Vernaculos ſuos trecentos decem & octo: Et perſecutus eſt eos vſque Choba quæ eſt ad læuã Damaſci. Reduxitq; omnem ſubſtantiã, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoq; & populum.*

Item

dæi mordicus tuentur, aſſeruntque hanc dictionem eſſe compoſitam ex כ ſimilitudinis nota, & nomine ארי *Leo*. VI. agit de perfoſſione auriũ memorata Pſal. 40. v. 7. VII. & vltima Diſſertatio pertractat de Proſelytis, & eorum Baptiſmo. Quod ad Orationum Academicarum Heptadem ſpectat; Priores quatuor, Rempublicam ſcholaſticam: & Poſteriores tres, Sacerdotis ſummi Veſtimenta propria deſcribunt.

1163 IACOBVS BENIGNVS, BOSSVET, Epiſcopus Meldenſis, edidit

Librum Pſalmorum additis Canticis vnà cum Notis ex Hebræo Textu. Lugduni, an. 1691. in 8.

1164 IACOBVS BOLIVS, Regiomontanus, Græcæ Linguæ Profeſſor, Diſſertationem edidit, anno 1647. cui Titulus:

Iuſta & moderata abſentia ab exequijs, & iuſtis funeribus, funeri linguæ Helleniſticæ paratis, excuſatio, & venia, quam ab ijs qui idiotiſmum Hebræum in Noui Teſtamenti Tabulis negando, funus linguæ Helleniſticæ procurant, ijs verò, qui ſolœciſmos, & Barbariſmos eidem impingendo, prorſus efferunt, ac contumulant, impetrare conabitur, &c. Qua diſputatione ſententiam mediam, inter hactenus pugnantes tueri, & conſideratis ijs quæ *Salmaſius*, *Heinſius*, *Io: Kroius*, *Pſochenius*, *Iacobus Groſſius Hamburgenſis*, *in Triade Propoſitionum Theologicarum*, eiq; repugnans *Ioannes Muſæus*, alijque in hoc argumento ſcripſerant, ipſe ſtylum quidem N. T. Græcum Ebraiſmos ſecum vehere, ac eo reſpectu à ſtylo reliquorum auctorum

Digitized by Google

tur: & de pugione cum quo Phinees Sacerdos perfodijt Zambrim, & ſcortum Madianitidem; de Funiculo coccineo, quem Rahab meretrix in Ierico ligauit in feneſtra, per quam demiſſi ſunt Exploratores Iſrailitici, vt ſaluaretur ipſa, & domus eius; de Ligno in quo Rex Hay fuit ſuſpenſus; de Clauo Tabernaculi, quem Iael defixit in cerebrum Siſaræ: de Arbore, ſub qua ſtetit Angelus Dei apparens Gedeoni: de Virga cum qua ipſe percutiebat frumentum, & de Virga, cum qua idem Angelus tetigit carnem, & panem azimum, offerente Gedeone ſuper petram, è qua exijt ignis qui eandem carnẽ, & panem conſumpſit; de trecentis viris, quos Gedeon ſecum duxit ad preliandum contra Madianitas; de Samſone, qui cum iter faceret, Leonem manibus enecauit, & de eo quod legitur Numer. 16. *Concuſſiſque fortiter columnis, cecidit Domus ſuper omnes Principes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat: multoq; plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat*. De Agno lactante, quem Samuel integrum obtulit Domino in holocauſtum; de Arbore ſub qua ſtetit Samuel cum ſexcentis viris in Gabaa; de primo Altare, quod Saul erexit Deo, & de Cithara quam Dauid tollebat, percutiebatque manu ſua, quandocumque ſpiritus malus arripiebat Saul: & refocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo ſpiritus malus; de Baculo, & funda, cum quibus Dauid ad ſingulare certamen proceſſit contra Philiſtæum, & de lancea cum qua Rex Saul niſus eſt configere Dauid in pariete; de eo quod legitur Reg. 2. c. 18. *Accidit autem vt occur-*

Itẽ de Vitulo, quem Abram porrexit ad manducandum ſub arbore in Valle Mambre; de Lignis, quæ Iſaac filius Abram portauit ſuper humeros, cum duceretur ad imolandum, & de Scala Iacob; de Rubo incombuſto quem viderat Moyſes, & de Virga, cum qua in Aegypto tot miracula patrata ſunt; de Agno Paſchali, quem Hebræi iuſſu Dei comederunt, exeuntes de terra Aegypti, & de columna nubis, & ignis, quæ eos præcedebat die, ac nocte; de Virga Moyſis, quæ diuiſit mare rubrum, vt ſaluaretur Populus Iſraelis, & de Ligno, quod cum Moyſes miſiſſet in aquas amaras, in dulcedinem reuerſæ ſunt; de Virga Moyſis, cum qua percuſſit Petram Horeb, ex qua exiuit aqua vt biberet Populus: de eleuatione manuum Moyſis, quando Ioſue pugnabat contra Amalech, & de vnctione ſummi Sacerdotis Hebræorum; de decem Legis Præceptis, quæ Deus dedit Moyſi in Tabulis lapideis exaratis: de Arca Teſtimonij: de Propitiatorio: de Menſa: de Candelabro, & Altare Holocauſti: de tribus Figuris Sanctiſſimæ Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ in Leuitico continentur; de Benedictione, quam antiqui Hebræorum Sacerdotes, iuſſu Dei dabant Populo, & de ea quę nunc ad imitationem illius datur, Crucis figuram exprimens; de Botro Vuę, quem Hebręorum Exploratores retulerant è Terra Promiſſionis, dependente è ligno: & de Virga Aaron, quæ floruit; de Virga Moyſis, cum qua percuſſit bis petram, & fluxerunt aquę; de Serpente ęneo, quem Moyſes iuſſu Dei exaltauit in deſerto, in quem reſpicientes qui percuſſi erant, ſanaban-

primæ claſſis, edidit

Electa Hebræa ſeptingenta quinquaginta ex libro מבחר הפנינים *Mibchàr happeninìm*, hoc eſt *ſelectæ margaritæ, deriuata, in Latinum tranſlata, & punctis conſignata, &c.* Excuſ. an. 1630. in 4.

IACOBVS GAFFARELLVS, de quo pag. 78. Adde:

Curioſitez inouyes, hoc eſt: *Curioſitates inauditæ de figuris Perſarum Taliſmanicis, horoſcopo Patriarcharum, & characteribus cœleſtibus*, Latinè cum Notis quibuſdam ac Figuris editæ, opera M. Gregorij Michaelis. Excuſ. Hamburgi, an. 1678. in 8. Tomis duobus. *Primus Tomus* habet Capita tredecim, in quorum primo Orientales defenduntur, & multa de Hebreis, & alijs Populis orientalibus falsò addita, quæ tamen ſe longe aliter habeant, demonſtrat, videlicet: 1. Quibus innitantur argumentis aduerſus Orientales. 2. *Iudæi* falsò ab Appione, Plutarcho, Strabone, Trogo, Tacito, & Diodoro incuſati, aſinos, vitem, & nubes pro dijs coluiſſe. 3. Erroris cauſa. 4. Falſum *Syros* adoraſſe piſces, contra Xenophontem, Ciceronem, Ælianum, Ouidium, Martialem, Artemidorum, & Scaligerum, qui refelluntur. *Dagonem* Philiſtæorum non Syrenum forma ſecundum Scaligerum, ſeu Tritonis expreſſum, Fabula delecta. 6. Neque *Samaritanos* nec *Aaronem*, vel *Ieroboamum* Idololatras fuiſſe, ob erectos vitulos aureos. 7. Argumenta pro Samaritanis. 8. *Cherubinos* arcæ fœderis impoſitos, non retuliſſe formam adoleſcentium, ſecus quam omnes Autores, Arabes, Græci Latinique ſtatuant,

occurreret Abſolom ſeruis Dauid ſedens mulo; cumque ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam Quercum & magnam, adhæſit caput eius Quercui. Et illo ſuſpenſo inter Cœlum, & terram mulus cui inſederat pertranſiuit. Vidit autem hoc quiſpiam, & nunciauit Ioab, dicens: Vidi Abſolom pendere de Quercu; tulit autem Ioab tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſolom. De Lignis ſuper quibus diſputauit Rex Salomon; de Ligno cum quo idem Rex operuit muros Templi, & de duobus Lignis, quæ Vidua Sereptana colligere volebat; de Curru igneo, ſuper quo Elias Propheta aſcendit in Cœlum, & de Baculo Eliſei, cum quo Giezi ad vitam reuocare tentauit mortuum puerum Sunamitidis. Tandem de eo quod legitur Regum 4. c. 6. *Accidit autem, vt cum vnus materiam ſuccidiſſet, caderet ferrum ſecuris in aquam. Exclamauitque ille, & ait: Heu heu heu Domine mi, & hoc ipſum mutuò acceperam. Dixit autem homo Dei:* (Eliſeus) *Vbi cecidit? At ille monſtrauit ei locum. Præcidit ergo lignum, & miſit illuc. Natauitque ferrum. Et ait: Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud*. Hæc omnia figuras fuiſſe ſanctiſſimæ Crucis, Sanctorum Patrum teſtimonijs diſſertè oſtendit.

IACOBVS CHRISTMANVS, de quo pag. 77. Adde:

Epiſtola Chronologica de Connexione Hebræorum, &c. Excuſ. Francofurti, an. 1593. in 4.

1167 IACOBVS EBERTVS, Germanus, Theolog. & Polilog. Lutheranus Auguſtanæ confeſſ. Hæreticus

Digitized by Google

Icones miraculoſæ *Labani* & Michæ, Teraphim vocitatæ, à Deo fortè permiſſæ. 5. Errores Eliæ Leuitę, Aben Ezrę R. Eliezeris, R. Dauid Kimchi, Caietani, Sanchis, Vatabli, Clarij, Merceri, Marini & Seldeni, circa hos Theraphim referuntur. Ridicula Philonis in eam rem narratiuncula. 6. Probabilia quędam de his Iconibus, & reſponſio ad obiecta. 7. Portenta, quibus futura ante hac prędicta ſunt, & nunc prędicuntur. 8. Concluſio omnium dictorum. *Cap. IV*. Ex falſa Ariſtotelis interpretatione multos errores inductos, & negatam harum imaginum efficaciam. 1. Errores quos ignorantia linguarum inuexit. 2. Malè ab interpretibus Ariſtotelis & Platonis explicatas voces εἶδος αὐτῶ ἄνθρωπος, ἐφίστηκεν, χωριστά, λόγος οὐσίας, τὸ τί ἦν εἶναι, πράττειν, ποιεῖν, ἐντελέχεια θεός, ζῶον &c. 3. Falſum Ariſtotelem ſtatuere ignem eſſe humidum, contra Villonium. 4. Stapulenſis error circa vocem κρῖνον. 5. Vocem ποιότητα rectè intellectam refellere diſſentientes. *Cap. V*. Figurarum ſeu Imaginum artificialium efficacia ex naturalibus plantis, & lapidibus impreſſis, quæ vulgò *Gamahè* & *Camaieu*, ſeu *Signaturæ* dicuntur, demonſtratur. 1. Diuiſio figurarum, ſeu imaginum naturalium; *Gamah-* aut *Camaieu*, ab Hebræo *Chamaià* fortè dictum. 2. Plurimi *Gamahè* ſeu lapides naturaliter picti referuntur: & cur frequentiores in calidis quàm frigidis regionibus ſint, indicatur. 3. Alij *Gamahè* ſeu lapides non picti relati à Plinio, Nidero, Geſnero, Gorropio, Thereto & Breuio: Non de oſſibus *Gigantum* opinio. 4. Lapides naturaliter ſculpti: & an loca, qui-

ac maxima pars Hebræorum. 9. Rationes Hebræorum, & *Caietani* pro forma Cherubinorum nullæ. 10. Falſum Hebræos liberos ſuos *Molocho* immolaſſe: vnde mos, ignes feſti Ioannis tranſiliendi, originem cœperit? *Cap. II*. oſtendere conatur multa in Libris Hebræorum habita pro ridiculis, & periculoſis, quæ Doctores Chriſtiani abſque vlla culpa tueantur; hoc eſt: 1. Non ſemper inhærendum Cortici Scripturæ ſacræ. 2. Authores quoſdam multa ridicula ſcripſiſſe, quæ tamen in pretio habeantur. 3. Minus ex libris Hebræorum metuendum periculi, quàm ex Paganis, qui tamen inter Chriſtianos tolerentur. 4. Conuiuium, quod Deus electis in fine ſeculi ex ceti carnibus paraturus dicitur, quomodo intelligendum? 5. Decem Creata circa Sabbathi veſperam, quæ? 6. Opinio antiquorum & modernorum de fine mundi; Qui Patres hac in re Hebræos ſecuti ſint? 7. Variæ opiniones de numero annorum, à creatione ad natiuitatem Chriſti: & quid de fine Mundi ſentiendum? 8. Falſum antiquos Rabbinos Chriſtum maledictis proſcidiſſe. 9. Reſponſio ad 4. obiectiones capitis præcedentis, vbi varij errores Authorum Chriſtianorum recenſentur. *Cap. III*. De fabricandis figuris, ſeu imaginibus, ſub certa Cœli conſtitutione; ibique oſtendit, iniuria Perſas ob magica arcana, ſculpturas, & aſtrologiam ab alijs populis damnatos, & 1. Improbus mos Veteres infeſtandi. 2. Rationes aduerſus Perſas, eorumque Magiam nullæ. Error Pſeudo-Beroſi, Annij, Comeſtoris, Genebrardi, Pierij & Veneti de Zoroaſtre. 3. Eius Magia, quæ? 4.

Digitized by Google

dio & ſtatuis Philonis ſentiendum videatur? 7. Falſum vitulum aureum & ſerpentem æneum Taliſmannicas figuras fuiſſe, quamque ob cauſam is ſerpens ex ære potiſſimum conflatus fuerit? 8. Mirabiles effectus quarundam imaginum relati à *Scaligero*, *Breuio* & *Annalibus Turcicis*, quidque operatæ ſint, quæ à *Paracelſo*, *Lanouio*, & alijs Italiæ Viris eruditis confectæ ſunt? 9. Probatur harum imaginum efficacia ex vi συμπαθείας, quæ in omnibus ſcientijs & artibus obſeruatur. Ac primò in Theologia; Cur Veteres in templis imaginem collocauerint? 10. In Philoſophia; effectus Phantaſiæ ſeu imaginationis. 11. In Medicina; Quæ animalia & plantæ, & cætera ex ſimilitudine noceant vel proſint? 12. In Aſtrologia; Ratio futura prædicendi ex colore, & figura Meteororum. 13. In Phiſiognomia; Qua ratione ſecundum *Campanellam*,, cuiuſque hominis ingenium dignoſci poſſit? 14. In ὀνειρομαντείᾳ, Exempla in eam rem ſacra, & prophana. 15. In Pictura; Cur frequentius Saluator in Cruce pendens, quam ad dexteram Patris ſedens, repręſentetur? 16. In Muſica; Morbi per ſymphoniam & cantus curati. 17. Qua ratione hæ Imagines Taliſmannicę conficiantur? 18. Operationes Taliſmannicę *Thebiti-Benchorat*, *Trithemij*, *Goclenij*, *Albini de Villa noua*, & *Marcelli* Empirici damnatę. 19. Potentia Corporum Cœleſtium in ſublunaria. 20. Rationes Imaginum Cœleſtium. 21. Influxus Cœlorum in res artificiales. *Cap. VII.* Soluuntur obiectiones aduerſariorum. 1. Vnde mos inoleuerit ſanandi quoſdam morbos carminibus certis? 2. ... quibus conchæ reperiuntur, olim aquis tecta fuerint? 5. Figuræ ſeu ſignaturæ mirabiles, quæ in omnibus partibus plantarum obſeruantur. Plura in eam rem curioſa prolata. 6. Vis harum figurarum probata, & reſponſiones & obiecta aduerſariorum. 7. Cur *Scorpius* vulneri applicatus medeatur, ratio noua reddita. 8. Figuræ plantarum, quæ ſingulas corporis partes referunt, quæque eaſdem ſanant. 9. Formæ omnium rerum mirabiles in cineribus ſeruatæ. 10. Quid ſtatuendum de vmbris, quæ interdum in Cœmeterijs & poſt exercituum clades apparent? Curioſæ quæſtiones in eam rem motæ. 11. Cur aliquando *ranunculis* pluat, ratio noua reddita. 12. Figuræ, quæ in animalibus animaduertuntur, earumque vis & potentia. *Cap. VI.* Poſſe ſecundum orientales, figuras quaſdam certo Cœli poſitu confici, quæ naturaliter, & abſque Demonum ope animalia noxia expellant, ventos, fulmina, & tempeſtates auertant, varijs denique morbis medeantur. 1. Intoleranda quorundam ſemi-doctorum ſuperbia. 2. *Figuræ Taliſmanicæ*, qualiter ab Hebræis, Chaldæis, Græcis, Arabibuſque appellatæ? Etymon vocis *Taliſman* incertum contra *Salmaſium*. 3. Qua ratione virtus & efficacia harum figurarum probetur, & quinam ex Arabibus eam tuiti ſint? 4. Taliſmannicæ figuræ mirabiles Pariſijs, & Conſtantinopoli repertæ, quidque poſt earum diffractionem acciderit? 5. Dij Veterum *Auerrunci*, qui πάταικοι vnde dictum? Cur in nauibus imagines ponantur? 6. Fabula detecta circa lapidem *Brachbam* in Mecha, ac quid de *Palla-*

Digitized by Google

Sententia *D. Thomæ* de Aſtrologia. 3. *Guilielmi & Paracelſi* opiniones refutantur: Quinam Aſtrologiæ primi inuentores, ac Plinij error hac in re. 4. Aſtrologia bona & mala. *Moſes* hac in arte excellens. 5. Quodnam Idololatriç principium ſecundum Marſilium Ficinum; & Bechay Hebræum? *Hannibal*, & *Haſdrubal* nomina compoſita: eius rei ratio. 6. Opinio R. Moſis & Authoris libri ſapientiæ de principio idololatriæ: Concluſio ſupradictorum. 7. *Ignes* olim Soli & Lunç accenſi, quales? 8. Rationes, quibus Antiquitatis innocentia hac in re probatur. *Cap. IX.* Num antiqui Hebræorum Aſtrologi inſtrumentis Mathematicis vſi ſint, & qua ratione eadem fabricata fuerint? 1. Inſtrumenta quibus Antiqui Aſtrologi vſi. 2. Fabula *Atlantis* Cœli geſtatoris euoluta. 3. Deſcriptio Sphæræ Hebraicæ; Dubia circa huius fabricam mota. Opinio R. Moſis de numero Cœlorum mirabilis. 4. Authoris iudicium circa huius Sphçræ ætatem. 5. Horologium *Regis Achaz* atque eius deſcriptio, hactenus non viſa. 6. Coniecturæ circa figurarum horologiorum Solarium hodiernorum. *Cap. X.* Falli Scaligerum, Auguſtinum, Riccium, Kunradum, Duretum & Vignerium in deſcribenda veterum Hebræorum, Ægyptiorum & Arabum Aſtrologia. 1. Res ſanctiſſimæ fabulis etiam deprauatç. 2. Somnia & deprauationes Dureti ſuper Spiritus Planetarum & Cabalam Aſtrologicam Hebræorum. 3. Caroli Fabri Itali nugæ, Septem Electoribus Imperij ſeptem Angelos tutelares aſſignantis. 4. Mirabilis Ricij & Kunradi opinio de Zephiroz, quæ dicuntur Planetarum. 5. Va-

certis & characteribus adhibitis. 2. Mos Aegyptiorum abominandus, quo ſe grandinem auertere putabant. Cauſa prçcepti, de non inſerendis vni trunco variarum arborum ſurculis. 3. Imagines Taliſmannicç Mizaldi damnatç. 4. Reſponſiones ad obiecta Guilielmi & Gerſonis. Vis & efficacia ſolis in ſubterranea. 5. Tertia obiectio, & ad eandem reſponſio, quç de Sortilegis & imaginibus eorum cereis circa feruntur, haud veriſimilia. 6. Quarta obiectio refutata, vnguentum vulnus curans, ferro tantùm affrictum, quale? 7. Quinta obiectio nulla. Hiſtoria geminorum mirabilis. 8. Falſum, Operationem Taliſmanicarum imaginum eſſe ab interna & occulta lapidis virtute. 9. *Caietani* & *Pomponacij* cauſa aduerſus *Delrium* agitur, pro efficacia figurarum. 10. Aſtra çquè in ſcorpium viuentem, an ac eiuſdem imaginem influere. 11. Rationes *Galeotti* pro figuris Taliſmannicis validiſſimç. 12. Reſponſio ad obiectionem aduerſus *Franciſcum Rueum*. 13. Hiſtoria muſcæ & ſanguiſugæ Virgilianæ vera, contra Naudium, qui eam fabuloſam putat. Geruaſius defenſus. 14. Inuenta hominum ingenioſorum admiratione digna, & cum his figuris comparanda. 15. Obiectiones Authoris aduerſus has figuras, & reſponſiones. *Cap. VIII.* De Horoſcopo ſiue Themate Patriarcharum genethliaco & veterum Iudæorum Aſtrologia. Falſum, Aſtrologiam Veterum cauſam præbuiſſe idololatriæ. 1. Quæ contra *Aſtrologiam* dicuntur, fundamento carere, ac, qua ratione naturaliter iudicari poſſit de infantis recens nati proſperis, vel aduerſis? 2.

Digitized by Google

ſterum Planetarium vulgatorum authores. In Cœlum à Græcis fabulæ tranſlatæ. 14. *Athlon* nominis genethliaci vera etymologia contra Scaligerum. *Cap. XII.* De Lectura Stellarum, & omnium eorum, quæ in aere apparent. Num in nubibus aliquid legi poſſit, vt in cæteris Meteoris? I. Lectura Meteororum quotuplex? 2. Puginæ aliaque prodigia terribilia in aere viſa. 3. Rationes ſtatuentium hæc prodigia ſupernaturalia. 4. Rationes diſſentientium. Angeli & Sancti, qui in Nubibus apparuerunt, quales? 5. Singularis & noua opinio quo ad varias Nubium formas: Arcanum Trithemij detectum, per quod noua ex loco procul diſſito breuiſſimo tempore reſciri poſſunt. 6. Concluſio quo ad prodigia Nubium. 7. Pluuia ſanguinea cum figuris *crucium* non naturalis, contra Cardanum. 8. *Manu* ſignata charactere *Vau*, ſecundum quoſdam Rabbinos, quidque ex eo contra Rabbinos probari poſſit. 9. *Grando* in Languedocia, cui figura armorum impreſſa: *Nix* ſtellata Kppleri. 10. *Iris* doloris nota hieroglyphica. 11. Variæ ſuper Cometarum generationem opiniones: Vtrum ijdem naturaliter mala prænuncient? 12. Regulæ ex quibus dignoſcitur, quod columnæ igneæ, enſes clypei, tubæ, iacula denique protendant. Literæ Hebraicæ in aere viſæ. 13. Characteres, quos grues volatu exprimunt, ac de augurijs. *Caput XIII. & vltimum*, Stellas in Cœlo, literarum figura, ſecundum Hebræos, diſpoſitas, atque in eo tamquam libro, quæ toto Orbe fiunt præcipua legi poſſe, oſtendere conatur. 1. Conſtellationes Cœleſtes à Græ-

5. Varietas Religionum ex aſtris orta: ſecundum Rabb. Chomer. 6. Thema genthliacum Redemptoris ſcriptum à Bechai Iudæo, Et Cardano. 7. Figuræ Aſtrologicæ ex coniunctione ſignorum Cœleſtium efficte, falſo Ægyptijs & Arabibus tributæ: Quis eorundem Author, aduerſus Scaligerum. *Cap. XI.* Quæ tandem ratio, qua Patriarchę & veteres Hebræorum in Thematibus Genethliacis vſi. 1. Conſtellationes olim characteribus literarum Hebraicarum notatę. 2. Picturę ſignorum Cœleſtium in ſphęris Arabum. Pictura *Virginis* mirabilis. 3. Noua ſuper nomina Hebraica Planetarum obſeruatio. 4. Tabula Hebręorum, ad quam Horoſcopum conficiebant; Modus ea vtendi. 5. Ratio demonſtratiua, cur dies Planetarum ordinem non ſequantur. Tabula antiquiſſimorum Hebręorum genethliaca. 6. Hebręorum prędictiones ex die natali, & hodiernæ, quid differant? Tabula Lucinæ euoluta. 7. Luna, cur ab Antiquis *Lunus & Luna* vocetur, item Cœlum, *Cœlus & Cœlum*? 8. Ratio noua & vera, cur à Poetis dictus ſit Saturnus ſuos liberos deuorare. 9. Qualitates ſignorum cœleſtium ab antiquis agnitæ. 10. Iudicium Authoris ſuper libros Aſtrologicos R. Abrahami *Aben-Are*, quos *Conciliator* latinè interpretatus eſt. II. Qui Planetæ antiquis Hebræis benigni habiti? Sollicita ſponſorum obſeruatio. 12. Probatur hæc ars Aſtrologica ex Sacris. Rationes, ob quas ſtatuendum גד *Gad* (nomen vnius ex filijs Iacobi:) eſſe ſtellam Iouis. 13. Aegyptij primi hanc Aſtrologiæ ſimplicitatem deprauarunt: Falſum tamen eoſdem chara-

Digitized by Google

terea Opus

De neceſſitate linguarum Orientalium, breui in lucem edendum, vt ipſemet fatetur pag. 51.

1168 IACOBVS GEVSIVS, edidit

De Infanticidijs & victima humana Iudæorum; contra quem ſcripſit Iſaacus Viua. Vid. *Theriaca Iudaica*.

1169 IACOBVS GORDONVS, Leſmoreus Scotus, Societatis Ieſu Doctor Theologus, edidit

Opus Chronologicum, annorum ſeriem, Regnorum mutationes, & rerum toto orbe geſtarum memorabilium ſedem, annumque à Mundi exordio ad noſtra vſque tempora, h. e. ad annum 1613. complectens. Coloniæ Agrippinæ, an. 1614. in fol. Continet Quæſtiones ad Chronologiæ explicationem, & aſſertionem; catalogum chronologicum cum annis Vrbis, & Orbis, & quibuſdam alijs rebus memorabilibus: chronologicas tabulas varias; Prima Patriarcharum eſt vſque ad diluuium; ſecunda Regum, & Magiſtratuum Athenienſium; tertia Eratoſthenis recognita, de rebus à Troia ad Alexandrum; quarta de rebus Alexandri; quinta de Regibus Seleucidarum ab Alexandro; ſexta de rebus Machabæorum; ſeptima de rebus Auguſti, & Chriſti ætate, &c.

1170 IACOBVS GOVTOVLAS, Toloſanus, Societatis Ieſu Sacerdos, exarauit

Hiſtoriam profanam in certa Capita per annorum Decadas digeſtam, à Chriſto nato, ad annum 1640. Excuſ. Pariſijs apud Dionyſium Bechet, an. 1653. in fol. tomis tribus. Plura de Iudæis re-

Græcis inuentæ; quamquam ſuperſtitioſæ, ab Eccleſia tolerantur. Noua de lectura ſtellarum doctrina, religionis, & fidei Chriſtianæ non aduerſa. 2. Probatur ex lectura è ſacris: varia in eam rem loca adducta, & explicata. 3. Opinio antiquorum Hebræorum, Græcorum, & Latinorum hac de re. Quam ob cauſam proximè præteritis ſeculis hæc lectura paucis cognita fuerit? Opiniones modernorum, *Reuchlini*, *Pici Mirandulani*, *Agrippæ*, *Kunradi Banelli*, *Fludij*, aliorumque de ea. 5. Qua ratione eandem *Poſtellus* in Europam inuehere aggreſſus ſit. 6. Stellæ non Arabicorum, aut Samaritanorum characterum figura, ſed Hebraicorum in Cœlo diſpoſitę. Superſtitio Arabum in legendis quibuſdam vocabulis. Eorum literæ ex Hebraicis ortæ. 7. Animalia hieroglyphica Ægyptiorum in Cœlo locata, literarum vſum non præbuerunt Conſtellationes imperfectę. 8. Quid obſeruandum in Cœlo lecturis? Cur nouæ ſtellæ interdum appareant ex ſententia Rabbinorum? 9. Percenſentur requiſita iſtius lecturæ. Stella extrema caudæ vrſæ maioris, cur præcipuorum orbis imperiorum index? 10. Qua Cœli parte initium huius lecturæ faciendum ſit, ac quomodo ſint interpretandæ voces, quæ leguntur? 11. Exempla literarum Cœleſtium, quibus maximæ mutationes præſignificatæ ſunt? Prædicta à Rabb. *Chomer*, ex hac lectura, duorum potentiſſimorum Orientis Regnorum declinatio. Autoris circa hanc lecturam dubia, & iudicium de eadem. *Tomus ſecundus* complectitur *Notas* Gregorij Michaelis in eundem librum Iacobi Gaffarelli. Scripſit præ-

Digitized by Google

narum vero linteaminibus apparuere; eo prodigio ſtupefacti, luſtralibus aquis initiati fuere, & Synagoga S. Cruci dicata.

1171 IACOBVS HAECONIVS, ſcripſit

De tropis, & figuratè dictis Scripturæ Sacræ ex Hebraicæ, Græcæque linguæ proprietate, librum. Excuſ. Baſilææ apud Henricum Petri an. 1533.

1172 IACOBVS HONOLDVS, exarauit

Tabulam vniuerſalem affixorum cum Verbis, Participijs, Nominibus, &c. Excuſ. Vlmæ, an. 1647. in fol.

Tabulam vniuerſalem omnium Coniugationum Hebraicarum. Excuſ. ib. in fol.

1173 IACOBVS HVMIVS, edidit Opuſculum inſcriptum

Ῥαδιομάθεια *Linguæ Hebrææ*, hoc eſt *Grammatica Hebræa*. Excuſ. Hamburgi, an. 1624. in 4.

1174 IACOBVS PERIZONIVS, elucubrauit

Diſſertationum Trias, in quarum prima ex Conſtitutione diuina ſuper ducenda Defuncti fratris vxore, agitur. Excuſ. Dauentriæ, an. 1679. in 8.

1175 IACOBVS RATZIVS, ſcripſit

Propoſitiones contra Iudæos, & Iudaizantes Chriſtianos. Excuſ. Halæ Sueuorum, an. 1546. in 4.

1176 IACOBVS RHENFERDIVS, Linguæ Sanctæ Profeſſ. Author heterodoxus, edidit

Diſſertationes Philologicas de decem Otioſis Synagogæ; in quibus Ioannis Lightfooti, aliorumque ſententiæ de Otioſis examinantur: varia de Synagogis,

refert, nimirum, de bello Iudaico, quando ortum, & quam ob cauſam; de his qui in Egicam Hiſpaniæ Regem coniurarunt; Item refert, Romam tanta ventorum vi derepente concuſſam fuiſſe die Paraſceues, vſque ad Sabbatum Sanctum, vt magna tum Chriſtianorum, tum Iudæorum clades facta fuerit. Detecta tamen cauſa, Iudæiſque obtruncatis, qui Chriſti imaginem, vulneribus ac ſputo affecerant, furens illa tempeſtas illicò concidit. Anno 1180. à Philippo Francorum Rege cura regni aſſumpta, Iudæos per innocentum puerorum cædem Chriſtianis ſacris illudentes, & aliorum ſcelerum conuictos, comprehendi primum tota Gallia iuſſit, perpetuoque mulctauit exilio. Anno Chriſti 1305. Populus Pragenſis Iudæos quoſdam, qui Chriſtianum hominem in locum abditum pertraxerant, ibique cruci, ſacra die Paraſceues affixerant, nouis, exquiſitiſque ſupplicijs affecit, monumentumque nouo Martyri, ex ſpolijs iudicis poſuit. Sæculo decimo quarto, Iudæi in Germania, Belgio, Polonia, alijſque Borealibus regionibus, nec non Occidentalibus, peſtilentiæ auctores habiti, ob aquarum fontes veneno infectos, exquiſitis ſupplicijs, nullo neque ſexus, neque ætatis diſcrimine, affecti fuere, omnibuſque facultatibus exuti. Imò Nauclerus aſſerit eos à mari, vſque ad Alemanniam, præter Auinionem, vbi ſummus Pontifex morabatur, flammis addictos fuiſſe. Demum refert, quod anno Chriſti 1412. Salmanticæ in Synagoga Iudæorum, Vincentio Ferrerio concionem ad eos habente, cruces albæ in virorum pallijs impreſſę, in fœmi-

ad Imperij Veſpaſiani initia, atque extremum Templi, & Reipublicæ Iudaicæ excidium, deductum. Accedunt eiuſdem Vſſerij Tractatus duo: I. Chronologia Sacra Veteris Teſtamenti. II. Diſſertatio de Macedonum, & Aſianorum anno ſolari. Excuſ. Lutetiæ Pariſiorum, an. 1673. in fol. Quo ad Chronologiam Sacram, diuiditur in duas partes: *Prior de annis Patriarcharum*; ibique agit de temporis initio, progreſſu, & diſtinctis eius Periodis: deque varietate, quæ in duarum primarum Periodorum calculo, inter Iudæorum, Samaritanorum, & Græcorum codices inuenitur. De ætatis mundi ſuper annos Patriarcharum ſupputanda ratione: vbi de παιδογονίαις vtrum ad conceptionem an natiuitatem liberorum ſint referendę? Et de annis quibus patres filios genuiſſe dicuntur; num ineuntes vel completi ſint accipiendi? De tempore incœpti & finiti Diluuij; in quem annum Mundi, & ætatis Noachi inciderit. De biennio poſt diluuium, quo Semo natus eſt Arphaxad: vbi etiam de ordine trium filiorum Noachi, & cui eorum primogenitura debeatur. De multiplicatione generis humani poſt diluuium, & Gentium diſperſione ad argumenta ab hiſtoria petita, quibus *Ioannes Morinus* Hebraicæ Chronologię veritatem infirmare conatus eſt. De Cainano Arphaxadi filio, in Vulgata editione Græca memorato, & commentitijs illius annis in ſacram Chronologiam non admittendis. De ſecundæ & tertiæ Mundi ætatis connexione legitima: vbi Abraham ante mortem patris in Chananæam veniſſe, ex Moſe, Stephano, & alijs oſtenditur; & ante an-gis, earumque Iure, Præfectis, Miniſtris, &c. adſperguntur. Excuſ. Franekeræ apud Ioannem Gyſelaar, an. 1686. in 4.

1177 IACOBVS SCHMALZIVS, literarum monimentis conſignauit

Diſſertationem de Vxore Moſis Aethiopiſſa. Lipſiæ, an. 1673. in 4.

1178 IACOBVS DE VALENTIA, Aiorenſis, an. 1491. viuere deſijt, & exaratum reliquit

Librum de Chriſto reparatore contra Iudæos.

1179 IACOBVS VSSERIVS, Dublinienſis, natus an. 1580. Archiepiſcopus Armachanus, & Hiberniæ Primas, obijt an. 1655. Auctor Heterodoxus. Inter eius ſcripta habetur

Epiſtola de Textus Hebraici Lectionibus. Excuſ. Londini, an. 1652. in 4. Scripſit etiam

Annales Veteris, & Noui Teſtamenti, à prima Mundi origine deductos vſque ad extremum Templi, & Reipublicæ Iudaicæ excidium. Cum duobus Indicibus, quorum primus eſt Hiſtoricus, ſecundus verò Geographicus, qui nunc primum prodit in lucem cura & ſtudio A. Lubin Geogr. Regij. *Pars prior* horum Annalium incipit à temporis hiſtorici principio vſque ad Machabaicorum initia producta; vna cum rerum Aſiaticarum, & Aegyptiarum chronico. In *Parte poſteriori* prę- ter Machabaicam, & Noui Teſtamenti hiſtoriam, Imperij Romanorum Cæſarum ſub C. Iulio & Octauiano Ortus, rerumque in Aſia & Aegypto geſtarum, continetur Chronicon ab Antiochi Epiphanis regni excidio, vſque

Digitized by Google

riorum hominum, etiam ad noſtra vſque tempora, non minore quàm horum patrum longæuitate demonſtrata. Annorum 479. inter Exodum, & Templi Salomonici exordium intercedentium ſumma in membra ſua integrantia diuiditur: tempuſque peregrinationis in deſerto, partitionis Terræ, & primi anni Sabbatici, cum annis Iudaicorum & primorum Regum Iſraeliticorum, ſpeciatim explicatur & confirmatur. *Pars poſterior de annis Regum Iſraelis, & Iudæ*; ibique ſequentes VI. Theſes ſtatuit: I. Initium Regni Sedechiæ deducendum eſt à 10. die 4. menſis; iuſtis vndecim annis ante captiuitatem eiuſdem Sedechiæ, & vnico menſe Salomonici Templi excidium; quod in 10. diem 5. menſis incidit. II. Obſidio Hieroſolimitana cœpta anno Sedechię 9. menſis 10. die 10. & interuentu exercitus Pharaonis poſtea interrupta, redintegrata eſt anno Sedechię 10. menſis 3. dies 15. & per dies 390. vſque ad captam Vrbem continuata: ita vt ab obſidionis primo principio vſque ad captam Vrbem in fine anni 11. Sedechię, menſis 4. die 9. menſium 30. vſque ad eandem incenſam menſis 5. die 10. menſium 31. ſpatium interceſſerit. III. Circa menſis 4. diem 5. facta eſt Ieconię deportatio 5. circiter ante regni Sedechiæ initium diebus. IV. Finis regni Iehoiachimi, & initium filij eius Iehoiachini ſiue Iechoniæ, circa menſis 12. diem 25. ſunt reponendi. V. Circa 6. menſis diem 10. Iehoiachimus regnum inijt: quod non integris vndecim annis obtinuit, ſed annis decem menſibus 6. & diebus 15. circiter. Sub finem verò anni illius tertij, circa 5. menannum patris 130. in lucem fuiſſe editum defenditur. Peregrinationis Hebræorum annos 430. (qui tertiæ ætatis Mundi ſpatium conſtituunt) à prima Abrahami ex Charane in Chananæam profectione, non à Iacobi & filiorum in terram Aegypti deſcenſu, arceſſendos eſſe, oſtenditur. De duplici Abrahami vocatione, ex Vre Chaldæorum & Charane, & temporis ſpatio inter vtramque interpoſito. A poſteriore incipiendos eſſe annos 430. peregrinationis Hebræorum, cum, 75. fuiſſet ille annorum; non cum aut 70. aut etiam 76. 85. 99. vel 100. Annorum 430. peregrinationis Hebræorum, in duas æquales partes diſtributio; & 215. in Chananæa à Patriarchis peractorum declaratio; in qua Iacobi & poſterorum eius tempora vſque ad deſcenſum in Aegyptum deſcribuntur; & Beniaminem cum decem filijs, Iudam cum duobus nepotibus (Heſrone & Hamule) eo ſimul deſcendiſſe, oſtenditur. De annis 215. peregrinationis Iſraelitarum in Aegypto; Argumenta pro diuturniore eorum mora ſoluuntur: in quibus, de B. Iobi & Iobabi Idumæorum regis temporibus, ac Ioſuæ Genealogia agitur. Anni exodi incerti characteres demonſtrantur. Quartæ ætatis mundi ſpatium annorum 479. fuiſſe oſtenditur. Integritas numerorum 480. in lib. Regum, & 450. in Actis Apoſtolorũ & inter ſe conſonantia aſſeritur. Libri Iudicum ordo & diſpoſitio proponitur; annorumque quietis terræ ſupputandorum ratio exponitur. Dauidicæ genealogiæ in fine libri Ruth, tribuſque alijs pariter conſentientibus ſcripturæ locis explicatæ, perfectio defenditur; poſte-

Digitized by Google

& *Chetiu* & Exemplariorum orientalium, & occidentalium, & ſimiles, quæ internoſci poſſunt per Maſoretas, & per Hebræorum mſc. Capellus verò è contra mordicus ſuſtinebat numerum varietatum eſſe longè maiorem, cumque colligi poſſe ex infinitis penè verſionibus antiquis, & præcipuè ex illa 70. Interpretum, & ſi vt ille ait valdè corrupta. Has inter diſceptationes Sequeſter in ea Epiſtola accedit *Vſſerius* aſſerens non poſſe quidem tutò incedi ſequendo 70. Interpretum verſionem quam habemus; cum in ea errorum numerus prægrandis deprehendatur, varietateſque adeò enormes in ea conſpiciantur, vt neceſſe ſit dicere Authores ex prototypo penitus corrupto illam hauſiſſe; vt taceatur de alijs malitiosè inuectis. Et inter ſacræ Scripturæ libros nullus magis ab originali elongari appareat Iobi libro, vt ex authoritate D. Hieronymi & Origenis edoceri poteſt, qui aſſerunt Interpretes illos plurimos verſiculos ab eo libro detraxiſſe. Imò addit Vſſerius, S. Hieronymum vt putat ſequutus, plura ſacrorum Bibliorum loca immutaſſe, ac addidiſſe, aſſerens id præſtaſſe vt Græcis oraculorum ſacrorum arcana celarent; oſtenditque multa potuiſſe germanè in Græcam linguam facilè transferre ſi voluiſſent; vt patet ex Ezechielis libro qui Hebraico textui conformior reliquis apparet, quod etiam S. Hieronymus adnotauit. Neque de hac Vſſerij ſententia demirari poſſumus, cum ipſe alibi teneat verſionem 70. quam habemus, illorum non eſſe, ſed cuiuſdam Hebræi hæretici Doſithei nomine, qui eam cudit tempore Ptolomęi Philopatoris 177. annis an-

5. menſis diem 15. regnare cœpit Nebuchadneſar; ante Templi conflagrationem annis 19. quinque circiter diebus minus. VI. Nebuchadneſar, à viuente patre in conſortium regni aſſumptus, annos 43. poſt mortem illius imperauit ſolus; in vniuerſum verò annos 44. menſes 7. & dies 10. circiter. Deinde: Difficultates nonnullæ, ad Nabuchadneſaris, & regnum Iudæ qui ſub illius imperio vixerunt, tempora ſpectantes explicantur: & 70. annorum ſeruitutis Babylonicæ, per Ieremiam prædictorum, initium à iugo Babylonico, anno 4. Iehoiachimi primum à Iudæis ſuſcepto, non à poſteriorum deportationum aliqua deducendum eſſe, oſtenditur.

Richardus Parr Vſſerij Sacellarius, qui eius vitam vnà cum aliquibus Authoris Epiſtolis edidit, refert num. 3. Vſſerium ſcripſiſſe *Epiſtolam*, in qua proponit opus cuiuſdam Cambrigenſis nomine *Guilielmi Heyre* intendentis defendere antiquitatem punctorum vocalium Hebraicorum contra Ioſephum Scaligerum. Num. 81. refert aliam *Epiſtolam*, in qua Vſſerius affirmat didiciſſe à quodam Hebræo, Samaritanos pronunciari ſolitos nomen Dei יהוה *Adonài* omninò aliter ac nos facimus, nimirum *Iehueh*. Item ſcripſit Vſſerius

Epiſtolam ad Ludouicum Capellum, quæ habetur apud eundem *Richardum* num. 267. In ea continetur defenſio Arnoldi Bootij contra eundem Capellum. Controuerſia autem inter hos duos ad duo capita reduci poſſe, putauit Vſſerius. 1. Quod *Bootius*, ſeu *Boates* exiſtimabat per paucas varietates legendi adeſſe in Hebraico textu veteris Teſtamenti, vt ſunt differentiæ inter קרי & כתיב *Kerì*

Digitized by Google

negat, dicens ipſum ſuam Antiquitatum Hebraicarum hiſtoriam Hebraicè ſcripſiſſe, eamque ex Hebræo originali non tamen fidelitèr tranſtuliſſe. Hoc autem oſtendit quia Ioſeph in hiſtoria V. T. plura mutauit, addiditque non pauca ex apocryphis libris excerpta. Inter quæ dicit Salomonem 80. annis, loco 40. regnaſſe; Dauidem eidem Salomoni in vſum Templi ædificandi reliquiſſe centum millia argenti talenta, vbi dicere debuit millies millia, & ſimilia. Loquitur etiam *Vſſerius* de Pentateucho Sammaritano, cuius quinque aut ſex exemplaria eius opera aduecta fuere, illudque exiſtimat à quodam Doſitheo altero Hebræo corruptum fuiſſe, qui Apoſtolorum tempore Sammaritanis ſe pro Meſſia venditabat. Suadetur verò *Vſſerius* de hac Pentateuchi Samaritani corruptione ex Origene 14. in Ioannem, qui terminis expreſſis ait hunc Doſitheum Pentateuchum pluribus in locis corrupiſſe: quæ loca Vſſerius affert, & numerum verborum immutatorum recenſet. Hinc putat illum miſcuiſſe Hebraicum cum 70. Interpretum textu, vt ſuum adornaret. Vndè demirari non debemus ſi verſio 70. potius Sammaritano quam Hebræo textui conſonet. Vide *Bibliothecam Vniuerſalem* Gallico idiomate impreſſam Amſtelodami, an. 1687. in 12.

1180 IACOBVS WILHELMVS, edidit

Elementale Hebraicum, ea præcipuè complectens, quæ ad facultatem, & rationem rectè legendi Hebraicè faciunt. Wittebergæ, an. 1569. in 8.

1181 IACOBVS ZIEGLERVS, Landauus, Bauarus, Theol. Caluino-Zuin-

ante Chriſti natiuitatem; cum illa 70. Interpretum ſolius Pentateuchi, vt ipſe putat fuiſſe, & in incendio Bibliothecæ Ptolomæi Philadelphi perijſſe.

Vſſerius cum *Bootio* inſuper aſſerit Maſoretas eorum labori initium dediſſe immediatè poſt Eſdram, contra id quod *Capellus* exiſtimabat ſexcentis & vltra annis poſt Chriſti Domini ortum Maſoram editam fuiſſe. Nititur autem *Capellus* ſuam ſententiam tueri ex Ghemarà Babylonica, quæ mentionem facit quorundam Scribarum qui omnes Legis literas numerauere, atque adnotauere literam ו *Vau* quæ eſt in verbo גָּחוֹן *Venter*, *Leuit.* 11.42. meditulliũ iuſtiſſimum occupare omnium literarum legis. Vndè bis reperitur in Scriptura ו *Vau* longum, primùm in ſupradicta voce גחון ad monendum Lectorem, (vt ſcribunt Maſoretæ, referente Buxtorfio in Comment. Maſor.) eam literam eſſe mediam totius Legis: ad inculcandam magnitudinem abominationis iſtorum reptilium, quæ ſuper ventrem gradiuntur. Alterum extat in nomine proprio וַיְזָתָא *Eſth.* 9.9. qui fuit filius decimus impij Haman, ad indicandum, quod natu quidem minimus filius Hamanis fuerit, ſed odio & malitia contra Iudæos omnium ſuorum fratrum maximus. Quidam putant eum fuiſſe ſextum (quod numerus literæ ו indicat) in ordine fratrum, ſed viliſſimum, ac idcircò vltimo loco poſitum.

Obitèr verò *Vſſerius* de Ioſepho hiſtorico ſermonem inducit, & quamuis *Capello* det Philonem Hebraicam linguam ignoraſſe; hoc tamen de Ioſepho

Digitized by Google

verba, *Opinione conſtant*, dele 4. lin. vſque ad, *Fuit autem Tribus*, initio fol. 32. excluſ. Sub titulo *Menaſſeh Tribus*, fol. 33. pag. 1. lin. 5. ante finem, poſt illa verba, *Martyris dicemus*, dele 2. lin. vſque ad, *ſed ab ætate*, excl. ſub titulo, *Beniamin Tribus*, fol. 39. p. 2. poſt medium, & poſt illa verba, *Incredibilis continentiæ*, dele, *Reliquum paginæ*, cum integra pag. ſequent. in fol. 40. ſub titulo, *Iehudah Tribus*, fol. 44. pag. 2. poſt medium, vbi legitur, *Culta ſuperſtitioſè à vicinis*, dele, *Superſtitioſè*. Et fol. 45. pag. 2. ante medium, poſt illa verba, *Quæ non reliquerunt*, dele 3. lineas vſque ad, *Medemana*, & *Menonis*, excluſ. In *Marmarica*, fol. 65. p. 1. ante medium poſt illa verba, *Reſponderi ſibi vellet*, dele 6. lineas vſque ad, *Alexandri ſtatio*, excluſ. In *Arabia*, fol. 77. p. 2. in fine linea penultima, dele, *Et plures proprius more maiorum quam ſingulas*. Fol. 78. pag. 1. poſt illa verba, *De locorum conditione*, dele 3. lineas vſque ad *Param deſerti*, initio, pag. 2. excl. Fol. 79. pag. 3. linea 8. vbi legitur, *Iuſtam quæſtionem*. Fol. 80. p. 1. ante medium, poſt illa verba, *Colonias deduxerunt*, dele 3. lineas vſque ad, *Richma*, excluſ. Fol. 82. p. 1. poſt illa verba, *Ad plagam Auſtralem*, dele reliquum paginæ per vndecim lineas. In *Iſlandia*, fol. 93. p. 1. in fine, dele, *Is locus eſt carcer ſordidarum animarum*. In *Laponia*, fol. 95. p. 2. ad finem, vbi legitur, *Nequaquam abſurdè*, dele, *Nequaquam*.

IOACHIMVS RACHELIVS, de quo pag. 82. Adde:

Zuinglianus, Geographus, & Hiſtoric. Lutheran. Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Terræ Sanctæ, quam Palæſtinam nominant, Syriæ, Arabiæ, & Schondiæ deſcriptionem. Excuſ. Argentorati apud Petrum Olipionem, an. 1532. & apud Wendel, Rihel, 1536. Francofurti apud Wechel, 1575. 1583. Permittuntur in Hiſpania, quanquam in ipſa prima operis facie non præferatur *Ziegleri* nomen, præfertur tamen in ipſis præfationibus ſingulorum opuſculorum. Apponenda eſt itaque Zieglero nota Auctoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi.

In Præfatione quæ incipit, *Nullis exemplis*, fol. 3. pag. 1. lin. 7. à principio, dele, *tractetque fœmina omne genus diſciplinæ ſeuerioris*. Et poſt alias nouem lineas, dele, *Religionem præter ſuperſtitionem*. Et inferius poſt alias 6. lineas, & illa verba, *Graue commentarium*, dele 4. lin. vſque ad, *Hoc ſuſcipe*, excluſ. In *Syria*, fol. 12. pag. 1. paulò ante finem, poſt illa verba, *Nec videre licuit*, dele nouem lineas vſque ad finem pag. In *Palæſtina*, ſub titulo, *In Palæſtinam præfationes*, fol. 14. pag. 1. ante medium, poſt illa verba, *ad Palæſtinam Hebræos*, dele 20. lin. vſque ad, *Pro huiuſmodi cauſis*, excluſ. Eodem fol. pag. 2. ante medium, poſt illa verba, *His annis deſperatio*, dele 9. lin. vſque ad, *Inſtitutione ſancta*, excluſ. Fol. 15. ſub titulo, *Auctores quos ſum ſequutus*, fol. 16. pag. 1. initio, poſt illa verba, *Ex nobis deſiderari*, dele 3. lin. vſque ad, *Hoc vbi fecerit*, excluſ. Fol. 31. ſub titulo, *Ioſeph Tribus*, p. 2. in fine poſt illa

Com-

rum recenſitum, ac publicatum, Ienę, ex officina Ioannis Niſij, an. 1673. in 4. Agit in eo de Editionibus Scriptorum Eccleſiaſticorum : de melioribus Editionibus Bibliorum Hebraicorum, Noui Teſtamenti Græci, & Grææ Bibliorum verſionis de varijs mmſſ. Codicibus Bibliorũ Hebraici,& GręciTextus: de Paraphraſibus Chaldaicis: de Pentateucho Samaritano, eiuſque verſione, & de verſionibus Arabicæ, Syriacæ, Æthiopicæ, & Perſicæ.

1185 IOANNES ANDREAS QVENSTEDT, ſcripſit

De Sepultura veterum, ſiue Tractatus de antiquis ritibus ſepulchralibus Græcorum, Romanorum, Iudæorum, & Chriſtianorum, ante hac in Academia Vittebergenſi aliquot publicis diſputationibus propoſitus, nunc verò paſſim emendatus, & auctus. Excuſ. Vittebergæ, an. 1660. in 8.

1186 IOANNES BALDOVIVS, ad poſteros tranſmiſit opuſcula ſequentia:

Oratio auſpicalis, in qua adſtruitur Hebræam linguam eſſe pronunciatu ſuauiſſimam, elegantijs vtiliſſimam, cognitu facillimam &c. Lipſiæ, anno 1628. in 8.

Medulla Grammaticę Hebręę Buxtorfio-Erpenio-Troſtianæ. Ibid. anno 1636. & 1662. in 4.

Specimen ad Medullam Grammaticæ, ſeu Dilucidarij Biblici quo ad rem Grammaticam ex lib. 1. Moſis, Cap. 1. reſolutum &c. Schleuſingæ, anno 1639. in 4.

Elementare Hebraicum, Ibid. eodem anno.

1187 IOANNES BAPTISTA HEL-

Compendium ac facilis Linguam Sanctam adiſcendi via. Roſtochij, an 1615. in 4.

1182 IOANNA VAZ, Luſitana, fuit Cattarinæ Luſitanorum Reginæ famula; de ea ſcribit Ludouicus in Præf. Gram. Hebr. eam tantam Linguæ Sanctæ peritiam acquiſiſſe, vt *Epiſtolam* ad Romanum Pontificem *Hebraicam*, doctiſſimè ſcripſerit. Reſendius huius meminit docto Epigrammate ſuo

Porrò autem Comitum, quæ iam maturior æui
Carminibus tibi nota ſuis eſt Vaſia, cuius
Vt ſileam mores, inculpatèque iuuentam
Hactenus exactam, laus eſt ea magna, quod aulæ
Dux bona virginibus Latias præluxit ad artes.

Nicolaus Antonius in Append. ad Biblioth. Hiſp. eam nominat *Annam Vaſiam*, creditque vulgare cognomentum *Vacz* fuiſſe.

IOANNES ADAMVS SCHERZERVS, Author heterodoxus, de quo pag. 83. Adde:

Nucleus omnium Grammaticarum Hebræarum. Excuſ. Lipſiæ, an. 1660. in 12.

1183 IOANNES ALEXANDER BRASSICANVS, ſcripſit

Inſtitutiones Grammaticæ Hebrææ. Excuſ. Phorcæ, an. 1510.

1184 IOANNES ANDREAS BOSIVS, Auctor heterodoxus, edidit

Schediaſma de comparanda notitia Scriptorum Eccleſiaſticorum, ante hac priuatim traditum, nunc ſuaſu amico-

Digitized by Google

carebant, ſed ex prima Phaſi Lunæ, quotieſcumque poterant, determinabant; ita tamen vt Neomenia Menſis Niſan, ſeu Paſchalis illa eſſet, cuius dies decima quarta in aut poſt Aequinoctium Vernum caderet, intercalatione (ſi opus eſſet) præmiſſa, reliquos verò Menſes communiter ordine numerali à Niſan initio nominarent: adiunctis aliquando nominibus Chaldaicis, aut Syriacis. De Kalendario Hebraico ordinando ex Sacra Scriptura, demonſtrat, in ipſo Kalendario ad normam Sacræ Scripturæ, & veterum Hebræorum Ieiunia, & dies feſtos diſtribui oportere, non ordine Kalendarij recentioris Iudæorum, à Menſe Thiſri ineuntium, ſed ineundo à Menſe Niſan. An verò Kalendarium Hebraicum Neotericum ſeruiat pro antiquis temporibus, concludit, quod cùm Noui Kalendarij, quo recentioribus hiſce ſæculis vtuntur Iudæi, origo incerta ſit, & forma eius fallaci fundamento innixa; inutile eſt ad Neomeniam Paſchalem CHRISTI tempore, aut antea certo conſtituendam, aliaſue ſiue Neomenias, ſiue Tekuphas, ideſt Anni cardines ſecurè inueſtigandos. Addit poſtea Appendicem de Elementis, ſiue Fundamentis Anni, & Kalendarij Iudaici recentioris, vnà cum Tabulis, & Tabularum vſu; vbi oſtendit Terminos Paſchales à Gregorio XIII. reformatos vix, & raro vno die diſſidere à Terminis Iudæorum, eſto hi quatriduo aliquando diſſideant à priſcis Terminis, At Iudæorum veteres à Romanis in Cyclo Romano 8. & recentes in Cyclo 3. & 11. diſſidere vno Menſe. Hinc ponit tredecim Canones, videlicèt *Canon*

HELMONTIVS, edidit

Delineationem Alphabeti verè naturalis Hebraici. Schulzbachij, an. 1667. in 12.

1188 IOANNES BAPTISTA RICCIOLVS, natione Italus, patria Ferrarienſis, Societatis Ieſu Sodalis. Vir omni ſcientiarum genere excellenter excultus, vt de ipſo refert Ribadeneira in Bibliotheca Societatis; inter cætera eius opera magno ſtudio elaborata, edidit

Chronologiæ reformatæ & ad certas Concluſiones redactæ Tomos tres, Bononiæ, an. 1669. in fol. In qua Tomo I. agit de Anno antiquo Hebræorum, & concludit Annum Hebraicum antiquitus fuiſſe Luniſolarem, ideſt conſtantem ex menſibus alternatim dierum 30. & 29. congruaque intercalatione ad Solarem Annum reductum; quam Solarem ex menſibus tricenarijs, & appendice quinquediali compoſitum. A quo Aequinoctio Hebræi Anni exordium iniuerint? Aſſerit tàm Mundi, quàm Anni Hebraici Ciuilis initium fuiſſe Aequinoctium Vernum; Eſto poſt Exodum Hebræi, qui Anni initio Aegyptiaco in Aegypto aſſueuerant, cœperint iuſſu Dei annos Sabbathicos, Iubilæoſque ab Autumno computare; retento tamen Anni tàm ciuilis, quàm ſacri exordio à Neomenia proxima Verno Aequinoctio. Agit deinde de initio Menſium Hebraicorum à prima Lunæ Phaſi, & de Luna Paſchali, ordineque ac nominatim Menſium apud eoſdem, ponitq. hanc *Concluſionem*: Menſium initia, ſeu Neomenias Hebræi olim non ex Cyclis Luniſolaribus, aut Tabulis mediorum motuum, quibus tamen non

perire. XIII. *Canon*, ex Tabula 10. eruere à tempore Conſtantini Magni Paſchata Chriſtianorum, & Iudæorum terminos Paſchales. His abſolutis, agit De Sabbathi nomine, ac diuerſa eius ſignificatione, vbi definit, Sabbati nomen in ſac. Scriptura ordinariè ſignificare quidem feriam ſeptimam Hebræis feſtiuam, aliquando autem & totam Hebdomadam; quamuis ſignificare poſſit feriam, quà requieſcendum eſt ab operibus ſeruilibus, imò & annum quo ceſſandum eſt ab agricultutura, meſſe & vindemia. De Anno Sabbatico & Iubilæo, concludit, Sabbaticum Hebræorum Annum fuiſſe ſeptimum quemque Annum ab ingreſſu, & poſſeſſione pacifica terræ promiſſionis, & ab eius Neomenia menſis in anno Sacro, ac Ciuili ſeptimi, numeratum; Iubilæum autem Annum fuiſſe quinquageſimum quemque, ſed à die decima menſis ſeptimi, computatum, & immediatè ſuccedentem ſeptimo cuique Sabbatico, ſeu cuiuis quadrageſimo nono completo. Abundè etiam pertractat de Anno Aegyptiaco, Perſico, Græcorum, Macedonum, Romanorum, aliarumque diuerſarum Gentium, videlicet Aethiopum, Coptitarum, Syrorum, Armenorum, Gallorum, Celtarum, Danorum, Saxonum, Germanorum, Ruthenorum, Moſcouitarum, Tartarorum, Sinnenſium, Iaponum, Indorum orientalium, & occidentalium, Mexici, Peruuij, Chilenſiſque Regni, &c. Agens de Anno Tranſlationis LXX. Interpretum, probat Tranſlationem Sacræ Scripturæ de idiomate Hebraico in Græcum per LXXII. Interpretes totidem diebus fa-

non I. Annos Iudaicæ Periodi conuertere in Annos illos Epochæ CHRISTI, vel ante, quorum Autumno incœpit, vel incipiet datus Annus Iudaicus. II. Annos Epochæ CHRISTI conuertere in Annos Iudaicos cum ipſis concurrentes, vſque ad Autumnale caput Anni Iudaici ſubſequentis. III. Dato Anno Iudaico, inuenire Cyclum Solis, & Lunæ Iudaicum, vnà cum Cyclis iam abſolutis. IV. Dato Cyclo Solis, inuenire Literam indicem Feriæ primæ Anno Iudaico ſeruientem. V. Dato Anno Epochæ CHRISTI, reperire in forma Iuliana Cyclum Solis & Lunæ congruentem Anno Iudaico cum ipſo concurrenti. VI. Dati Anni Iudaici caput Aſtronomicum inuenire, ſeu characterem Neomeniæ Thiſrì, quo ad feriam, horas, & ſcrupula à Meridiano Eden, vel Hieroſolymitano computatas. VII. Caput Anni Iudaici Aſtronomicum corrigere, ob tranſlationem feriarum. VIII. Data feria Neomeniæ Thiſrì, vel eius charactere, inuenire feriam Scenopegiæ ſequentis, & Paſchatis, & Pentecoſtes antecedentis. IX. Dato capite Anni Iudaici, ſeu Neomenia, ciuili Thiſrì, & capite Anni ſequentis per Canones 6. 7. decernere an præſens Annus ſit Communis an Embolymæus, & an ſit Deficiens, Ordinarius, aut Abundans. X. Data feria politica capitis Anni Iudaici in quam diem menſis Iuliani cadat, inuenire. XI. Inuenta Neomenia Thiſrì, & Anni qualitate inuenire Neomenias reliquorum menſium Iudaicorum, & dies menſium Iulianorum, in quas incidunt. XII. Tekuphas, ſeu Solis ingreſſus in quatuor puncta Cardinalia *Zodiaci* re-

Digitized by Google

tem, tum iuxta Hebraicam, & Latino-Vulgatam editionem; tum iuxta LXX. Interpretes. IV. De tempore Turris Babel, diuiſionis linguarum, & diſperſionis poſterorum Noe ſuper faciem terræ; & aſſerit, quod quamuis non ſit omninò impoſſibile aliquem de poſteris Noe ante linguarum diuiſionem longius à Meſopotamia migraſſe, ſuæque cognationis ſedem alibi ſtatuiſſe; Maximam tamen partem poſterorum Noe probabilius eſt cœptam diſpergi ſuper terram poſt Turris Babel fundamenta iacta, & diuiſionem linguarum, quam diuiſionē ipſo tempore ortus Phalegi factam putat Anno ante CHRISTI Epocham 2847. & poſt Diluuium 531. iuxta Chronologiam LXX. Interpretum, quam probabiliorem cenſet. V. De Annis ab ortu Abrahæ, vſque ad mortem Ioſephi, & ſtatuit, quod ab ortu Abrahæ, vſque ad Ioſephi Patriarchæ mortem anni fuere 361. Sed vſque ad mortem Leui anni 383. Iobum porrò ſicut verius eſt fuiſſe pronepotem Eſau, ita veriſimile eſt natum eſſe circa illud tempus, quo Iacob migrauit in Aegyptum. VI. De Annis ab ortu Abrahæ ad Exodum, ſeu exitum Iſraëlitarum ex Aegypto; vbi concludit, probabile quidem eſſe Annos quadringentos triginta, quos à promiſſione diuina facta Abrahæ, ad legem datam, & Exodum Sacra Scriptura recenſet, computandos eſſe ab exitu Abrahæ ex Haran, ideoque ab ortu Abrahæ ad Exodum interfuiſſe annos 505. Probabilius tamen eſſe eos computandos eſſe à promiſſione diuina iuramento confirmata à Deo, eidem accincto ad immolandum Iſaac, atque adeo ab ortu Abrahæ ad Exodum fuiſſe an-ctam fuiſſe; Ptolomæi quidem Philadelphi tempore; ſed viuente adhuc patre eius Ptolomæo Lagi, & Demetrio Phalareo in aula eius verſante anno ante Chriſti Epocham 285. aut 284.

Canonem affert Regum Babyloniorum, Aſſyriorum, & Iudæorum cum illis connexorum à Nabonaſſaro vſque ad captam à Cyro Babylonem, & ſolutam ab eo captiuitatem Iudæorum.

Liber *Sextus* occupatur in recenſendis Annis, & Epochis Hebræorum, inter ſe prius, & deinde cum Epocha CHRISTI connectendis. Habet capita quatuordecim, quorum I. agit de Annis à creatione Mundi, vſque ad Diluuij Noetici finem, vbi certum eſſe putat ab initio Mundi ad finem Diluuij Noetici non interceſſiſſe annos plures quàm 2272. nec pauciores, quam 1647. Probabilius tamen aſſerit, aut fuiſſe 2256. potius quàm 1656. II. De Annis à Diluuij Noetici fine ad ortum Abrahæ; vbi concludit probabilius eſſe Sem primogenitum Noe natum anno 501. vitæ Noe exeunte, & Arphaxadum genitum eſſe à Semo anno 2. ineunte poſt Diluuium, & Cainanum filium fuiſſe Arphaxadi patremque Sale, & Abrahamum natum eſſe anno 130. Tharæ, ideoque probabilius eſſe iuxta editionem Hebraicam, & Vulgatam à Diluuij fine ad natiuitatem Abrahæ interceſſiſſe annos 382. iuxta ſeptuaginta autem Interpretes fuiſſe annos 1232. vel ſaltem 1132. Certum interim eſſe probat, nec pauciores fuiſſe quàm 282. nec plures, quàm 1242. Intra hos tamen terminos nihil eſſe abſolutè certū, putat. III. Colligit ex Concluſis cap. 1. & 2. Annos Patriarcharum ab Adamo ad Abrahę mor-

rum mendum in Vulgata, reponendoſque annos 580. aut annos 480. aliundè computandos eſſe, quam à primo egreſſu Iſraelitarum ex Aegypto. IX. De Annis à Templi Salomonici fundatione ad eius excidium à Nabuchodonoſore factum, & de his ac reliquis Annis à Templi fundatione ad initium Mundi, de quibus in hoc libro ſexto hactenus diſputatum eſt, cum Epocha CHRISTI connectendis; & concludit, quod à Saulis initio, vſque ad annum 11. Sedeciæ durauit Regnum Hebræorum annos 488. à diuiſione autem Regni durauit Regnum Iudæ annos 388. Regnum autem Iſrael à Ieroboam ad vltimum Oſeæ annos 244. A Templi Salomonici fundamentis ad eius excidium fuere anni 425. Fuit autem Saulis initium ante Epocham Chriſti an. 1075. Templi fundatio, anno 1012. Diuiſio Regni 975. Excidium Regni Iſrael 721. Captiuitas Babylonica 605. Excidium Regni Iudæ, & incendium Templi anno 587. X. De temporibus SS. Prophetarum cum Epocha Chriſti connectendis; hìc exhibet Catalogum quo ſeptemdecim Prophetarum tempora ordinanda ſunt, quorum vndecim ſac. Scriptura, reliquorum Hebræa Chronica, vel Interpretes tempora tradidere. XI. De Annis Captiuitatum Iudaicarum, initio & fine Captiuitatis Babylonicæ, eaque occaſione de Annis Tobiæ, Iudith, & Eſther, cum Epocha Chriſti connectendis. Cenſet *Primam* Hebræorum captiuitatem ſub Teglatphalaſar rege Aſſyriorum factam fuiſſe paulò poſt annum 750. ante Chriſtum; *Secundam* ſub Salmanaſar anno 721. qua Niniuem tranſlatus eſt Tobias;

 Ter-

nos 555. Annos autem quadringentos, quos ſacra Scriptura numerat à peregrinatione ſeminis Abrahæ, eiuſque afflictionibus, vſque ad reditum in Chanaam, & Amorrhæorum debellationem computandos eſſe à peregrinatione Iſaac in Geraris, nouaque confirmatione iuramenti à Deo facta Iſaaco, vſque ad ingreſſum Iſraelitarum in Terram Chanaam, non autem ab ingreſſu eorum in Aegyptum, vſque ad exitum eorumdem ab Aegypto, atque adeo ab anno Abrahami 192. ad 595. VII. De Annis ab ortu Mariæ, Aaronis, & Moyſis, vſque ad mortem Ioſue; hìc probabilius eſſe exiſtimat, anno ab ortu Abrahami 470. natam Mariam ſororem Aaronis, & Moyſis, Aaronem verò natum anno 474. Moyſen 476. Ioſue 514. Calebum 518. Miſſum porrò à Deo ad Pharaonem Moyſen anno 554. Exodum fuiſſe anno 555. die 15. Niſan, feria 5. Aprilis 16. ineunte 17. poſt occaſum Solis, obijſſe autem Mariam, & Aaronem anno 594. & Moyſen anno 595. ſtatimque illi ſucceſſiſſe Ioſue, huncque obijſſe anno 623. poſt celebratum anno 608. primum Sabbaticum. VIII. De Annis ab Exodo, ad fundationem Templi Salomonis; vbi oſtendit, quod quamuis ex 3. Regum cap. 6. vt iacet nunc in Vulgata editione, & propter multorum auctoritatem videatur probabile ab Exodo ad fundationem Templi Salomonici interfuiſſe annos 480. Reuera tamen quia ex libris Geneſis, Iudicum & Regum ſimul certò, ex Actis autem Apoſt. cap. 13. probabiliſſimè, multo plures annos huius interualli colliguntur, nempe 580. valde probabile eſt corrigendum librario-

Digitized by Google

potius ex hoc aliunde notiori, de annis Herodis coniectura ſumenda fuerit: & hinc probabilius exiſtimat Herodem mortuum eſſe anno Chriſti vero & ſimul vſitato primo.

Liber *ſeptimus* agit de Annis Mundi conditi, eiuſque ætatibus, vſque ad Epocham Chriſti; vbi fusè pertractat de opinionibus circa Mundi annos ab ipſius creatione, vſque ad ortum Chriſti; & de probabiliori numero iuxta Hebraicam, Vulgatam, & LXX. Interpretum editionem.

Liber *Octauus*, de anno & die Natiuitatis, & Mortis Chriſti, ac Deiparæ Virginis diſputat; vbi peculiarem Quæſtionem inſtituit, quærendo videlicèt, Quando & quomodo impleta ſit Prophetia Iacobi Patriarchæ de Meſſia venturo, Geneſis 49. & an Machabæi fuerint de Tribu Iuda, & Chriſtus ex Machabæorum ſanguine.

1189 IOANNES BAPTISTA SINNICHIVS, Corcagienſis, Hibernus, emiſit

De Saule Iſraeliticæ gentis Proto-Monarcha Tom. II. Excuſ. Louanij, an. 1665. & 1667. in fol.

1190 IOANNES BARBATVS, exarauit Opus inſcriptum

Speculum Hebraicum. Excuſ. Louanij, an. 1615.

IOANNES BENEDICTVS CARPZOVIVS, de quo pag. 84. Adde:

Introductio in Theologiam Iudaicam. Excuſ. Lipſiæ vnà cum *Pugione Fidei* Raymundi Martini, an. 1687. in fol. Diuiditur in duodecim Capita: I. oſtendit veram Chriſtianorum Theologiam tantùm eſſe Theologiam propriè: *Tertiam* anno 605. qua Daniel & alij Babylonem deportati ſunt, & ab hac computandos eſſe annos 70. à Ieremia prænunciatos, vſque ad initium Monarchiæ Cyri Babylone potitos; *Quartam* anno 598. qua Iechonias cum alijs, eodem deportatus eſt; *Quintam* anno 587. qua reliqui deportati ferè omnes, Templumque & Ieroſolyma incenſa, Iudith autem obtruncaſſe Holofernem anno circiter 690. Et Eſther ab Artaxerſe Longimano ductam eſſe anno 459. XII. De initio, fine, & quantitate Hebdomadum Danielis; vbi ſtatuit, Septuaginta hebdomades abbreuiatas, de quibus S. Gabriel Danielis 9. eſſe annorum non Lunarium, ſed Luniſolarium hebdomades 69. cum ferè dimidia, nempe anni 486. vel 485. & aliquot menſes eoſque computandos eſſe ab anno 20. Artaxerſis Longimani, initio à primo eiuſque exordio regnandi viuente adhuc patre, vſque ad mortem & reſurrectionem Sancti Sanctorum Ieſu Chriſti, qua conſumatæ ſunt promiſſiones diuinæ, & figuræ de hoc in Teſtamento veteri, & confirmatum Euangelium, ac Teſtamentum nouum. XIII. De Annis Pontificum Hebræorum; hoc eſt ab Aarone ad annum 4. Phanaſij, ſub quo capta eſt per Titum Ieroſolyma, aſſerit fuiſſe Pontifices Hebræorum 86. per annos 1660. *Caput* XIV. & vltimum agit de Herodis annis; & cum de morte Herodis infanticidæ extent opiniones diuerſæ, imò Ioſephus Hiſtoricus ſibi ipſi repugnet, nec ſufficiat Dionis auctoritas ad eum annum determinandum, perperam ex morte Herodis Annus Natiuitatis Chriſti à quibuſdam definitum eſſe oſtendit, cum

buere, & harum primæ aſſignare *Biblicum*, ſecundæ *Talmudicum*, tertię *Cabbaliſticum*. VIII. Theologiam Iudaicam, quo ad modum proponendi, eſſe vel *mythicam*, vel *manifeſtam*; ibique nonnullas Iudæorum fabulas refert. IX. Theologiam Iudaicam, reſpectu ad *ſubiectum informationis* habito, eſſe vel *Catecheticam*, vel *Acroamaticam*; exponuntur ibi tredecim Fidei Iudaicæ articuli à R. Moſe Maimonide conſcripti. X. Theologiam Iudæorum acroamaticam eſſe vel *Maſorethicam*, vel *Exegeticam*, vel *Didacticam*, vel *Polemicam*, vel *Hiſtoricam*, vel *Liturgicam*, vel *Aſceticam*, vel *Homileticam*, vel *Cabbaliſticam*; ibique agit de Maſorà, & Maſorethis: de interpretatione legis ſcriptæ, & oralis Iudaica: de locis Theologicis, & ſexcentis tredecim Præceptis Iudæorum. XI. De Iudaica Theologia: multos Chriſtianorum ad conuincendam eius falſitatem ſcripſiſſe, ſed diuerſimodè. XII. & vltimum Caput huius *Introductionis*, oſtendit omnium præclariſſimum opus Anti-Iudaicum eſſe *Raymundi Martini Pugio fidei*, è quatuor Manuſcriptis Codicibus, à *Ioſepho de Voiſin* cum obſeruationibus editum, & ab ipſo *Carpzouio* denuò hìc exaratum, in cuius calce addit *Hermanni Iudæi de ſua conuerſione opuſculum*, ex Manuſcripto Bibliothecæ Paulinæ Academiæ Lipſienſis recenſitum. Habet Capita XXI. 1. De Viſione quam habuit adhuc puer. 2. Qua primo occaſione Chriſtianis, & eorum conſortio quantum profecerit. 3. De habita cum Roberto Abbate Tuicienſi, diſputatione. 4. Reſponſio. 5. Quod cum ad fidem Chriſti

prię: Falſam Theologiam Gentilium, Muhammedanorum, Iudæorum, Hæreticorum, ſic per abuſum vocari; & quomodo Iudæi ſuam Theologiam nuncupent. II. Theologiam Iudaicam non à Iudæis veteribus, qui ante Chriſti aduentum fuerunt, ſed à modernis denominari Iudaicam, ibique explicat quo ſenſu Theologia Patriarcharum Iudaica dici poſſit, & quænam ſit diſtinctio inter veteres, & modernos Iudæos, & qualis ſit vtrorumque Theologia. III. agit de duabus modernorum Iudęorum Sectis, vna *Rabbanitarum*, altera *Karræorum*, illam *Phariſæorum*, hanc *Sadducæorum* propaginem eſſe, adeòque ab inuicem animis, & dogmatibus longiſſimè abire, licèt in articulo de Meſſiæ aduentu nondum facto conſentiant. IV. demonſtrat Sectam *Karræorum* obſcuram eſſe, & Europæ propemodum ignoratam. Sectam verò *Rabbanitarum* præualere, eique omnes Iudæos Europæ incolas eſſe addictos, adeòque *Theologiam Iudaicam* eandem eſſe, quam *Rabbanitarum*. V. Theologiam Iudaicam modernorum Rabbanitarum eſſe doctrinam humanam, traditionibus fundatam, qua ſe Iudæi exules de Dei cultu ad vitam in futuro ſæculo beatè tranſigendam informari credunt. VI. Duas eſſe partes Theologiæ Iudaicæ, vnam מעשה בראשית *Opus Bereſchìth*, alteram מעשה מרכבה *Opus Mercaba*, ſed ipſos Rabbinorum doctiſſimos non conſentire, vtrum ſint adæquatæ; ibique ſententia Archangeli de Burgo nouo, Reuchlini, R. Ioſephi Caſtilienſis, & R. Moſis Maimonidis expenditur. VII. Studium Theologiæ per tres claſſes Iudæos diſtri-

Digitized by Google

Libellum Grammaticum Hebraicæ linguæ.

1192 IOANNES BISSELIVS, natione Germanus, patria Babenhuſanus in Sueuia Diœceſis Auguſtanæ, Soc. Ieſu Theologus, edidit

Palæſtinæ, ſeu Terræ Sanctæ Topothesiam breuem, & compendiariam, ſecundum Regiones, ſeu Tribus expreſſam. Hamborgæ, an. 1659. in 8.

1193 IOANNES BVSTAMANTIVS, ſcripſit

De Reptilibus ſacræ Scripturæ. Excuſ. Lugduni an. 1620. Vol. II. in 8.

IOANNES BVXTORFIVS Fil. Germanus, Theol. Polil. Caluino-Zuinglianus, Hæreticus primæ claſſis, de quo pag. 89. Adde:

De Punctis vocalibus, & accentibus ſac. Scripturæ. Excuſ. Baſileæ, an. 1648. in 8.

1194 IOANNES CHIFLETIVS, Veſontinus, I. C. ſcripſit

Apologeticam Parænesim ad Linguam Sanctam. Excuſ. Antuerpiæ apud Balth. Moretum, an. 1642. in 8.

1195 IOANNES CHRISTOFERSONVS, Lancaſtrienſis, è Greco in Latinum vertit

Philonem Iudæum.

1196 IOANNES CHRISTOPHORVS KOHANSVS, elucubrauit

Tractatum Exercitationum Glotticarum, continentem præter alia Controuerſiam de V. T. Punctorum Hebraicorum origine. Excuſ. Coburgi, an. 1677. in 4.

Grammaticam Hebræam biformem. Excuſ. ibid. eodem anno.

1197 IOANNES CHRISTOPHO-

ſti charitas, & fides cuiuſdam plurimum incitauerit. 6. Qualiter cum Epiſcopo Eckeberto ad clauſtrum Kapenbergenſe veniens, viſa fratrum conuerſatione ſit compunctus. 7. Quomodo eum ad parentes reuerſum, Iudæus ſibi in cuſtodem delegatus accuſauerit. 8. Qualiter triduano ſe ieiunio pro ſua illuminatione afflixerit. 9. Quod pro inueſtiganda veritate catholica cum Clericis diſputatione vacabat. 10. Qualiter contra voluntatem & propoſitum ſuum vxorem ducere coactus, & per eius amorem in priſtinum errorem ſit obligatus. 11. Quomodo poſt obligationem vxoris rurſum circa veritatem ſit eius reaccenſa deuotio. 12. Quomodo per orationes religioſarum fœminarum ſit illuminatus. 13. Qualiter in fide profecerit. 14. Qualiter fratrem ſuum à Iudaiſmo retraxerit, & quomodo Iudæi aduerſus eum conſpirauerunt. 15. Quàm mirabiliter ſcriptas contra ſe à Iudæis literas deprehenderit. 16. Quod veniens Wormaciam fiducialiter Chriſtum in Synagoga Iudeorum prædicauerit. 17. Quomodo Maguntiam perueniens fratrem ſuum occultè deduxerit. 18. De viſione, quam vidit ante baptiſma. 19. Quomodo baptizatus ſit, & quas in ipſo baptiſmo diaboli fraudes pertulerit. 20. Qualiter poſt baptiſmum ſæculo renuntiauerit, & ſub ordine canonico diuino ſe mancipauerit obſequio. 21. Quod tunc primum viſum in pueritia ſua de futura in ſe Chriſti gratia ſomnium intellexit, & eundem qualiter interpretatus ſit.

1191 IOANNES BÆSENTEIN, Germanus, edidit, teſte Geſnero

Digitized by Google

Elenchum Librorum Hebræorum, Græcorum, Latinorum, Germanicorum aliorumque Europę Idiomatum typorum æternitati conſecratorum ab anno 1500. *ad annum* 1602. *incluſiuè*. Francofurti, an. 1602. in 4.

1199 IOANNES CLOPPENBVRGIVS, ſcripſit

De Die, quo Chriſtus & Iudæi comederint Agnum Paſchalem, cum Tractatu de Sabbatho Deuteroproto. Excuſ. Groningæ, an. 1660. in 12.

1200 IOANNES COSTERIVS, Aloſtanus, compoſuit

Inſtitutionem de exitu ex Aegypto, & fuga Babylonis, teſte Suuertio. Obijt an. 1530.

1201 IOANNES DAVBDANVS Gallicè exarauit

Itinerarium Terræ Sanctæ. Citatur à Wagenſeilio in *Sotà*, pag. 221.

1202 IOANNES DOLINGIVS, ſcripſit

Diſſertationem de integritate Linguæ Hebraicæ. Excuſ. Wittebergæ, an. 1621. in 4.

Aſſertionem veritatis Hebraicæ. Ibid. in 4.

1203 IOANNES DRACONITES, Germanus, Hæreticus Auguſtanæ confeſs. Profeſſor Marpurgenſis, Sacros aliquot Veteris Teſtamenti libros ex Hebræo tranſtulit, & ſuccinctis Commentarijs explicauit, ex quibus hæc ſunt:

Commentarius in Pſalmos aliquot, & Capitula Geneſeos de Chriſti regno. Excuſ. Marpurgi, an. 1537. in officina Egenolphi.

Pſalterium ex Hebræo verſum, cum ſcholijs ſeorſim adiunctis. Ib. an. 1543.

Com-

PHORVS STEEBIVS, Philoſophię, & Medicinæ Doctor, emiſit Opus inſcriptum

Cœlum Sephiroticum Hebræorum, Moyſi & LXX. Doctoribus Synedrij in deſerto peregrinantium in Sina Monte manifeſtatum Exod. 24. v. 9. & 10. Per portas intelligentiæ Moyſi reuelatas. Interiores rerum naturalium characteres, abditoſque receſſus manifeſtans, ex vetuſtiſſima Hebraica veritate Medicinæ, Chimiæ, Aſtronomiæ, Aſtrologiæ, Botanicæ, Zoologiæ, Anthropologiæ, aliarumque ſcientiarum noua principia, oculari demonſtratione oſtendens, & explicans. Excuſ. Moguntiæ typis Chriſtophori Kuchleri, an. 1679. in fol.

IOANNES CHRISTOPHORVS WAGENSEILIVS, de quo pag. 98. Adde:

Exercitationes VI. varij argumenti; in quarum *Tertia* à *R. Iuda Leone* Hebraico idiomate conſcripta, Commentatio Hiſtorica de poſtrema Pragenſi inuaſione à Suecis Duce Konigſmarkio, an. 1648. facta, exhibetur. *Quarta*, Librum Hebraicum Geographicum prodit, quo *R. Petachiæ* iter, quod is ſæculo duodecimo per Tartariam minorem & Aſiæ quaſdam regiones ſuſceperat, ac veterum Patriarcharum, Regum, ac Prophetarum ſepulchra (de quibus multa fabuloſa narrantur) inuiſerat, deſcriptum eſt, eum in modū quo R. Beniaminis Tudelenſis, cui Petachias coęuus cenſendus, itinerarium compoſitum eſt. Excuſ. Altdorfij Noricorum, an. 1687. in 4.

1198 IOANNES CLESSIVS, edidit

Digitized by Google

cuſ. Erflurti, an. 1647. in 4.

1205 IOANNES ERNESTVS OSTERMANNVS, edidit

De Mutatione punctorum Hebræorum generali, Fundamenta quatuor explicata. Wittebergæ, an. 1634. in 4.

1206 IOANNES FOECKLERVS, emiſit

Fundamenta ad Linguam Sanctam accuratè docendum. Amſtelodami, an. 1661. in 9.

1207 IOANNES FOY-VAILLANT, Bellouacenſis; D. Medic. & Regis Antiq. typis euulgauit

Seleucidarum Imperium, ſiue Hiſtoriam Regum Syriæ ad fidem Numiſmatum accomodatam. Excuſ. Lutetiæ Pariſiorum apud Ludouicum Billaine, an. 1681. in 4. Plura in eo de Iudæorum rebus pertractat.

1208 IOANNES FRENTZELIVS, ſcripſit

De Iudæo immortali. Excuſ. Wittembergæ, an. 1672. in 4.

1209 IOANNES FRIDERICVS LVMNIVS, (à pago *Lumen* ditionis Leodicenſis, æquali ferè Dieſtemium inter, & Haſſeletum interuallo) Paſtor fuit deuotarum Virginum, quas *Beginas* vocant, Antuerpiæ: Vir pietate, & doctrina, ſcriptiſque in vulgus editis, clarus, vt fatetur *Deſſelius* in Bibliotheca Belgica. Scripſit inter cætera

De extremo Dei iudicio, & Iudæorum vocatione Libb. II. Excuſ. Antuerpiæ, an. 1567. & 1594. in 8. Venetijs 1569. in 4.

IOANNES FRISCHMVTH, de quo pag. 104. Adde:

De Iudæorum amentia ex coniunctione ...

Commentarius in Danielem ex Hebræo verſum cum Oratione, & indice. Ibid. an. 1544.

In Pſalmum 112. Laudate Dominum omnes Gentes, Enarrationes. Excuſ. Ratisbonæ, an. 1541.

Commentaria in Obadiam, & Pſalmum 137. Excuſ. an. 1538.

In diuerſos Prophetas, Interpretationes. Impreſſ. Roſtochij.

Amos Propheta ex Hebræo in Latinum verſus.

Prouerbiorum Salomonis textui Hebraico, ſubiecit *quatuor aliarum linguarum verſiones, & annotationes.* Idem in nonnullis alijs Prophetis præſtitit. Poſt plures annos, Wittebergam, è qua diſceſſerat regreſſus eſt, vt opus *Biblicum quintuplex* componeret, (textum ſcilicet Hebraicum, Chaldaicum, Græcum, Latinum, & Germanicum) ad quod Elector *Saxoniæ Auguſtus* ſumptus ipſe decreuerat neceſſarios, verùm morte præuentus obijt Wittebergæ ſeptuagenario maior, anno 1566. Plura de eo vide apud Paulum Freherum in *Theatro Virorum eruditione clarorum.*

1204 IOANNES EERHARDVS BVSMANNVS, Profeſſor Helmſtadienſis, elucubrauit

Orationem de genio linguæ Hebrææ. Excuſ. Helmæſt. an. 1673. in 4. Item ſcripſit

De Antiquis Hebræorum literis.

IOANNES ERNESTVS GERHARDVS, de quo pag. 102. Adde:

Enchiridion Lexici Pentaglotti Harmonici Linguarum Hebrææ, Chaldææ, Syriacæ, Arabicæ, Aethyopicæ. Ex-

Digitized by Google

pus. *Quatuor enim Semis tranſierunt*, *& duo Semis ſuperſunt*. Hæc apud Philonem. Quam tamen reuelationem inter alias Iudæorum fabulas, proprio marte adinuentas, reponimus.

1213 IOANNES HAMBRÆVS, emiſit

Inſtitutionem Hebraicam compendioſam. Impreſ. Roſtoch. an. 1619. in 12.

1214 IOANNES HASSENIVS, edidit

Manuductionem compendioſam ad linguam Hebraicam. Lipſiæ, an. 1630. in 4.

1215 IOANNES DE LA HAYE, Pariſienſis, Lector emeritus, Concionator Regius, & in Gallia Minorum Procurator Generalis, literarum monimentis conſignauit

Biblia Maxima Verſionum ex linguis Orientalibus, pluribus ſac. mſcs Codicibus, innumeris ferè SS. & veteribus Patribus, & Interpretibus orthodoxis, collectarum. Earumque Concordia cum Vulgata, & eius expoſitione literali; cum annotationibus Nicol. de Lyra Minoritæ, Ioan. Gagnæi Doctorum Pariſ. Guil. Eſtij Doct. Louan. Ioan. Menochij, & Iacobi Tirini Doct. Soc. Ieſu. Additis ampliſſimis Prolegomenis, vniuerſa quæ poſſunt agitari circa ſac. Scripturæ Maieſtatem, Antiquitatem, Auctoritatem, obſcuritatem, ſenſuum diuerſitatem, Iudicem, Canonem, Verſionum originem, Anthologiam &c. decidentibus. Non omiſſis Chronico ſacro, Tractat. de Ponderibus, Menſuris, Monetis, Idiotiſmis linguarum; ampliſſimis Indicibus &c. Omnia nouem-

ctione Saturni, *& Iouis in ſidere Piſcium aduentum Meſſiæ indicare præſumentium*. Excuſ. Ienæ an. 1677. in 4.

1210 IOANNES FVNGERVS Leouardienſis, Friſius I. V. D. edidit

Lexicon Philologicum, in quo primigeniæ vocum Hebræarum, Græcarum, & Latinarum origines; ſummo ingenij acumine inueſtigatæ ex Authoribus omni literatura peritiſſimis, ac probatiſſimis. Excuſ. Lugduni, an. 1658. in 4.

1211 IOANNES GABRIEL DRESCHSLERVS, edi curauit

Manuductionem ad Poeſin Hebraicam, an. 1672. Item ſcripſit

Deſcriptionem Moſis ſerui Domini, Lipſiæ, an. 1674. in 4.

1212 IOANNES GEORGIVS HERVVART, ab Hohenburg, I.V.D. edidit

Nouas, veras & exactè ad calculum Aſtronomicum reuocatas Chronologias; ſeu temporum ab origine Mundi capita præcipua, quibus tota temporum ratio continetur, & innumerabiles omnium Chronologorum errores deteguntur. Monachij Bauariorum, an. 1612. in 4. Plura de Iudæis refert: Item ponit Chriſtum Dominum incarnatum eſſe exacto anno Mundi 3955: idque intendit colligere ex reuelatione, quam Deum Moyſi tradidiſſe refert, teſte Philone Hebræo in Geneſ. Latinè mſc. videlicet: *Et dixit Moyſes, Domine, oſtende mihi quanta quantitas temporis tranſijt, & quanta remanſit. Et dixit ad eum Dominus: Iſtic mel; apex magnus, momenti plenitudo, & clari gutta, & omnia compleuit tem-*

Digitized by Google

typis Martini Mulleri . an. 1685. in 8. Diuiditur in duas partes, quarum Prima agit de Animalibus generatim, atque vniuersè conſideratis, eorumque ortu, ac commune omnibus nomine, procreationis cauſa, & quomodo generatim diuidantur; De Quadrupedibus, Auibus, Reptilibus, Aquatilibus vniuersè ſpectatis, ac nominibus ab Adamo ijſdem impoſitis; de domeſticis quadrupedibus, ſcilicet de Elephante, Bobus, Camelis, Equis, Aſinis, Mulis, Ouibus, Capris, Suibus, & Canibus. *Secunda* de Quadrupedibus Feris, nempe, de Leonibus, Pardo, Camelo-Pardali, Tigride, Lynce, Lupo, Hyæna, Thoibus, Vrſis, Vulpibus, Felibus, Alce, & Ceruo.

1218 IOANNES HEYDENVS, deſcripſit

Hieruſalem Ciuitatem vetuſtiſſimam. Excuſ. Francofurti, an. 1563. in fol.

1219 IOANNES IACOBVS GANTESVILERVS, literarum monimentis conſignauit opuſculum prænotatum

Lux è tenebris, ſeu abſtruſi, obſcurique myſterij אורים ותמים *Vrìm & Thummìm breuis Dilucidatio*. Excuſ. Hanouiæ, an. 1675. in 4.

IOANNES IACOBVS HOFMANNVS, de quo pag. 108. Adde:

Epitome Metrica Hiſtoriæ vniuerſalis Ciuilis & ſacræ, ab Orbe condito vſque ad annum 1685. cum enarratione Hiſtorico-Chronologica, Appendice, varia ad meliorem Epitomes intelligentiam comprehendente, & Indice Chronologico triplici vrbium, perſo-

decim Voluminibus comprehenſa. Excuſ. Lutetiæ Pariſiorum, an. 1660. in fol.

1216 IOANNES HEIDEGGERVS, exarauit

Hiſtoriam ſacrorum Patriarcharum. Excuſ. Amſtelodami, an. 1667. in 4. vol. II.

IOANNES HENRICVS HOTTINGERVS, de quo pag. 106. Adde:

Primitiæ Heidelbergenſes, ſeu Tractatus varij cira eruditionem linguæ Hebraicæ. Excuſ. Heidelbergæ, an. 1659. & 1677. in 4.

1217 IOANNES HENRICVS MAIVS, Phorcenſis, in Gymnaſio Durlacenſi Linguarum Orientalium Prof. Publ. elucubrauit Opuſculum inſcriptum

Breuis, & accurata Animalium in ſacro tum primis Codice memoratorum Hiſtoria, in qua ſingulorum, I. Nomina, tàm Græca, quàm Latina, aliaque potiſſimùm verò Hebraica, vtpote naturis illorum conuenientiſſima, ex fontibus eruuntur. II. Ipſa natura, indoles, animæ & corporis dotes, vitiaque explicantur. III. Vtilitates, ac commoda, quæ in Sacrificijs, cibis, veſtitu, medicina &c. præbent, recenſentur. IV. Vſus denique ſuperſtitioſus, qui in prophanarum gentium ſacra quondam irrepſit, notatur. Opus omnium artium, diſciplinarumque cultoribus vtiliſſimum; quippe quo ſacri, prophanique Scriptores quamplurimi ſubinde illuſtrantur, & præſertim magni Viri Hierozoicon per ſingula ferè capita augetur, & emendatur. Excuſ. Francofurti, Spiræ, & Durlaci,

Digitized by Google

nagoga Iudaica, ſublatumque Vetus Teſtamentum. Inter alia eſt Commentarius luculentus in locum Epiphanij obſcuriſſimum de Cyclo veteri Iudæorum. Excuſ. Francofurti, an. 1605. & 1615. in 4. Permittitur in Hiſpania, appoſita nota damnati Authoris &c. In calce huius Libelli refert *Fragmentum ex Ioanne Mariana Hiſpano Ieſuita*, *quo detegitur origo tranſpoſitę memorię paſſionis Chriſti*. Cuius tenor eſt:

Statuo ergo (*inquit Mariana*) Chriſtum paſſum anno ætatis 34. inchoato; tunc Iacobum Apoſtolum ab Herode occiſum octauo poſt anno, non amplius, Chriſti quadrageſimo ſecundo. Denique Petrum Apoſtolum Romam veniſſe poſt biennium alterum, anno Chriſti quadrageſimo quarto. Poteram quidem Chriſti mortem vno anno præponere, recentiorum ſecutus ſententiam, qui Chriſtum affirmant actum in crucem 33. vitæ anno, Aprilis die 3. Quam rationem primus inuexit Rogerius Bachon Epiſtola ad Clementem V. Rom. Pont. ſecutus eſt haud longo proximus interuallo Paulus Burgenſis ad Cap. Math. 26. facta vti ipſe affirmat, Lunæ calculatione cum Hebræorum peritis, quod Alfonſum Toſtatum prouocauit, vt Senis in Hetruria, vbi Pontifex tunc erat, inter vnam & viginti Theſes, quas more peripatetico diſputandas iunior propoſuit id ipſum tueretur. Offendit quoſdam nouæ vocis & placiti inſolentia, atque inter alios Ioannem Turrecrematam Cardinalem, quamuis ex eadem gente Hiſpanum, neque prius deſtitit quàm ea Theſi inter alias quaſdam iudicio Pontificis reprobata; quæ occaſio extitit authori eden-

ſonarum, rerum &c. Excuſ. Baſileæ, an. 1686. in 12.

IOANNES IONSTONVS, de quo pag. 109. Adde:

Lectionum Philologicarum Miſcell. Excuſ. Ienæ, an. 1670. in 12.

1220 IOANNES KEPPLERVS, Germanus, Mathematicus, Author heterodoxus, edidit

De vero anno, quo æternus Dei Filius humanam naturam aſſumpſit. Francofurti typis Ioannis Bringeri, an. 1614. In Hiſpania permittitur cum ſequenti expurgatione. Poſt adhibitam notam Authoris damnati, & operis cum expurgatione permiſſi: Cap. II. quod eſt, *de cenſu Quirini*, p. 115. lin. 8. ab initio, dele, *non rectè verſum*. Et inferius, poſt 9. lineas, dele, *iuſtamque deprehenſam amplectere*. Pag. 116. poſt medium in linea, quæ incipit, *debebat immolari*, dele, *incommodè*. Et in eadem dele, *verti debet*. Et linea vltima, poſt illud, *Locum Luc. 2.* dele vſque ad quartam lineam paginæ ſequentis; pag. 117. & illa verba, *non enim tradit*, excluſ. Cap. 13. pag. 130. lin. 8. ab initio, poſt illa verba, *Ex profeſſo non agit*; dele, *eiuſque textus omnes apices mordicus arripere*.

Eclogas Chronicas, ex Epiſtolis aliquot virorum, & ſuis mutuis, quibus examinantur tempora nobiliſſima. I. Herodis Herodiadumque. II. Baptiſmi & Miniſterij Chriſti annorum non plus 24. III. Paſſionis, Mortis & Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, anno æræ noſtrę vulgaris 31. non vt vulgo, 33. IV. Belli Iudaici, quo funerata fuit cum Ieroſolymis & Templo Sy-

Digitized by Google

eſt, inquit, *duobus Geminis Coſſ.* 8. *Kal. Apr.* Caſſiodorus de Conſulibus, alij de anno ſimul & die; tum Beda de ratione temporum, cap. 45. *Habet*, inquit, *ni fallor*, *Eccleſiæ fides*, *Dominum in carne pluſquam triginta tribus annis vſque ad ſua tempora Paſſionis vixiſſe*; cereiſque Romanis, vbi anni à Chriſti morte deſcripti erant, id confirmari teſtatur. Deinde ſubijcit: *Quod autem octauo Kal. Apr. crucifixus, 6. Kal. earundem die reſurrexit, multorum latè Doctorum Eccleſiaſticorum conſtat ſententia vulgatum*. Tum Sigebertus ad annum Chr. 532. Dionyſium Abbatem accuſat, quaſi ſuis computationibus veterum placita, & Euangelicam veritatem loco mouiſſet: Chriſtumque die 25. Martij obijſſe affirmat anno 34. Sic legito locum, vt eius ratio conſtet.

Verum, ais, eum Martij diem non incidiſſe in feriam ſextam, quo die conſtat Chriſtum occiſum, idque ex litera Dominicali conſtare manifeſtiùs, quàm vt ſubterfugio ſit locus. Hęc ratio quoſdam compulit, vt Chriſti mortem transferrent in proximum diem. Certe Onuphrius & ad Faſtos Conſulares, & in Chronicis id eſt ſecutus, & Maurolycus in ſuo Martyrologio, relicta die 25. Martij, necem Chriſti deſignauit die 26. Mihi tamen graue videbatur, vel in ea re ab antiquorum conſenſu & Martyrologijs diſcedere. Eoque verum puto quod Paulus Foroſemp. docet lib. 12. Cap. 3. ex antiquo errore Sacerdotum, de quo, tum Solinus agit, tum Macrobius, lib. 1. Satur. Cap. 12. quo per inſcitiam computandi initium anni tribus diebus poſtpoſuerant, ex eiuſque er- di deſenſorij, quo libro liberiùs, quàm par eſſet, in Pontif. auctoritatem & reſponſa inuehitur. Quod ſeueritatis exemplum non deterruit poſteriores, quò minùs eam opinionem ſequerentur; Ion. Stofferinus in ſuo Calend. Ioan. Lundus, Pet. Pilatus Veronens eo reliquorum applauſu, vix vt quiſquam auderet diuerſam ſententiam tueri. Nos quidem certa ſeparata diſputatione, eos omnes falli in ſuis rationibus multis argumentis demonſtrauimus, quę vt hoc loco explicentur, operæ non eſt. Illud conſtat haud dubium, veteres Patres, tum Græcos tum Latinos, ad vnum menſem Martium Chriſti mortem deſcripſiſſe, quamuis de die diſcreparint, Græci enim fere 23. eius menſis diem deſignant; Latini 25. Id Martyrologia, Faſtique Eccleſiaſtici ſecuti ſunt, pari conſenſu, certe Bedæ, certe Vſuardi: Et propria ſingularum Eccleſiarum: ſed & Romanum vetus id expreſſum eo Martij die olim habuit, quod noui conſarcinatores propter enatam nouam opinionem expunxerunt: ita tamen vt imprudentes fortaſſis, antiquæ opinionis veſtigium expreſſum reliquerint illis verbis: *Hieroſolymis commemoratio ſancti Latronis*. Quo enim alio die ex hac vita, quàm Chriſtus, latro migrauit? Qua ex ſententia efficitur planè, Chriſtum occiſum non 33. ætatis anno; cum 15. luna menſis Niſan, quo die haud dubium occiſus eſt Chriſtus, eo anno non inciderit in Martij diem 25. Ex magno Patrum numero, paucos proferamus in hanc ſententiam. De menſe conſentiunt Auguſt. lib. 4. de Trinitate, cap. 5. & lib. 18. de Ciuit. Dei, Cap. vlt. *Mortuus*

Digitized by Google

Scholia in Dioſcoridis libros de materia medica, cum nomenclaturis Græcis, Latinis, Germanicis, & Hebraicis. Francofurti, an. 1543.

1225 IOANNES LORINVS natione Gallus, patria Auenionenſis, Societatis Ieſu Theologus, de quo refert Ribadeneiræ Continuator ipſum fuiſſe apprimè doctum, & Philoſophiam Romæ, Theologiam & literas ſacras Lutetiæ, Mediolani, & Romæ cum laude profeſſum fuiſſe. Inter cætera eius opera ſcripſit

Commentarios in Leuiticum, Numeros, Deuteronomium, in Librum Pſalmorum, in Eccleſiaſten, in Sapientiam Salomonis &c. Pluribus varijſque in locis excuſ. In quibus præter exactam ſenſus literalis explanationem, variarum tum editionum, tum lectionum collationem cum Vulgata, quæ defenditur, Phraſeωv etiam Scripturæ, atque vocabulorum diſquiſitionem, myſtici omnis generis ſenſus ex Patribus, præcipuè Græcis, Latiniſque traduntur. Cum indicibus locorum Sac. Scripturæ, vocum Hebraicarum, Græcarumque, rerum item & verborum notabilium.

1226 IOANNES LVCIDVS Samotheus edidit opus inſcriptum

Chronicon ſeu Emendatio temporum ab orbe condito vſque ad annum Chriſti 1535. *cum Additionibus Bardi Florentini Camaldulenſis ab eodem anno vſque ad annum* 1575. Venetijs apud Iuntas, an. 1575. in 4. Agit inter cætera de vera annorum computatione ſecundum Hebræos; vbi ab Orbe condito ad Chriſti Natiuitatem iuxta Hebraicam veritatem computat annos 3960. In erroris correctione, quæ iuſſu Auguſti facta eſt, nouum natum errorem, quo anni initium vno die, poſt quam deberet, ponebatur, cuius erroris veſtigia ſatis aperta in veterum calculationibus extare, in ea noſtra diſputatione de hoc argumento monſtrauimus. Sic factum, vt dies primus cuiuſque menſis haberetur, qui reuera ſecundus erat, ac 25. qui erat 26. Qua etiam ratione intelligamus, Chriſtum die Veneris conceptum, natum die Dominico, vti vulgo magnorum virorum opinio habet, quod niſi in errore animaduerſo conſtare non poteſt; neque enim eo anno quo Chriſtus conceptus eſt & natus, die 25. Martij, in diem Veneris incidit, ſed in diem Iouis, neque Decembris item 25. in diem Dominicam, ſed in Sabbathum, &c. *Hactenus Mariana*.

1221 IOANNES KROMAIERVS, ſcripſit

Compendium Grammaticæ Hebr. Excuſ. Ienæ, an. 1626. in 8.

1222 IOANNES LENTIVS, ſiue à LENT Linguarum Orientalium & Hiſtor. Sac. Prof. Lycei Haſſouici Bibliothecarius, edidit

Schediaſma Hiſtorico-Philologicum de Iudæorum Pſeudo-Meſſijs. Herbornæ, an. 1683. in 4.

1223 IOANNES DE LEOVARDIA, Friſius, viuebat an. 1590. ſcripſitque

Tractatum de Iudæorum Synagoga, & Chriſti Eccleſia. Fertur miſſus in Indiam occidentalem ad conuertendos Infideles. Vid. *Suuertius* pag. 443.

1224 IOANNES LONICERVS, Germanus, Theol. Polilog. Lutheranus, Auguſtan. confeſſ. edidit

Orientali obſeruata, in decem libros diſtinctum. Quibus quidquid à Sanctis Patribus in legibus & praxi iſtius diſciplinæ, conſtitutum, derogatum, ampliatum, abrogatum; & quouis modo relaxatum, aut nouatum eſt: Quando quàue occaſione, aut cauſa id factum, luculentèr enarratur. His inſerta ſunt quæ Iudæi antiqui, & recentiores tradunt de Pœnitentia, Confeſſione peccatorum, Excommunicatione, Abſolutione, criminum pœnis, alijſque ad Pœnitentiam apud eos ſpectantibus. Ad operis coronidem complures libelli Pœnitentiales, & confeſſionis peccatorum edendæ, Pœnitentiæque de ijs agendæ Ordines, Græci, Latini, Hebræi, ex antiquiſſimis variorum ſeculorum codicibus eruti, nunc primum in lucem prodeunt: Græci & Hebræi Latinitate donati, & illuſtrati. Excuſ. Pariſijs ſumptibus Gaſparis Meharas, an. 1651. in fol. & Antuerpiæ ex Officina Frederici à Metelen an. 1682. in fol. Diuiditur Opus hoc in decem Libros, ex quibus illa ad Bibliothecæ noſtræ inſtitutum pertinentia hìc recenſemus. *Lib. I. Cap.* 2. explicat quibus nominibus, Hebræi, Syri, Chaldæi, & Rabbini Pœnitentiam efferunt; deque eorum tum etymo, tum ſacra, & vulgari ſignificatione. *Cap.* 8. Quid ſignificent apud antiquiſſimos recentioreſque Rabbinos, אסור ומתר אסר והתר *ligare, & ſoluere, ligatum, & ſolutum* multis exemplis demonſtratur. De quinque traditionum generibus apud Iudæos, de quibus dicitur *ligatum & ſolutum*. Iſtius ſignificationis in Scriptura Sac. Hebræa nullum exemplum, vnum tantùm in Chaldæa aſſignatur. E Græcis authoribus ethni-

3960. In calce addit Opuſculum de vero die Paſſionis Chriſti, ac tempore totius vitæ ipſius.

1227 IOANNES MANETTUS, Florentinus, obijt an. 1459. Erat vir trium linguarum peritus. Tranſtulit *Græca, & Hebræa* in Latinum. Vid. Mancæius *de vitulo aureo pag.* 10. Voſſius *de Hiſt. lat. lib. 3. pag.* 529.

1228 IOANNES MICRÆLIUS, edidit

Syntagma Hiſtoriarum Eccleſiæ omnium, quo ab Adamo Iudaicæ, & à Saluatore noſtro Chriſtianæ Eccleſiæ, Politiæ, Ritus, Perſecutiones, Tranſplantationes, Halcyona, Doctores, Synodi, Hæreſes, & Schiſmata perſpicuè, & ordine proponuntur, vt beneficio Indicis locupletiſſimi, Tabularumque chronologicarum inſtar Lexici Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ eſſe poſſit. Editio quarta cum continuatione Danielis Hartnacij, qui nouas Sectas, & Schiſmata nuperimè exorta recenſuit. Lipſiæ, an. 1679. in 4. & antea Stetini 1660. in 8. Magd. & Helmſtad. 1673. in 8.

IOANNES MOLDERUS, ſeu MOLTHERUS, Theologus Lutheranus, Auguſtan. confeſſ. Hiſtoricus & Geograph. Hæreticus primæ claſſis, de quo pag. 121. Adde:

Malleus obſtinationis Iudaicæ. Excuſ. Francofurti apud Latomum, an. 1600. in 8.

IOANNES MORINUS de quo pag. 121. Adde:

Commentarium Hiſtoricum de diſciplina in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ tredecim primis ſeculis in Eccleſia Occidentali, & huc vſque in

Digitized by Google

Chaldaicis, Syriacis Confeſſionem ſignificantibus, deque eorum varia apud ſacros & Eccleſiaſticos Auctores ſignificatione, *Cap.* 8. Qua ratione Iudæi ſe gerant in fraterna proximi peccantis correptione exponitur. *Cap.* 20. Quæ Iudæi antiqui, & recentiores de peccatorum Confeſſione tradunt, explicantur. Quid שורח Talmudicis, & ישור apud Iobum. *Cap.* 21. Eadem demonſtrantur frequentibus aliorum Rabbinorum teſtimonijs. Plures conditiones, & nonnullæ eorum ſententia perdificiles ad veram Confeſſionem edendam neceſſariæ ex varijs Rabbinis enarrantur. Conſuluntur Rabbini à peccatoribus de modo Pœnitentiæ agendæ. *Cap.* 22. Eadem ex antiquiſſimis Iudæorum libris demonſtrantur. Differentia à Talmudiſtis poſita inter פשע עון & חטא Confeſſionis antiquæ formulæ, perhibetur. Peccata in proximum publica, & ſecreta & peccata in Deum publica, publicè & ſigillatim confitenda eſſe, huicque praxi vix vllos Iudæorum contradicere demonſtrat. Varia interpretatio τοῦ יתפלל apud Samuelem, & Rabbinos ediſſeritur. *Lib. IV. Cap.* 23. procedit de tribus Excommunicationum, ſiue pœnarum generibus apud Iudæos, & de his diſputatur. In minima excommunicatione prohibetur ſe lauare, radere, vel tondere, calceatum per Vrbem incedere, cum alijs conueſci, conſidere, niſi vxor, filij, vel ſerui ſint, conſultationes, quibus decem homines neceſſarij ſunt, adeſſe. Mortui exequijs, funeris benedictione, & omni, qui viuis deferri debet, honore priuantur. Sepulchrum lapidatur. Quæ excommunicationis formula, quæ abſolutionis.

ethnicis vnum, quod ſimile eſt profertur. Duo alia dictionum oppoſitarum ſimilis ſignificationis paria טמא וטהור חייב ופטור explicantur, & exemplis illuſtrantur. *Cap.* 20. Quid antiquiſſimi, & recentiores Rabbini de conditionibus ad veram pœnitentiam animo concipiendam doceant, explicatur. *Cap.* 21. Rabbinorum omnium axioma eſſe, opera vitam æternam promerentia ex ſolo Dei amore concipi, oſtendit; ideò ſolam pœnitentiam hoc fine conceptam peccata remittere. Per ſolum amorem Deo adhærere; Pœnitentiamque ex timore duplicem, ex ſententia antiquorum, recentiorumque Iudæorum. Pœnitentiæ ex amore coniunctum eſſe timorem, & reuerentiam maieſtatis Dei. Quænam ſit differentia inter שכר & פרס Quatuor ſpecies Deo ſeruientium enarrantur: ſeruire formidine pœnæ hominem eſſe, non qua homo, ſed qua animal: timore, & reuerentia maieſtatis, qua homo. Sententia R. Abarbanelis, quæ videtur alijs contraria examinatur. *Cap.* 22. Variæ laudes, & effectus Pœnitentiæ ex Talmudicis Doctoribus, Capitulis R. Eliezeris, & alijs libris antiquis referuntur. Regi Achab interdiu in pœnitentiam ter quadraginta plagæ infligebantur. Differentia inter עון & מכשול Pœnitentia priſtinæ dignitati coniugali hominem cum Deo reſtituit. *Lib. II. Cap.* 1. Quæ præcepta Iudæi ferunt Noacho data, enarrantur; antiquiſſimam Iudæorum traditionem eſſe, Proſelytos iuſtitiæ, hoc eſt, circumciſos, & baptizatos, ad vniuerſam legem obſeruandam teneri, cui innititur axioma Apoſtoli Galat. 5. 3. *Cap.* 2. De nominibus, Latinis, Græcis, Hebraicis,

Digitized by Google

tioni hæc grauior ſuperaddat ? Quid *Cherem* ghematricè ? In *Cherem* præter minimam Excommunicationem ineſſe execrationem, & iuſiurandum. A decem infligi debere magna cum ſolemnitate, eiuſque ſolemnitatis, & virtutis antiqua exempla referuntur. *Cap.* 28. De tertia, & grauiſſima excommunicationis ſpecie, quæ *Schamata* dicitur. Nominis etymon ſecundum Rabbinos ad Apoſtoli *Maranatha* facile reuocari poſſe oſtenditur. Dictionem eſſe antiquiſſimam Rabbinis vſitatam; nomen & ſignificationem planè Arabicam eſſe; *Schamatam* per *Cherem* ſæpè ſignificari, nec non ſimplicem excommunicationem. Moſem Cordubenſem à Rabbinis reprehendi quod *Schamatam* cum ſimplici excommunicatione confuderit; multò grauiorem eſſe demonſtratur. Iudæos aliud pœnæ genus præcedentibus multò lenius vſurpare, quod *obiurgationem* dicunt; quomodo infligatur? qua ratione à minima Excommunicatione diſtinguatur? Septem diebus finitur. Iudæis Orientalibus diutiùs non durare excommunicationem, quàm Occidentalibus obiurgationem. Excommunicati lugentibus ſimiles per eandem portam ingrediebantur; & quid alij ipſis occurrentes precabantur? *Lib. V. Cap.* 3. Iudæos antiquos, & recentiores eadem crimina iudicaſſe grauiſſima, & ea ſimul velut vulgari axiomate coniungere ſolitos, & ab alijs vt grauiſſima ſeparare. Maledicentia quantum illis peccatum? Calumniæ ſcelus, cum exaggerant his tribus æquiparare, & quid ſit eis lingua tertia, demonſtratur. *Cap.* 4. Progreſſu temporis non modo plura cri-nis. Excommunicandi & abſoluend auctoritatem non modo penes Synedrium, ſed etiam quoſlibet Rabbinos, & Principem captiuitatis. Rabbinus contemnentem ſe excommunicare poteſt. Quando hoc laudabile? Synedrij in minuenda excommunicatione ſumma auctoritas. Quorum excommunicatio rata ſit apud omnes, quorum apud quoſdam? Differentia inter excommunicationem à Synedrio; & Rabbino latam. In quibus caſibus priuatus quiſque excommunicare poteſt. *Cap.* 24. Princeps, pater Synedrij, & Rabbini publicè non excommunicantur, ſed priuatim ſaluo honore caſtigari poſſunt, niſi vt Ieroboam peccent. *Cap.* 25. Præcedentia ex antiquis libris demonſtrantur. Ghematricè demonſtrant Talmudici excommunicationem omnia hominis membra penetrare. Quare alium excommunicaturus nonnunquam ſeipſum prius excommunicat? Quæ excommunicatis prohibentur? Excommunicatos, leproſis & lugentibus comparant. Qui nomen Dei prophanant, ſtatim excommunicandi. Excommunicationi per ſomnium quædam creditur ineſſe diuinitas, ideo decem Rabbini ad illius ſolutionem requiruntur. *Cap.* 26. de varijs peccatorum apud Iudæos diſtinctionibus. Quæ dicuntur ipſis peccata grauia, quæ leuia? Enumerantur 24. peccatorum ſpecies; quorum rei Iſraelitæ ſalutem non conſequuntur, niſi pœnitentiam egerint. *Cap.* 27. De *Cherem* ſecunda Excommunicationis ſpecie. Excommunicationem 24. de cauſis ferri poſſe dicunt; quæ enumerantur. Nominis *Cherem* ratio, & variæ ſignificationes. Quid minimæ Excommunica-

tricè demonſtrat, legem, Dei timorem, & charitatem erga proximum eſſe connexa. Primus dies anni tubarum clangoribus adnuntiatur, & varias iſtius ritus rationes reddunt. Quorum peccatorum eo die fit remiſſio, quorum differtur? Iudæi iactitant eo die ſe Angelis ſimiles. Illo die lex Moſi data eſt, ſine illo die non ſtaret Mundus. Credunt illo die, ſe à Satana non tentari, quod probant Talmudici dictionis *Satan* Ghematrià. *Cap.* 35. Exemplar Confeſſionis peccatorum quàm Iudæi omnes ſingulis annis in feſto Expiationis edere ſolent, vt remiſſionem à Deo conſequantur. Iudæi in orationibus ſuis verboſiſſimi. Confeſſio per Alphabetum refertur, & explicatur. Quando, & quoties iſta Confeſſio in Synagoga facienda. *Cap.* 36. Confeſſionem in feſto Expiationis fieri ſemper ſolitam, eſſe ſingulorum peccatorum. Sententia R. Akibæ, qui videtur diſſentire, exponitur. Variæ interpretationes, & modificationes à Rabbinis datę referuntur. Quibus caſibus deciſio Talmudica R. Akibæ ſententiam non ſequitur? Nullus dubitat, peccata ſigillatim in feſto expiationis eſſe confitenda; ſed an confeſſa eo feſto ſint iterum ſigillatim feſto ſequente confitenda, dubitatur. R. Eliezeris ſententiæ in Talmude ratæ, ſed ſemper deciſiuæ. Peccata in Deum quando, & qua ratione confitenda? Explicatur mos frequentiſſimus Iudeorum alterutrum peccata in Synagoga confitendi, & ſe ſe inuicem propterea flagellandi. De omnibus luculenter pertractat Doctiſſimus *Morinus* ſparsìm in hoc Opere, de quibus etiam *Iulius Bartoloccius* in ſua Bibliotheca Magna

crimina, & trium illorum criminum plures ſpecies per publicam pœnitentiam ſanata & punita fuiſſe; ſed quæcumque iudicabantur grauiſſima. Explicantur teſtimonia quæ hoc ad quæcunque mortalia videntur extendere. *Lib. VIII. Cap.* 19. De modorum indicatiui, imperatiui, & optatiui poteſtate, & ſignificandi ratione. Quid ſit verborum modus? Nec Hebræam linguam; nec eius dialectos habere optatiuum, & coniunctiuum; nec tempus præſens, nec præteritum imperfectum, nec pluſquam perfectum, varijs Grammaticorum Hebræorum teſtimonijs comprobatur. De ſignificatione propria participiorum *Benonì*, & *Pahùl*. Malè *Pahùl* vulgò æſtimari participium præteritum, cum ſit præſens paſſiuum. Qua ratione Orientales populi tempus præſens indicatiui modi exprimant? Indicatiui modi auctoritas & αὐθεντία maxima. Participij præſentis multò humilior. Participia nec tempus, nec perſonam, nec modum per ſe ſignificant. *Lib. IX. cap.* 34. Quot annis diem decimum menſis Tiſrì apud Iudæos remiſſione peccatorum celeberrimum eſſe, oſtenditur. Ferunt Iudæi Deum primo die anni ſingulos homines iudicare, & pro varijs meritis eos tribus libris inſcribere; ideò Iudæi illis decem diebus Confeſſioni peccatorum, Pœnitentijs, ieiunijs, corporis afflictionibus, & orationi diligenter incumbunt, vt libro vitę tandem inſcribantur. Rabbini longè aliter de iuſtis & impijs iudicant, quàm Chriſtiani. Quantum & qua ratione religioſiores Iudæi Pœnitentię dies ante feſtum Expiationis anticipant, nonnulli 40. diebus? R. Iuda Chasìd ghema-

ſacrarum literarum , in quibus haud rarò & Chriſtum ipſum , & Apoſtolos , Prophetaſque huiuſmodi locutionibus vſos fuiſſe videmus , exquiſitam interpretationem : cùm hieroglyphicè loqui nihil aliud ſit quàm diuinarum , humanarumque rerum naturam aperire . Excuſ. Venetijs apud Ioannem Antonium, & Iacobum de Franciſcis , an. 1604. in fol. Plura de Iudæis attingit , ipſos videlicet aſini caput adorare conſueuiſſe; etiam hodie humano ſanguine ſacra facere ; piſcem , niſi pinnatum & ſquamoſum non attingere ; in Bacchi celebritatem ſcenopegia facere ; aliaque huiuſcemodi . Loquens de circunciſionis ritu ab Ægyptijs ſuſcepto , refert , quod cum ipſi animaduertiſſent Canicipites circunciſos naſci , rati , non temerè ſed diuinitùs ei animantium generi id obtigiſſe , maiori eos habuere venerationi , vnam eandemque cognationem cum illis omninò profitentes . Circuncidere verò antiquiſſimum fuiſſe Ægyptiorum inſtitutum , ab eiſque ritum ſumpſiſſe Iudæos , Diodorus fabulatur, quem ſecuti Scriptores quidam alij,proprium hoc & vetus Ægyptiorum arbitrati ſunt quem morem Colchi, vtpote Ægyptiorum coloni , nec non Hebræi apud eos educati poſtea tenuerint . Sed eorum hæc eſt fabula : qui diuinarum literarum hiſtoriam tam longa annorum ſerie apud populos , nationeſque omnes receptam, obſcurare conati ſunt, cui tamen & Strabo & Cornelius Tacitus ſubſcribunt , qui circuncidere genitalia Iudæorum inſtitutum aſſeuerant. Sed enim qui veterum monumenta ſtudioſiùs perſcrutantur, Abrahamum norunt ſignum populo ſuo dediſſe circunciſio-

ciſio-

Rabbinica , & fuſius egerunt alij , vt ex hac noſtra Bibliotheca apparet .

1229 IOANNES MVLHVSINVS , natione Germanus , gente Thuringus , patria Mulhuſio Ciuitate Imperiali , è qua cognomen adeptus . In hæreſi educatus , Romæ ad catholicam Eccleſiam acceſſit , & mox Societatem Ieſu complexus eſt . Scripſit

Diſputationem de ſacrarum litterarum interprete , fideique norma . Excuſ. Moguntiæ , an. 1604. in 4.

1230 IOANNES OVVEN ; ſiue OVVENVS , aliàs Audoenus , Oxonienſis , Cambro-Britannus , Poeta , Caluino-Lutheranus , Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Vindicationem Textus Hebræi in Teſtamento Veteri , & Græci in Nouo .

1231 IOANNES PAPPVS , edidit

Deſcriptionem omnium Regum , & Prophetarum populi Iudaici . Francofurti apud Ioannem Spies , an. 1592. in 8. & Argentorati , an. 1596.

1232 IOANNES PIERIVS VALERIANVS , Bellunenſis(ex Marchiæ Taruiſinæ ciuitate) edidit

Hieroglyphica , ſeu de ſacris Ægyptiorum , aliarumque Gentium literis Commentaria ; ſumma cum induſtria exarata , & in libros quinquaginta octo redacta : quibus etiam duo alij ab eruditiſſimo viro ſunt annexi . Hæc poſtrema omnium editio præter iconas & varia numiſmata affabrè elaborata , non ſolùm variarum hiſtoriarum , veterumque inſcriptionum monimenta continet , verùm etiam præter Ægyptiaca , & alia pleraque myſtica , tum locorum communium ingentem ſyluam : tum

TORFFIVS, Hamburgenſis, ab ineunte ætate iuxta virtutem literas colere cœpit, vnde vel inde vt fundamenta eruditionis ſolida iaceret; Parentum ſedula educatione (poſtquam ingenij ſcintillulæ occultari neſciæ ſe oſtendebant) Præceptorum curæ commiſſus, prima literarum elementa hauſit, libroſque ſedulò tractare ſummam ſibi voluptatem duxit; hinc Latinæ, Græcęque linguæ ſemina accepit, humanioreſque (vt vocant) literas vt addiſceret, ſummo ſtudio incubuit. Poſtea Hebraicam feliciter excolens famoſiſſimi *Edzardi* damnatæ memoriæ (vltrà priuatam inſtitutionem Magiſtri) amicitia vſus, & familiari inſtructione, Rabbinorum lectioni, & altiori Hebræorum literaturę, ad quam ſingulari inclinatione propenſus, & cum ſtudio poſtea præ cæteris delectatus fuit, ſe addixit, in eoque ſedulò ſe exercuit. Iactis his fundamentis, patria relicta, vt viros quos fama, & libris eruditione celebres nouerat, adiret, Roſtochium in primis elegit; dein varijs peragratis regionibus & Academijs, totus in eo fuit, vt omnibus Controuerſijs ſigillatim ageret, eaſque bene perpenderet, qua propter publicas, & priuatas diſputationes ſæpiſſimè agitauit, in eiſque conſenſum SS. PP. Eccleſiæque Catholicæ vrgebat ſemper, à quo diſceſſiſſe Lutheranos, non vno argumento euincebat. Cumque ad Catholicæ Eccleſiæ communionem amplectendam priuatis & publicis adlocutionibus admonuit inſtantèr, quam admonitionem vt exemplo ſuo, & ſcriptis efficaciorem redderet, relicto Regiomonte Cracouiam adijt; Communionemque Eccleſiæ Catholicę, vt vnicæ

ciſionis, qua ſui ab Ægyptijs diſtinguerentur. Non igitur diceret Irenæus, ad ſimilitudinem Cynocephali circuncidebant Ægyptij, ſed ab Hebræis ritum hunc Ægyptiorum natio magna ex parte ſuſcepit, quæ virum illum per annos multos in Aegypto degentem, & de diuinis aſſiduè diſſerentem admirata eſt, pluribus & veteribus & nouis Scriptoribus id aſſerentibus. Sed fac nihil horum inueniri, validiùs id *Pierio* argumentum eſt, quod ex hiſtoria deſumitur, mutilandorum genitalium legem antiquis temporibus popularem apud Ægyptios non fuiſſe, cuius rei Pharaonis filiam teſtem appellat locupletiſſimam, quæ cum in ripa profluentis fluuij Moſem comperiſſet, è veſtigio circunciſum agnouit, & fœtum gentis Hebraicę nuncupauit. Quòd ſi circuncidendi mos Aegyptiorum itidem fuiſſet, quinam ex hoc ſigno ait *Pierius* in eam cognitionem deuenire potuerit? Ex quo illud etiam ſuſpicari licet, non omnium Aegyptiorum inſtitutum fuiſſe mutilationem huiuſmodi, ſed Sacerdotum tantùm, vt à prophanis ſecernerentur; quod apud Hebræos ſemper populariter obſeruatum eſt. Notum etiam illud eſt, Iudæos olim contra Hadrianum mouiſſe bellum, qui ne mutilarentur genitalia vetare voluerit.

1233 IOANNES POSTKENIVS, Præpoſitus Eccleſiæ S. Georgij Coloniæ, præter Nouum Teſtamentum Aetyopicum Romæ editum, emiſit etiam

Pſalterium Hebraicè; Græcè, Aetyopicè, & Latinè. Excuſ. Colonię Agrip. an. 1518. in fol.

1234 IOANNES REND-

Digitized by Google

phetas priores. Exarauit præterea alium libellum inſcriptum *Funiculus triplex Catholicæ veritatis &c.*

1235 IOANNES RVDOLPHVS HYBNERVS, emiſit

Locos aliquot Theologicos ex Dei verbo & Rabbinis. Bernæ, an. 1670. in 4.

1236 IOANNES SAITA Cydoniata, ſcripſit

Dialogos duos contra Iudæos. Primus diuiditur in Capita duodecim, cuius Procemium ſic inſcribitur, & incipit his verbis: Ἰωάννου τοῦ Σαΐτου τοῦ Κυδωνιάτου Σύνταγμα ἀνατρέπτον καὶ καταβάλλον πάσας τὰς ἀντιθέσεις καὶ ἀντιλογίας τῶν φιλονείκων Ἰουδαίων. Φορτικὴ λίαν καὶ δυσχερὴς τυγχάνει γε οὖσα ἡ τῶν Χριστιανῶν πρὸς Ἑβραίους διάλεξις, &c. Quo finito Procemio, ſequitur ipſe Dialogus hoc modo: Χριστιανός. Τί ἐστι Βιβλίον αὐτὸ, ὃ ἐν ταῖς χερσὶ κατέχεις; Ἰουδαῖος. Ἡ βίβλος αὕτη ἐστὶν ἡ πρὸς ἀλήθειαν ὁδηγοῦσα, βίβλος ἱερὰ καὶ ἁγία, ὁ νόμος δηλαδὴ ἑβραϊστὶ γεγραμμένος: Χριστιανός. Ἆρα γε γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις, ἢ &c. Secundi autem Dialogi, in Capita duo diuiſi, titulus cum principio eſt talis: Σύνταγμα δεύτερον, περιέχον τὸν ἔλεγχον τῆς Ἰουδαϊκῆς πλάνης ἐν σχήματι διαλόγου. Ἰωάννου Σαΐτου. Ἰουδαῖος. Πολλὰ μεταξὺ σοῦ καὶ ἐμοῦ ῥήματα ἐν τῷ διαλέγεσθαι πρώην ἀνηλώθησαν εἰς μάτην· σὺ γὰρ. &c. Extat mſc. in Bibliotheca Cæſarea Vindebonenſi Cod. 195. referente *Lambecio*.

1237 IOANNES SARTORIS, ſeu SARTORIVS, Germanus, Hollandus, Amſtelodamus, Theolog. & Polilog. Hæreticus primæ claſſis, Hebraicè, Græcè, & Latinè peritus, ex Hebræo in Latinum tranſtulit

Omnes Prophetas Minores.

1238 IOAN-

cæ matris ſuæ deſiderans, manu Illuſtriſſ. Ioannis Malocouicij Epiſcopi, Romanis ritibus nomen dedit. Dehinc Polonia peragrata, Romam ad quam videndam multa inuitabant, venit, & per commendatitias literas Illuſtriſſ. D. Magliabechij mihi allatas, quanta ipſe polleret ſcientia; atque in Rabbinicis eruditione, non ſine magno delectu agnoui, & ferè per triennium ſua conuerſatione, & familiaritate vſus. Eius ſcripta partim ad colophonem perducta, partim perducenda, ſunt ſequentia.

Notæ, & Obſeruationes in Verſionem Syriacam Noui Teſtamenti.

Notæ & Obſeruationes in Commentar. R. Salomonis Iarchì ſuper totam Scripturam Veteris Teſtamenti; quæ inſtar Lexici & verſionis inſeruire poſſunt.

Diſſertatio de Salomonis Regis ſapientiſſimi æterna ſalute.

Liber ברכות *Berachòth*, hoc eſt, *de Benedictionibus latinitate donatus, & notis perpetuis illuſtratus*.

De Fœminis eruditis liber ſingularis, in quo oſtenditur fœminas à ſtudijs non debere excludi, in cuius confirmationem Hiſtoria texitur doctarum fœminarum, Hebræarum, Gentilium, Chriſtianarum &c., quarum memoria ex varijs monumentis eruta, & immortalitati reſtituta. Alia cœpit ſcribere breui abſoluenda ea verò ſunt:

Commentarius in Prouerbia Salomonis, Hebræorum monumentis, Sanctorumque PP. Scriptis illuſtratus.

Lexicon Hebraicum, Chaldaicum, & Talmudicum.

Verſio Latina Commentarij R. Iſaaci Abrabanelis in Ionam, & in Pro-

Digitized by Google

pio, & eſt gloria prima, nulla enim creaturarum valet aſſequi eſſentiam eius. *Semita II.* eſt *Intelligentia illuminans*, & illa eſt corona creationis, & ſplendor vnitatis maximè æqualis, quæ ſuper omne caput eſt exaltata, & vocatur ſecundum Cabbaliſtas *Gloria prima*. III. vocatur *Intelligentia ſanctificans*; & illa eſt baſis, ſeu fundamentum ſapientiæ primordialis, quæ vocatur artifex fidei; & radices eius אמן. Et eſt parens fidei, quoniam de virtute eius fides emanat. IV. *Intelligentia metalis*, ſeu *receptacularis*, & vocatur ita eo quod in eam tamquam metam ex ſuperioribus Intelligentijs delatæ, ab ea emanant omnes virtutes ſpirituales per ſubtilitatem emanationum, quæ emanant vna ab altera virtute emanatiui primordialis (*Coronæ* inquam *ſummæ*. V. *Intelligentia radicatiua*; & vocatur ita, eò quod illa eſt ipſa vnitas maximè æqualis quæ coadunat ſe cum ipſa בינה *Intelligentia*, quæ emanat à penetralibus Sapientiæ primordialis. VI. *Intelligentia influentiæ mediantis*, & vocatur ita eò quod in ea multiplicantur influxus emanationum. illa enim facit influere affluentiam iſtam in omnes benedictionum piſcinas quæ vniuntur illi ipſi. VII. *Intelligentia recondita*, & vocatur ita eò quod illa eſt ſplendor reſulgens in omnes virtutes intellectuales quæ oculis intellectus & fidei contemplatione perſpiciuntur. VIII. *Intelligentia abſoluta* ſeu *perfecta*, & vocatur ita, eò quod illa eſt apparatus primordialitatis, quæ non habet radicem cui inhæreat aut inſideat niſi in penetralibus *Magnificentiæ*, quæ emanant de propria ipſius ſubſiſtentia. IX. *Intelligentia*

1238 IOANNES SAVBERTVS, Norimbergenſis, Helmſtadij Linguam Sanctam, & Theologiam per 13. ferè annos profeſſus eſt; Latinè tranſtulit

Leonis Iudæi Tractatum de Templo Hieroſolymitano, tàm priori, quod ædificauit Salomon, quàm poſteriori, quod deuaſtauit Veſpaſianus. Excuſ. Helmſtadij, an. 1665. in 4. cum figuris æneis.

IOANNES SELDENVS, Caluiniſta Polilogus, Hæreticus primæ claſſis, de quo pag. 131. Adde:

Liber de Nummis, in quo antiquam pecuniam Romanam, & Græcam metitur pretio eius, quæ nunc eſt in vſu. Cui accedit *Bibliotheca Nummaria*, ſiue Elenchus Auctorum, qui de antiquis Numiſmatibus Hebræis, Græcis, Romanis, nec non de Monetis, Ponderibus, & Menſuris vſque ad annum 1675. ſcripſerunt. Excuſ. Londini an. 1675. in 4.

1239 IOANNES STEPHANVS RITTANGELIVS, Ling. Orient. in Elect. Acad. Regiomontana Prof. Extraord. in Latinum ex Hebræo tranſtulit, Notiſque illuſtrauit

ספר יצירה *Librum Iezirah*, qui Abramo Patriarchæ adſcribitur, vnà cum Commentario R. Abraham F. D. ſuper 32. Semitis Sapientiæ, à quibus liber *Iezirah* incipit. Excuſ. Amſtelodami apud Ioannem, & Iodocum Ianſſonios, an. 1642. in 4. Nomina harum Semitarum ſunt ſequentia:

Semita prima vocatur *Intelligentia admirabilis*, vel *abſcondita*, (Corona ſumma). Eſt enim lumen dans intelligere primordialitatem ſine princi-

Digitized by Google

ſpoſitiua, quæ aptat pijs fidelitatem, vt per eam induantur Spiritu Sancto; & illa dicitur fundamentum מאמן *Pulchritudinis* in ſtatu Superiorum. XVIII. Vocatur *Domus influentiæ* (de qua ſumma quadam liberalitate influxus omnigenæ bonitatis omnibus creatis largitur) & de medio ſcrutationis eius trahunt arcana, & abditos ſenſus, qui habitant in vmbra eius, & qui adhærent ſcrutationis ipſeitatis eius de cauſa cauſarum. XIX. *Intelligentia omnium actiuitatum ſpiritualium*, & vocatur ita propter affluentiam quæ diffunditur in eam de benedictione altiſſimâ, & gloria ſublimi, ſeu excelſa. XX. *Intelligentia voluntatis*, eò quod illa eſt apparatus omnium, & ſingulorum creatorum: & per hanc Intelligentiam innoteſcit exiſtentia *Sapientiæ primordialis*. XXI. *Intelligentia complacentiæ quæſiti*, eò quod illa accipit influentiam diuinam vt influat de benedictione eius, in omnia & ſingula exiſtentia. XXII. *Intelligentia fidelis*, eò quod in ea augentur virtutes ſpirituales, vt propè adſint omnibus habitantibus ſub vmbra eius. XXIII. *Intelligentia ſtabilita*, eò quod illa eſt virtus conſiſtentiæ omnibus *Numerationibus*. XXIV. *Intelligentia imaginatiua*, eò quod illa dat ſimilitudinem omnibus ſimilitudinibus quæ iuxta ſimilitudines ſuas in decoribus ſibi conuenientibus creatæ ſunt. XXV. *Intelligentia tentatoria*, ſeu *probatoria*, eò quod illa eſt tentatio primaria, qua tentat Creator omnes pios. XXVI. *Intelligentia renouans*, eò quod Deus Sanctus renouat per illam omnia noua quæ renouata ſunt in creatione mundi. XXVII. *Intelligentia concitatia munda*, & vocatur ita, eò quod illa mundat *Numerationes*, & probat & emendat exſciſſionem imaginis earum; & diſponit vnitatem earum, quæ ipſi vniuntur abſque detruncatione, & diuiſione. X. *Intelligentia reſplendens*, & vocatur ita, eò quod illa exaltata eſt ſuper omne caput, & ſedet in throno בינה *Intelligentiæ* (de qua ſupra in ſemita tertia) & illuminat fulgorem omnium luminarium, & emanare facit influentiæ copiam principi facierum. XI. *Intelligentia fulgida*, & vocatur ita, eò quod illa eſt ipſa cortina quæ ordinata eſt iuxta ordinem diſpoſitionis, & hæc eſt dignitas quædam quæ data eſt ipſi; vt ſtet coram facie *Cauſæ Cauſarum*. XII. *Intelligentia claritatis*, & vocatur ita, eò quod illa eſt ipſa ſpecies *Magnificentiæ*, quæ vocatur חזיון qui dicitur locus, de quo oritur viſio videntium in apparitione. XIII. *Intelligentia inducens vnitatem*, & vocatur ita, eò quod illa eſt ipſa ſubſtantia gloriæ. Et illa perficit vnitatem ſingulorum ſpiritualium. XIV. *Intelligentia illuminans*, & vocatur ita, eò quod illa eſt ipſe חשמל *Chaſmal*, qui eſt inſtitutor arcanorum, & fundamentorum ſanctitatis, & apparatus eorum. XV. *Intelligentia conſtituens* & vocatur ita, eò quod illa conſtituit ipſam creationem in caligine munda; & Philoſophi dixerunt, quod illa ſit ipſa caligo de qua Scriptura dicit Iob. cap. 38. verſ. 9. *Et caligo inuolucrum eius.* XVI. *Intelligentia Triumphalis*, vel *æterna*, eò quod, illa eſt voluptas gloriæ infra quam nulla alia gloria eſt, quæ ipſi ſimilis ſit, & vocatur *Paradiſus voluptatis*; qui paratus eſt pijs. XVII. *Intelligentia di-*

editionibus adhibenda ſit, oſtenditur; de Samaritana lectione; de Verſione Chaldaica, quæ dicitur Targum, ac eius origine; de editione Syriaca, ac Arabica; de tranſlatione Perſica, & Æthiopica, & de aliquibus Verſionibus Latinis modernis ex Hebræo & Græco.

1241 IOANNES TVRNERVS, elucubrauit

Exercitationes duas: quarum *Prima*, probare nititur, Iudæis poſt reditum vſque ex captiuitate Babylonica non fuiſſe conceſſum vſum publicum ac promiſcuum librorum Canonicorum Veteris Teſtamenti: *Secunda* agit de vera pronunciatione nominis Tetragrammati יהוה inter Iudæos &c. Excuſ. Londini apud Gualt Kettelby, anno 1684. in 4. Hic Author multum indulget coniecturis ſuis criticis, ijſque paſſim vtitur in origine variorum nominum antiquitatis tàm Græcæ, quàm Latinæ, ex Hebraicis fontibus eruenda. Sic v. g. nomina ζὰς ζῆς, ἰάκχος, *Ianus*, à nomine Dei *Iah* deducit, vti *Iuba* à *Iehuoh*: ſimiliter *Apollo* ipſi idem eſt cum *Ab helion*, *pater excelſus*; *Priapus* cum *Pri Ab*, *pater fructuum*; *Zabrathus* cum *Iah Berith*, *Deus fœderis*; *Abibalus* cum *El Abib*, *Deus ſpicarum*; *Zamolxis* cum *Iah Moloch*, *Deus Rex*; & alia huius generis complura.

1242 IOANNES VLMANNVS latinitate donauit

Sex Tractatus Talmudicos Miſchnæ. Excuſ. Argentorati, an. 1663. in 4.

IOANNES VORSTIVS, de quo pag. 134. Adde:

Exercitationum Academicarum ΔE-

tiua, eò quod de ea creatus eſt intellectus omnium creatorum ſub orbe ſupremo, & concitatio, ſiue motus eorum. XXVIII. *Intelligentia naturalis*, eò quod per illam conſummata & perfecta eſt natura omnis exiſtentis ſub orbe ſolis in perfectione. XXIX. *Intelligentia corporalis*, eò quod illa format omne corpus quod corporatur ſub apparatu omnium orbium, & incrementorum eorum. XXX. *Intelligentia collectiua*, eò quod colligunt ex ea Aſtrologi iudicio ſtellarum, & ſignorum cœleſtium ſpeculationes ſuas & perfectiones ſcientiæ ſuæ iuxta rationem reuolutionis eorum. XXXI. *Intelligentia perpetua*; Et quare vocatur ita? eò quod ducit motum Solis, & Lunæ iuxta conſtitutionem eorum. Vtrumque in orbe ſibi conueniente. *Semita XXXII.* & vltima vocatur *Intelligentia adminicularis*, eò quod illa dirigit ſeu concurrit ad omnes operationes ſeptem planetarum & ad partes eorum. Hæ ſunt Triginta & duæ Semitę à quibus liber *Iezirah* incipit, quæ R. Abraham F. D. commentatus eſt, & *Rittangelius* notis illuſtrauit.

1240 IOANNES DA SYLVEIRA Olyſſiponenſis, Carmelita Regularis obſeruantiæ, Sacræ Theologiæ Primarius Lector Iubilatus, edidit

Opuſcula Varia; & *Primum*, ad ſacrarum Scripturarum intelligentiam pertinet; in quo agit de editione ſeu tranſlatione ſeptuaginta duorum interpretum; de textu Hebraico, an ſit authenticus etiam nunc poſt D. Hieronymum; referuntur verſiones ex textu Hebræo in Græcum; Quæ fides, & auctoritas ſupradictis tranſlationibus, ac

bus huius hiſtoriæ, & qua fide ab ijs tradita: de Ariſteæ auctoritate eleuata: de Iudæorum vanitate in extollendis gentis ſuæ rebus geſtis; & cur veteres Eccleſiæ doctores narrationi Ariſteę tam facilè aſſenſerint; detegit cauſam credulitatis Helleniſtæ: & plurima ab illis fuiſſe conficta vt auctoritatem interpretationi 70. conciliarent, oſtendit. III. Collectas diſcrepantes aliquot veterum opiniones, & plurima veritati repugnantia in medium profert; recenſet errorem Irenæi qui interpretationem 70. à Ptolemæo Lagide inſtitutam refert ἀνιστορησία Iuſtini Martyris. Ptolemæum Philadelphum interpretationem 70. curaſſe, communi conſenſu, & verè obtinuit. Diſputatum aduerſus omnes Eccleſiaſticos Scriptores, qui tradunt Demetrium Phaleræum Bibliothecæ Ptolemæi prefectum; Demetrij Phalerei res geſtę, & potentia in republica Athenienſi: eiuſdem exilium, & quo genere mortis extinctus ſit. Ptolemęo Philadelpho vehementer exoſus, & quę odij cauſa? Tertullianus Grammaticorum peritiſſimus: Quæſita eius elogij ratio. IV. Demonſtratur vanitas eius opinionis, quę ſenes ex ſingulis tribubus Demetrium petijſſe affirmat. Epiſtolę quę ad Iudęos ſcriptę finguntur, apud diuerſos authores diuerſę. Abſurdè traditum, Ptolemęum iuſſiſſe diris deuouerent, quiſquis interpretationem adulteraſſet. Exercitationes nunquam adhibitę; niſi extrema poſtularet neceſſitas. V. Diſquiritur, an cellulis fuerint ſinguli interpretes inclnſi: variantes veterum ſuper hac re opiniones referuntur; Quomodo intelligendum quod Philo tradit Alexandrię Iudęos ſolemni ſe-

ΔΕΜΑΤΙΟΝ, in quo diſſeritur de temporibus, quibus Medi, ac Babylonij ab Aſſirijs defecerunt, de 70. annis captiuitatis Hebræorum, ac vaſtitatis Hieroſolymitanæ; de tempore quo Templum Hieroſolymitanum inſtauratum fuit; de voce *Seſach* quæ Ierem. 25. & 51. legitur, deque expugnatione Babylonis à Cyro facta: & denique de 70. hebdomadibus Danielis. Excuſ. Roſt. an. 1651. in 4.

De Synedrijs Hebræorum Diſſertatio. Ibid. eodem anno in 4.

Diſſertationum ſacrarum, earumque Hiſtoricarum, & Philologicarum Syntagma. Ibid. eodem anno in 8.

1243 IOANNES WANDALINVS, Wiburgenſis Cimber, emiſit

Exercitationes in hiſtoriam ſacram antediluuianam. Vid. Bartholinum in Danis, pag. 91.

IOANNES WLFERVS, de quo pag. 134. Adde:

Schekalim, ſeu de Siclo menſe Adar offerendo. Excuſ. Altdorfij, an. 1680. in 4.

1244 IOANNES WOVVERIVS, edidit

Syntagma de Græca, & Latina Bibliorum interpretatione. Dauentriæ, an. 1658. in 12. Habetur in fine *Diſſertationis* de Linguis Orientalibus Briani Walton. Complectitur 14. Capita, quorum argumenta, hæc ſunt: Cap. I. oſtendit Hebraicam linguam fuiſſe Iudæis vernaculam, eaque concepta ferè totam ſacram Scripturam in varias linguas conuerſam eſſe; Texitur hiſtorica narratio interpretationis 70. & cur interpretatio 70. appellata, cum 72. fuerint interpretes. II. Agit de Auctori-

menti D. Hieronymi ex Hebræo appoſitis ſignis, & obelis.

1245 IOBVS LVDOLFVS, edidit

Hiſtoriam Aethiopicam, ſiue breuem & ſuccinctam deſcriptionem Regni Habeſſinorum, quod vulgò malè *Presbyteri Iohannis* vocatur. In qua per libros quatuor agitur. I. De natura, & indole regionis, & incolarum. II. De regimine politico, Regum ſucceſſione &c. III. De ſtatu Eccleſiaſtico, initio, & progreſſu religionis Chriſtianæ &c. IV. De rebus priuatis, literatura, œconomia &c. Excuſ. Francofurti ad Mœnum typis Balthaſſaris Chriſtophori Wſtij, an. 1681. in fol. In eo exponuntur ab Auctore quamplurima Vocabula Hebraica, & Græca. Deſcribuntur etiam Iudæi in Aethiopia: eorum ſtatus priſtinus, & qua dialecto vtantur.

1246 IOSVA BARNES, exarauit

Eſtheræ Hiſtoriam, Poetica paraphraſi, idque Græco carmine, cui verſio latina opponitur, exornatam; vnà cum ſcholijs, ſeu annotationibus Græcis, in quibus (ad ſacri Textus elucidationem) præter alia non pauca, Gentium orientalium antiquitates, moreſque reconditiores proferuntur. Addita Parodia Homerica de eadem hac Hiſtoria. Excuſ. Londini. an. 1679. in 8.

1247 IOSVE LE VASSEVR, Sedanenſis, in orientalibus linguis non mediocritèr inſtructus, edidit

Inaugurationem eius in Profeſſionem linguæ S.

Grammaticam Hebraicam, & multas alias prælectiones; teſte Paulo Colomeſio in *Gal. Orient.* pag. 228.

feſtiuitate quot annis conuenire ſolitos in loco iſto vbi 70. interpretatio confecta? VI. Exponitur authoritas interpretationis ſeptuaginta ducta ex teſtimonijs Scriptorum Eccleſiaſticorum, qui conſenſum interpretum ſtatuunt. Veteres Eccleſiæ doctores aduerſus Hæreticos, & Gentes ea vſi publicè in Synagogis Iudæorum propoſita; hinc Tertullianus emendatur. VII. Conciliatur authoritas tranſlationi 70. à peritia interpretum & libris incorruptis quibus vſi. Dirempta diſſentio, an ijs quos attulerunt libris, an verò quos Eleazarus præmiſerant, vſi ſint. VIII. Proponuntur alia authoritatis argumenta, à tempore quo peracta eſt hæc tranſlatio, & auctoribus, qui eam curarunt. IX. Oſtenditur Libros Moſis ante hanc ſeptuaginta interpretationem Græcè conuerſos fuiſſe; hac verò interpretatione, non tantum Moſis libros, ſed totam Scripturam Græcè tranſlatam, pluribus oſtenſum, ſimulque exploſa diuerſa cenſentium opinio. X. Septuaginta interpretes multa in veteribus editionibus interpolaſſe, & multa de ſuis addidiſſe, probare ſatagit. XI. Contendit poſt Chriſti aduentum varias factas fuiſſe interpretationes librorum ſacrorum, vbi, de Aquila Synopeo, Symmacho Samaritano, Theodotione interpretatoribus Bibliorum: de Editione quinta & ſexta: de Origenis, Luciani, Heſychij ſtudio in corrigendis Biblijs. XII. Probat ſeptuaginta interpretum verſionem variè ab Hæreticis, Iudæis, & librarijs corruptam eſſe. XIII. Omnes Hæreticos paſſim pro libitu deprauaſſe 70. verſionem oſtendit. Tandem *Capite* XIV. agit de verſione veteris Teſta-

Digitized by Google

De Sibyllinis alijſque quæ ad Chriſti Natalem præceſſere Oraculis. Accedit *Eiuſdem reſponſio ad Obiectiones nuperæ Criticæ Sacræ*. Excuſ. Lugduni Batau. apud Iacobum Gaal, an. 1680. in 12. Diuiditur hic libellus in Capita ſexdecim, videlicet: 1. De Danielis Hebdomadibus diſſeritur. 2. Explicatur prophetia Iacobi de Chriſto *Geneſ.* 49. Exponitur 3. quomodo vaticinia de Chriſto fuerint attributa Herodi: deque Herodianorum ſecta. 4. De Oraculis ſibyllinis, quomodo & à quibus fuere conſcripta. 5. Interpretatur IV. Ecloga Virgilij de Sibylla Cumæa. 6. De prohibitione librorum ſibyllinorum agitur. 7. De libris apocryphis. 8. De hodiernis quæ ſuperſunt Sibyllinis. 9. De altera Sibylla Erythræa, cuius carmina non à Iudæis, ſed ab Ethnicis fuere conficta. 10. Iudæorum Alexandrinorum de rege venturo ſententia exponitur. 11. Tertulliani & Ioſephi de Chriſto teſtimonia vindicantur. 12. De ordine & diuiſione ſacrorum librorum, quem Iudæi peruerterunt. 13. Vindicantur nonnulla LXX. Interpretum loca, malè à quibuſdam reprehenſa. 14. Quomodo diſputandum cum Iudæis, & qua præcipuè ratione ſint conuincendi. 15. De literis Samariticis. *Capite* 16. & vltimo agitur de Iudæorum Grammatica, & de Iudæis Helleniſtis. Prohibetur hoc Opuſculum ex Decreto ſacræ Congregationis Indicis die 2. Iulij, an. 1686. promulgato.

1248 IVIGNEVS, ſeu Gallicè IVIGNE DE BROISSINIERE, Pariſinus, patria lingua edidit Opus cui Titulus

Dictionaire Theologique, Hiſtorique

ISAAC VOSSIVS, de quo pag. 137. Adde:

Caſtigationes ad Scriptum Georgij Hornij de Aetate Mundi. Excuſ. Hagæ-Comitis ex typographia Adriani Vlacque an. 1659. in 4. In hoc libello defendit Auctor ſuam *Diſſertationem de vera ætate Mundi*, in qua nititur probare, Natale Mundi tempus annis minimum 1440. vulgarem æram anticipare. I. videlicèt oſtendit, Mundum nec æternum eſſe, nec vetuſtiorem, quàm Moyſes ſtatuerit. II. Moyſis ſententiam de tempore creationis, ex Græca potius tranſlatione, quàm ex Hebraico Codice eſſe hauriendam. III. Examinatur ratio temporis quod ſecundum Codicem Hebræum effluxit à principio creationis, vſque ad Diluuium. IV. Proponitur, & confirmatur Græcus LXX. Interpretum calculus de ſpatio quod Diluuium præceſſit. V. Proponitur, & reijcitur numerus annorum, qui ex Hebraicis Codicibus colligitur à Diluuio vſque ad Abrahæ natiuitatem. VI. Proponitur, & confirmatur LXX. Interpretum de eodem ſpatio calculus. VII. Ex Samaritico Codice idem adſtruitur. VIII. Idem probatur ex Flauio Ioſepho, cuius tota temporis ratio oſtenditur. IX. Idem ex annis Chaldæorum confirmatur, quorum initia explicantur. X. Antiquiſſima Aegyptiorum tempora eruuntur, ac horum quoque teſtimonio præcedens calculus confirmatur. VI. Serum origines explicantur, è quibus idem certo euincitur. XII. Diluuio totum quidem humanum genus perijſſe non tamen eo vniuerſum terrarum obrutum fuiſſe, oſtenditur.

Digitized by Google

Dialogos VII. de Iacobo Patriarcha, & filijs eius vendentibus fratrem Ioſephum. Excuſ. Gieſtæ apud Hampelium, an. 1606. in 8.

L

1251 LAVRENTIVS CODOMANNVS, Auguſtanæ confeſſionis Hæreticus, ſcripſit

Annales ſacræ Scripturæ: vbi & origo Olympiadum, atque Vrbis Romæ, itemque inſigniores Ethnicorum hiſtoriæ, calculatio menſis Niſan, & Eclipſes ex tabulis Prutenicis Eraſmi Reinholdi congeſtę, & alia multa diſponuntur. Excuſ. Wittebergæ, an. 1602. in 4.

1252 LAVRENTIVS A S. FRANCISCA, Romanus, Theologus Concionator Auguſtinianus Eremit. Diſcalc. elaborauit Opus inſcriptum

Sacrum Theatrum Bibliorum, in quo exponuntur Commentaria Literalia, & Moralia, nec non ſexaginta ſacra dubia in quolibet Capitulo; & omnia, tàm Literalia, quàm Moralia, & Dubia per SS. Patrum doctrinam explicata, confirmata, & deciſa elucidantur. Excuſ. Venetijs, an. 1690. tribus Tomis in fol. In Prolegomenis agit De numero Literarum Hebraicarum in tota ſacra Scriptura, & de tredecim modis, quibus explicari poteſt ſacra Scriptura facilem totius Pentateuchi explanationem reddentibus, ex varijs Rabbinorum libris, ac præſertim Talmud, Miſchnuàh, Siphrà, & Ialkut deſumptis. At in numerandis Hebraicis Literis errat, fortaſſe, vt puto, ob Typographorum incuriam, & primùm de numero literæ ץ *Tzade finalis*, nu-

que Poetique, Coſmographique, & Chronologique. Summariè continet vitas magis commodas Sanctorum Patriarcharum, & Doctorum Eccleſiæ, tum Iudaicæ, tum Chriſtianæ, Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, & cæterorum Principum magis illuſtriorum Orbis terræ, nec non virorum præſtantiorum in qualibet facultate, & præſertim Philoſophorum, & Hæreticorum, vnà cum illorum opinionibus, & erroribus. Pariter notionem omnium fabularum cum ſuis mythologijs, & explicationibus, tum genuinarum, moralium, & politicarum, tum etiam Theologicarum. Inſuper deſcriptionem quoque & ſtatus Imperiorum, Regnorum, Prouinciarum, Vrbium, Inſularum, pen-Inſularum, Montium, Promontoriorum, Marium, Fluminum, Lacuum, Fontium, Geographiæ veteris, & recentioris. Vnà quoque cum qualitatibus dignitatum, officiorum, & Magiſtratuum, morum, conſuetudinum, & politiam; religionis quoque inibi inhabitantium. Liber valdè vtilis ad percipiendam naturam cuiuſcumque tractatus, & cuiuſlibet ſcientiæ, & in adiumentum memoriæ eorum, qui loquturi ſunt publicè & in contubernijs. Excuſ. Pariſijs, an. 1668. in 4.

1249 IVLIANVS TROTERELLVS, Andegauenſis, cuius in Hebraica literatura peritiam teſtatur ex Caliſti Florentini Andegaui ad eum Epiſtola. Scripſit

Breuem linguæ S. Inſtitutionem.

1250 IVLIVS SPERBERVS, Theologus Lutheranus Auguſtan. confeſſ. Hæreticus primæ claſſis, ſcripſit

Digitized by Google

De ר *Reſc*		22147
De ש *Scin*		32148
De ת *Thau*		36140
De ת *Thau finali*		23203
Omnium Summa		815280

Quod verò ad verſuum totius ſacræ Scripturæ numerationem attinet, ſingulos per ſingulos libros Biblicos recenſemus.

Geneſis habet verſus א'ך ל'ד 1534: medius verſus ועל חרבך תחיה *Et in gladio tuo viues*, cap. 27. 40.

Exodus א'ר'ט 1209. medius verſus אלהים לא תקלל *Iudicibus non maledices*, cap. 22. 28.

Leuiticus נט'ף 859. medius verſus והנוגע בבשר הזב *Qui tetigerit carnem fluentis*, cap. 15. 7.

Numeri א'ר'פח 1288. medius verſus והיה האיש אשר אבחר בו *Et erit vir quem elegero in eo*, cap. 17. 5.

Deuteronomium ה'נ'ץ 955. medius ועשית על פי הדבר *Et facies ſuper os verbi*, cap. 17. 10. Summa verſuum totius Pentateuchi 5845. Editio Felicis Pratenſis, Anno 1517. errauit in numero Deuteronomij cui apponit verſus 1055. in quo centum redundant.

Ioſua habet verſus ונ'ם 656. medius ומחשבון עד רמת *Et à Chesbon vſque ad Ramath*, cap. 13. 26.

Iudicum ח'י'ם 618. medius וירעצו וירצצו *Et detriuerunt, & oppreſſerunt*, cap. 10. 8.

Samuelis duo pro vno computati א'ו'ך 1506. medius ולאשה עגל מרבק *Et mulieri iſti erat vitulus ſaginatus*, 1. Sam. 28. 24.

Regum duo א'ת'ל'ד 1534. vbi litera ה in-

merat 24872. cum ſint tantùm 4872. De ר *Reſc* ponit 32147. cum ſint 22147. De ש *Scin* recenſet 2148. cum ſint 32148. Placeat igitur earum numerationem ſecundum quod ex Elia ſcribit *Buxtorfius*, hoc loco referre.

De א *Aleph*		42377
De ב *Beth*		38218
De ג *Ghimel*		29537
De ד *Daled*		32530
De ה *He*		47754
De ו *Vau*		76922
De ז *Zain*		22867
De ח *Cheth*		23447
De ט *Tet*		11052
De י *Iod*		66420
De כ *Caph*		37272
De ך *Caph finali*		10981
De ל *Lamed*		41517
De מ *Mem*		52805
De ם *Mem finali*		24973
De נ *Nun*		32977
De ן *Nun finali*		8719
De ס *Samech*		13580
De ע *Nghain*		20175
De פ *Pe*		20750
De ף *Pe finali*		1975
De צ *Tzade*		16950
De ץ *Tzade finali*		4872
De ק *Koph*		22972

Digitized by Google

computati תר״ח 688. medius ובין עלית הפנה *Et inter aſcenſum anguli*, Neh. 3. 32.

Chronicorum liber vterque א׳תש״סג 1763. medius ועל אצרות המלך *Et ſuper theſauros Regis*, 1. Chron. 27. 25. Summa omnium totius ſacræ Scripturæ verſuum erit 23206. Hanc numerationem primùm fecerunt Maſorethæ, Viri Synagogæ magnæ,(ne vt ait *Buxtorfius* in Tiberiade)vel incuria vel dolus cuiuſquam hominis, verſum aliquem è toto corpore interuerteret,corpuſque ſacrum vel minimo membro luxatum profanaret. Plura circa hoc notatu digna apud præfatum *Buxtorfium* reperies in ſuo Commentario Maſorethico.

1253 LEO IVDA, Eccleſiç Tigurinæ Miniſter, Auctor heterodoxus

Veteris Teſtamenti libros Hebraicos, ſimplici, & pura dictione è ſacra Hebræorum lingua, conſultis ſimul orthodoxis Interpretibus, in latinam tranſtulit. Paſſim autem per tota Biblia adnotationes, & variæ lectiones marginibus adijciuntur. Excuſ. Tiguri apud Froſchouerum, an 1543.

1254 LEONARDVS RAVVOLPHIVS, Medicus, floruit, an. 1583. Reliquit

Ὁδοιπορικόν, *ſiue Itinerarium Orientale, in Syriam, Iudæam, Arabiam, Meſopotamiam, Babyloniam, Aſſyriam, Armeniam, in ſex partes diſtinctum*.

1255 LILIVS ÆGIDIVS LIBERIVS, Tiphernas latinitate donauit

Philonis Iudæi Operum volumina quatuor. Extant in Bibliotheca Vaticana.

ח inter millenarium, & denarium valet quingenta: medius verſus ויקבץ מלך ישראל את הנביאים *Et congregauit Rex Iſrael Prophetas*, 1. Reg. 22. 6.

Ieſaias א׳ר״צה 1295. medius כי אם שם אדיר *Quia ſi ibi fortis*, cap. 33. 21.

Ieremias א׳ש״סה 1365. medius ויאמר חנניה *Et dixit Chanania*, cap. 28. 11.

Ezechiel א׳ר״עג 1273. medius ויהי בעשתי עשרה שנה *Et fuit in vndecimo anno*, cap. 26. 1.

Duodecim prophetæ minores pro vno libro computati, א׳נ׳ 1050: medius verſus לכן בגללכם *Idcircò propter vos*, Mich. 3. 12.

Pſalmorum liber א״ אך ב״ך 2527. medius ויפתוהו בפיהם *Et allexerunt eum in ore ſuo*, Pſal. 78. 36.

Prouerbia ת׳ת׳ קטו 915. vbi tres centenariæ literæ ſunt inter ſe addendæ: medius, לפני שבר גאון *Ante contritionem ſuperbia*, cap. 16. 18.

Iobus א׳ע׳ 1070. medius אשר קמטו ולא עת *Qui ſuccisi ſunt & non erat tempus*, cap. 22. 16.

Canticum Cantic. קי״ז 117. medius נרד וכרכם *Nardus, & crocus*, cap. 14. 14.

Ruth פ״ה 85. medius ותאמר רות המואביה *Et dixit Ruth Moabitis*, cap. 2. 21.

Lamentationum liber קנ״ד 154. medius, לדכא תחת רגליו *Conterere ſub pedibus ſuis*, cap. 3. 34.

Eccleſiaſtes רכ״ב 222. medius מה שהיה כבר נקרא שמו *Quidquid fuerit, iam vocatum eſt nomen eius*, cap. 6. 10.

Eſther קס״ו 166. medius ותען אסתר *Et reſpondit Eſther*, cap. 5. 7.

Daniel ש׳נ׳ז 357. medius בה בליליא קטיל בלשאצר *In ea ipſa nocte occiſus eſt Belſatzar*, cap. 5. 30.

Eſdras, & Nehemias pro vno libro

Digitized by Google

1260 LVDOVICVS IANINVS, natione Gallus, patria Mantuanus, diœceſis Lugdunenſis, Societatis Ieſu Theologus, inter cætera eius opera à Ribadeneira relata, habetur

Tirocinium ſacræ Scripturæ ſenſu legitimo exponendæ. Excuſ. Lugduni, an. 1667. in 12. vbi plura de Hebræo Textu diſſerit.

1261 LVDOVICVS LAVATERVS, Tigurinus, Caluino-Zuinglianus, Theol. & Hiſtor. Hæreticus primæ claſſis, exarauit

Commentarium in libros Paralipomenon, ſiue Chronicorum, cum tabulis de Genealogia Chriſti, & de ſummis Pontificibus Hebræorum. Excuſ. Heidelbergæ, an. 1573. in fol.

1262 LVDOVICVS LONICERVS, Hæreticus Auguſtanæ confeſſ. edidit opuſculum inſcriptum

Synathræſis figurarum promiſſionum ex veteri Teſtamento ad Chriſtum pertinentium. Excuſ. Francofurti, anno 1560.

1263 LVDOVICVS MANZINVS, Italicè exarauit libellum prenotatum

Le Turbolenze d' Iſraele ſeguite ſotto il gouerno di due Rè Seleuco il Filopatore, & Antioco il Nobile; Iſtoria, ed oſſeruationi del ſudetto. Excuſ. Mediolani, an. 1634. in 12.

1264 LVDOVICVS MARRACCIVS, Lucenſis, Clericorum Regularium Matris Dei Alumnus; in Romano Archigymnaſio Arabicæ Linguæ Profeſſor; & glorioſiſſimæ recordationis *Innocentij XI*. Summi Pontificis olim à ſacris Confeſſionibus; elaborauit opus inſcriptum

Pro-

1256 LVCAS GAVRICVS, Neapolitanus, caſtigauit, in ordinem redegit, atque etiam annotationibus illuſtrauit

Tractatum Abrahami Iudæi de Natiuitatibus. Liber excuſus Romæ impenſis Valerij Dorici, an. 1545.

1257 LVDOVICVS DE ANGVLO, Hiſpanus, ex Catalonico in Latinum ſermonem reddidit

Librum Abrahæ Abenezræ de Natiuitatibus. Extare mſc. in *Codice Regio* 1805. teſtatur Labbe in *Biblioth. mſſ. Librorum*.

1258 LVDOVICVS BALLESTER; natione Hiſpanus, patria Valentinus, in Societatem Ieſu ingreſſus, in ea multos annos ſacram linguam, ſacraſq; literas Valentiæ explicuit, edidítque

Hierologia, ſiue de ſacro ſermone, continens ſummam atq; Compendium poſitiuæ Theologiæ, ferè omnia quæ in ſacra Scriptura tractantur, attingens, innumera eius loca linguæ Hebraicæ præſidio explicans, & tamen ea methodo omnia tradens, qua tàm Hebræi ſermonis periti, quam in ſtudio Theologiæ poſitiuæ expertes, multum proficere poſſint. Omnia verò quæ in ea tractantur, quatuor libris continentur. I. De ſubſtantia diuina. II. De ſubſtantia corporea non viuente. III. De ſubſtantia corporea ſenſitiua. Excuſ. Lugduni ſumptibus Horatij Cardon, anno 1617. in 4. Obijt Valentiæ, anno ſalutis 1624. ætatis 82.

1259 LVDOVICVS HEZER, ex Hebræa in Germanicam linguam tranſtulit

Prophetas Maiores, atque Minores.

tates nihil aliud importat quam quaſdam differentias temporis diſtinctas ab hominum vitis. Pleræque Chronologiæ ſeptem ætates numerant, hoc eſt: I. à creatione Adami vſque ad diluuium Noe. II. à diluuio ad natiuitatem Abrahæ. III. à natiuitate Abrahæ vſque ad egreſſum Moſis de Ægypto. IV. ab egreſſu ex Ægypto ad fundationem Templi Salomonis. V. à Templo Salomonis fundato vſque ad regnum Cyri in Babylone. VI. à regno Cyri vſque ad aduentum Meſſiæ. VII. à natiuitate Ieſu Chriſti vſque ad præſens; conſequenter dicit primam ætatem perduraſſe annos 1656; ſecundam 382; tertiam 505; quartam 479; quintam 493; ſextam 538. Hinc ponit natiuitatem Chriſti anno à creatione mundi 4053. ſeptimam verò vſque ad tempus quo Author ſcribebat 1688. quem dicit fuiſſe à creatione mundi an. 5741. Deinde aliorum Chronologorum ſententias examinat, qui concludunt natiuitatem Chriſti Domini fuiſſe à creatione mundi anno 5872. & affert eorundem probationes. Verbo *An Iubile*, dicit illum eſſe annum Sabbaticum, nimirum quemlibet quadrageſimum nonum, qui à Iudæis peculiari ſolemnitate celebrabatur; item aſſerit ſacras literas & Eccleſiæ Patres ſæpius vocare illum annum quinquageſimum, eò quòd comprehendebant annum Iubilæum præcedentem, eo modo, quo nos in hebdomada numeramus duos Dominicos dies; ita nonnulli Authores dixere Olympiadem conſtaſſe ex quinque annis, numerando primum annum olympiadis ſubſequentis. Pariter putat terras minimè remanſiſſe incultas duobus ſubſequen-

Prodromus ad refutationem Alcorani, in quo per quatuor præcipuas veræ Religionis notas Mahumetanæ ſectæ falſitas oſtenditur: Chriſtianæ Religionis veritas comprobatur. In quatuor Partes diuiſus. Excuſ. Romæ, Typis Sac. Cong. de Prop. Fide, an. 1691. in 8. *Parte tertia* Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium ex veterum Hebræorum doctrina comprobatur; Meſſiam, nempe Chriſtum, futurum eſſe Deum, veterum Iudæorum teſtimonijs oſtenditur; Ipſum multa paſſurum, ac violenter moriturum, ex Prophetis, veterumque Hebræorum dictis confirmatur.

1265 LVDOVICVS MORERIVS, Gallus, Presbyter, ac ſac. Theologiæ Doctor, patria lingua exarauit Opus, cui titulus

Supplement ou troiſième Volume du grand Dictionaire hiſtorique, ou Mèlange curieux de l' Hiſtoire ſacrèe & profane; qui contient des matieres de même nature que celles des deux premiers Tomes; & encore, les Dignitès: les Magiſtratures ou Titres d' honneur: les Religions & Sectes de Chretiens, de Iuifs & de Payens: les principaux Noms des Arts & de Sciences: les Actions publiques & ſolennelles: les Ieux: les Fètes, &c. les Edits & les Loix dont l' Hiſtoire eſt curieuſe; & outres Choſes, & Actions remarquables. Excuſ. Pariſijs anno 1689. in fol.

Recenſentur in eo plures celebres Rabbini vnà cum eorum ſcriptis. Plura etiam de Iudæis, eorumque ritibus pertractat, videlicet: In Verbo *Ages du Monde*, dicit quod hoc nomen Æ-

cata, cuius veritatem probat ex qualitate Authoris, ex ſanctimonia ſuæ doctrinæ, & ex modo ſuæ inſtitutionis. *Qualitates* ad duo præcipuè capita reducit, videlicèt: Ieſus Chriſtus eſt Meſſias, & Deus, igitur Religio ab ipſo inſtituta eſt veriſſima. Quod ſit Meſſias, his tribus propoſitionibus probatur: I. Libri Vet. Teſt. minimè ſuppoſititij ſunt, ſed pet Prophetas & alios Authores quibus attribuuntur exarati, nimirum à Moyſe, Ioſue, Samuel, Eſdra &c. II. Vet. Teſt. continet quamplures prophetias erga Meſſiam & Saluatorem mundi. III. Ieſus Chriſtus eſt hic Meſſias promiſſus & prænunciatus. Quod idem Meſſias ſit Deus, prætterquam quod probatur ex pluribus locis V. T. demonſtratur etiam per prophetias Sybillarum, & ex Nouo Teſt. ſex rationibus, nimirum: I. Libri N. T. non ſunt ſuppoſititij, ſed ſcripti per Apoſtolos, & Euangeliſtas, & fatentur hoc Authores contemporanei, vel immediatè ſubſequentes, hoc eſt S. Clemens, S. Ignatius, S. Polycarpus, Papias, S. Iuſtinus Martyr, Athenagoras, S. Iræneus &c. II. Contentum in libris N. T. Verum eſſe ex teſtimonijs eorumdemmet Iudæorum, & Ethnicorum, vt ex Ioſepho, Suetonio, Tacito, Plinio iuniore, Celſo, Macrobio &c. qui multa referunt, & eodem modo quo in N. T. continentur III. Ex prodigijs quæ tempore natiuitatis, vitę, & mortis Chriſti Domini acciderunt. IV. Eius miracula Diuinitatem apertè probant, cum ſint certa, publicè & coram Phariſæis eius hoſtibus patrata; neque poſſunt Dæmoni attribui ex confeſſione ipſorum Hebræorum dicentium *Ioan.*

ſequentibus annis, nimirum quadrageſimo nono Sabbatico, & quinquageſimo ratione Iubilæi, & quod primus Iubilæi annus incœperit iuxta Dei præceptum in Autumno anni mundi 2637. & continuauerit anno ſequenti 2638. Verbo *Beel Phegor*, aſſerit hoc fuiſſe nomen Idoli, & falſę diuinitatis, quam adorabant Iſraelitæ, *Num.* 25. & ſententiam *Seldenio*, & *Origenis* in hanc rem exponit; videlicèt Idolum impudicitię. In *Beelzebub*, qui *Deum muſcarum* ſonat, aſſerit fuiſſe celebre Idolum Accaronitarum ex libris Regum; hinc notat, aliquos Authores exiſtimare Iudæos illi Idolo hoc nomen dediſſe in deriſum, eo quia in Ieroſolymitano Templo nulla muſca ſuper victimas apparebat: probabilius tamen putat hoc falſum eſſe. In *Behemoth*, quod verbum dicit ſignificare generalitèr *Bruta*, & deſumitur in Iob pro Boue eximiæ magnitudinis, aſſeritq; Doctores Talmudicos, & allegoricos Iudæos opinari Deum creaſſe hoc animal ſexto die mundi, & quod per diem paſceret in mille montibus, creſcente eadem herba nocte ſubſequenti, & aqua Iordanis erat ei in potu: addentes hoc animal deſtinatum fuiſſe in magnum conuiuium iuſtis in fine mundi; Iudæi tamen ſapientiores hanc fabulam reprobant, & ad allegorias recurrunt. In *Cabale*, plura de nomine, diuiſione, & vſu diſcurrit. In *Caraites*, quæ eſt Iudæorum ſecta oppoſita Rabbaniſtis, nimirum eorum qui traditiones Hebraicas reſpuunt, multa de eius nomine, & origine recenſet. Verbo *Chriſtianiſme* ideſt Religio a Chriſto Domino inſtituta & ab Apoſtolis per vniuerſum orbem publi-

Digitized by Google

linguarum; ex conuerſione multitudinis ferè infinitæ per totum orbem, ita vt miratus ſit Plinius ethnicus ad Traianum ſcribens, quòd Chriſtiana ſuperſtitio (ſic illam vocabat) eſſet extenſa non ſolum per vrbes, ſed etiam per villas, & campeſtria; ex ſublimitate doctrinæ Euangelicæ ſupra humanos ſenſus elata, oppoſita Idæis Ethnicorum; carnalibus Iudæorum opinionibus, & ſententijs hominum; ex paruo numero Prædicantium, qui ſine doctrina, potentia, & diuitijs, reſtiterunt Philoſophis, Imperatoribus, & huius mundi diuitibus. Neque obſtat quod etiam impiæ ſectæ præcipuè, Muhammedica breui tempore magnum & ipſa feciſſet profectum, quia huiuſcemodi lex ſenſui maximè inſeruit, & à reliquis alijs ſectis, & Religionibus aliquid humanæ naturæ & imbecillitati conſonum hauſit. Verbo *Chronologie* demonſtrat varias Authorum opiniones circa annum Mundi quo natus eſt Chriſtus, extendi ab anno 3740. vſque ad annum 6984. Verbo *Circoncifion*, plura de hoc Iudæorum ritu pertractat. Verbo *Fètes* agit inter cætera de *Iudæorum Feſtis*, vbi dicit quod præter quotidianum ſacrificium, publico ſumptu ab ipſis peragi ſolitum, etiam die Sabbathi cuiuſlibet hebdomadæ aliud fiebat, quod ſanctius alijs habebatur. Inſuper aliud primo die cuiuſque menſis, quod *Neomenia* dicebatur. Erant etiam quinque Feſtiuitates ſolemniores, quæ ſingulis annis celebrabantur, nimirum, *Phaſe*, ideſt *Paſcha*, *Pentecoſtes*, *Tubarum*, *Propitiationis*, & *Tabernaculorum*, ſiue *Scenopegiæ*. Pro Feſtis etiam habebantur, Dedicatio Templi à Iuda

Ioan. 3. *Nemo poteſt facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo*. Et ex prædictione negationis Petri, ſeu reſurrectionis, Aduentus Spiritus S. &c. V. Reſurrectio Chriſti Domini, & Aſcenſio apertiſſimè eius Diuinitatem conuincunt. VI. demum propoſitione, Chriſti Domini Diuinitas probatur pluribus teſtimonijs tùm ſacrorum, tùm profanorum, nimirum, S. Ioannis Baptiſtæ, omnium Euangeliſtarum, S. Petri, S. Pauli &c. Ioſephi hiſtorici, Tyberij Imperatoris, qui propoſuit Senatui tribuendos eſſe honores diuinos eidem Chriſto Domino, renuente Senatu, eò quod non immediatè receperat Epiſtolam à Pilato; item impijſſimi impoſtoris Muhammedis teſtimonio idem probatur, dum in *Alcorano* Chriſtum Dominum laudat, eumque dicit eſſe verum Meſſiam filium Mariæ Virginis, habentem animam diuinam, eſſeque Dei Verbum. *Sanctimonia* Chriſtianæ Religionis probatur ex fine præciſo ſanctificationis hominis, & gloriæ diuinæ, & quia paſſiones dirigit, vt ſpiritus corpori dominetur, & Deo reddat cultum perfectiſſimum, quod certè eſſe haud poteſt Demonis intentio. Inſuper quia dirigit mores ſeueriſſimè coarctando ad honeſtos limites paſſiones humanas; & docet ferre Crucem, magni habere paupertatem, gaudere in perſecutionibus, eſſe mites, humiles corde, diligere inimicos, & ſimilia. *Mirabilis modus inſtitutionis* probatur ex deſcenſu Spiritus S. ſuper Apoſtolos, qui reddidit illos idoneos ad publicandum ſolemnitèr Euangelium, accipientes hoc Dei donum ſub ignitarum linguarum figura, & ſcientiam omnium

Digitized by Google

aliquibus articulis Religionis, & ſepulchra habent ſegregata. Vtrique in magno numero ſunt ſub ditione Magni Sultani: eorum exercitia communia ſunt, Campſarij, Dohanarij, Mangonij veſtium, Pharmacopolæ, Medici, & Interpretis. Agit deinde de Leuiathan, de Maſorethis, de Midraſchim Rabboth, de Mitzraim filio Cham, de Menſibus & Monetis Iudæorum, de Moyſe & eius virga prodigioſa, de qua multa fabulantur Iudæi. Verbo *Ophir*, aliorum ſententias expendit, & multa erudita de ipſo exponit. Quid ſit Paraphraſis Chaldaica, & à quibus conflata ſit, explicat. Deinde tractat de Feſto Pentecoſtes, de Purificatione, de Puſim, de S. Richardo Pariſienſi à Iudæis martyre effecto; hic erat adoleſcentulus duodecim annorum filius honeſti ciuis, quem Hebræi ſurripientes circa feſtum Paſchæ, anno 1180. vt in odium Ieſu Chriſti & ſuæ religionis occiderent; ideò cùm illum incluſiſſent in quadam caua, prius flagellis ceciderunt, poſtea crucifixerunt: at hæc barbara impietas impunita minimè remanſit, cum citò detecti fuerint eius Authores, qui vltimò damnati ſupplicio à Rege Philippo Auguſto cauſam dederunt, vt Hebræi à toto Regno Gallico exularent. Corpus huius Martyris primò tumulatum fuit in Cæmeterio cui nomen *Petits-Champs*, deinde tranſlatum fuit ad Eccleſiam SS. Innocentibus dicatam, vbi non remanſit niſi Caput, eo quia tranſlatum fuit Corpus in Angliam, tempore quo Angli Pariſios & alias Galliæ prouincias occuparunt, ſub Carolo VI. Galliarum Rege. Agit præterea de magno Iudæorum Synhedrio, de decem Sephiroth, de Machabæo peracta, Iubilæum, Annus Sabbaticus, & Purim. Verbo *Iehoua*, plura de hoc tetragrammato nomine refert. In *Iuifs*, hæc ad eos pertinentia adnotat, hoc eſt, Iudæos diuidere ſuam Legem in tres ordines; ad primum reducunt omnia præcepta legis ſcripta in Moſis Pentateucho; ad ſecundum, legem oralem, quæ in Talmud continetur; ad tertium, vſus & mores. Refert ſeptem articulos fidei Iudæorum, nimirum. I. Deum eſſe vnum, incorporeum, & ęternum. II. Non eſſe adorandum, neque colendum niſi ſolum Deum. III. Extitiſſe & poſſe adhuc exiſtere Prophetas. IV. Moyſem fuiſſe maximum omnium Prophetarum diuino ſpiritu repletorum, & legem ab ipſo relictam, à Deo eſſe dictatam in omnibus ſuis præceptis. V. Hanc legem eſſe immutabilem, & quod neque aliquid ei addi, aut diminui poſſit. VI. Meſſiam venturum eſſe, omnium Regum terræ potentiſſimum. VII. demum, Deum reſuſcitaturum mortuos in fine temporum, & conſequenter iudicium vniuerſale præſtiturum. Item refert in Turcico Imperio duo genera Hebræorum eſſe, nimirum, *Originarios* illarum regionum, & *Extraneos* ita appellatos, quia eorum Patres ex Hiſpania & Luſitania illùc peruenerunt. *Originarij* deferunt pileum varijs mixtum coloribus more Chriſtianorum incolarum, à quibus non diſtinguuntur niſi per ſoleas; nam Iudæi eas non deferunt niſi nigras, aut violaceas; Chriſtiani verò rubras vel flauas. *Extranei* deferunt ridiculum capitis tegumentum, nimirum pileum hiſpanicum abſque vllo limbo; hi cum alijs non conueniunt in

ri quam Græcam, & quare? Item de lingua vniuerſali. In 5. dat generale monitum circa neceſſitatem, & circa methodum huius operis. In 6. diuerſas affert obſeruationes ſupra Græcum & Latinum idioma; Gallicum, Celticum, & Germanum ab Hebræo deriuaſſe. In 7. adducit obſeruationes generales, & præcipuas circa vocales, & conſonantes, tum Hebraicas, tum Græcas, ac Latinas, & circa illarum reciprocas mutationes. In 8. agit de Gloſſario Saxonico in hoc primo Tomo contento, ſimul cum relatione tum ad Teutonicum, tum ad alias linguas Europęas, Septentrionales, tum etiam ad Hebraicam, à qua omnes deſcendiſſe affirmat. *Liber* II. oſtendit omnes linguas totius orbis ab Hebraica dimanaſſe, quæ eſt illa ſacrarum Scripturarum, & veteris Teſtamenti. Habet capita duodecim. In 1. probat Hebraicam linguam eam eſſe, quam creauit Deus, hominem efformando, & qua omnes homines loquuti ſunt vſque ad conſtructionem Babelicæ Turris. In 2. ſuadetur idipſum auctoritate S. Auguſtini, nimirum linguam Hebraicam fontem & originem eſſe omnium aliarum linguarum, & adduntur quamplurima monita præcipua huius S. Doctoris circa ſtudium linguarum & Grammatices. In 3. explicat in quot linguas in Babilonica confuſione illa fuerit diuiſa, quæ vſque ad id tempus vnica, & originalis erat; quomodo etiam extenſa ſit lingua Hebraica, & eius dialecta per vniuerſam terram. In 4. proſequitur idem argumentum de Hebraicæ linguę extenſione per vniuerſum orbem. In 5. proſequuntur probationes vnitatis, & extenſionis Hebraicæ

de LXX. Interpret. eorumque verſione; de LXX. hebdomadibus Danielis, de Regibus Ægypti, de Sciabbathai Tzeuì Pſeudo-Meſſia Iudæorum, de Synagoga, de feſto Tabernaculorum, de Taled, de Talmud, de Templo Salomonis, de Teraphìm, de Teſtamentò veteri, & nouo, de monte Thabor, de Thamuz Hebræorum idolo, de Babelica Turri, de duodecim Tribubus, & vltimò de Vrìm & Thummìm.

1266 LVDOVICVS THOMASSIN, Gallus, Presbyter Oratorij, patria lingua edidit

La Methode d' e'tudier & d' enſeigner Chriſtienement & vtilement la Grammaire, ou les Langues, par rapport a l' ecriture Sainte en les reduiſant toutes a l' Hebreu. Pariſijs, an. 1690. Tomis duobus in 8. *Primus Tomus* diuiditur in quatuor Libros, quorum I. continet Præfationem, & vniuerſale argumentum totius operis, & habet capita octo. In 1. tractat de ijs qui de hac materia egerunt, & quam ſit neceſſaria praxis linguæ Hebraicæ, verborum excellentia, Græcum & Latinum idioma, quę cum ſint dialecti inter ſe, Hebraicæ linguæ omninò dialecti ſunt. In 2. proponuntur argumenta quibus oſtenditur, Hebraicum idioma quodammodo vnicè remanſiſſe vniuerſaliter in toto orbe, etiam poſt confuſionem Babelicæ Turris; & quanto ſimilia ſunt dialecta eidem Hebraicę linguę. In 3. proſequuntur argumenta probantia vnitatem, & vniuerſalitatem Hebraicæ linguæ etiam poſt Babelicam Turrim, & quam cum ea conueniant dialecti omnes. In 4. oſtendit omnes linguas eſſe dialectos Hebraicæ; Latinam illi magis approxima-

Digitized by Google

ſeruauerunt ſua nomina, afferuntur. In 4. agit de deſcendentibus à Cham, & de regionibus ab illis occupatis. In 5. & 6. de Nauigationibus, & Colonijs Phœnicum per vniuerſum orbem, in quo diſſeminarunt Phœniciam, aut Hebraicam linguam, aut etiam illam reformarunt, aut conſeruauerunt. In 7. proſequitur continuatio Nauigationum Phœnicum, & de veſtigijs linguæ Hebraicæ in Gallijs, & in inferiori Britannia. In 8. de antiqua Celtica, & eius dialectis, nimirum de Saxonica, Germanica, Anglica, Laponica, & de lingua Tartarorum, Mogoliorum, Sinenſium, eiuſque conformitate cum Hebraica. In 10. de menſuris, de inſtrumentis muſicalibus, de pſeudo-diuinitatibus vniuerſarum nationum, quarum nomina Phœnicia erant, aut Hebraica. In 11. continuatur examen occidentalium, & ſeptentrionalium Europæ linguarum deſcendentium à Celtica, & originem trahentium ab Hebraica; tumultuariè etiam contexitur multitudo terminorum omnium harum linguarum, eiuſque origo Hebraica attingitur. In 12. percurritur *Spelmanij* Gloſſarium ad educendas ex eo radices Celticas, & Hebraicas. In 13. percurruntur origines Gallicæ *Menagij* & Hiſpanicæ *Couaruuias*, & conatur efficere, vt omnes aſcendant vſque ad origines Celticas, & Hebraicas. Item datur ſpecimen Vaſconiæ linguæ, quæ erat antiqua Hiſpanica. In 18. deducuntur ad Hebraicas origines plures Etymologiæ *Gotofrido Vendelino* attributæ, & à *Ioanne Iſacio Pontano* in varijs operibus confictæ, neque omittitur *Pontani* Chorographia. In 15. afferuntur linguæ. In 6. noua argumenta afferuntur, quæ nituntur oſtendere ab Hebraica lingua exijſſe Perſicam, Ægyptiam, & Cartaginenſem. In 7. demonſtrat literas originem traxiſſe ab Aſſyria, eiuſque rei probationes à profanis Auctoribus Græcis, & Latinis hauſtæ. Item agit de literis Phœnicijs, Ionijs, & Latinis antiquis. In 8. continuatur eadem materia de literis Aſſyrijs, Phœnicijs, & Romanis. In 9. agitur de literis Samaritanis, Hebraicis, Chaldaicis, Ionijs, & Latinis, atque de punctis. In 10. quomodo Græcæ, & Latinæ literæ ab Hebraicis, & Samaritanis exierunt, oſtendit. Item de modo ſcribendi à dextera ad ſiniſtram, vel à ſiniſtra ad dexteram, & de ſcriptura à ſummo ad imum. In 11. tranſit ad ampliorem explanationem literarum Aſſyriarum; vel Phœniciarum, Ioniarum, aut Græcarum, Latinarum, aut Romanarum. In 12. noua argumenta probantia adducit, quod allatum eſt, à D. Hieronymo, & à nonnullis alijs petita. *Liber* III. agit de Colonijs filiorum Noë, de Babilonijs, aut Aſſyrijs, de Phœnicijs, & conſequenter de Hebræis, qui omnem terram inhabitauere, ac per eam Hebraicam linguam extenderunt. Habet capita decem & ſeptem. In 1. ſententiam affert S. Hieronymi circa Hebræorum Colonias qui vniuerſam terram inhabitarunt. In 2. adducit ampliores probationes eiuſdem argumenti: Item agit de tribus filijs Noë generatim, & præcipuè de deſcendentibus à Sem, & de terris quas illi inhabitarunt. In 3. ſequitur idem argumentum, & inſuper à Iaphet deſcendentes, & regiones ab ijs repletæ incolis, populi, & vrbes, qui

tur

Nominibus Dei apud Hebræos, ſed de his ſcriptis nulla mentio apud Wadingum. Item

De Interpretibus ſacræ Scripturæ, de modo eam exponendi, & de dignitate eiuſdem. Excuſ. Venetijs, an. 1596.

1268 M. ANTONIVS FERRACCIVS, Studiorum Præfectus in Seminario Patauino, elucubrauit

Diſſertationes Criticas in linguam Hebraicam, ad Eminentiſſimum Principem Hieronymum Caſanatam Cardinalem ampliſſimum. Patauij, anno 1691. in 12.

1269 MARCVS ZVERIVS BOXHORNIVS, edidit

Hiſtoriam vniuerſalem ſacram & profanam, à Chriſto nato ad annum vſque 1650. In qua illuſtrium Gentium ac Principum origines, res geſtæ, variæ mutationes in Eccleſia & Republica, aliaque ex varijs etiam hactenus ineditis monumentis traduntur. Acceſſit nouæ huic multoque ſtudio emendatæ editioni, Appendix proximorum ſequentium annorum res complexa. Francofurti & Lipſiæ, an. 1676. in 4. Plura de Iudæis pertractat. Prohibetur hoc opus in Romano Indice.

1270 MARTINVS BECANVS, Hiluarenbeca Brabanticæ municipio oriundus, Societatis Ieſu Theologus eximius, ſcripſit

Epiſtolam ad Gregorium N. ex Caluiniano Catholicum factо, de comparatione Eccleſiæ, & Synagogæ. Extat Tom. 4. Summę Theologię Scholaſticę.

1271 MARTINVS LIPENIVS, Hallenſis, exarauit opuſculum, cui titulus

Nauigatio Salomonis Ophiritica il-

tur recentiores probationes, linguas orientaliores in Armenia, eſſe ab Hebraica deriuatas, atque eſſe non poſſe nisi dialectos: agit præterea de Maldauis, de Tartaria, de Caribis, & de America. In 16. noua argumenta adducuntur, probantia linguam Hebraicam in præſentiarum diſſeminatam eſſe quoque per Turcas, Arabes, Perſas, Armenios, Indos, & Mogolios. In 17. tandem noua veſtigia Hebraicæ linguæ in Perſica, in Indica, in Tartarica, in Sinica, & in ea quæ appellatur Malaica, obſeruantur. *Lib.* IV. continet tria parua Gloſſaria ad Hebraicam linguam redacta, & poſt præfationem affert Gloſſarium linguæ Runicæ, ſeu veteris Danicæ ad Hebraicam redactum; deindè Gloſſarium linguæ Malaicæ, quæ dicitur eſſe Sapientum in vniuerſo Oriente ad Hebraicam linguam redactum; demùm Gloſſarium Saxonicæ linguæ exhibet, à qua videntur exijſſe omnes linguę præſentes Europæ, Septentrionem verſus, & eius reductio ad Hebraicam. Totus *ſecundus Tomus* complectitur duo *Gloſſaria*, Græcum vnum, Latinum alterum; vtrumque ad linguam Hebraicam redactum.

M

1267 MARCHESINVS, è Regio Lepidi (quę ciuitas proxima eſt Mutinæ) Ord. Min. Floruit circa annum 1300. in prouincia Bononiæ & Cuſtodia Ferrariæ. Sub *Mammotrepti* nomine ſcripſit, referente Konigio

De Menſibus, Feſtiuitatibus, Veſtibus ſacerdotalibus, Diuinationibus,

Digitized by Google

1273 MARTINVS SCHVLTZIVS, Hæreticus Auguſtanæ confeſſ. edidit

Dicta Religionis Chriſtianæ præcipua, ex limpidiſſimis Iſraelis fontibus deducta. Wittebergæ apud Zachariam Schurerum, an. 1610. in 8.

1274 MARTINVS THABOR, Hæreticus Auguſtan confeſſ. exarauit opuſculum inſcriptum

Gemmæ Euangelicæ, id eſt ſententiæ inſigniores ex Euangelijs anniuerſarijs collectæ, & in puerorum gratiam, Germanicè, Latinè, Græcè & Hebraicè editæ. Magdeburgi, apud Ambroſium Kirchnerum, an. 1610. in 8.

1275 MARTINVS THEODOSIVS FABRICIVS, Hæreticus Auguſtan. confeſſ. elucubrauit

Harmoniam hiſtoriæ Paſſionis, & reſurrectionis Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti ex 4. Euangeliſtis concinnatam, & editam Germanicè, Latinè, Græcè & Hebraicè, cum præfixa Ægydij Hunnij ad Lectorem Præfatione, Wittebergæ, an. 1595. in 8.

1276 MATTHÆVS RVFFY, Gallus, Societatis Ieſu Theologus; Vir multæ eruditionis, qui præter Rhetoricam, Philoſophiam, Theologiam Scholaſticam & Moralem, biennio linguam Sanctam, & triennio ſac. Scripturam interpretatus eſt. Emiſit in lucem

Proluſiones allegoricas Scriptoris, Poetæ, Rhetoris, Mathematici, Philoſophi, Theologi Moralis, Profeſſoris linguæ Hebrææ, Interpretis ſac. Scripturæ, Theologi Scholaſtici. Excuſ. Auenione, an. 1660. in 12. Deſcribitur bellum linguarum, in quo doctarum linguarum Hebrææ, Græcæ, ac Latinæ *illuſtrata.* Excuſ. Wittebergæ, anno 1660. in 12. Inſtituit in eo plures Quæſtiones Biblicas, Philologicas, Phyſicas, Geographicas, Nauticas, Hiſtoricas, & Politicas; varijs deinde examinatis Eruditorum ſententijs circa Ophiriticam regionem, videtur his verſibus litem dirimere:

Auriferam Salomonis Ophiram *inuenimus:* Ophir
Nomen cui gnatus Iectanis *bocce dedit.*
Non *locus incertus* noſtra eſt Ophira vocanda,
Nàm *certum* Nautæ conſtituere *ſcopum.*
Non *Sophale*, aut *Angola* fuit, nec culta *Melinde*
Nec *Carthago* potens *aurea terra* fuit.
Non *Cuba*, non *Peru*, non *Eſpannola* Columbi,
Mexico non Ophir *Veſputiana* fuit.
Indica ſed *tellus*, Aſiæ ſatis *inclyta tellus*,
Vltra quæ ſpectat *littora Gangetica.*
Quam *Bengala*, *Siam*, quam *Pegu*, quamque *Malaca*
Et noua quam *Zeilan*, priſca *Sumatra* tenet.

1272 MARTINVS SCHOOKIVS, edidit

Diſquiſitionem circa Decalogum, ſpeciatim quartum præceptum de Sabbato. Cuius perpetua moralitas ſic vindicatur, vt tamen præſidium non inueniant aut Iudaizantes, aut illi qui diem Domino ſacrum profanare inſtituunt; ſimul ex profeſſo, tum incidentèr, varij Scripturæ Textus ſingulari ratione explicantur. Groningæ, an. 1660. in 12.

guſtæ Vindel. reperta, *& enarrata*, *cum Mantiſſa trium Monum. Vetuſt. Roman. de antiquis Monumentis Auguſt.* Proſtant Auguſtę Vindel. apud Viduam typis Koppmayerianis impreſſa, an. 1686. in 8.

1278 MATTHIAS MARTINIVS; Germanus, Theol. & Philoſ. Calu. Zuingl. Profeſſor Bremenſis Hæreticus primæ claſſis, ſcribebat in ſacros libros, & pleraque controuerſa de Religione, Herbornę 1593. 97. 604. 623. edidit

Lexicon Philologicum, *præcipuè Etymologicum*, *& Sacrum*, in quo Latinæ, & à Latinis Auctoribus vſurpatæ tum puræ tum barbaræ voces ex originibus declarantur; comparatione linguarum (quarum & inter ipſas conſonantia aperitur) ſubinde illuſtrantur, multæque in diuinis, & humanis literis difficultates è fontibus, hiſtoria, veterum & recentium Scriptorum auctoritate enodantur. Bremæ typis Villerianis, an. 1623. & Francofurti ad Mœnum, an. 1655. in fol. In Regnis Hiſpaniarum cum ſequenti expurgatione permiſſum.

In prima libri facie poſt illa verba, *Matthia Martinio* dele *ſeruo Ieſu Chriſti*, & ſubſtitue, *Auct. damnat.* Deinde in Epiſt. Lectori candido, quæ incipit, *Sapientèr Auguſtinus*, p. 1. paulò ante med. poſt illa verba, *dictorum conſtat ordine*, dele 2. lin. vſque ad, *etenim quod Diuinus*, excl. Et p. 3. lin. 3. poſt illa verba, *quæ mala inſunt*, dele vſque ad, *Vt ſimplex veritas*, excl. Quia verò totum opus reſperſum eſt, vel Hæreſiarcharum allegationibus, & nominibus, vel aliorum Sectariorum Epi-

Latinæ bella narraturus, ab omnium linguarum origine initium ducit, vt inde oſtendat, ex illarum diuerſitate, nata eſſe odia, quæ triplici bello cauſam dederunt. Primum Babylone confectum eſt, quando Hebræa lingua à primigenijs regnum quærentibus obſeſſa, vix Paternum ſolum obtinuit. Alterum in Ægypto celeberrimum fuit, inter Hebræam & Græcam, pro aris pugnantes, nimirum pro libris ſacris, qui pacis conditionibus, Græcæ linguæ, verſione 70. conceſſi ſunt. Tertium eſt bellum Romanum, quod editionis Vulgatæ cauſa ſuſceptum, ad Romanæ linguæ gloriam concluſum eſt. Accedit *Apotheoſis linguæ Sanctæ*; vbi Interpres propoſita Iſaiæ prophetia tanquam ſacræ Scripturæ epitome, occaſionem aſſumit dicendi generatim de natura interpretationis ſacrarum literarum, quam apotheoſi comparat. Eo fine linguam Hebræam, quâ primum edita ſunt libri ſacri, auguratione dignam eſſe oſtendit, diuinaque mente eſſe præditam, ideò omnem apotheoſis apparatum erigit, & nouæ conſecrationis formam demonſtrat.

1277 MATTHIAS FRIDERICVS BECKIVS, Author heterodoxus, emiſit

Paraphraſin Chaldaicam primi libri Chronicorum hactenus ineditam, & multum deſideratam; nunc verò è Codice M. S. antiquo membranaceo Bibliothecæ Reuerendiſſ. Miniſterij Erfordienſis A. C. exſcripſit, & iuris publici primùm fecit. Cuius etiam Verſio Latina, & in illam notæ ſimul prodeunt. Auguſt. Vindel. an 1680. in 4.

Monumenta antiqua Iudaica Au-

Digitized by Google

col. ſequenti 1402. poſt medium, & poſt verba, *in oblatione, & adoratione*, dele 16. lin. vſque ad, *Targum exponit*, excl. Et inferius, poſt 10. lin. & poſt illa verba, *iudicare eſt facilè*, dele 35. lin. vſque ad, *idem Auguſtinus docet*. In col. 1403. poſt medium. Et in eadem voce, col. ſequent. 1404. ante medium, poſt illa verba, *quæ res repræſentatæ*, dele 9. lin. vſque ad finem §. In voce, *Liber*, col. 1502. ad finem, poſt illa verba, *à peccato omni, & miſeria*, dele reliquum huius vocis, & §. vſque ad medium col. ſequentis 1503. In voce, *Libertas*, col. 1514. initio, poſt illa verba, *vt ciuibus noui Teſtamenti*, dele 6. lin. vſque ad, *Vt verò ſumus*, excl. In verbo, *Limbus*, col. 1563. ad medium, poſt illa verba, *peccatis ſuis perſonalibus*, dele 6. lin. vſque ad, *Patribus fidelibus*, excl. In eadem voce, col. 1564. poſt illa verba, *Notas Elmenhorſtij*, dele 17. lin. vſque ad, *Hic valet illud*, excl. In voce, *Mereo*, col. 1906. ad finem poſt illa verba, *Lexicon Theolog. Alterſtagi*, dele reliquum vocis, & §. In voce, *Meritum*, col. 1911. ad medium, poſt illa verba, *Acceptantis liberalitate*, dele 4. lin. vſque ad finem vocis, & §. In voce *Miſſa ſubſtantiuè*, col. 1961. poſt medium, & poſt illa verba, *Hæc Baronius*, dele reliquum huius vocis per 5. integras columnas, vſque ad, *Miſſile*, excl. In col. 1966. in voce, *Mortale*, col. 2017. initio poſt illa verba, *peccati ſtipendium eſt mors*, dele duas lineas vſque ad, *Iuriſconſulti etiam*, excl. In voce, *Myſteria, & Dionyſia*, col. 2115. ad finem, poſt illa verba, *Erant etiam Xerophagia*, Epithetis honorificis; Hæreſiarcharum nomina abolenda ſunt, cum illorum ſubiectis ſententijs. In voce *Deuteroprotus*, col. 590. poſt *Ioſephi Scaligeri*, dele 3. lin. vſque ad, *Is lib. 6.* excl. In ipſo verò opere delenda, quæ ſequuntur: Pag. 2. in med. dele, *diuinis ambo fulgidi ingenijs*. In voce, *Bilingues*, col. 148. lin. 11. dele vocem, *Legendum*. In voce, *Campana*, col. 316. lin. 7. poſt initium, & poſt illa verba, *Sed mittamus iſta*, dele 2. lin. vſque ad *Cæterum qui campanas*, excl. In voce, *Epiſcopus*, col. 684. poſt initium, & poſt illa verba, *In ſolidum curaſſe*, dele vſque ad fin. §. In voce, *Eucharistia*, col. 724. poſt med. & poſt illa verba, *Symbolorum conſecrationem*, dele 3. lin. vſque ad, *Apud Iuſtinum*, excl. In voce *Facio*, ad finem, col. 762. poſt illa verba, *In meam commemorationem*, dele 4. lin. vſque ad fin. §. In voce, *Fides*, col. 852. ante medium, poſt illa verba, *tradidit ſemetipſum pro me*, dele 3. lin. vſque ad *Incredulitas fuit initium*, excl. Et in eadem voce, col. 853. initio, poſt, *Heb. 6. verſ. 4. 5.* dele 3. lin. vſque ad, *qua de re aliquid*, excl. In voce, *Hoſtia*, col. 1160. ante medium, dele, *quia eſt ſacrificij Chriſti recordatio*. In voce, *Hiſſopus*, col. 1184. poſt illa verba, *Interpretationis ſequutum eſſe*, dele 13. lin. vſque ad, *Ego verò illam*, excl. In voce, *Imputo*, col. 1238. poſt 7. lineas ab initio, dele ab illis verbis incluſ. *verbum imputandi*, dele 47. lineas vſque ad, *Itaque Diuina imputatio*, excl. In voce, *Latria*, col. 1401. poſt initium, poſt illa verba, *Manich. lib. 20. cap. 21.* dele 4. lin. vſque ad, *ſed illos*, excl. Et

Digitized by Google

Reconcilio,col. 3058. ad medium, poſt *Rom.* 5. *locus præcipuus*, dele reliquum vſque ad finem loci, & §. In voce, *Regenero*, col. 3068. ante finem poſt illa verba, *Emendat*, *& quaſi recreat*, dele 20. lin. vſque ad, *& ipſi ſedebunt in thronis*, excl. in col. 3069. Et inferius, in eadem col. poſt medium, dele totum §. 11. *In Theologicis*, conſtantem 12. lineis. Verbum, *Reſipiſcentia*, col. 3114. totum deleatur, vſque ad finem vocis, & §. in col. 3115. In voce, *Roma*, col. 3175. initio, poſt, *Omnium latiſſimum templum*, dele reliquum vocis, & §. In voce, *Sacramentum*, col. 3273. paulò poſt initium, poſt illa verba, *Gratiæ*, *vel æternæ ſalutis*, dele tres lineas vſque ad, *temporalis boni*, excl. Et ibidem, inferius, poſt, *Sacramentum Ordinis*, *Matrimonium*, dele reliquum, vſque ad finem vocis, & §. in col. 3344. In voce, *Sanguis*, col. 3361. poſt medium, & poſt illa verba, *diuiſos effudit*, dele, *& nobis redimendis impendit*. Et paulò inferius, initio col. ſequentis 3362. poſt illa verba, *Filium eſſe Meſſiam*, dele 7. lineas, vſque ad, *teſtantur etiam*, excl. In voce, *Sepia*, col. 3559. initio, vbi legitur, *ridiculè Iſidorus*, dele vocem, *ridiculè*. In voce, *ſequens*, col. 3571. ante finem, poſt illa verba, *ſanguinem non biberunt*, dele, *vt quod fit fide*. In voce, *Somaticus*, col. 3689. ad medium, poſt illa verba, *non dicit plenitudinem*, dele reliquum vocis, & §. In voce, *Sparta*, col. 3704. poſt illa verba, *obtigit adminiſtranda*, dele 3. lin. vſque ad, *ſed Spartæ*, excl. In voce, *Spes*, col. 3715. poſt illa verba, *expectatio vitæ æternæ*, dele lineam, vſ-*giæ*, dele 18. lin. vſque ad finem vocis, & §. in col. 2116. In voce, *Neceſſitas*, col. 2179. ante medium, poſt illa verba, *Libertatem*, *ac peccatum excuſat*, dele 6. lin. vſque ad, *omnem verò libertatem*, excl. In *O vocali*, col. 2347. ad finem, poſt illa verba, *Nos regenerando filios facit*, dele, *per fidem iuſtificat*, *ſanctificat*, *& beat*, *& tandem perfectè glorificat*. In voce, *Panis*, col. 2475. initio, poſt illa verba, *Omnis menſa eſſe inops*, dele reliquum vocis, & §. In voce, *Papa*, col. 2481. ante medium, in fine §. dele, *malè omnia*. In voce, *Pax* col. 2561. poſt medium. & poſt illa verba, *Apoſtolorum ſalutationibus*, dele reliquum, vſque ad finem vocis, & §. in col. 2562. In voce, *Per I.* col. 2590. ad finem, poſt illa verba, *Nobis donat obedientiam Christi*, dele reliquum vocis, & §. in col. 2591. In voce, *Petra*, col. 2627. ante medium, poſt illa verba, *Impoſui Cephas, id eſt Petrus*, dele reliquum, vſq; ad finem vocis & §. In voce, *Philoſophus*, col. 2659. poſt initium, & poſt illa verba, *plenus eſt ſemper*, dele reliquum vocis, & §. In voce, *Præſtolor*, col. 2852. poſt med. dele, *Iam olim Monachi de eo ſoliciti fuerunt*. In voce, *Præter*, *præpoſitio*, col. 2856. ante finem, poſt illa verba, *Abominatio haberetur*, dele 4. lin. vſque ad finem vocis, & §. In voce, *Presbyter*. col. 2874. ad fin. poſt illa Hieronymi verba, *cum quibus populum iudicaret*, dele reliquum, vſque ad finem vocis, & §. In voce, *Pro*, *præpoſitio*, col. 2889. poſt initium, & poſt illa verba, *& nos ei reconciliaret*, dele octo lineas, vſque ad, *hæc coniunguntur*, excl. In voce,

de iure Connubiorum, quatuor interſtinctus libris; quorum I. agit de Sponſalibus, & Repudio, vbi nonnullę Hebræorum voces in hac re exponuntur. II. de Matrimonio, cæteriſque huc ſpectantibus. III. de monſtris Matrimonio aduerſantibus, videlicet de Cœlibatu, (vt ipſe iniquè loquitur) Concubinatu, Polygamia, Diuortio, Raptu, Fornicatione, Stupro, Inceſtu, Scelere Onanitico, Sodomia, Beſtialitate, &c. IV. de Proceſſu, & Pœnis. Ex iure diuino, ciuili, canonico; Theologorum, ac iuris Conſultorum lucubrationibus; Scholaſticorum, ac Canoniſtarum placitis; Conciliorum, ac Conſiliorum decisionibus, Academiciſque reſponſis, congeſtus. Excuſ. Stadæ typis Elię Holuinij, an. 1656. in 4. Obſerua Auctorem hunc Lutheranum eſſe & Hęreticũ primæ claſſis, ex ipſa enim prima libri facie maximè dignoſcere poteris, qui cum num. 3. *de Monſtris Matrimonio aduerſantibus* agat, numerat primo loco *Cœlibatum*, & nullam ſanctitatem vel perfectionem Cœlibatui attribuit ſupra Coniugalem ſtatum, aduerſante (vt ipſe Auctor haud ignorat) Sacroſancto Tridentino Concilio Seſſ. 8. can. 10. vbi ait: *Si quis dixerit Statum Coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cœlibatus, & non eſſe melius, & beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quam iungi matrimonio anathema ſit*. Alios plures errores contra Catholicæ Eccleſiæ Sanctiones, varijs in locis diſſeminat.

1283 MICHAEL LEGVIEN, Gallus, Sacri Prædicatorum Ordinis Theologus, Gallicè edidit opuſculum inſcriptum

De-

vſque ad, *& huiuſmodi habitus*, excl. In voce, *Teſtamentum*, col. 3871. ad finem, poſt illa verba, *habet cum eo, qui præſtat*, dele vſque ad, *hoc verò Euangelij fœdus*, excl.

1279 MATTHIAS PALMERIVS, Vicentinus, Latinum fecit

Ariſteæ libellum de interpretatione legis Hebraicæ per LXX.

1280 MATTHIAS TANNERVS, ad poſteros tranſmiſit Opus prænotatum

Societas Ieſu vſque ad ſanguinis, & vitæ profuſionem militans in Europa, Africa, Aſia, & America, contra Gentiles, Mahometanos, Iudæos, Hęreticos, Impios, pro Deo, Fide, Eccleſia, Pietate. Excuſ. Pragæ, anno 1679. in fol. cum figuris æneis.

1281 MELCHIOR FLAVIVS, Minorita, Theologus, B. Pij Pœnitentiarius, & Henrici II. Galliæ Regis Concionator, emiſit opuſculum

De Regno Dei, de quo Chriſtus loquutus per dies quadraginta, Carolo IX. Galliæ Regi dicatum. Complectitur hic liber, Epitome omnium myſteriorum Chriſti, & ſummam totius ſacræ Scripturæ omnibus eruditis: & pręcipuè Eccleſiaſticis plurimum commodus. Excuſ. Pariſijs, an. 1568. & iterum Pariſijs 1579. in 8.

1282 MICHAEL GLYCAS, ſcripſit, referente Geſnero,

De Iudæis. Extat mſc. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ, in fol.

MICHAEL HAVEMANNVS, in Ducatibus Bremenſi, ac Verdenſi Superattendens Generalis, de quo pag. 162. Adde:

Gamalogia Synoptica. Eſt Tractatus

nio eaſdem authoritates, eademque argumenta afferre, &ſi alter ab altero non deſumpſerit.

Diuidit porrò ſuum librum Author biſariam; in cuius *prima* parte Textum Hebraicum contra Antiquitatis temporum authorem tuetur. In *ſecunda* verò eiuſdem Textus, noſtræque Vulgatæ Verſionis integritatem in ijs, quæ ad Chronologiam concernunt, oſtendit.

Capite *primo* partis primæ probare intendit Chriſtum Dominum, Sanctoſque Apoſtolos authoritatem Textus Hebraici recepiſſe, eiuſque authoritatibus in Euangelijs, non verò Textus Græci vſos fuiſſe; eo quia vt Ioſeph Hiſtoricus narrat: in Palæſtina Iudæi magis Hebræa lingua in Synagogis, quam Græca vtebantur. Neque contra facit, plures Textus iuxta Græcam Verſionem à Luca adductos fuiſſe, quia cum in Græcorum gratiam Euangelium ſcriberet, congruum erat, vt ea Vet. Teſtamenti loca afferret, quæ iam in Iudæorum in Aſia commorantium vſu erant iuxta LXX. Interpretum Verſionem: vbi D. Matthæus, quia in Hebræorum gratiam in Palæſtina degentium Euangelium ſcripſit, Hebraica lingua ipſum exarauit, &ſi in alias linguas illud deinde verſum, Veteris Teſtamenti nonnulla loca iuxta Græcam tranſlationem appareant, quia ita apud reliquas nationes vulgata erant. Omnes tamen Euangeliſtæ in ijs Vet. Teſtamenti locis, in quibus non ſolum ſecundum verba, ſed etiam ſecundum ſenſum Textus Hebraicus à LXX. verſione diſcordat, Textus Hebraici non Græci teſtimonia poſuerunt, vt notat D. Hieronymus in 2. Apologia aduerſus Ruffinum. Eiuſque

Defenſe du Texte Hebreu, & de la Verſion Vulgate, ſeruant de reſponſe au liure intitule: l' Antiquitè du Temps. Pariſijs, an. 1690. in 12. Dicauit hunc librum *D. Claudio le Tornellier de Breteuil* Epiſcopo Bononienſi; in qua dedicatoria Epiſtola laudes ſac. Scripturæ generatim continentur. In Præfatione verò poſtquam expoſuit ſcribendi cauſam, nimirum quod ante duos annos liber anonymus Antiquitatis temporum percelebris fuerit, cuius Author veſtigia *Voſſij* ſequutus, Textus Hebraici authoritatem pro viribus deſtruere conatus ſit, vt verſionem LXX. Interpretum, quam pro Regula ſuæ Chronologiæ ſibi proponit, promoueret, ac tutaretur. Totus eſt hic Author vt quemdam *D. Martinay* Ord. S. Benedicti Monachum, qui dictæ Antiquitatis temporum Authori pro Textus Hebraici authoritate ſe ſe oppoſuit, cum prædicto Aduerſario componat, & oſtendat quod tota inter eos diſceptatio ad voces reduci poſſit, quamuis concedat *Martinayum* merito ſuccenſeri, quod Antiquitatis temporum Author D. Hieronymo imponat Hebræos è Prophetarum numero Danielem ſuſtuliſſe, & inter Agiographa ſolum illum repoſuiſſe, cum hæc librorum diſtinctio non in Iudæorum malitiam refundenda ſit, ſed ad libri argumentum, quo pacto Iob, Dauid, Hieremias, & Samuel qui quoque Prophetæ extitere, & nihilominus eorum libri inter Agiographa recenſentur. Deprecatur deinde Author Lectorem, ne illum Plagiarij inſimulet, eo quia cum Hornio multis in rebus conueniat, cum facilè fuerit tàm Authori, quàm Hor-

Digitized by Google

tus fuiſſe iuxta verſionem LXX. tum quia Chriſtiani id paſſi non eſſent, cum ea loca plurimum inſeruiant ad noſtra Myſteria probanda; tum etiam quia antiqua exemplaria Græca Noui Teſt. ea loca ſemper habuerunt, pro vt in Hebræo: & ſi aliquæ verſiones circumferantur, quæ illa loca à D. Hieronymo adnotata aliter habeant; hoc ex amanuenſium imperitia, vel malitia proceſſiſſe. Ex quibus colligit Author, Textum Hebraicum tempore Chriſti Domini, & Apoſtolorum authenticum, & incorruptum fuiſſe, & vt tale à Iudæis in ſuis Synagogis cuſtoditum: nam aliàs Euangeliſtę monuiſſent illum deprauatum fuiſſe, ne à Iudæis irriderentur, ſi aliter loca Vet. Teſt. adducerent, quàm ipſi legebant. Vndè Chriſtus Dominus dixit: *Scrutamini Scripturas*; & D. Paulus ad Rom. 3. *Credita ſunt eis* (Hebræis) *eloquia Dei*, nimirum Iudæos cuſtodes & depoſitarios fuiſſe ſacrarum Scripturarum. Concluditque Author, quòd cum eius Aduerſarius fateatur, Teſtum Hebraicum tempore Adriani corruptum fuiſſe, ſequitur vſque ad illius Cæſaris tempus integrum permanſiſſe.

In *ſecundo* Capite, prioribus Eccleſiæ ſæculis Textum Hebraicum authenticum etiam extitiſſe, his præcipuè argumentis probare nititur. *Primò* quod ex D. Hieronymo aduerſùs Ruffinum, omnes antiqui PP. in dubijs ſac. Scripturæ ad eum Textum confugiebant, Iudæoſque conſulebant, & ſi Verſio Greca LXX. illis eſſet familiaris. II. quia idem S. Doctor affert argumenta Origenis contra eos qui Hebraicum Textum exiſtimabant eſſe corruptum. III. quia ipſe rei non pauca adducit exempla; interque illud à D. Hieronymo adnotatum 2. Matthæi: *Ex Ægypto vocaui filium meum*, ex Oſee 2. qui locus in Græca verſione habetur: *Ex Ægypto vocaui filios eius*. Item illud Ioan. 19. *Aſpicient in me quem transfixerunt*, ex Zachariæ 12. iuxta Hebr. literam, vbi Septuag. legunt: *Aſpicient ad me pro eo quod inſultauerunt*. Item Matth. 12. vbi verba Chriſti Domini ex Iſaiæ 42. integrè iuxta Hebr. recenſentur: *Vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam dicentem: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ, ponam ſpiritum meum ſuper eum, iudicium in gentibus nunciabit, non contendet, neque clamabit &c.* Et tamen In Iſaia ſecundum LXX. verſionem truncatus hic locus conſpicitur, cum ſolum dicat: *Iacob ſeruus meus auxiliabor ei, Iſrael electus meus ſuſcepit ipſum anima mea, dedi ſpiritum meum &c.* Illud quoque D. Pauli ad Rom. 9. vbi refert verba Moſis ad Pharaonem: *In hoc ipſum ſuſcitaui te*, iuxta Hebr. literam בעבור זאת העמדתיך Cum in verſione LXX. dicatur *Propterea conſeruatus es vſque nunc*. Et ad Chorinthios 15. *Abſorpta eſt mors in victoria*, ex Iſaia 25. vbi in Hebræo habetur: *Abſorpſit mortem in victoria ſua*, vel iuxta Vulgatam, *Præcipitabit mortem in ſempiternum*. Et in LXX. verſione oppoſitum videtur habere ſenſum, nimirum: *Deuorauit mors in fortitudine ſua*.

Neque verum eſſe quod obijcitur à ſuo Antagoniſta, addit *Leguien*, nimirum loca quæ modò in Nouo Teſt. leguntur ex Hebraico Textu, antiqui-

& diuinæ authoritatis habebantur; alios verò libros, qui Iudæorum manibus terebantur, non pro Diuinis illi habebant, vt apud nos ſunt Vitæ SS. & Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ. Ex his tamen; quos iudicauit ad Hebraici populi commendationem conferre, Summus Pontifex Eleazarus ad Regem Ptolomæum miſerat, qui poſtea in verſionem Septuag. inſerti ſunt, & ab Eccleſia recepti; vt ſunt Liber Tobiæ, Hiſtoria Suſannæ, Beli, & ſimiles qui in Hebræo Canone deſiderantur, non quia ab eo malitioſè ſint detracti; ſed quia antiquitus ibi non erant, nec priuata authoritate in Canonem recenſeri poterant. Alia item obiecta ſui Aduerſarij refellit, ex nonnullis locis, quæ ſuppreſſa putantur; tum quia hæc loca non in vero Textu Hebræo deſunt, ſed in eo, quem *Aquila* Chriſtianæ fidei deſertor euulgauit, ne arma contra ſe Chriſti fidelibus daret; vel etiam quia ſi deſunt, ſolum deſunt in aliqua verſione Græca ab Hebræis ex Hebraico Textu concinnata, & pro eorum libitu diminuta.

In *quinto* expendit duo effata D. Hieronymi, quibus Aduerſarius contendit, Hebræos de Scripturarum deprauatione ſuſpectos cenſendos: nimirum 1. In Comment. Epiſt. D. Pauli ad Galatas cap. 3. ſuper illud Deuter. 27. *Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus ſermonibus legis huius*. Cui reſpondet, quod S. Doctor non conſtans, ſed incertum eſſe dicit, an illa verba, *Omnis*, & *Omnibus* fuerint in Textu Hebræo, & poſteà deleta, & in verſione Septuag. repoſita; an verò ipſi LXX. Interpretes pro oſtentatione ſuę le-ipſe Origenes fatetur multà loca melius poni in Textu Hebræo, quàm in Septuag. IV. quia id quod dicitur eſſe in Origene ſuper 17. Hieremiæ in verbo *Peccatum Iuda ſcriptum eſt &c.* quod iuxta LXX. dicit, *Peccatum eorum*, falſata fuiſſe nonnulla exemplaria: prętèrquàm quod in Textu Græco Origenis hoc non reperitur; id intelligitur de falſatione verſionis Græcæ, non Textus Hebraici. V. quia idem Origenes ad Iulium Africanum ſcribens, dolet verſionem Septuag. eſſe diminutam, alteratam, & tranſpoſitam. VI. tandem, quia S. Iuſtinus Martyr laudat Diuinam Prouidentiam quę noluit omninò perdere Hebræos, vt eſſent Cuſtodes ſacrorum librorum, quibus ipſis inuitis, & contra ſemetipſos Chriſtianæ fauerent Religioni.

In *tertio* Capite probat ex D. Hieronymo, & Caſſiodoro, & ex Concilio Trid. Eccleſiam authoritatem Textus Hebraici recognouiſſe, eo præcipuè tempore quo Vulgatam verſionem recepit, & luculentèr id expedit.

In *quarto* demonſtrare intendit Textum Hebraicum minimè corruptum fuiſſe, reſpondendo ad ſui Antagoniſtę obiecta, quæ præcipuè ſunt: Authoritas plurium Eccleſiæ Patrum, qui id aſſeruerunt; ſed facilè hoc refellit, dicendo quòd tales Patres minimè aſſeuerantèr, ſed cum dubitatione affirmant, Hebræos ſuppreſſiſſe aliquos ſac. Scripturæ libros, vt librum Enoch, hiſtoriam mortis Iſaiæ, & ſimilia: additque iam ad hæc, Origenem reſpondiſſe: videlicet hos libros deeſſe in Textu Hebraico, quia iuxta Canonem Synagogę Magnæ ſolum XXII. libri authentici,

Digitized by Google

rebat, vt ad infallibilem regulam; vt lib. 1. de Doctr. Chr. c. 3. & lib. 15. de de Ciuit. Dei cap. 11. & 16. & lib. 18. c. 43. fatetur. Et demum ſi ex Tridentino Concilio Vulgata pro authentica habenda ſit, neceſſe eſt fateri eius Prototypum, & ex quo illa eſt eruta, nimirum Textum Hebræum, integrum, authenticumque eſſe.

In *ſexto* diſcutit nonnulla ſac. Scripturæ loca, quæ Aduerſarius contendit corrupta eſſe in Hebræo Textu, vt eſt Geneſ. 17. *Maſculus, cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populis ſuis*; dicit deeſſe: *Octauo die*. At alio fundamento hanc obiectionem dicit Author non niti, niſi quia in LXX. τὸ *Octauo die* reperitur; quod contra Hebræos nihil probare patet. Item locus ille vulgatus Pſal. 22. *Foderunt manus meas, & pedes meos*, nimirum pro כרו legitur כארי; ſed reſpondet Maſorethas reliquiſſe *Carù* in eorum Textu, vt & in alijs peruetuſtis, in quibus in margine eſt *Carì*, ſicut etiam in nonnullis alijs eſt in Textu *Carì* & in margine *Carù*. Ex quo apparet, quod vel minimè facta ſit corruptio vel ſi facta ſit, non in omnibus Textubus, ſed tantùm in aliquibus: qua in recum diſcrepantia ſit minimæ particulæ vnius literæ quæ ablata à ך eſt quaſi ו, nihil facit contra Textum Hebræum. Quin dici poteſt, quod cum in ſuperiori verſiculo dicatur: *Circumdederunt me canes multi, &c.* benè congruit, quod circumdederint, ſicut leo manus, & pedes Chriſti Domini illum Cruci affigentes. Concluditque hoc caput cum D. Auguſtino, quod cum Iudæi in vniuerſas Mundi plagas diſperſi ſint, credibile legis addiderint. 2. in Comment. cap. 5. Micheæ vbi dicit Propheta: *Et tu Bethleem Ephrata &c.* quæ Vrbs cap. 15. Ioſue, vbi Vrbes omnes Iuda recenſentur, in Textu Hebræo non reperitur. Reſpondet Author, eodem pacto D. Hieronymum dubitantèr aſſerere, cum dicat: *Siue in veteribus libris eraſum ſit malitia Iudæorum, ne Chriſtus videatur ortus de Tribu Iuda, ſiue à LXX. additum nequaquam cognoſcentes certùm quid nouimus*. Hìc obiter nota, *Papebrochium* in Apparatu ſuo Chronologico Pontificum fol. 35. col. 1. inquirere cur Ieſus vocetur paſſim, *Ieſus à Nazareth*, vel *Nazarenus*, & non *Bethleemita*; & reddit hanc rationem, quia *ſolum domeſticis paucis notum erat, eum fuiſſe natum in Bethleem Iuda*. Attamen hæc leuis ratio reijcitur à *Chriſtiano del Mare* in *Bombo primo* opuſculi ſui inſcripti: *R. P. Papebrochius Ieſuita Hiſtoricus conjecturalis bombardizans in Actis Sanctorum, S. Lucam, SS. PP. &c.* Excuſ. Salisburgi, an. 1688. in 8. Vbi credit *Ieſum* fuiſſe vocatum à *Nazareth* per inuidiam Iudæorum, ne Meſſiam faterentur, vel vt talem crederent eum Populi, Michæa præludente. *Et tu Bethleem terra Iuda nequaquàm minima es, ex te enim exiet Dux &c.* Cæterum ſi S. Hieronymus putauiſſet, illa loca corrupta fuiſſe, in ſua tranſlatione iuxta verſionem LXX. poſuiſſet, & non iuxta Textum Hebraicum, vt fecit.

Additque Author, S. Auguſtinum qui linguæ Hebrææ erat imperitus & magni faciebat verſionem LXX. in dubijs tamen ad Hebræum Textum recur-

Textum Hebraicum, Vulgatamque proinde verſionem magis fauere Chriſtianæ Religioni, quàm ſeptuaginta Interpretum tranſlationem.

Secunda verò pars huius Operis tota vertitur circa Textus Hebraici, Vulgatæque verſionis integritatem in Chronologiæ materia omninò tenenda, & octo capitibus conſtat; in quorum 1. & 2. allegat varias Hebraicas traditiones circa Aduentus Meſſiæ tempus, ex quibus probat, Iudæos non deprauaſſe Textus Hebraici annos, vt Chriſtianis impedimento eſſent verificandi Chriſtum Dominum adueniſſe tempore in prædictis Traditionibus adnotato. *Cap.* 3. probat annos Hebraici Textus neque à R. Akibbà, neque à quocumque alio eiuſdem ætatis corruptos fuiſſe. *Cap.* 4. Chronologiam Textus Hebraici, & Vulgatæ tutiorem eſſe oſtendit, quàm illam verſionem Septuaginta Interpretum. *Cap.* 5. Authoritatibus antiquorum quas Aduerſarius in ſuæ Chronologiæ fauorem adducit, Reſponſionem continet. *Cap.* 6. Expenduntur, & diluuntur argumenta, quibus Aduerſarius niſus eſt probare durationem à ſe poſitam ſecundæ Mundi ætatis. *Cap.* 7. Nationum Orientalium Hiſtorias, Textus Hebraici ac Vulgatæ authoritatem non euertere, oſtendit. *Capite* denique 8. probatur Romanam Eccleſiam minimè reieciſſe Textus Hebraici, & Vulgatæ Chronologiam, ex eo quòd in ſuo Martyrologio in peruigilio Natiuitatis Domini ſequitur Septuaginta Interpretum computum. Nàm in vetuſtis Martyrologijs præambulum illud, quod hodie legitur, minimè aderat, ſed ſolum ponebatur: *Natiuitas Domini noſtri Ie-* le non eſt, vnanimi conſenſu conuenire potuiſſe ad deprauandum Hebraicum Textum; præſertim cum ſemper in dies non deeſſent ex Hebræis, qui ad Chriſtianam fidem conuolarunt, & potuiſſent facilè hoc flagitium animaduertere; quod tamen nunquam factum fuit. Inſuper nunquam defuit apud Chriſtianos Hebraicum aliquod ſac. Scripturæ Exemplar, ex quo Iudæorum hac in re malitia conuinci potuiſſet. Quare reſpuit R. Akibbà fuiſſe Hebraici Textus corruptorem, cum ab hoc Origenes germanum illum Textum, quem in Hexaplis poſuit, acceperit.

In *ſeptimo* oſtendit venerationem eximiam, quam ſemper habuerunt Hebræi erga ſac. Scripturæ libros; ita vt cenſuerint ſemper magnum piaculum fore vel in minimo illis quicquam augere, aut ex eis imminuere, vt ex Ioſepho contra Apionem refert Euſebius lib. 3. cap. 9. Hiſt. Eccleſ. Quod etiam manifeſtum apparet ex improbo Maſoretharum labore, qui nedum ſac. ſcripturæ libros, librorumque capita, ac verſiculos omnes, verùm etiam ipſasmet literas numerauere; qui certè labor compeſcere potuit audaciam cuiuſcumque Textus ſacri, ſiue additionis, ſiue diminutionis, ſiue immutationis etiam in minima quacumque re. Reſpondet quoque ad quandam ex Talmude petitam obiectionem.

In *octauo* varias obſeruationes intertexit ſuper LXX. Interpretum verſionem, eiuſque cum Textu Hebraico comparationes nonnullas adducit, quæ apprimè tuentur originalis Hebraici integritatem, vbi varia & curioſa affert.

In *nono* demum *Capite* demonſtrat

Digitized by Google

Iudæis pertractat.

O

1285 OTHO ZAVNSCHLIFERVS, Tractatum emiſit titulo
Regnum Iſraelis in terra Canaan. Groningæ, an. 1650. in fol.

P

1286 PASCHAS BALDVINVS, Falempinienſis, exarauit
Epiſtolam de Hebraicis Gemmarum nominibus, teſte Suuertio.

1287 PAVLVS IV. P. M. antea Ioannes Petrus Caraffa, Neapolitanus, Ord. Clericorũ Regularium, aliàs Theatinorum Fundator, edidit
Leges, & Ordinationes à Iudæis in Statu Eccleſiaſtico obſeruandas. Dat. Romæ, an. 1554. Pontificatus ſui Anno primo.

1288 PAVLVS V. P. M. antea Camillus Burgheſius, Romanus, in Bulla pro *Reformatione Tribunalium almæ Vrbis, & eius Officialium*, edita an Dom: 1611. agit
De Iuriſdictione in Hebræos, videlicet:

1. *Gubernator Vrbis poſſit contra Hebræos in criminalibus cauſis procedere, etiam quod agatur inter ipſos Hebræos tantùm.*

2. *In cauſis Cameralibus, ſeu ad Cameram quomodocumque ſpectantibus aut ad Camerarium, etiam ratione pignorum, aut perſonarum Hebræorum Bancheriorum, aut ad Præſides, Camerarius, & Præſides poſſint contra eos procedere.*

3. *In*

Ieſu Chriſti ſecundùm carnem. Vſuardus poſteà cum prooemium illud in ſuo Martyrologio inſeruiſſet, eam annorum ſupputationem continens: Romana Eccleſia in ſuo Martyrologio illud quoque repoſuit. At non idcircò ei ſuæ authoritatis calculum adiecit: quod inde colligi poteſt, quod in Lectionibus poſitis fer. 6. & Sabb. poſt Septuageſimam, & Sabb. poſt ſexageſimam, ex ſacra Geneſi poſuit in Breuiario primorum Patriarcharum antediluuianorum annos iuxta Textus Hebraici, & Vulgatæ ſupputationem. Expenduntur quoque nonnulla loca Chronologiæ Antiquitatis temporum Authoris, vbi maximè illi exprobrat, quod cum totis viribus ſeptuaginta verſionem conatus ſit tueri; eam poſtea derelinquit adijciendo pluſquam quingentos annos Calculo, quem Euſebius Cæſarienſis ex Septuaginta tranſlatione concinnauit; ſicque finem ſuo Operi imponit.

MICHAEL LIEBENTANIS, Germanus, de quo pag. 162. Adde:
De Manna Iſraelitarum. Excuſ. Wittebergæ, an. 1662. 1667. in 4.

N

1284 F. NICOLAVS GRANIER, Theologus Pariſienſis, Religioſus S. Victorij, edidit librum, cui titulus
Scudo della Fede per ribatter i colpi di tutti i nimici della Chieſa Catholica. Hic primùm fuit excuſ. Gallicè, quem poſtea Italicè vertit *Antonius Buonagratia* Canonicus Peſciatinus, & Protonotarius Apoſtolicus. Impreſ. Venetijs, an. 1568. in 4. In eo plura de

Digitized by Google

nibus Eruditis Lectu iucundiſſimum in quatuor partes diuiſum, quarum I. Theologos varios. II. Magnates, Iuriſconſultos, & Politicos. III. Medicos, Chymicos, Botanicos, Anatomicos, &c. IV. Philoſophos, Philologos; vbi plurimi Viri in Hebraica literatura periti, abundè recenſentur. Item Hiſtoricos, Mathematicos, Poetas &c. complectitur. Excuſ. Noribergæ Typis Heredum Andreæ Knorzij, an. 1688. in fol. Tomis duobus.

PAVLVS PEZRONIVS, Gallus, ſuppreſſo nomine edidit librum Gallicè inſcriptum

L'Antiquitè des Tems rètablie & defendue contre le Iuifs & les Noueaux Chronologiſtes. Excuſ. Pariſijs, an. 1687. in 4. de quo ſuccinctè pag. 189. Diuiditur in 16. *Capita*; in quorum *Primo* defendit temporũ antiquitatẽ maiorẽ eſſe communi hodierna ſententia; adducitque Patres & antiquos Authores, nec non alios qui ſe elongarunt ab eorundem ſententia. Patres & Authores præcipui ſunt, Iuſtinus Martyr, Theophilus Antiochenus, Tatianus Syrus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Origenes, S. Cyprianus, Lactantius Firmianus, Iuſtus Tyberienſis, Ioſephus hiſtoricus, Demetrius, Philon ſenior, Eupolemus, Alexander Polyhiſtor, Euſebius Cæſarienſis, Iulius Africanus, D. Hieronymus, & alij. II. Temporum notitiam neceſſariam eſſe, nedum ad hiſtoriam illuſtrandam, verùm etiam ad Religionem contra Paganos, & Hebræos defendendam proponit. III. Mundi antiquitatem valdè fuiſſe diminutam & in LXX. Interpretum verſione ita eſſe primis Eccleſiæ ſæculis authoritate exor-

3. *In cauſis furtiuorum pignorum quò ad Hebræos Bancherios, ſit locus præuentioni inter Camerarium, & Gubernatorem.*

4. *Quod ad Auditorem Cameræ Hebræi ſint illius iuriſdictioni ſuppoſiti priuatiuè quò ad alios, vbi agitur de obligatione Camerali, præterquàm independentibus à cauſis, & actis aliorum Tribunalium iuxta ſuas facultates. In criminalibus autem poſſit idem Auditor Cameræ contra eos procedere, prout in prçteritũ procedere conſueuerat.*

5. *Inter Vicarium, & Senatorem, in delictis in quibus Chriſtiani ſunt aliquo modo participes, & ſic quando adeſt mixtura delinquentium Chriſtianorum, & Hebræorum, ex officio non autem ad querelam locum habeat præuentio; in alijs verò caſibus ſeruetur Conſtitutio fel. rec. Iulij Papæ III. prædeceſſoris noſtri diſponens, quòd quandò agitur inter ipſos Hebræos, habeat Vicarius in eos iuriſdictionem actiuè, & paſſiuè, quando verò inter alios paſſiuè tantùm.*

1289 PAVLVS FREHERVS, Noribergenſis, Auctor heterodoxus, literarum monimentis conſignauit

Theatrum Virorum eruditione clarorum; in quo Vitæ, & Scripta Theologorum, Iureconſultorum, Medicorum, & Philoſophorum, tàm in Germania ſuperiore, & inferiore, quàm in alijs Europæ Regionibus, Græcia nempè, Hiſpania, Italia, Gallia, Anglia, Polonia, Hungaria, Boemia, Dania, & Suecia, à ſæculis aliquot, ad hæc vſque tempora florentium ſecundùm annorum emortalium ſeriem, tanquam varijs in ſcenis repræſentantur. Opus om-

Digitized by Google

à deſolatione primi Templi à Babylonijs protrahitur ad ęram Chriſtianam vſque: vbi aſſerit huiuſmodi ætatem conſtitutam fuiſſe ex quingentis octuaginta ſex annis, nititurque probare hoc interuallum colligi ex hiſtorijs Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum. XII. pertractat de Chaldæorum antiquitate, eamque non eſſe ita prolixam vt Præadamitæ ſuadere nituntur; Babylonem non habuiſſe Reges ante Tyrannum Hemrod, ſed plures fuiſſe inter ipſum & Belum. Inſuper hunc fuiſſe germanum fundatorem Monarchiæ Aſſyriorum; durationem huius Monarchiæ, & eius euerſionem à Medis ſub Sardanapalo refert; item Ninum iuniorē reſtauraſſe Niniue nouū Regnū euerſū quoq; per Medos; & Babylonicū Regnum fundatum fuiſſe per Nabonaſſarum. XIII. oſtendit Ægyptiorum antiquitatem magnam eſſe, ſed fabulis admixtam, ſuper quas Præadamitæ vanum ædificium extruxere, vbi de vera huius nationis origine, eiuſque *Mezraim* fuiſſe patrem, & fundatorem; Menetem fuiſſe primum Ægypti Regem, eiuſque filios eam Monarchiam inter ſe diuiſiſſe; vndè varia regna ſuper Nili diſtrictum deriuaſſe affirmat. Inſuper ſucceſſores eiuſdem Principis in inferiori Ægypto vſque ad Moſis tempus recenſet. Exhibet deinde inueſtigationem exactam decem & ſeptem primarum Dynaſtiarum Ægypti; eaſque dicit fuiſſe collaterales, & non ſucceſſiuas: vbi de tredecim alijs Dynaſtijs, ſeu Principatibus ſubſecutiuis; & hoc probat ex congruentia, quam illi habent cum ſac. Scriptura, & Græcorum hiſtorijs minimè fabuloſis. Demùm natam vt in ea quærenda ſit huiuſmodi antiquitas, non in Hebręo Textu, quem eſſe per Iudæos corruptum tenet, & probare conatur. IV. aſſerit Iudæos abſtuliſſe primis Patriarchis quindecim propè ſæcula, & quod illi id alia ratione non præſtiterint, niſi vt oſtenderent tempus Meſſiæ nondum adueniſſe. V. probat omnes antiquos hiſtoricos tum Hebræos, tum Ethnicos, qui ante Hieroſolymitanam deſtructionem, & Reipublicæ Iudæorum ruinam ſcripſere, numeraſſe circitèr quinquies mille quingentos annos, vel etiam prope ſex mille ante Meſſiæ aduentum. VI. agit de duratione duarum priorum mundi ætatum. VII. tractat de extenſione tertiæ ætatis mundi, quæ à promiſſione Abrahæ facta ducitur vſque ad Legem ſcriptam, & egreſſum ex Ægypto. VIII. affert probationes extenſionis quartæ mundi ætatis, quæ concludit omne tempus tranſactum poſt egreſſum ex Ægypto vſque ad Salomonis templum: item legem ſcriptam perduraſſe per duorum millium annorum ſpatium, & Moyſen ſynchronum fuiſſe Inacho, & non Cecropi, probare contendit. IX. continuationem earundem probationum exponit, quas detrahere nititur à Regum Argolicorum ſucceſſione, & Ægyptiorum Dynaſtijs: vbi reſponſiones in contrarium diluit. X. argumenta durationis quintæ ætatis exponit, quæ ætas à primi Templi fundatione vſque ad eiuſdem deſtructionem per Chaldęos extenditur, aſſeritque Salomonem octaginta annos regnaſſe, & Templum ab eo ædificatum non ſubſtitiſſe niſi quadringentis ſeptuaginta annis. XI. agit de duratione ſextæ mundi ætatis, quæ

da Fide Alumnus, Philoſophiæ, & ſac. Theologiæ Doctor, olim Epiſcopus Scodrenſis, & Adminiſtrator Antibarenſis; poſtea verò Archiepiſcopus Scuporum, ac totius Regni Seruiæ Adminiſtrator. De antiquitate domus Bogdanæ agunt Marinus Vrbinus de Regno Slario fol 267. & Petrus Luccarus in Annalibus Raguſæ lib. 30. pag. 95. Exarauit Opus inſcriptum

Cuneus Prophetarum de Chriſto Saluatore Mundi, & eius Euangelica veritate, Italicè & Epiroticè contexta, & in duas partes diuiſa. Excuſ. Patauij ex Typographia Seminarij, an. 1685. in fol. Alterum, cui Titulus

L' Infallibile Verità della Cattolica Fede, dimoſtrata ſino all' euidenza ad ogni qualità di Perſone; cauata dall' alto Fonte delle diuine Scritture, in cui trattandoſi della nullità delle tre primarie Sette Ebrea, Maomettana, e Pagana, ſi ſtabiliſce l' vnità della noſtra Fede ſotto il Romano Pontefice confutandoſi l' antiche Ereſie, le moderne di Lutero, Caluino, e ſuoi ſeguaci; s' abbatte lo ſciſma de Greci, e ſi eſtirpa l' Incredulità degli Ateiſti. Excuſ. Venetijs, an. 1691. in fol. Diuiditur in duas Partes, quarum *Prima* agit de creatione Mundi; de myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis ex teſtimonijs Prophetarum; de Prophetijs & figuris ſuper aduentum Meſſiæ Chriſti Saluatoris Mundi; de Sybillinis oraculis eundem Meſſiam monſtrantibus, & de Vitis Prophetarum. *Secunda* oſtendit infallibilem veritatem Catholicæ Fidei in Vita Ieſu Chriſti. Acceſſit in fine *Cuneus Prophetarum* octo linguarum, Latinæ videlicèt, Grecæ, Armenæ, Syriacæ, Hebrai-

mùm finem & durationem harum Dynaſtiarum, & Ægyptiorum Imperium exponit. XIV. Variorum ſententię circa Sinenſes afferuntur, & breuia argumenta antiquitatis huius nationis, quæ aſſerit initiū ſumpſiſſe quatuorſeculis aut circitèr poſt diluuium. Item affirmat *Fohi* primum extitiſſe Sinarum Regem, quò tempore incœperit; eius ſucceſſores fuiſſe electiuos vſque ad primam regiam ſtirpem, aliarumque ſtirpium proſecutionem, qui regnarunt vſque ad Chriſti Domini tempora: hanc autem Sinarum hiſtoriam putat cum Hebræorum calculo minimè conuenire. XV. probare ſatagit primitiuos Chriſti fideles exiſtimaſſe mundi interitum proximum futurum, pluresque PP. huic ſententiæ adhæſiſſe, eò quòd putarunt vnà cum Hebræis mundum ſex millibus tantùm annis duraturum: vbi de *Millenariorum* errore ex Hebræis deriuatum, & quomodo. Inſuper omnes primi ſæculi Chriſticolæ numeraſſe propè ſex mille annos ante Meſſiæ aduentum affirmat. Tandem in XVI. *Capite* breuitèr ea omnia, quæ in Opere continentur recapitulat; exponit quando & à quo Hebraicus Textus corruptus fuit: Elogium LXX. Interpretum, & finem huic operi imponit. Addit in calce Canonem Chronologicum ab initio mundi ad Chriſti Domini aduentum, quem ponit anno mundi 5868.

1290 PETRVS APPOLONIVS, edidit

Excidij Hieroſolymitani libros 4. ab Andrea Vanderbuchio emendatos. Leidæ, an. 1586. in 8.

1291 PETRVS BOGDANVS, Macedo, Collegij Vrbani de Propagan-

matre effœta natum eſſe ; Sodomam & Gomorrham eſſe à Deo ob impietatem deletas ; Rubum Moſis ardere viſum , illæſum manſiſſe. Agit præterea de virga Moſis , & editis per eam prodigijs ; de ſpoliatis Ægyptijs ab Hebræis excedentibus ex Ægypto ; de columna Hebræorum duce ; de tranſitu maris rubri; de aquis amaris ligni iniectione à Moſe mitigatis ; de coturnicibus , Manna , cibiſque ad Iſraelitas diuinitùs miſſis ; de aquis impetratis à Moſe, alijſque Prophetis ; de tabulis legis Moſi à Deo traditis ; de Vrìm & Thummìm ; de ignibus diuinitùs emiſſis ; de aquis amaris Zelotypiæ ; de vua prægrandi à Terræ promiſſæ Exploratoribus ad Moſem relata ; de virga Aaronis floreſcente , & amygdalas emittente ; de ſerpente æneo; de aſina Balaam ; de mora ſolis per tempus prælij Gabaonitani ; de coma Sampſonis ; de fame , ſterilitate , & ſiccitate ſæpius à Deo terris inducta ; de mortuis ad vitam reuocatis ; de Iobo Satanæ permiſſo , & de Heliodoro Angelis in ſupplicium tradito ; de Iona abſorpto à Ceto ; de piſce Tobiæ ; & tandem de cœleſtibus equitibus in Iudæorum ſubſidium miſſis.

Quod verò ad *Demonſtrationem Euangelicam* attinet , abundantiorem hìc exhibebimus notitiam . Ante editionem Amſtelodamenſem , impreſſus fuit hic liber Pariſijs apud Stephanum Michallet , an. 1679. in fol. Plura in hoc opere ad inſtitutum noſtrum pertinentia fusè diſſerit ; videlicet Ieſum eſſe Meſſiam à Iudæis expectatum, euidenter demonſtrat . Scriptorum ſacrorum , & prophanorum teſtimonijs probatur γνησιότης librorum Moſis ; item teſtimonio On-

braicè, Arabicè, Italicè , & Epiroticè ; vt omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris .

PETRVS DANIEL HVETIVS , Gallus , Epiſcopus Ambricenſis deſignatus , de quo pag. 193. Adde :

De Interpretatione Libb. II. Quorum *Prior* eſt de optimo genere interpretandi ; *Alter* de claris Interpretibus . Excuſ. Pariſijs , & Stadæ , an. 1680. in 8. Agit de varijs ſac. Scripturæ editionibus , LXX. Senum , Aquilæ, Theodotionis , Symmachi , Hierichuntina , Nicopolitana , Apolinarij , & Sophronij ; item de interpretatione Itala , Vulgata , Hebraica , Græca , Auguſtini Iuſtiniani , Sebaſtiani Munſteri , Santis Pagnini , Iſidori Clarij &c.

Alnetanæ Quæſtiones de Concordia rationis & fidei . Quarum *primo libro* continetur lex concordiæ rationis & fidei . *Secundo* Dogmatum Chriſtianorum & Ethnicorum comparatio . *Tertio* præceptorum Chriſtianorum & Ethnicorum ad vitam piè , rectèque inſtituendam comparatio . Excuſ. Pariſijs , an. 1690. in 4. Plura de Teſtamento veteri pertractat ; præcipuè lib. 2. cap. 12. vbi agit de prodigijs , & inuſitatis rebus ante Chriſti ætatem editis , V. G. Deum olim hominibus ſæpè apparuiſſe; de futuris admonuiſſe ; Gigantes extitiſſe ; Primæuos homines longæuos fuiſſe ; diluuio aquarum noxas generis humani Deum caſtigaſſe ; paucos Arcæ beneficio fuiſſe ſeruatos ; eos , auibus emiſſis , an aquæ effluxiſſent , exploraſſe ; in ciuitatis & turris Babylonicæ extructione confuſas à Deo fuiſſe linguas hominum ; ritum circumciſionis plurimas gentes ſuſcepiſſe ; Iſaacum ex

norificè excepit, & accepit literas, in quibus ſignificabatur de ſocietate & amicitia. Nos igitur bis non indigentes, ſolatio habentes Libros ſanctos qui ſunt in manibus noſtris, aggreſſi ſumus mittere ad renouandam germanitatem & amicitiam, ne alieni à vobis efficiamur. Apertiſſima ſententia: Oniam ait iampridem ab Ario literas accepiſſe, in quibus de gentis vtriuſque Iudaicæ & Spartanæ germanitate ſcriptum erat; legatum honorificè fuiſſe ſuſceptum, & literas quoque ipſas, quæ ſocietatem, & amicitiam proponebant: qua ſocietate quanquàm tutò carere poſſint Iudæi, omnem ſpem & ſolatium in ſacrorum Voluminum pollicitationibus repoſitum habentes, conditionem tamen ipſos accipere, ac libenter amicitiam & germanitatem renouare cum Spartanis ne amicitiæ ſoluatur nexus, ac neglecta ſocietas diuturnitate extabeſcat. Sic intellexit Vulgatus Interpres, ſic Syrus. Longè verò alitèr Ioſephus: nàm iſtæc: ἡμεῖς οὖν ἀπροσδεεῖς τούτων ὄντες, *Nos igitur bis non indigentes*, refert, non ad, συμμαχίας καὶ φιλίας, *ſocietate & amicitia*, quæ proximè præcedunt; ſed ad, ἀπεστάλησαν ἐπιστολαί, ὅτι ἐστὲ ἀδελφοὶ ἡμῶν. *Miſſæ ſunt epiſtolæ quod eſtis fratres noſtri*; atque ita exponit: οὐ δεόμενοι τῆς τοιαύτης ἀποδείξεως. *Non indigentes huiuſmodi declaratione.* Tum quod ſubeſt in Machabaico: παράκλησιν ἔχοντες τὰ βιβλία τὰ ἐν ταῖς χερσὶν ἡμῶν, *Solatio habentes libros ſacros qui ſunt in manibus noſtris*, ſic reddit Ioſephus; διὰ τὸ ἐκ τῶν ἱερῶν ἡμῶν πεπιστεῦσθαι γραμμάτων, *Quod ſacræ noſtræ literæ bis fidem fecerint*: hoc eſt, eiuſmodi ſignificatione, & admonitione nobis opus non erat,

Onkeloſi, Ionathanis, Hieroſolymitani Interpretis, Hagiographorum Paraphraſtis, Syri Interpretis, Aquilæ, Theodotionis, Symmachi, Hierichuntinæ, & Nicopolitanæ interpretationis. Vniuerſa propemodum Ethnicorum Theologia ex Moſe, Moſiſue actis aut ſcriptis manaſſe, oſtenditur. Explicatur locus ille 1. Machab. 12. 21. vbi Spartanorum Rex Arius Oniæ Iudæorum Pontifici hæc ſcribit: *Inuentum eſt in Scriptura de Spartiatis & Iudæis, quoniam ſunt fratres, & quod ſunt de genere Abraham*; ex quo non modica coniectura ſumitur de Iudæorum, & Spartanorum conſanguinitate. Hinc Author reprehendit Ioſephum, lib. 13. Antiq. cap. 9. eo quòd locum hunc adulterauit, & perperàm interpretatus eſt, ait enim: Eamdem repræſentauit Epiſtolam Ioſephus, in libris Iudaicæ ἀρχαιολογίας, ſed ita vt à legitima Machabaici ſententia prorſus aberret. Res ex vtriuſque contentione apparebit. Sic Machabaicus: ἔτι πρότερον ἀπεστάλησαν ἐπιστολαὶ πρὸς Ὀνίαν τὸν ἀρχιερέα παρὰ Ἀρείου τοῦ βασιλεύοντος ἐν ὑμῖν, ὅτι ἐστὲ ἀδελφοὶ ἡμῶν, ὡς (lego ὧν) τὸ ἀντίγραφον ὑπόκειται. καὶ ἐπεδέξατο Ὀνίας τὸν ἄνδρα τὸν ἀπεσταλμένον ἐνδόξως, καὶ ἔλαβε τὰς ἐπιστολάς, ἐν αἷς διεσαφεῖτο περὶ συμμαχίας καὶ φιλίας. καὶ ἡμεῖς οὖν ἀπροσδεεῖς τούτων ὄντες, παράκλησιν ἔχοντες τὰ βιβλία τὰ ἅγια τὰ ἐν ταῖς χερσὶν ἡμῶν, ἐπειράθημεν ἀποστεῖλαι τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀδελφότητα καὶ φιλίαν ἀνανεώσασθαι, πρὸς τὸ μὴ ἐξαλλοτριωθῆναι ὑμῶν. *Iam pridem miſſæ erant epiſtolæ ad Oniam ſummum Sacerdotem ab Ario, qui regnabat apud vos, quòd eſtis fratres noſtri; quarum exemplar ſubnexum eſt. Et Onias virum qui miſſus fuerat, ho-*

peditant antiquæ variarum gentium appellationes propagatæ ex nominibus originis plerumque Hebraicæ, vt fusè oſtendit D. Hieronymus in libro de nominibus Hebraicis. *Tertium* arceſſitur ex nominibus Deorum & Heroum Ethnicorum, quibus nihil in gentibus occurrit antiquiùs; atque eorum tamen veriloquia ſubminiſtrat Hebraica lingua: velut Saturni ex סתר *abſcondit*, quòd in Latio latuerit; Iouis, ex tetragrammato Dei nomine יהוה; Vulcani ex Tubalcain; Iapeti ex Iapheth. *Quartum* præbent Hebraicæ linguæ veſtigia, quæ in omnibus alijs linguis deprehenderunt viri eruditi. *Quintum* denique oritur ex Hebraicæ linguæ caſtitate & ſimplicitate, quæ cum per alias linguas diffuſa ſit, ipſa nihil ſibi ex alijs linguis adhæreſcere paſſa eſt.

Hæc quamtumuis credibilia & ſimilia veri, non abſterrent tamen *Huetium*, quin de linguæ Hebraicæ origine alitèr exiſtimet, Sic enim ſentit, non aliam fuiſſe quam Chananæam ipſam, vnam ex ijs quæ ortæ ſunt ex Babelica confuſione; priſtinam verò illam & primigeniam, quæ ante confuſionem linguarum obtinebat, cùm terra omnis erat *labij vnius & ſermonum eorumdem*, vel funditùs interijſſe, vel in alias linguas eſſe diſſeminatam; vel ſi perſeuerauerit integra, & quænam illa fuerit, Aſſyria, an Chananæa, an aliâ quæuis, abſque temeritate aſſignari non poſſe. Quæ ne pium & æquum Lectorem offendat ſententia, Theodoreti patrocinio vtitur, qui idem tractans argumentum, οὐδὲν, inquit, τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας λυμαίνεται, κἄν τε τοῦτο κἄν τε ἐκεῖνο δεξώμεθα. *Nihil officit pietatis rationibus, ſi-*

ea nempe qua de germanitate noſtra nos monuiſtis, quippè quam iam ex Libris noſtris ſacris compertam habebamus. Sequitur deinde Author ex alijs coniecturis probare Iudæorum cum Spartanis germanitatem. Oſtendit deinde ex Moſis Libris complures manaſſe variarum gentium leges, ritus ac hiſtorias.

Agit inſuper de linguæ Hebraicę origine, vbi reiectis Eupolemi, Theodoreti, Iſidori, aliorumque ſententijs, exiſtimantium Moſem Hebraicarum literarum inuentorem extitiſſe; probabiliorem SS. PP. ſententiam de hoc recenſet, videlicèt, linguam Hebraicam mundo ipſi coæuam eſſe, & Adami, priorumque Patriarcharum vſu concelebratam, poſt Babelicam linguarum diuiſionem in Semi ac deinde Eberi familia integram ad Abrahamum vſque, & Iſraeliticam gentem perſeueraſſe. Refert deinde varia argumenta, & *Primum* Theodoreti pro lingua Syriaca vſurpatum, quod petitur ex nominibus proprijs ſiue hominum, ſiue locorum, quæ ab orbe condito vſque ad linguarum confuſionem commemorantur in hiſtoria Moſis, & quorum origines in Hebraica lingua reperiuntur. Adam V.G. ita dictus eſt, quod factus ſit ex האדמה *terra*: Eua, חוה, *eo quod mater eſſet* כלחי, *omnis viuentis*: Cain קין, à קנה *poſſedit*: quod dixerit Eua, *Poſſedi hominem per Deum*: Hortus Eden, ab עדן, *voluptas*; quaſi dicas, *Hortum voluptatis*. Eodem pertinent nominum alluſiones ad voces Hebraicas, vt Euæ, quæ dicta eſt à Deo אשה, *virago*, quia ſumpta eſt ab איש *viro*: vt Iaphethi, cum ait Noë; יפת אלהים ליפת *Dilatet Deus Iapheth*. *Alterum* argumentum ſup-

Digitized by Google

Chanaan ipſam Hebraicam linguam eſſe. Conatur poſtea ſupra recenſita argumenta refellere; & deinde tranſit ad originem literarum Samariticarum, & Iudaicarum: aſſeritque Hebraicas literas, ſiue characteres eſſe duplicis generis: Samaritanos, quorum authorem alij Sethum, Abrahamum alij eſſe putant; & Iudaicos, quos Eſdras, non ſine Synagogæ magnę auctoritate, ac nutu, captiuitatis Babylonicę temporibus ad deſcribenda ſacra volumina vſurpauit, cum iam deſijſſent Samaritani qui hactenus inter Hebręos fuerant in vſu. Huetius verò de elementis Hebraicis non aliter ac de Hebraica lingua ſentit, priſca nempè illa, quę Samaritana appellatur, mera eſſe Chananæa, ijſque tum primum vſum eſſe Abrahamum, cum in Chananęam venit, & regionis illius linguam didicit; ac ea demùm poſteris cum lingua tradidiſſe, abolito Aſſyriarum literarum & linguę vſu, quas ad hoc tempus vſurpauerat. Ante Diluuium, vel confuſionem Babelicam, ſcripturę & literarum vſus repertus ſit, nec ne? incertum relinquit. Hinc refelluntur argumenta Rabbinorum ſuper vtriſque, eorum videlicet, qui vt Samaritanę Scripturę eriperent gloriam ſanctitatis, & in Iudaicam hodiernam, qua vtuntur, transferrent, nihil non moliti ſunt. Sic R. Obadias de Bartenora in Miſn. tract. ידים ſect. 4. num. 5. R. Iacob in *Oculo Iacobi*, R. Iuda Muſcato in librum *Cozrì* cap. 68. R. Azarias in *Meor enaijm* Par. III. cap. 58. & alij, qui auſi ſunt, vt ipſe ait, affirmare Iudaica Scriptura exaratam primùm fuiſſe Legem & reliquos deinde Libros ſacros; ac ſanctam fuiſſe Scri-

ſiue hoc, ſiue illud recipiamus. Cum igitur Chaldæa patria profectus Abraham in Chananæam veniſſet, linguam regionis illius perdidicit, & linguę huius characteres ſcribendo vſurpauit: quod faciunt, qui in externa regione ſedem figunt. Bilinguem itaque fuiſſe Abrahamum aſſerit, Chaldaicæ nimirum linguæ, quam ad Babelem ex confuſione quoque natam putat, & Chananææ peritum. At eius poſteri vna Chananæa, vtpote vernacula contenti, aliam neglexerunt. Hebraica verò dicta eſt; quoniam ab Hebræis vſurpabatur; qui poſtquam Babylonem captiui abducti ſunt, tum verò ex Chaldæorum, inter quos diſperſi erant, commercio, patriam inquinarunt loquelam: & ex Chaldaicæ ac Hebraicæ confuſione tertia prodijt lingua, quæ Syriaca dicta eſt, quaque Chriſtus & Apoſtoli vſi ſunt. Cur autem de Hebraicæ linguæ antiquitate ac dignitate tantùm detrahat *Huetius*, plures aſſignat cauſas; nimirum in primis conſtare ait inter Eruditos, nihil aut certè parum Chananæam inter & Hebraicam linguam, hoc eſt linguam inter Phœnicum & Iſraelitarum interfuiſſe, fallique Origenem, cum à Phœnicia lingua Hebraicam differre autumat; probatque hoc ex D. Hieronymo in Iſa. 19. Et vt reliquas ab Authore aſſignatas cauſas prætermittã, ſibi perſuadet omnem dubitationem præcidere ex illo Iſaiæ 19. 18. *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum*. Linguam verò Chanaan hìc Hebraicam ſignificare, Interpretes vniuerſos conſentire affirmat, & ſic iuxta Iſaiam concludit linguam

& exemplari ſuo manuſcripto intelligitur. Item diſputatur de Auctore libri Iudith, Eſther, Iob, de clauſula, quæ habetur ad calcem huius libri in Editionibus Septuaginta Interpretum; an ex Ariſtea clauſula illa prodierit: nec item, ſi eam compilauit Ariſteas, an à Moſe, vt ſenſit Auctor poſterioris Commentarij in Iob, qui Origeni adſcribitur; an à Septuaginta ipſis Interpretibus, vt viſum eſt Origeni in Epiſtola ad Africanum; an ab Helleniſtæ alicuius recentioris; aut alterius cuiuſcumque manu, Iobi libro adtexta ſit. Id ait *Huetius*, clauſulam iſtam vndecumque tandem extiterit, antiquiſſimam eſſe; à Theodotione in ſuam Interpretationem fuiſſe receptam, ab Arabe itidem Interprete in ſuam, à Pſeudo-Origene in ſuos illos in Iobum Commentarios, & à Niceta in ſuam Catenam; ac eius Origenem, Chryſoſtomum, Hieronymum, Polychronium, & Olympiodorum meminiſſe; & in omnibus denique vel antiquiſſimis Codicibus Græcis reperiri: quamuis autem reijciatur à nonnullis, vt pote quæ abſit ab Hebræis Exemplaribus, Eccleſiæ tamen, vt teſtatur Olympiodorus, ab Apoſtolis, cum reliquo Iobi libro traditam fuiſſe. Animaduerſum velit id quòque *Huetius*, cùm ex Syriàca lingua tranſlatum Iobi librum notat hanc clauſulam, non id ſibi velle, Hebraicum quod habemus Exemplar ex Syriaco, ſiue vt alij cenſent ex Arabico fuiſſe tranſlatum à Moſe, vt voluit Auctor prioris Commentarij in Iobum, qui Origeni tribuitur, ſed ex Hebraico Codice ſuam interpretationem Septuaginta Senes extuliſſe. Ita intellexit Olympiodorus, qui cur Syriaca

Scripturam hanc, ſanctiſque rebus deſtinatam; Samaritanam verò profanam, & in rebus profanis à maioribus ſuis vſurpari ſolitam; cuius intermiſſio in Babylonia, vſu Iudaicam ſolum retinuerint. Plura etiam argumenta aduersùs γνησιότητα librorum Moſis refelluntur. De antiquitate linguę Hebraicę contra Syros & Chaldęos conſule peculiarem Diſſertationem in *Bibliotheca Magna Rabbinica* Par. III. pag. 13. & ſeqq.

Diſputatur de Auctore libri Ioſue, Iudicum, librorum Samuelis, Regum, Paralipomenon, libri prioris Eſdrę, libri Tobię, qui videtur ſcriptus partim à Tobia patre, partim à filio, partim ab incerto Auctore; hinc diſputatur de tribus Hebraicis libris à Munſtero & à Fagio editis, ſi modo duę, non eadem credi poſſunt, quę in multis licèt ſentientes locis, maximam tamen inter ſe affinitatem habent; nec minorem cum tertia quadam, quę manu ſcripta penès Authorem eſt, quęque ad illam Munſteri propiùs accedit, quàm ad Fagianam, multumque illas diſcrepare notat tùm à Latina Hieronymi, tùm & à Gręca, quam preſſiùs tamen affectantur; vt ſi minus ab hac, ab alijs certè quæ ad illam accuratè ſint, propagatam credere dignum ſit. Vtrumque temerarium eſſe & falſum affirmat quod à R. Dauide Ganz in Chronologia traditum eſt, editionem Munſteri ab ipſo Munſtero confictam fuiſſe & ſuppoſitam, & quicunque nares habuerit non obtuſas, futurum vt fraus ei facilè ſuboleat; totumque opus ineptum eſſe & ſtolidum, res verò quæ in eo narrantur, falſas penitùs & commentitias. Quod iudicium quàm vanum ſit, ex editione Fagiana

Digitized by Google

editæ ſunt, referendus ſit; ſecundarium, qui ad Chriſtum. Ibi *Huetius* docet Ethnicos à Iudæis Iudæorumue Libris ſacris edoctos, Meſſiam prænouiſſe, & expectaſſe: vbi aſtutiſſima *Ioſephi* fallacia deprehenditur. Confert deinde Vetus Teſtamentum cum Nouo in ijs quæ ad Meſſiam pertinent; ſtatuitque illum eſſe Meſſiam, cui vni conueniunt Prophetiæ omnes Veteris Teſtamenti de Meſſia. Concluditque hoc ſuum diſſertiſſimumOpus,aſſerendo verã eſſe Chriſtianam Religionem; omneſque Religiones præter ipſam falſas eſſe & impias. Quòd ſi Prophetiæ Veteris Teſtamenti de Ieſu Nazareno, completæ ſunt in Nouo, & veraces ſunt libri Noui & Veteris Teſtamenti, ex eo efficitur Ieſum Nazarenum eſſe Meſſiam. Quo poſito, veraces nempe eſſe libros Noui & Veteris Teſtamenti, & Ieſum Nazarenum eſſe Meſſiam, fatendum omninò eſt veram eſſe Religionem Chriſtianam.

1292 PETRVS à FIGVEIRO, Luſitanus Canonicus Regularis S. Auguſtini Congregationis S. Crucis Conimbricenſis, eximius ſacrarum literarum expoſitor. Edidit

Tomos duos, quorum *vnus* habet Commentarios in 25. priores Pſalmos, Paraphraſes in Prophetias Ieremiæ, Commentarios in eiuſdem Lamentationes. *Alter* verò Commentarios in 12. Prophetas minores. *Vterque* etiam habet ſuos ad calcem Indices abſolutiſſimos. Lugduni, an. 1615. in fol. Plura de textu Hebræo diſſerit.

1293 PETRVS GRABOVIVS, Hæreticus Auguſtan. confeſſ. ſcripſit

De Linguæ Hebraicæ, eiuſque litera-

ca illic appelletur Hebraica dialectus, eruditè oſtendit: ita & Scholiaſtes quem citat *Nobilius*. Diſputatur item de Auctore libri Pſalmorum, Prouerbiorum, Eccleſiaſtis, Cantici Canticorum, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Prophetiæ Iſaię, Ieremiæ, Baruchi; de Auctore Epiſtolæ, quæ ſub Ieremiæ nomine edita eſt; de Ezechiele vtrum idem ſit ac Zaratus Aſſyrius, Pythagoræ pręceptor; de eius Prophetia; de duobus Prædictionum voluminibus, quæ ab Ezechiele ſcripta fuiſſe tradit Ioſephus; & de Pſalmo ſexageſimo quarto, nomine Ezechielis, aliorumque inſcripto. Diſputatur vtrùm Daniel fuerit Propheta, Eunuchus, idem qui Beleſis à Diodoro memoratus; vtrùm Ecbatanis, an Suſis inſignem illam turrim à Ioſepho & Hieronymo memoratam extruxerit; vtrùm Suſis, an Babylone fuerit ſepultus: & vtrùm ad vnum eumdemque Danielem pertineant, quæcumque in Danielis Prophetia narrantur; deque eius interpretationibus Græcis; & cur partim Hebraicè, partim Chaldaicè, partim Gręcè Danielis liber ſcriptus extet. Diſputatur de ordine duodecim Prophetarum, eorumque libris. Item de Canone Librorum ſacrorum, eiuſque Auctore, & ætate: vbi diſſeritur de Synagoga magna, & vtrùm inſcriptiones libris Prophetarum præfixæ, à Synagoga magna, an à Prophetis ipſis additæ ſint.

Quamplurimæ Veteris Teſtamenti Prophetiæ de Meſſia referuntur: vbi exploditur duplex *Grotij* ſententia; prior, qua ſtatuit vniuerſis de Chriſto Prophetijs duplicem ineſſe ſenſum; primarium, qui ad hiſtoriam temporis quo

Digitized by Google

& tertij ſermonis. Seruatur hæc Bulla in Bibliotheca Vaticana ſub num. 4069. in fol. Pergam. pag. 196. quæ de verbo ad verbum refertur in *Bibliotheca Magna Rabbinica* Par. III. pag. 731.

1296 PETRVS RIVERA Grangæus, edidit

Regale Iſraelitarum Chronicon. Pariſijs, an. 1600. in fol.

1297 PETRVS STEVARTIVS, Tomo ſingulari *Antiquæ Lectionis*, à pag. 399. vſque ad pag. 402. habet, referente *Lambecio*

Catalogum Auctorum cùm veterum, tùm recentium, partim Græcorum, partim Latinorum, qui contra Iudæos ſcripſerunt.

1298 PETRVS WANDALINVS, Danus, collegit

Catalogum 300. *Vocabulorum Danicorum, ex Hebræa lingua originem ducentium*. Vid. Bartholinus in Danis, pag. 118.

1299 PHILIPPVS HASSIÆ Landgrauius, obijt Butzbachij an. 1643. Germanicè tranſtulit

Sacræ Scripturæ libros ex Hebræo; hodieque in Bibliotheca Butzbaciana reperiuntur, teſte Zeillero, tom. 6. epiſt. 66.

1300 PHILIPPVS MVNCKERVS, edidit

De Intercalatione variarum gentium Libb. II. Lugduni Batauorum, an. 1680. in 8. Vbi de intercalatione Iudæorum abundè agit.

1301 PHILIPPVS NICOLAVS, Hæreticus Auguſtan. confeſſ. ſcripſit

Commentariorum de Regno Chriſti, libros duo; I. de amplitudine, propagationeque Chriſti admirabili; deque Iu-*rarum antiquitate*. Excuſ. Witteberge, an. 1604. Item

Sintaxim Hebrææ Linguæ. Excuſ. ibid. an. 1605. in 8.

1294 PETRVS LOPEZ de Montoya, ſacræ Theologiæ Doctor, elucubrauit

Concordiam ſacrarum Editionum Textus Biblici, libris duobus; quorum prior continet Controuerſias introductorias ad ſtudia ſacrarum literarum, alter verò concordiam ipſam ſacrarum Editionum Hebrææ & Græcæ LXX. Interpretum, cum Vulgata Latina, iuſſu Sixti V. & Clementis VIII. nuper Romæ edita. Madriti, an. 1596. in 4.

1295 PETRVS DE LVNA, Antipapa, in ſua obedientia nuncupatus *Benedictus XIII.* Arrago Hiſpanus, I. V. D. edidit

Bullam contra Talmudem, & Iudæos; anno Chr. 1415. Antipontificatus ſui anno 21. In ea damnatur Talmud, eiuſque lectio prohibetur; damnantur libri contra Ieſum, B. V. Mariam, Sanctos, & in contumeliam rerum ſacrarum conſcripti; ſacrorum vaſorum Iudæis interdicitur retentio, aut circa ea operatio; Iudices neque inter ſe eſſe poſſint; vnica tantum Synagoga in Ciuitate conceditur; Medicinam, aut officium publicum non exerceant, neque ſocietatem ineant cum Chriſtianis; Chriſtianos famulos non habeant; aſſignatur eis habitatio in Ciuitatibus à Chriſtianis ſeiuncta; rubeo, & croceo ſigno ad diſtinctionem Chriſtianorum vtantur; ſi Chriſti fidem ſuſcipiant, in bonis parentum infidelium ſuccedere debeant; ter in anno verbum Dei audiant, vbi de materia primi, ſecundi,

Tractatum aliquem R. Barmaimonidis, Iacobo Vſſerio dicatum; in quo notantur errores huius Hebræi Doctoris, & quamnam vtilitatem ex huius operibus trahi poſſunt. Errores ad ſenarium numerum reducuntur. 1. Quòd Aſtra ac cœleſtes orbes ſunt entia animata & viuentia. 2. Quòd Deum nunquam pœnituit, vna excepta vice; quando nimirum in deſtructione Templi perire fecit iuſtos vnà cum iniuſtis. 3. Quòd Moſaica lex ſit æterna. Quòd homines libero potiuntur arbitrio vt agant tàm bonum, quàm malum. 5. Quòd promiſſio diuina Prophetis expreſſa bona temporalia concernunt, quæ in hoc terreſtri mundo complenda ſunt, quando venerit Meſſias. 6. tandem Regnum Iudaicum datum fuiſſe Salathieli ex Iechoniæ poſteris, poſt eiuſdem Iechoniæ pœnitentiam; cum tamen ex Scriptura *Luc.* 3. 27. conſtet Salathielem filium fuiſſe Neri. Subdit verò Author, dummodo caueantur huiuſmodi errores, ſex vtilitates ex Maimonidis operum lectione non ſpernendas trahi poſſe. 1. Addiſci poteſt modus loquendi apud Hebræos. 2. Obſeruare poſſumus varias Doctorum Iudaicorum ſententias. 3. Plura axiomata, expreſſioneſque non paucas Talmudis adnotari, quæ ad exponendos diuerſos Noui Teſtamenti idiotiſmos deſeruiunt. Plura loca V. T. alitèr explicari, ac vulgo exponi conſueuerunt. 5. Leges Iudæorum Ciuiles & pro quolibet delicto pænas indictas enucleari. 6. Rabbinorum doctrinam circa Iudaicam Religionem expiſcari. Vide *Bibliothecam Vniuerſalem* Gallico idiomate impreſſam Amſtelodami, an. 1685. in 12.

Iudæorum, & gentium; Gogi, & filij perditionis, aliorumque veritatis hoſtium truculenta rabie, eorundem repreſſione. II. de temporibus Eccleſiæ Noui Teſtamenti fatalibus, ex Ezechiele, Daniele, & Apocalypſi. Excuſ. Francofurti apud Porſium in 8.

1302 PHILIPPVS SIDETA ab Vrbe Pamphiliæ Sida, vbi natus eſt, cognomen ſortitus, Presbyter, & Syncellus S. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, ſcripſit

Acta Diſputationis de Chriſto, in Perſide inter Chriſtianos, Gentiles, & Iudæos habitæ, cui ipſe interfuit, excerpta ex ampliſſimo eius operæ *Hiſtoriæ Chriſtianæ*, in triginta ſex libros diuiſo, quod incipit Χριστιανικὴν Ἱστορίαν. Extat mſc. in Bibliotheca Cæſarea, Cod. 248.

1303 B. PIVS V. P. M. antea Michaël Ghiſlerius, Inſuber, patria Bolchenſis diœceſis Alexandrinæ, vel Derthonenſis, Ord. Præd. edidit, & confirmauit

Conſtitutionem à Paulo IV. editam circa Iudæorum viuendi modum. Et declarationem ſigni glauci coloris in ſtatu Eccleſiaſtico ab eis deferendi. Dat. Romæ, an. 1566. Pontificatus ſui Anno 1.

1304 PROSPER STELLARTIVS, Neruius, an. 1626. obijt. Poſt ſe exaratos relinquens

Libros tres de tonſuris Paganorum, Iudæorum, & Chriſtianorum. Vid. Suuertius pag. 650.

R

1305 RALPH SKINNER, Anglus, in patriam linguam vertit

communire, iiſdemque legibus & inſtitutis ali, vocati ſunt Iudæi. Exercitatione III. oſtenditur, Iudæos olim idololatriæ deditos fuiſſe, deinceps ſuperſtitionibus; item agitur de varijs eorum ſectis, Eſſenorum, Sadducæorum, & Phariſæorum; de eorum inſtitutis, & opinionibus varijs; de Herodianis Iudæorum hæreticis; & de Doſitheanis, & Hemerobaptiſtis. IV. De Prophetis in populo Dei, eoſque defeciſſe ante Chriſtum incarnatum; & de Sibyllis. V. Exercitatio verſatur circa Chriſtum eiuſque Parentes; vbi de artificijs Diaboli, vt eluderet Incarnationem. VI. De Pontificibus Iudaicis, ab Aarone ad captiuitatem, eorumque munus ex Hiſtoria ſacra. Exhibetur catalogus Pontificum Iudaicorum, à Captiuitate ad tempora Machabaica; Siculum Chronicon explicatur, & in quibuſdam locis notatur; Eſdram non fuiſſe ſummum Pontificem probatur; Manaſſem primum in ſchiſmate Pontificem in monte Gerizim extitiſſe, oſtenditur. Proponitur deinde Catalogus Pontificum à Machabæis, ad cladem Flauianam; vbi de Iuda Machabæo, qui fuit Pontifex, & populi Dux. Item de Anna & Caipha Pontificibus Iudæorum apud Euangeliſtam. In reliquis Exercitationibus agit de Beatiſſima Virgine, eiuſque proſapia; de Polygamia Iudæorum; de Herode, & de anno & die quo natus eſt Ieſus Chriſtus Dei Patris filius.

1307 ROBERTVS FLVD, aliàs DE FLVCTIBVS, Medicus Oxonienſis, publici iuris fecit

Philoſophiam Moſaicam; teſte Konigio in Biblioth. Vet. & Nou.

1308 RO-

1306 RICHARDVS MONTACVTIVS, Anglus, Author heterodoxus, collegit

Analecta Eccleſiaſticarum Exercitationum. Excuſ. Londini, an. 1622. in fol. Sunt Exercitationes vndecim, ferè omnes contra Em. Baronium elucubratæ. I. Agitur de Fide. II. Exponitur Iacobi Vaticinium de Sceptro Iudæ, è ſententia Iudæorum, Chriſtianorum, Baronij, Cyrilli Alexandrini; vbi de regimine Iudæorum mixto poſt captiuitatem; de Zorobabele familiæ Principe, & reipublicæ; de voto Darij Templo ædificando; de Pontificibus Principibus reipublicæ Iudæorum; de Aſſamonæis, an ſint per lineam fæmininam de Iuda; de Matrimonio tribuum Sacerdotalis & regalis; de lege non miſcendis tribuum matrimonijs; de Iehoiade, qui an fuerat Pontifex ſummus, diſputatur. Iacobi vaticinium de ſceptro auferendo, adimpletum eſſe in vrbis deſolatione, non Herodis introitu, demonſtratur; vbi de duplici Chriſti aduentu contra Iudæos. Agitur præterea de Herode; de Iudæorum tabulis genealogicis; de Idumæis circumciſis; eoſque differre à Iudæis probatur ex Ptolomæo Aſcalonita in primo ſuo libro de Rege Herode, dum ait: Ἰουδαῖοι γάρ εἰσιν οἱ ἐξ ἀρχῆς φυσικοί: Ἰδουμαῖοι δὲ τὸ μὲν ἀρχῆθεν οὐκ Ἰουδαῖοι ἀλλὰ Φοίνικες καὶ Σύροι: κρατηθέντες δὲ ὑπ' αὐτῶν καὶ ἀναγκασθέντες περιτέμνεσθαι, καὶ συντελεῖν εἰς τὸ ἔθνος, καὶ τὰ αὐτὰ νόμιμα ἡγεῖσθαι, ἐκλήθησαν Ἰουδαῖοι. *Iudæi ſunt, ab initio Naturali ſic appellati: Idumæi ab initio Iudæi non erant, ſed Syri & Phœnices: victi autem à Iudæis, circumciſionem ſuſcipere coacti, & in rempub. cum iiſdem*

25. *Chaſleu*, *Encænia Machabæi*.
9. *Thebeth*, *Ieiuniũ Thebeth*. Zach. 8.
14. *Adar*, *dies Phurim*, 2. Machab. 15.
14. *Niſan*, *Paſcha*, Leuit 23.
15. *Niſan*, *Azyma*, Leuit. 23.
21. *Niſan*, *Septima Azymorum*, Leuit. 23.
6. *Siuuan Pentecoſte*, Leuit. 23.
17. *Tamutz*, *Ieniunium Tamutz*.
4. *Ab*, *Xylophoria*, Nehem. 10. 34.
9. *Ab*, *Ieiunium Ab*, Zach. 7.

Par. III. agit de cyclo Solis, & Lunę in annis æræ Chriſtianæ, & Alexandræis, qui in libris Machabæorum anni Græcorum appellantur; de cyclo Solis, & Lunæ in annis Nabonaſſareis, & alijs eius characteribus; de cyclo Solis, & Lunæ, in annis Philippi, ſiue à morte Alexandri Magni, & de alijs cyclis; de annis Iubilæis; de annis Sabbathicis; de alligatione harum epocharum omnium ad annos à condito Mundo deductos; de Magaſtene, Beroſo, Manethone, Philone Iudæo, Xenophonte, & alijs quibuſdam figmentis Annianis; de Beroſo Chaldæo, & Megaſthene, veris Hiſtoricis, de Nebucadnezare, quod non ſit idem cum Nabopollaſſare; de annis captiuitatis Babylonicæ, ex quibus idem euincitur, Nabopollaſſarem ſcilicèt non eſſe Nebucadnezarem; de argumentis *Funcij*, quibus putat confirmari, Nebucadnezarem; cum Nabopollaſſare eſſe eundem; de vera alligatione annorum in ſacris literis à condito Mundo numeratorum, ad annos Nabonaſſaris, & aliarum epocharum. *Par. IV.* de tempore Mundi conditi; de Diluuio; de anno natiuitatis Abraham;

1308 RODVLPHVS GVALTERVS, Tigurinus, Theol. Caluino-Zuingl. Hęreticus primę claſſis, compoſuit

Homilias in 12. Prophetas Minores, Heidelbergæ, an. 1609. in fol. Acceſſit *Chronologia temporũ, & rerũ inter Iudæos, & in Eccleſia geſtarum, à diuiſione regni vſque ad tempora Arcadij, & Honorij Impp.* Tiguri apud Chriſtophorum Froſchouerum, in fol.

S

1309 SETHVS CALVISIVS, ſeu CAVISIVS, Germanus, Hiſtoricus, & Chronologus, Lutheranus, Hæreticus primæ claſſis, edidit

Opus Chronologicum, vbi tempus aſtronomicum per motus, & eclipſes Luminarium cœleſtium, tanquam characteres infallibiles Epocharum, ex fundamentis chronologicis demonſtratur, & applicatur. Editio quarta emendatior. Excuſ. Francofurti ad Mœnum, & Embdæ, typis Antonij Hummij, an. 1650. in fol. Plura in hoc opere de Iudęorum rebus diſſerit, præcipuè Par. II. De Calendarijs Iudaicis; de Calendario Iudæorum nouitio; de menſibus Iudæorum politicis; de annis Sabbaticis; de Iudęorum Tecuphis; de pręcipuis Feſtis Iudæorum, hoc eſt, Menſe Tiſri:

1. *Feſtum clangoris tubarum*, Leuit. 23.
3. *Ieiunium Godoliæ*, Zach. 8.
10. *Feſtum expiationis*, *vel Kippurim*, Leu. 23.
15. *Scenopegia*, Leu. 23.
22. *Octaua Scenopegiæ*, Leu. 23.
23. *Feſtiuitas legis*, *Kiddus*.

Digitized by Google

BER., vir (teſte Huetio) ingenio florens dum viueret, & liberalibus diſciplinis perpolitus; qui cum ex Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ ſinu, in quo natus fuerat & educatus, iuuenili quadam leuitate profugiſſet; ætate maturior & conſilio in eum redire rurſum, & agnitum errorem eiurare geſtiebat; quemadmodum ſuis literis *Huetio* ſignificauit: verùm nimis cunctantem inopina mors oppreſſit. Exarauit

Diſſertationem ſuper hoc Ioſephi teſtimonium de Chriſto Ieſu; videlicet quod Ioſephus ſcribit lib. 18. Antiq. cap. 4. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνήρ· εἴ γε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων· καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο· ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν· καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵ γε πρῶτοι ἀγαπήσαντες· ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τσίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων· εἴς τε νῦν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένον οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. *Fuit autem hoc tempore Ieſus vir ſapiens: ſi tamen virum illum oportet dicere. Erat enim mirabilium operum effector, magiſter hominũ, qui vera libenter amplectuntur. Et plurimos quidẽ ex Iudæis, plurimos etiam ex Gentibus ad ſe pertraxit. Hic erat Chriſtus: cumque eum à primoribus gentis ſuæ*(aliunde lego *noſtræ*)*accuſatum Pilatus ad crucem damnaſſet, ab eo diligendo non abſtiterunt, qui primũ cœperant. Nã poſt tertium diem rediuiuus ipſis apparuit: cum diuini vates hæc aliaque quamplurima admiranda de eo prædixiſſent. Neque ad*

ham; de exodo Iſraelitarum ex Ægypto; de Feſtis legalibus in Politia Iudaica; de ædificato Templo à Salomone; de tempore diſtracti regni Iſraelitici, vſque ad excidium, templo, & vrbi à Nabucadnezare illatum; de initio Olympiadum, annorum Vrbis, annorum Nabonaſſareorum, & periodorum Calippi; de anno ædificati Templi ſecundi & de LXX. hebdomadibus apud Danielem, de annis Alexandræis, vel Contractuum. Tandem de vero anno & menſe Natiuitatis, Paſſionis, & Mortis Chriſti. Incipit deinde *Opus Chronologicum* ex auctoritate potiſſimùm ſacræ Scripturæ, & Hiſtoricorum fide digniſſimorum, ad motum Luminarium cœleſtium, tempora, & annos diſtinguentium, ſecundum characteres chronologicos contextum, & vſque ad noſtra tempora deductum.

1310 SVLPITIVS SEVERVS, Aquitanus, ſcripſit

Chronologiam ex libro I. hiſtoriæ ſacræ collectam, ab orbe condito vſque ad euerſionem Templi, & deportationem Zedekiæ Regis, annorum M. M. M. M. IↃCCC. XL. Digeſtam & Notis Chronologicis illuſtratam à D. *Dauide Pareo*. Extat in fine Chronologię ſacræ eiuſdem, excuſ. Amſtelodami, an. 1641. in 8. Omnia eius Opera excuſa ſunt Amſtelodami, Lugd. Bat. & Roterod. an. 1665. in 8. cum lectiſſimis Commentarijs, accurante *Georgio Hornio*; vbi plures obſeruationes ex Eruditione Hebraica eruuntur.

T

1311 TANAQVILLVS FA-

quam legitimum & genuinum repræſentauit. Expreſſit id quoque Latinè Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Retulit idipſum in Epiſtolas ſuas Iſidorus Peluſiota: in Hiſtorijs verò ſuis conſecrarunt Hermias Sozomenus, Georgius Cedrenus & Nicephorus Calliſti, & in Lexico ſuo Suidas; atque hinc porrò perpetua ſerie ad nos vſque propagatum eſt. Suadet idem præterea & ratio: nec enim probabile eſt Ioſephum Scriptorem non indiligentem, cum res Iudæorum perſequeretur, de eo viro tacuiſſe, qui maximos in ea gente, ac per vniuerſum ferè orbem excitauit motus, ſectam de nomine ſuo condidit, complures habuit diſcipulos, & Chriſti ſibi nomen aſſumſit; quo ſolo celebrari potuit inter Iudæos, apud quos magna erat Chriſti expectatio, quique eorum nomina haudquaquam ſilentio prætermiſerunt in ſuis hiſtorijs, qui titulum hunc ſibi arrogarunt. Quis eum putet elogio dignos cenſuiſſe Ioannem Baptiſtam, & Iacobum ἀδελφόθεον, indignum verò mentione Chriſtum Ieſum exiſtimaſſe, cuius longè clarius nomen fuit? cum præſertim Iacobum laudans, vt notum hunc faceret, fratrem eſſe ſcripſerit Ieſu, qui Meſſias dictus eſt; quem videlicèt longè notiorem eſſe ſciebat. Tantùm certè abeſt, ait *Huetius*, vt locum hunc à Ioſepho profectum mirer, vt potiùs mirabile mihi videatur, arbitrari potuiſſe quemquam de Ieſu Ioſephum ſiluiſſe; neque quiſquam eſt in Ioſepho non omninò peregrinus, qui non ſolitam eius requireret diligentiam, ſi teſtificationem ſuam tantæ Ieſu claritati non commodaſſet. Qui plura cupit, adeat *Huetium* in *De-*

ad hanc diem defecit denominatum ab eo Chriſtianorum genus. Intendit Author probare hæc Ioſephi verba haud genuina eſſe, ſed potus ſuppoſititia. Ac primùm obſeruat Sacerdotum genere prognatum fuiſſe Ioſephum, addictum ſectæ Phariſæorum, quos præ alijs Chriſtus Ieſus ſibi inceſſendos propoſuerat; proindeque veriſimile non eſſe laudatum eum eſſe à Ioſepho, qui Ioſephi gregales grauiſſimis iniurijs affecerat. Styli deinde diſcrepantiam *Faber* oſtendit: frigidum eſſe ait, & laxum, hærere, ſudare, balbutire, qui hoc ἔμβλημα operi accudit. Tum hæc culpat verba, ἰησοῦς τις. *Ieſus quidam*: quam poſtremam voculam notare ait vilem aliquem homuncionem, cum ſequentia maximis eum laudibus ornent. Subeſt poſtea apud Ioſephũ: εἴγε αὐτὸν ἄνδρα λέγειν χρή· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής. *Si modò eum oportet virum dicere, erat enim mirabilium effector operum*. Ad ea ſic ratiocinatur *Faber*: Ioſephus hominem dici non vult Ieſum; Deum igitur eſſe vult; quod de Meſſia ſuo nunquam Iudæi arbitrati ſunt: ac Deos itidem habere debuit, Moſem, Eliam, Eliſæum, alioſque mirabilium quoque operum perfectores. Hæc & alia huiuſcemodi obiecta diluit *Huetius* in *Demonſtrat. Euangelic.* vbi confidentèr pronuntiat ſe ijs aſſentiri non poſſe, à quibus in dubium vocata eſt teſtimonij huius γνησιότης. Cur ita ſentiat, facit conſtans & perpetuus codicum omnium Ioſephi, ſiue exaratorum calamo, ſiue typis impreſſorum, in eo retinendo conſenſus. Facit & Euſebij auctoritas, qui illud & in libris demonſtrationis Euangelicæ, & in Eccleſiaſtica Hiſtoria, tan-

Digitized by Google

fere quaternos poſt vulgo calculo: confutatis (vt ipſe ait) opinionibus Scaligeriana, Baronianaque pariter ac Ieſuitæ Ioannis Deckerii & Laurentij Suſlygæ, atque Ioannis Keppleri Cæſarei Mathematici. Hagę-Comitis, an. 1654. in 12. Natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti ponit Anno Mundi 4007. Baptiſma 4036. Cruciatus 4040. completis propè 33. ætatis ſuæ annis. Scripſit etiam

Canones Chronologicos, ab initio Mundi ad principium Euangelij. Excuſ. Oxonij, an 1675. in 8.

1315 THOMAS STAPLETONVS, Anglus, ſac. Theologiæ Doctor, & Profeſſor Regius, Duaci primò, deinde Louanij; cum plurima ob Catholicæ fidei defenſionem ſubijſſet diſcrimina, memor viciſſitudinis rerum in mundo, memor fugæ & itineris Romani, memor incommodæ valetudinis ſuæ; (Sic enim loquitur *Henricus Hollandus* in eius Vita) cœpit de nouo vitæ genere cogitare. Hæc meditanti occurrit ei Societas Ieſu, vt ſub hoc feliciſſimo nomine ſacram militiam ſuſciperet. Quo circa reſignato Canonicatu Cathedralis Eccleſiæ Ciceſtrienſis in Anglia ad quem ſub pientiſſimis Regibus Philippo, & Maria euocatus fuit, abdicata Profeſſione Regia, relictis omnibus, ſe obtulit Duaci Ieſuitis: à quibus benignè acceptus, & poſt aliquod tempus Louanium miſſus eſt. At piam licet ſocietatem ſuo tamen ingenio & moribus poſt longam, & diligentem probationem non congruentem reperiens, vt ſincero animo illam ingreſſus eſt, ſic etiam ex eodem bona conſcientia egreſſus, ad priſtinam docendi con-

Demonſtratione Euangelica.

THEOPHILVS SPIZELIVS, de quo pag. 278. Adde:

Sacra Bibliothecarum illuſtrium, Arcana retecta, ſiue MSS. Theologicorum, in præcipuis Europæ Bibliothecis extantium Deſignatio; cum præliminari Diſſertatione, ſpecimine nouæ Bibliothecæ vniuerſalis, & Coronide Philologica de veterum Hebræorum, & recentiorum quorundam Bibliothecariam & literariam rem amore, ac ſtudio. Excuſ. Auguſtæ Vindelic. anno 1668. in 8.

1312 THOMAS LE BLANC, natione Gallus, patria Victoriacenſis, Societatis Ieſu Theologus, exarauit præclarum Commentarium in Pſalmos omnes Dauidicos ſex Tomis, quorum inſcriptio eſt

Analyſis Pſalmorum Dauidicorum, in qua apertè cernitur in Pſalmis ordinem eſſe admirabilem. Adiungitur Commentarius ampliſſimus, in quo non tantùm ſenſus literales; ſed omnes etiam myſtici exponuntur; vbi plura de Hebræo textu diſſerit. Excuſ. Lugduni, an. 1665. in fol. Eius meminit Ribadeneira in Biblioth. S. I.

1313 THOMAS BRODÆVS, ſcripſit

Tractatum de Sabbatho, cum duobus Talmudicis titulis Sanhedrìn, & Maccòth. Excuſ. an. 1627. in 4.

1314 THOMAS LYDIAT, Anglus, Author heterodoxus, edidit

Emendationem Temporum compendio factam ab initio Mundi ad Annum 1608. Qua præter alia plurima, reſtituta ſunt Natiuitas & Baptiſma & Cruciatus Domini noſtri Ieſu Chriſti ad annos

Digitized by Google

tate Hieronymi in præfat. ſuper Pentateuchum. *Aliud* (inquit) *eſt vatem eſſe, aliud interpretem. Ibi enim Spiritus ventura prædicit; hic eruditio & verborum copia, quæ intelligit tranſfert.*

Præterea, maior eſt puritas fontis quàm riuuli: quod etiam multis in locis vrget Hieronymus in libro contra Heluidium, in Epiſtola ad Marcellum, in fine 2. Tomi, & in Epiſt. ad Damaſum de verbo *Oſanna*. Ergo Hebraica potiùs veritate quàm alia verſione vti debet Eccleſia.

Præterea, authoritas Hieronymi hac in re magna eſt, qui ſe ad Hebraicam veritatem tanquam in præſidium & arcem confugere ſcribit in Epiſt. ad Vitalem. Hoc etiam verſio eius ex Hebræo declarat.

Præterea, editio 70. Interpretum, quam Latini Codices ſequuntur, videtur eſſe corruptiſſima. Notat enim S. Hieronymus multa loca ex Hebraico contextu apud illos deſiderari, & prætermitti, quæ enumerat in præfat. in Pentateuchum. Notat item multa ab illis addita, quæ in Hebræo non habentur, quæ enumerat in lib. Hebraicarum quæſtionum, in Epiſt. ad Suniam & Fretellam, & in Epiſt. ad Pammachium de optimo genere interpretandi. Quo etiam in loco multa ab illis perperam tranſlata, & alitèr quàm habet Hebraica veritas, recenſet. Sola igitur Hebraica origo pro textu ſacro retinenda eſt.

Sententia Orthodoxa.

Sed contra eſt, quòd Hebraici contextus,

conſuetudinem redijt. Multi verò boni viri de reditu eius & ſibi gaudebant, & illi congratulabantur: iudicabant enim religionem ætati eius parùm conuenire, eumque plus prodeſſe poſſe Eccleſiæ ſuis ſcriptis extra religionem, quàm forte in religione profuiſſet. Nec diu Duaci hæſit, quin rurſus in Eccleſia S. Amati prouiſum eſſet ei de Canonicatu, & ſic rebus vtcumque circa ſe bene diſpoſitis, totum tempus & operam poſuit partim in libris componendis, partim in habendis Latinè concionibus. Obijt die 12. Octobris, an. 1598. ætatis ſuæ 63. Eius *Opera omnia*, quædam iam antea Anglicè ſcripta, primùm ſtudio & diligentia Doctorum virorum Anglorum Latinè reddita, & in quatuor Tomos diſtributa, excuſa ſunt Lutetiæ Pariſiorum, an. 1620. in fol. Quæ cum pertineant ad *Controuerſias* de religione Catholica contra hæreticos, non eſt noſtrum hoc loco referre; contenti tantùm erimus de *Quæſtione* 3. quam *artic.* 1. De *Editione Hebraica* proponit, quæ cum ſit breuis & vtilis ipſam hìc recenſere non piget.

De Editione Hebraica.

Ad primum ſic proceditur. Videtur quòd Eccleſia non debeat alia editione vti tanquam ſacra & authentica, ſaltem in veteri Teſtamento, quàm Hebraica origine ad aliquod fidei dogma ex Scripturis probandum.

Probatur, quia textus ſacræ Scripturæ tenendus eſt pro verbo Dei, non interpretatio. Author enim ſacer eſt, & Spiritu Dei ſuggerente ſcripſit, non autem interpres: Et confirmatur authori-

aut cohærentia, ſicut latè oſtendit Lindanus de opt. genere interpretandi Scripturas lib. 1. cap. 6. & multo ſolidiùs Genebrardus in ſcholijs ad eundem locum. Vide plura hac de re in dicto libro Lindani, & apud Melch. Canum locor. Theolog. lib. 2. cap. 13. & apud Sixtum Senenſem Bibliothecæ S. lib. 8. hæreſ. 13.

Explicatio Articuli.

Reſpondeo dicendum, quòd hac de re diuerſç fuerunt hodie opiniones. Vna eorum fuit, qui ſolum textum Hebraicum pro Scriptura ſacra in veteri Teſtamento admittendum cenſuerunt, propter rationes inductas. Et iſti repudiata tàm Græca quàm Latina verſione, quicquid iuxta Hebræum legitur, id demum eſſe verbum Dei, & authoritatem habere diuinam, volunt. Alia opinio fuit, Hebraicam originem tantę ſaltem authoritatis eſſe, vt nulla veteris Teſtamenti verſio authentica haberetur, niſi quæ immediatè ex Hebræo verteretur. Vtramque hanc amplexi ſunt hodie hæretici, & poſteriorem adhuc mordicùs tenent. Sed neutra poteſt ſubſiſtere, propter argumenta in contrarium. Præterea, ex ſecunda opinione natæ ſunt plurimæ & diuerſiſſimæ verſiones, Munſteri penè Iudaica, propter nimiam Hebraiſmi affectionem; Caſtalionis penè Ethnica, propter nimiam Latinitatis curioſitatem. Tertia opinio fuit, ſaltem cæteras verſiones veteris Teſtamenti ſic eſſe retinendas, vt liberum ſit ſemper, adeoque neceſſarium, ad fontem Hebraicum recurrere, tanquam certius quiddam & indubitatum Dei verbum. Sed eius contextus vt ſimpliciter nunc in Biblijs habetur, nulla hodie certitudo eſt; Primùm, quia puncta contextus, quæ vocalium vice ſunt, & 400. poſt Chriſtum annis & amplius à Maſoretis Rabbinis Iudęorum, non à Chriſtianis adiecta ſunt, vt refert Iacobus Epiſc. Chriſtopolitanus in præfat. in Pſalmos, & R. Elias in præfat. Maſoreth Hammaſoreth, certum & infallibilem contextum nobis per omnia facere non poſſunt: quia hac ratione Hebraicam veritatem à Iudæorum infidelium authoritate acciperemus. Puncta enim varia varium verborum ſenſum inducunt. Quamuìs enim non ſit exiſtimandum, illos Iudæos Scripturam veterem in odium Chriſtianorum penitùs deprauaſſe, vt quidam volunt; tamen nec illud iudicandum eſt, eos homines Infideles, & qui non propter Eccleſiam Chriſti, ſed propter Synagogas ſuas illa puncta addiderunt, à Spiritu S. ſic directos fuiſſe, vt in punctis addendis nunquam errauerint. Deinde, an Hebraica lectio, quæ hodie habetur, ſit eadem prorsùs, quàm veteres Patres Clemens Alexandrinus & Hieronymus ſecuti ſunt, meritò dubitari poteſt, quia puncta adhuc eorum tempore appoſita non erant. Tertiò, certum eſt quibuſdam in locis Hebraicam originem veritati textus ſacri aduerſari, ſiue Iudæorum improbitate, vt ex Iuſtino Martyre citat Euſebius Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. cap. 17. ſiue ſcribarum vitio, vt ſuos excuſat Ioannes Iſaac lib. 2. contra Lindanum. Certè inexcuſabilis corruptio eſt quæ Pſal. 21. habetur, vbi in ſententia illa, *Foderunt manus meas*, &c. verbum, *foderunt*, Hebræi non habent, ſed eius loco, *ſicut leo*, ſine vllo ſenſu

exiſtimant. Sed prior vocula נשקו à rad. נשק tametſi propriè ſignificet oſculari, vt Cantic. 1. ישקני מנשיקות *Oſculetur me oſculo oris ſui*, tamen quia hoc loco non niſi metaphoricè accipitur, & propriè reuerentiam & cultum ſignificat, qui more Hebræorum manus oſculo exprimitur, illum ſenſum 70. Interpretes expreſſerunt verbo δράξασθε, quod eſt arctiſſimè amplecti. Poſterior vocula בר quum varia ſignificet, vt deriuata à ברה, filium, frumentum, aut quicquid extra prodit, deriuata à ברר purum aliquid aut munditiam ipſam ac puritatem animi, vt Pſal. 18. verſ. 24. accipitur, 70. Interpretes ſenſum ſublimem more ſuo ſequuti verterunt παιδείαν, diſciplinam, & eruditionem, ſeu doctrinam Meſſiæ, quia hæc eſt ſumma erga eum reuerentia, ſi ſermones, & doctrinam eius ſeruamus: vnde ipſemet dixit; *Qui diligit me ſermones meos ſeruabit*. Ioa. 15. Quare & Chaldæus Paraphraſtes conformiter exponit. Rurſum, habet hodie Latinus textus Pſal. 118. *Inclinaui cor meum ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas in æternum, propter retributionem*. Pro retributione (quia mercedem bonorum operum ſonat) ſubſtituit Munſterus, *vſque in finem*; & ita omnes nouæ hæreticorum verſiones habent. Vox tamen Hebraica עקב &ſi aliquando calcaneum ſignificat, & metaphoricè finem, tamen cum punctis illis quæ hoc loco habet, nihil aliud quam retributionem ſignificat, vt Ioannes Mercerus notauit, & Sanctes Pagninus vertit, & ſic Pſal. 18. iterum accipitur, In cuſtodiendis illis retributio multa, עקב רב. Noſtram quoque verſionem retinent 70. Interpr. Græci, & D. Hie-

bum. Hanc quoque hæretici ſuſtinent. Sed nec hæc opinio ſubſiſtere poteſt, tum propter prædicta, tum etiam quia eandem dictionem Hebraicam diuerſiſſimè interpretes exponunt, vel propter accentus diuerſos; vel propter quarundam literarum Hebraicarum maximam affinitatem, ex qua ſæpè error oritur; vel propter eiuſdem dictionis varios vſus & æquiuocationes; vel denique propter Rabbinorum grammaticorum diuerſa iudicia circa prædictorum obſeruationes. Sunt enim Rabbini Hieroſolymitani, & Rabbini Babylonici, qui duas quaſi magiſtrorum ſectas apud Hebræos faciunt, habentque diſcipulos plurimos de lectione Hebraica plurimum diſcrepantes. Sed & noui poſtea Rabbini nouas poſtea obſeruationes fecerunt. Impium autem eſt, ad infidelium Iudæorum ſenatum referre Chriſtianæ fidei conſultationem. Aut enim infideles Iudæi ſemper conſulendi ſunt, aut tales Chriſtiani Scriptores, qui ex illis didicerunt. Ex hac autem diuerſitate ſequitur incertitudo; quam & ideo affectant hæretici, vt nullo certo textu aſtricti, laxa habeant perfugia à Latino ad Græcum, à Græco ad Hebræam originem prouocandi. Duo hìc quoad Hebræum exempla ponemus. Pſal. 2. verſ. penultimo legimus: *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta*. Non placuit hæc lectio Nouatoribus noſtris, quia diſciplinæ neceſſitas (quæ eſt legem Dei ſeruare) ad viam iuſtitiæ tenendam illorum ſolum iuſtificanti fidei aduerſatur. Vertunt igitur, *Oſculamini* vel *Amplectimini filium*; freti verborum Hebraicorum proprietate, vt

men 70. Interpretum verſio in Græcum prorſus pro diuina vt à Chriſto & ab Apoſtolis eſt habita (qui eam frequenter vt verba Scripturæ citarunt) ſic à Patribus habetur. Ait enim Auguſtinus: *Spiritus qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt; idem ipſe erat in 70. viris, quando illa interpretati ſunt*. Hęc ille de ciuitate Dei lib. 18. cap. 43. Sed & alia aliqua approbata pro diuina cenſebitur, non ſecus quam ipſa origo, vt infra dicetur.

Ad 2. dicendum, quòd verum eſt de fonte puro & incorrupto, ſed talis nunc non eſt Hebraici textus vt dictum eſt. Præterea, conſulendum eſſe fontem Hebraicum fatemur, ſed iuxta 4. ſententiam, non aliter.

Ad 3. dicendum, quod D. Hieronymus propterea tribuit tantum Hebraico textui, quia eius adhuc tempore punctis non appoſitis (nuſquam enim eorum meminit) purior erat & magis incorruptus ipſe textus. Vnde & loca nunc in Hebræo vitiata aliter olim legit Hieronymus, de quo vide Melchiorem Canum locorum Theolog. lib. 2. cap. 13. Sed & alia cauſa erat Latinorum interpretum maxima tunc cum copia, tum diſſonantia; vt tum Hieron. in proœmio ſuper 4. Euang. ad Damaſum, tum Auguſt. de doctr. Chriſt. lib. 2. cap. 11. profitentur. Illa varietate nunc ſublata, non eſt tanta Hebraicæ originis neceſſitas.

Ad 4. dicendum, quod 70. Interpretes, qui erant 72. Seniores ex ſingulis tribubus ſex à Ptolomæo Philadelpho aduocati vt ſacra Biblia verterent, diuino planè Spiritu illud opus fecerunt, vt tota antiquitas docet, maximè Auguſt. de D. Hieronymus. Tamen hac diuerſitate freti hæretici, aliter loqui volunt Spiritum S. Quarta opinio eſt, vtile & conſultum eſſe ad Hebraicam originem recurrere, ad clariorem Scripturarum intelligentiam; vel quia in phraſi Hebraica magis eluceſcit quod obſcuriùs verſum eſt; vel quia ipſa diuerſitas interpretationum intelligentiam adiuuat. Hic ſenſus verus eſt, & hoc ſenſu ad Hebraici textus inueſtigationem hortantur Patres, vt Auguſt. de doctr. Chriſt. lib. 2. cap. 12. & 13. & Hieronymus locis citatis.

Solutio argumentorum.

Ad primum ergo dicendum, quod textus Hebraicus tenendus eſt pro textu verbi Dei inquantum purus eſt & incorruptus, id eſt, quo ad conſonantes ipſas ſine punctis, ſicut Synagoga, quum floreret, textum habuit; quem partim ex vſu loquendi, partim ex doctrina magiſtrorum aduoculabant, vt etiam notat Hieron. in Epiſt. ad Euagrium. Nam & hodie Rabbinorum commentarij ſine punctis leguntur. Nunc autem, quia adiunctis punctis quaſi determinatur ipſe textus, idque à Chriſti hoſtibus, vt dictum eſt: qui vel aliter legerunt quàm 70. Interpretes, vt multis exemplis oſtendi poteſt, vel ab illorum in Græcum verſione (quam fortè non ignorabant) prauo animo, & ſtudio receſſerunt; propterea tantam fidem non meretur. Interpretatio autem vulgaris quidem & cuiuſcumque nec ab vlla ſuperiori authoritate approbata, non poteſt pro ſacro textu haberi: & de tali loquitur Hieronymus loco citato. Ta-

firmatus argumentis poſſit contrariam defendere. Ideò quo ad opinionem R. Eliæ aſſerentis puncta vocalia fuiſſe adinuenta à Maſorethis Tiberienſibus, reiectam inuenies in *Bibliotheca Magna Rabbinica* Par. I. pag. 146. in *Differtatione* de Punctorum, ſeu Vocalium Hebræorum origine; & eorum in ſacris Voluminibus authoritate. Ibi Magiſter meus *Iulius Bartoloccius* b. m. hiſçe quatuor Concluſionibus, ſuam ſtatuit in hac re ſententiam.

Concluſio I. Non ſolùm tempore Moſis, ſed ipſius quoq; Adami aliquas vocales extitiſſe, quæ conſonantibus adiunctæ locutioni adiumento fuerunt, & pronunciationi.

Concluſio II. Tempore Moſis non fuerunt vocales ſcriptis conſignatę; ita vt vel puncta, vel accentus, vel quid ſimile literis conſonantibus pro vocalibus intermixta fuerint in ſacris Codicibus; in alijs tamen Scripturis extitiſſe puncta, ſeu alia vocalium ſigna exiſtimamus.

Concluſio III. Puncta vocalia & accentus, quibus hodie ornantur ſacri Codices, non fuerunt adinuenta à Maſorethis Tiberienſibus.

Concluſio IV. Cùm puncta vocalia, & accentus literarum Hebraicarum ante aduentum Domini ſcripta extiterint, & conſonantibus intermixta etiam in omnibus libris Canonicis Hebræorum (excepto Volumine ſacro in Arca ſancta ſeruato) hanc conſuetudinem punctandi libros ſacros, præcipuè Pentateuchum Moſis priuatim legendum, ab Ezra protoſcriba originem habuiſſe aſſerimus, & ab אנשי כנסת הגדולה *Viris Synagogæ magnæ*, per continuatam tradi-

de ciuit. Dei lib. 18. cap. 43. Irenæus lib. 3. cap. 24. Iuſtinus Martyr in Admonitorio ad Gentes, Epiphanius in lib. de ponderibus & menſuris, Euſeb. Hiſtor. Eccleſ. lib. 6. cap. 3. & de præparat. Euangelica lib. 8. Ariſtæus in Chronicis, & in Tract. ad Philocratem, Ioſephus antiquit. lib. 22. Hieron. in præfat. in Paralipom. Ad id quod dicitur multa in ijs deſiderari quæ habentur in Hebræo, reſpondet Hieron. in præfat. in Pentateuchum, eos quædam de Chriſto & de Trinitate vaticinia prætermiſſe, nec negligenter, nec malitiosè, ſed prudenti conſilio, propter tres cauſas quas ibi commemorat. Ad id quod dicitur multa ab illis addita fuiſſe, reſpondet Hieron. in libello de op. genere interpretandi, verba conſideranda eſſe, non ſenſum, ad quem nihil de ſuo 70. Interpretes addiderunt, licèt verba quędam, quæ in Hebræo non ſunt, adiunxerint, ſed rariſſimè, ac parciſſimè. Quod etiam affirmat Auguſt. loco citato. De locis quæ apud 70. Interpretes cum Hebraica veritate pugnare videntur, reſpondent illi duo Patres locis citatis, illa loca, ſi bene intellecta fuerint, non pugnare. *Sermonum varietas* (ait Hieronymus) *Spiritus vnitate concordat*. Vide plura apud Sixtum Senenſem Bibliothecæ Sanctæ lib. 8. hær. vltima, & ad Pſalterium quod attinet, in doctiſſimis Schol. Gilberti Genebrardi. Hactenus eruditiſſimus *Thomas Stapletonus*.

Hinc nonnulla exponenda occurrunt circa *ſententiam orthodoxam Stapletoni*, quæ licèt ſuos habeat Patronos, & non modicæ authoritatis; tamen non eſt adeò certa, quin aliquis validiſſimis

recurrere : & ſcientiæ veritatem de fonte magis, quam de riuulis quærere. Idem teſtatur S. Auguſtinus lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 11. his verbis: *Latinæ linguæ homines duabus alijs ad Scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, Hebræa ſcilicet, & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, ſi quam dubitationem attulerit Latinorum Interpretum infinita varietas.* Et lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 13. *Quum diuerſum aliquid in vtriuſque Codicibus inuenitur, ei linguæ potius credatur, vnde eſt in aliam per interpretes facta tranſlatio.* Et cap. 14. *Illa numerorum varietas quæ inter Codices Hebræos inuenitur & noſtros, ſi quid habet ita diuerſum, vt verum eſſe vtrumque non poſſit, rerum geſtarum fides ab ea lingua repetenda eſt, ex qua interpretatum eſt quod habemus.* Hinc Franciſcus Ximenius, Cardinalis, Archiepiſcopus Toletanus, & Hiſpaniarum Archicancellarius, præfatione in Biblia Complutenſia ad Leonem X. approbans DD. Hieronymi, & Auguſtini teſtimonium, inquit: *Vbicumque Latinorum Codicum varietas eſt, aut deprauatæ lectionis ſuſpicio, (id quod librariorum imperitia ſimul & negligentia frequentiſſimè accidere videmus) ad primam Scripturæ originem recurrendum eſt, ſicut D. Hieronymus, & Auguſtinus, ac cæteri Eccleſiaſtici Tractatores admonent; ita vt librorum Veteris Teſtamenti ſinceritas ex Hebraica veritate, Noui autem ex Græcis exemplaribus examinetur.*

Infirmatur autem aliquantulum reſponſio ſapientiſſimi *Stapletoni*, dicendo, quòd D. Hieronymus propterea tri- ditionem vſque ad noſtra tempora perueniſſe.

Vnde cùm controuerſia non ſit de quibuſdam Codicibus Hebræis, ſed in vniuerſum de omnibus iuxta doctrinam mihi à Magiſtro meo traditam, dicendum eſſe arbitror, ſacrum Textum Hebræum illibatum eſſe, quamuìs vltrò concedatur in quibuſdam Codicibus aliqua leuia errata irrepſiſſe ex ſcriptorum incuria, vel inſcitia, vt כארי *ſicut leo*, loco כרו *foderunt*, Pſal. 21. quod iam à Maſorethis annotatum fuit, vt oſtendimus ſupra in libro edito à *Michaele Leguien*. Hoc tamen non officit quod in ſacro illo Textu non poſſit deprehendi veritas in omnibus ad ſalutem neceſſarijs. Vulgata verò verſio, qua modo vniuerſa Eccleſia Romana vtitur, ideò cæteris præſtat Verſionibus Græcis & Hebraicis, quia infallibilem habet cuſtodem, qui eſt *ſummus Pontifex* totius Eccleſiæ Catholicæ, in qua ſola eſt ſalus, *Caput, & Paſtor*. Idcircò Textus Hebraicus eſt magnæ authoritatis, quamuìs ea non ſit canonica, & infallibilis, & quando oritur aliqua difficultas, permittitur ad ipſum recurrere, vt ſcribit D. Hieronymus Epiſt. 135. ad Suniam, & Fretelam: *Sicut in Nouo Teſtamento*, inquit, *quando apud Latinos quæſtio exoritur, & eſt inter exemplaria varietas, recurrimus ad fontem Græci ſermonis, quo nouum ſcriptum eſt Inſtrumentum: ita in Veteri Teſtamento, ſi quando inter Græcos Latinoſque diuerſitas eſt, ad Hebraicam recurrimus veritatem; vt quicquid de fonte proficiſcitur, hoc quæramus in riuulis.* Iterum Comment. in Zach. cap. 8. 19. *Cogimur ad Hebræos*

Caietanus in Commentarijs in Geneſim, vt ſuam de ſacro-Sanctæ Editionis Hebraicæ authentica veritate ſententiam oſtenderet, ſic effatur. *Ego iam ſenex, non nouitatis, ſed veritatis ſolius amore allectus, Opus hoc aggredior in holocauſtum Omnipotenti Deo, ad accendendum aliorum mentes erga ſacras Scripturas. Det Dominus Ieſus Chriſtus, vt aſſequar intentum. Intendo autem iuxta veritatem Hebraicum Textum exponere, vbi diuerſa occurrerit ſententia in Vulgata Editione & in Hebræo Textu. Nàm ipſius Moſis Textus, non Interpretis eius, exponendus eſt. Non enim Interpretis Græci aut Latini, ſed ipſius tantùm Hebræi Textus authoritas eſt, quam complecti cogimur, & complectimur fideles omnes*. Sed audiamus ipſos Rabbinos.

Aben Ezra in principio libri יסוד מורה inquit: חאמת כי יש שכר לפעלות בעלי המסורת שהם כשומרי חומות העיר כי בעבורם עמדת תורת יי״ וספרי הקודש על מתכותם בלי תוספת ומגרעת h. e. *Verum eſt magnam mercedem deberi Operi Maſorethaurum, nàm ipſi ſunt quaſi cuſtodes murorum ciuitatis: propter eos enim perſtat lex Domini, & libri Sancti in conſtitutione* (forma) *ſua abſque additione, & detractione*.

Elias Leuita Orat. 3. Hammaſoreth: אחר אמעשה אשר עשו בעלי המסורת אי אפשר שנפל או שיפול חלוף או שנוי בשום צד בכל ספרי המקרא *Poſt opus quod perfecerunt Maſorethæ, impoſibile eſt, quod inciderit, aut incidere poſſit varietas aut mutatio quædam vllo modo in omnibus libris Scripturæ*. Stat igitur tùm ex Sanctorum Patrum, cùm Rabbinorum conſenſu generaliter...

gene-

buit tantum Hebraico textui, quia eius adhuc tempore punctis non appoſitis purior erat & magis incorruptus ipſe textus. Nàm videtur quaſi impoſſibile moralitèr loquendo, ab Hebræis potuiſſe corrumpi omnes Codices; quia cùm multi extarent ſac. Scripturæ Codices, debuiſſent eos omnes in vnum locum congregare, vt eos ſimul corrumperent, & deprauarent: at hoc non tàm difficile, quàm moralitèr impoſſibile ſatis apparet. Rurſum hæc vniuerſalis codicum Hebræorum deprauatio & corruptio videtur omninò repugnare ſuauitati diuinæ prouidentiæ, qua ſuæ ſemper Eccleſiæ Deus proſpexit. Neque eſt veriſimile, Deum id paſſurum fuiſſe, vt ſua verba ad rectam hominum inſtitutionem ſcripto tradita ita generaliter falſarentur. Etſi igitur potuerit fieri, vbi ſe occaſio obtulit, vt à quibuſdam perfidis Iudæis aliqua exemplaria falſarentur, & corrumperentur eorum malitia & dolo, vel incuria, & ignorantia; *Abſit tamen* inquit D. Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 13. *vt prudens aliquis, vel Iudæos cuiuſlibet peruerſitatis, atque malitiæ: tantum potuiſſe; credat, in codicibus tam multis, ac tam longè lateque diſperſis, vel 70. illos memorabiles viros, hoc de inuidenda Gentibus veritate, vnum communicaſſe conſilium*. Hoc etiam ſentit D. Hieronymus cap. 6. in Iſaiam, vbi ait: *Si quis verò dixerit poſt aduentum Chriſti, & prædicationem Apoſtolorum, libros Hebræos fuiſſe falſatos, riſum tenere non potero: vt Saluator, & Apoſtoli, & Euangeliſtæ, ita teſtimonia protulerint, ſicut Iudæi falſaturi erant*. Eminentiſſimus Cardinalis

Digitized by Google

mòn vndequadragies vſus eſt vnico nomine *Amor*, Hebraicè דוד *Dod* : & octies nomine *Vbera*, Hebraicè שדים *Sciadaim*, vnica hac annotatione *Amor*, ſingulatim, iuxta eorum ſeriem dilucidantur. *Quarta annotatio* כרם *Vinea*. Loci duo Cantici Canticorum proponuntur: vbi hactenus in Græcis Latiniſque Codicibus, non integri verſus repræſentantur, quemadmodum in prototypis Hebræis leguntur. Appoſitiſque ambobus locis, ſuis repetitionibus, ſicut in carmine habentur Hebræo : videlicet, ſic in Textu Hebræo : כרמי שלי לא נטרתי, id eſt, *Vineam meam, quæ mea, non cuſtodiui*. Ἀμπελῶνα μου, ὁ ἐμοῦ οὐκ ἐφύλαξα. Altera eadem relatiui & pronominis repetitio eſt, quam ſimiliter Vulgata Latina editio miſſam facit. Vbi de eademmet Vinea, cuius cultionem Sponſa non coluiſſe dolebat, δραμαδιδάσκαλος Propheta agens, ſic Sponſam canentem inducit

כרם היה לשלמה בבעל המון :
נתן את הכרם לנטרים :
איש יבא בפריו אלף כסף :
כרמי שלי לפני :
האלף לך שלמה :
ומאתים לנטרים את פריו :

Vinea fuit pacifico, in valle multitudinis,
Dedit vineam cuſtodibus :
Vir affert de fructu eius mille argenteos,
Vinea mea, quæ mea, coram me
Mille tibi pacifico.
Et ducentos cuſtodientibus fructum eius.
Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ εἰρηνικῷ ἐν τῇ κοιλάδι τοῦ πλήθους,
Ἔδωκεν τὸν ἀμπελῶνα τοῖς φύλαξι :
Ἀνὴρ

generalitèr loquendo verum eſſe, Textum Hebraicum in quantum ad rectam fidei, & ſalutis normam attinet, incorruptum, & illibatum adhuc ſeruari.

1316 TIBERIVS VALENTINVS, Grauarenſis, Italicè edidit

Epiſtolam, in qua deſcribitur ortus Antichriſti, ſtirps, progenies, patria, habitatio, vita, & mors; auctoritatibus ſac. Scripturę. Brachiani, an. 1666. in 12. Oſtendit in ipſa Iudaicum populum fore futurum præcipuum Seductoris Antichriſti fautorem.

1317 TVCCIVS TVCCIVS, Patritius Lucenſis, Protonot. Apoſt. ac Pontificij Cæſareique Iuris Conſultus, edidit

Annotationes ſuper Cantico Canticorum Salomonis. Lugduni ſumptibus Horatij Cardon, an. 1606. in 4. Sunt *Octo Annotationes*, quarum prima eſt ſuper נשק à quo ישקני *oſculabitur*, vbi oſtendit Cantici initium ſecus vertendum eſſe quàm hactenus Græcè & Latine redditum fuit. Et quamobrem Eccleſia tantopere oſculari optabat à Chriſto Domino. *Secunda annotatio* נשיקות *Oſculis*, primo verſu Cantici, vbi in Latinis editionibus, legitur ſingulariter: *Oſculo oris ſui*, pluraliter, *Oſculis*, legendum, oſtenditur. Et alius locus Cantici, 8. 1. de *Oſculis* explicatur. Ac tum præterea, enumeratis quàm pluribus Oſculis, quibus Meſſiam ſuum Sponſum Eccleſia oſculata eſt, & Eccleſiam ſuam Sponſam Meſſias: quamobrem tantopere Eccleſia Chriſtum Sponſum oſculari optaret, oſculaturque; rationes inducuntur. *Tertia annotatio* דוד *Amor*, vbi loci quadraginta ſeptem Cantici Canticorum, in quibus Salo-

Digitized by Google

mon ſemel vſus eſt nomine *Lilium*, Hebraicè חבצלת : & octies nomine *Roſa*, Hebraicè שושנה : & ſemel nomine *Flos*, Hebraicè נצה. Hinc cum tria ſint nomina apud Hebræos ציץ חבצלת שושנה : quorum primum *Flos*, alterum, *Lilium*, tertium *Roſa* reddi oportet ; oſtendit Latinas editiones, & Græcos pariter eorum ſignificationem peruertere. *Lilium* reddentes שושנה, *Florem* autem חבצלת &c. *Septima annotatio* אשישה *Phiala* ; vbi nomen Hebræum אשישות, extremum verſus Cantici Canticorum 2. 5. & verbum paritèr Hebręum רפדוני, verſus ſequentis initium, examinantur. Et non : *Stipare*, verbum, neque *Floribus* nomen, vertendum : at verò *Phialis* nomen, verbum autem *Reclinare*, reddendum : ſubijciuntur & ſupponuntur rationes. Atque inibi, *Reclinare in pomis*, & *Phialis ſuſtentare* : myſticè quid ſignificent, expromitur. Ac tum pręterea nomen tertij verſus אהבה nouè interpretatur, & declaratur. *Octaua & vltima annotatio* צמה *Cincinni* ; vbi enodantur loci tres Cantici Canticorum, in quibus Salomon nomine צמה vſus eſt : quod hactenus in Græcis Exemplaribus, aliàs *pulchritudo*, aliàs *reticulum*, & aliàs *taciturnitas* redditum fuit : & Author *Cincinnos* conuertit. Atque ibi locus Iſaiæ, cap. 47. declaratur, vbi idem nomen צמה, Græci *tegumentum* tranſtulerunt. Et quid apud Iſaiam, & quid in Cantico *Cincinni* ſignificent, expromitur. Duoque loci enucleantur, in quibus Salomon nomine קוצות vſus eſt : quod hactenus in Græcis Codicibus *Cincinnos*, redditum fuit, & Author *Comam* vertit.

Ανὴρ προσφέρει ἐκ καρποῦ αὐτοῦ, τὰ χίλια τὰ ἀργύρα.
Ἀμπελών μου, ἡ ἐμοῦ ἐναντίον μου,
Τὰ χίλια σοὶ εἰρηνικῷ,
Καὶ διακόσια τοῖς φύλαξι τὸν καρπὸν αὐτοῦ.

Vbi quamuìs duæ eſſe Vineæ videantur, diſtinctæ perſonis, interpunctæ ſermonibus, vnam tamen dumtaxat Vineam Domini exercituum eſſe, oſtendit. *Quinta annotatio* רעה, *alere*, *paſcere*, *gubernare &c.* ſeu רעי *Paſtor meus*, vel רעיתי *Paſtrix mea*. Hinc illa verba איכה תרעה איכה תרבץ probat eſſe vertenda : *Quomodo paſcis*, *quomodo recubare facis*. πῶς ποιμαίνεις, πῶς κοιτάζεις. Hoc eſt, quomodo regis, quomodo gubernas populum electum, quomodo contines æſtuante meridie, reprobrorum flagrantibus vitijs. Non autem : *Vbi paſcas*, *vbi cubes* ; vt Vulgata habet Latina editio, & omnes Latinorum Codices, & Græcorum. *Vbi* enim apud Hebræos explicatur per vocem איפה, ſicut Geneſ. 37. 16. Cùm Ioſeph popoſcit, vbi fratres paſcerent : הגידה נא לי איפה הם רועים hoc eſt : *Indica mihi vbi nunc illi paſcunt*. Et ſic Author diſcurrit ſuper tredecim loca Cantici Canticorum, in quibus Salomon nouies vſus eſt nomine *Paſtrix mea*, Hebraicè רעיתי : & ſemel nomine *Paſtores* Hebraicè רעים : & ſemel nomine *Paſtor meus*, Hebraicè רעי : atque ſemel gerundio, (vt Grammatici vocant) verbi *Paſco*, Hebraicè לרעות, *ad paſcendum*, vel *vt paſcat* : & iterum ſemel eiuſdem verbi participio הרעה, *paſcens*, vel *qui paſcit*. *Sexta annotatio* שושנה *Roſa*, vbi exponit loca duodecim Cantici Canticorum, in quibus Salo-

Digitized by Google

caſione quædam circa Antiochi Epiphanis geſta, & Græcæ verſionis originem obſeruantur. VIII. Antiquiſſimus, idemque obſcurus Veteris Synagogæ ritus פרוש על שמע *Exponendi ſuper ſchemaa*, & quid circa illum egerint Ἀρχισυνάγωγοι, ex Hebræorum Scriptis ſatis clarè explicatur: Qua occaſione genuinus ſenſus dicti valdè illuſtris: Deut. 6. 4. *Dominus Deus noſter: Dominus vnus*, ex veterum Iudæorum ſententijs eruitur ad plurium locorum Noui Fœderis illuſtrationem. IX. Solemnia Synagogæ, quæ ad declarandam Actionem עבור לפני התיבה *tranſeundi coram Arca* faciunt, enarrantur, quantum illa pertinet ad Synagogæ Antiſtites. X. Diſquiritur, quid Archiſynagogi veteres in Synagoga præſtiterint circa lectionem atque interpretationem legis. XI. Incipit Tractatus de Concionum apud veteres Iudæos habitarum natura, quamobrem genuinus ſignificatus vocabuli דרש producitur; Diſquirendi, diſputandi docendique conſuetudines per Quæſtiones & Reſponſiones explicantur, & complurimis noui Fœderis dictis conferuntur. XII. Modus concionandi per ἀλληγορίας, παραβολὰς, αἴνους, ſimplicem etiam veritatis propoſitionem, qui apud populum Hebræorum in vſu fuit, traditur & cum concionibus Chriſti & Apoſtolorum comparatur, quarum etiam quædam ſpecimina adducuntur. XIII. Agitur prolixè de circumſtantijs locorum, in quibus conciones habitæ ſunt, & temporum, quæ ijs habendis erant deſtinata. Traditur quoque inſignis Concionum veteri in Synagoga dictarum differentia, examinata paulò preſſius earum origine & ve-

ra

V

1318 VITRINGA CAMPEGIVS, Author heterodoxus, exarauit librum inſcriptum

Archiſynagogus obſeruationibus nouis illuſtratus: Quibus veteris Synagogæ Conſtitutio tota traditur, inde deducta Epiſcoporum Presbyterorumque primæ Eccleſiæ origine. Excuſ. Franequeræ, an. 1685. in 4. Lemmata Capitum, quæ hoc libro continentur, ſunt: Cap. I. Nomen & origo Paſtorum traditur ex פרנסים Paſtoribus veteris Synagogæ. II. Ioannis Ligtfooti & Samuelis Petiti ſententiæ de veteri Synagogæ conſtitutione examinantur. III. Officia τῶν עשרה בטלנים *Decem Otioſorum*; ſpeciatim verò פרנסי צבור *Paſtorum Synagogæ* explicantur. III. Τῶν חזנים vel *Miniſtrorum*, & שליחי צבור *Nunciorum Synagogæ* Nomina & Officia diligenter expenduntur: Simul examinatur Ligtfooti ſententia de Vocis ἐπισκόπου origine ex חזני הכנסת. V. Genuina vocis ἐπισκόπου ſignificatio traditur, maximè verò ea, quæ in Epiſtolis Paulinis obtinet. VI. Prima τῶν ἀρχισυναγώγων officia circa preces, in Synagoga fuſas, expenduntur. De Sudario, eiuſque vſu, & agitatione latè differitur; ſimul huius conſuetudinis reliquiæ in Orarijs Epiſcoporum & Diaconorum primitiuæ Eccleſiæ oſtenduntur. VII. Officia τῶν ἀρχισυναγώγων circa lectionem Prophetarum recenſentur, eorumque primum quod eſt, Lectorem Prophetarum deſignare, explicatur; ſimul verò Haphtararum origo, eiuſque cauſæ & tempus adſtruuntur, examinata vulgari Iudæorum de ijs opinione; qua oc-

Digitized by Google

ria tàm criminali, quàm ciuili, quæ Archiſynagogis ratione ſui officij in ſolidum negatur. Oſtenditur quoque hanc non inferre *Flagellationem*, addita ratione, cur ea in Chriſtianis Conuentibus locum non habuerit. Temperamenta denique huius ſententiæ producuntur. XVIII. Sacramentorum adminiſtratio, præſertim *Circumciſionis* & *Proſelytorum Baptiſmi*, negatur Archiſynagogis; vindicatur verò Eccleſię Epiſcopis, adiecta ratione illius diſcrepantiæ manifeſta; *Vnctio*, quam D. Iacobus vult, Eccleſiæ Presbyteri præſtituri ſint infirmis, explicatur, examinata *Seldeni* ſententia, & illuſtrato illuſtri loco ex Epiſtola Adriani apud Vopiſcum in Saturnino. XIX. Adſtruitur, Ordinationem Presbyterorum Synagogę non à toto Cœtu, ſed alijs Presbyteris factam conſentientibus etiam priſcæ Eccleſiæ conſuetudinibus. Miſcellanea quoque alia huc facientia traduntur. XX. & vltimo Capite, Nomina cùm Synagogæ Præfectorum, tùm Presbyterorum Eccleſiæ, quæ expoſita in præcedentibus erant, verbo repetuntur; cætera etiam, quorum nulla hactenus facta mentio, adducuntur & illuſtrantur.

Y

1319 YVO Pariſinus Capucinus, literarum monimentis conſignauit

Digeſtum Sapientiæ, in quo habetur ſcientiarum omnium rerum Diuinarum atque humanarum nexus, & ad prima Principia reductio. Opus in tres *Tomos* diſtributum. Vbi plura de Iudæis pertractat. Excuſ. Pariſijs anno 1659. in fol.

ra ratione ſimul cum conſuetudinibus alijs, eò facientibus. Denique ſumma conuenientia, quæ inter Conciones veteris Synagogæ & primæ Eccleſiæ Chriſtianæ eſt, ſatis clarè oſtenditur. XIV. Perſonæ, quibus poteſtas erat concionandi, expenduntur: Diſquiriturque num veteres Archiſynagogi fuerint concionati, & conciones partem fecerint muneris τῶν Ἀρχισυναγώγων vel aliorum Synagogæ membrorum ordinariam: Dein de concionandi libertate diſſeritur, indicatis circa eam Archiſynagogorum officijs, ac inter Archiſynagogos veteres, & Eccleſiæ primæ Epiſcopos comparatio inſtituitur, expoſito præter alia illuſtri loco 1. *Tim.* v. 17. XV. Poteſtas excommunicandi apud veteres Hebræos maximè vindicatur Archiſynagogis, additis illius iuris temperamentis extra Captiuitatem, varijs. Excommunicationis origo prima, natura, cauſa, ſpecies ἐν παρόδῳ indicantur, & præcipua cum conſuetudinibus Eccleſiæ Chriſtianæ primorum ſæculorum comparantur. XVI. Diſputatur de Flagellatione in Synagogis, quam ſacri Scriptores non vno in loco memorant. *Theodori Bezæ*, & *Hugonis Grotij* examinantur opiniones, ijſque inuitis hoc ſupplicij genus in Synagogis in locum Excommunicationis inſtitutum & exercitum demonſtratur, Cœtuſque ſacri Præsbyteris tribuitur. Simul ratio redditur, cur Chriſtus nunquam legatur Excommunicatus in Hiſtorijs Euangelicis; & non aliam fuiſſe opinatur, quàm quòd Iudæi habuerint Chriſtum pro ſapiente maximi nominis, qualis excommunicandus apud ipſos nullus erat. XVII. Diſputatur de Poteſtate Iudicia-

Digitized by Google

INDEX NOMINVM OMNIVM SCRIPTORVM, QVI IN BIBLIOTHECA LATINO-HEBRAICA CONTINENTVR.

A

ABdias *Prætorius*. Pagina 295.
Abdias *Widmarius*. 296.
Abraham *Bardaſcenadad*. 1.
Abraham *Gibelius*. 296.
Abrahamus *Bucholcerus*. ibid.
Abrahamus *Milius*. 298.
Adam. ibid.
Adamantius *Eremitanus*. 1.
Adamas. 298.
Adamus *Aigenler*. ibid.
Adamus *Eſton*. 1. 298.
Adamus *Reiſnerus*. 1.
Adrianus *Crommius*. 299.
Adrianus *Finus*. 1.
Adrianus *Houtuyn*. ibid.
Adrianus *Iunius*. 2.
Adrianus *Scrieckius*. 299.
Ægidius *Bucherius*. ibid.
Ægidius *Muiſis*, 300.
Ægidius *Viterbienſis*. 2.
Agatius *Guidacerus*. ibid.
Agobardus. ibid.
Alanus. ibid.
Albertus *de Albertis*. 300.
Albertus *de Farias*. ibid.
Albertus *Nero*. ibid.
Albertus *Vogtius*. ibid.
Alexander *Aleſius*. ibid.
Alexander *Cornelius*. ibid.
Alexander *Nouuellus*. 301.
Alexander *Roſſæus*. 3.
Alhardus *de Raadt*. ibid.
Alhardus *Vchtmannus*. 301.
Aloyſius *Lippomanus*. ibid.
Alphonſus *Bonus-homo*. 3.
Alphonſus *à Caranza*. ibid.
Alphonſus *Fernandez*. 301.
Alphonſus *Ramon*. ibid.
Alphonſus *Toſtatus*. 302.
Alphonſus *de Zamora*. 3.
Amandus. 302.
S. Ambroſius. ibid.
Ambroſius *Calepinus*. 303.
Ambroſius *Frichius*. ibid.
Ambroſius *Ianuier*. 4.
Ambroſius *de Pennaloſa*. 303.

Am-

Antonius *Iordinus*. 7.
Antonius *Kerbechius*. 314.
Antonius *à Matre Dei*. ibid.
Antonius *Millieus*: 315.
Antonius *Mirandola*. ibid.
Antonius *de Nebrixa*. ibid.
Antonius *Palmonius*. 316.
Antonius *Poſſeuinus*. 8.
Antonius *Probus*. 316.
Antonius *Reuchlinus*. 8.
Antonius *Riciardus*. 316.
Antonius *Teiſſerius*. ibid.
Antonius *le Waitte*. ibid.
Antonius *Zapata*. 317.
Apion. ibid.
Archangelus *de Burgo nouo*. 8.
Archibaldus *Simſonius*. 317.
Ariſteas. ibid.
Ariſto. ibid.
Arnoldus *Bootius*. ibid.
Arnoldus *Luydius*. ibid.
Arnoldus *Pontanus*. ibid.
Artapanus. ibid.
Aſclepius. 318.
S. Athanaſius. ibid. 8.
Athanaſius *Iunior*. 318.
Athanaſius *Kirckerus*. 9.
Auguſtinus *Iuſtinianus*. 11. 321.
Auguſtinus *Steuchus*. 11.
Auguſtinus *Ticinenſis*. 321.
Auguſtinus *Torniellus*. ibid.
Auguſtus *Pheifferus*. 325.
Auguſtus *Varenius*. 11.
S. Aurelius *Auguſtinus*. ibid.
Aurelius *Prudentius*. ibid.

B

BAlthaſſar *Babelius*. 325.
Balthaſſar *Blochuuitzius*. ibid.
Bartholomæus *Badebuſchius*. ibid.

Ambroſius *Reudenius*. ibid.
Ambroſius *Spiera*. 304.
Ambroſius *Theſeus*. ibid.
Anaſtaſius *Abbas*. 4. 304.
Andreas *Acoluthus*. 304.
Andreas *Althamerus*. ibid.
Andreas *Baccius*. 305.
Andreas *Beyerus*. ibid.
Andreas *de Boeye*. ibid.
Andreas *Camutius*. 4.
Andreas *Capella*. 305.
Andreas *Gemepius*. 306.
Andreas *Gomaz*. ibid.
Andreas *Heluigius*. ibid.
Andreas *Maſius*. 4.
Andreas *Maſſa*. 306.
Andreas *Placus*. 4.
Andreas *du Rier*. 306.
Andreas *Sennertus*. 4.
Andreas *Willetus*. 5.
Andronicus. 5.
Angelus *Caninius*. ibid. 306.
Angelus Gabriel *Anguiſciola*. ibid.
Angelus *Hieroſolymitanus*. 5.
Angelus *de Sonneno*. 307.
Anna Maria *à Schurman*. 6.
Anonymi. ibid. 307. & ſeqq.
S. Anſelmus. 313.
Anſelmus *N*. 6.
S. Antoninus. 7.
Antoninus *Stabili*. ibid.
Antonius *de Angelis*. 313.
Antonius *ab Aquila*. ibid.
Antonius *Aranda*. 7.
Antonius *Byneus*. 313.
Antonius *Bonromæus*. 7.
Antonius *Bruciolus*. ibid.
Antonius *Ceuallerius*. ibid.
Antonius *Giggeius*. ibid.
Antonius *Le Grand*. 314.
Antonius *Hulſius*. 7. 314.

Digitized by Google

Chriſtianus *Maſſeus*. 25.
Chriſtianus *Matthæus*. 331.
Chriſtianus *Matthias*. 25.
Chriſtianus *Noldius*. ibid.
Chriſtianus *Rauius*. 331.
Chriſtianus *à Ronſeroth*. 332.
Chriſtianus *Wechelus*. 25.
Chriſtodolus. ibid.
Chriſtophorus *Angelus*. 26.
Chriſtophorus *à S. Antonio*. ibid.
Chriſtophorus *Cartuurigheus*. 332.
Chriſtophorus *Cellarius*. 26.
Chriſtophorus *Crineſius*. 333.
Chriſtophorus *Hanierus*. ibid.
Chriſtophorus *Hegeſippus*. 26.
Chriſtophorus *Heidmannus*. 333.
Chriſtophorus *Heluicus*. 26. 333.
Chriſtophorus *Hendreichius*. 334.
Chriſtophorus *Hofmannus*. ibid.
Chriſtophorus *Irinæus*. ibid.
Chriſtophorus *Lauretus*. 26.
Chriſtophorus *Mandelius*. 334.
Chriſtophorus *Noldius*. 26.
Chriſtophorus *Ott*. 334.
Chriſtophorus *Pezelius*. ibid.
Chriſtophorus *Santotis*. 26.
Chriſtophorus *Scheiblerus*. 334.
Chryſoſtomus *à Capranica*. ibid.
Chryſoſtomus *à Viſitatione*. 335.
Chryſoſtomus *Zanchius*. 27.
Claudius *Capella*. ibid.
Claudius *Chronologus*. 336.
Claudius *Duretus*. 27.
Claudius *Fraſſenius*. ibid.
S. Clemens *Pont. Max*. 336.
Clemens VIII. *P. M.* ibid.
Clemens *Alexandrinus*. 28.
Cnæus *Cornelius*. ibid.
Conradus *Aſlacus*. 337.
Conradus *de Fagis*. ibid.
Conradus *Geſnerus*. 28.

Con-

Bartholomæus *Iſcanus*. ibid.
Bartholomæus *Keckermannus*. ibid.
Bartholomæus *Mayerus*. ibid.
Bartholomæus *Scheræus*. 12.
Bartholomæus *Stenus*. 325.
Bartholomæus *Valuerdius*. 12.
S. Baſilius. ibid.
Beda *Venerabilis*. 325.
Benedictus *de Accoltis*. 329.
Benedictus *Arias Montanus*. 12.
Benedictus *Blancuccius*. 13.
Benedictus *à S. Germano*. ibid.
Benedictus *Poſcantinus*. ibid.
Bernardinus *de Buſtis*. ibid.
Bernardinus *Ochinus*. ibid.
S. Bernardinus *Senenſis*. 329.
Bernardus *Cliuerius*. 13.
Bertramus *Iſaacus*. 14.
Blaſius *Viegas*. 329.
Bonauentura Cornelius *Bertramus*. 14.
Bonauentura *Hepburnus*. ibid.
Bonifacius *Simonetta*. 329.
Brianus *Waltonus*. 14. 329.

C

CÆcilius *Cyprianus*. 15.
Cæſar *Æuolus*. ibid.
Cæſar *Baronius*. ibid.
Carolus *Alphanus*. 24.
Carolus *de Fabris*. ibid.
Carolus *Monteſa*. ibid.
Carolus *Sigonius*. ibid.
Caſpar *Ledebubrius*. ibid. 362.
Cedmonus *Simplex*. 330.
Chriſtianus *Adrichomius*. 25.
Chriſtianus *Auianus*. 331.
Chriſtianus *Bornitius*. 25.
Chriſtianus *Groſſius*. 331.
Chriſtianus *Keimannus*. ibid.
Chriſtianus *Kortholtus*. ibid.

Digitized by Google

Didacus *Humadas*. ibid.
Didacus *de Ledeſma*. ibid.
Didacus *de Leon*. 35.
Didacus *Lopez*. ibid.
Didacus *Martinez*. ibid.
Didacus *Ramirez*. ibid.
Didacus *de Zuinga*. ibid.
Dimas *Saenz*. ibid.
Diodorus *Tarſenſis*. ibid.
Dionyſius *Amoeloth*. ibid.
Dionyſius *Iubero*. 36.
Dionyſius *Petauius*. ibid. 341.
Dionyſius *de Riuis*. 342.
Dionyſius *Voſſius*. 36.
Dominicus *Garzias*. ibid.
Dominicus *Ginnaſius*. ibid.
Dominicus *Grauina*. 342.
Dominicus *Marchionus*. 36.
Dominicus *à SS. Trinitate*. 344.
Dominicus *Vlertinus*. 346.
Dorotheus *Louſſius*. 36.

E

ECkbertus *Abbas*. 346.
Edmundus *Caſtellus*. 37.
Edo *Robes*. ibid.
Edoardus *Brereuuodius*. ibid.
Eduardus *Leigh*. ibid.
Eduardus *Pocockius*. ibid. 346.
Edzardus *Hamburgenſis*. 38.
Eldanus *de Parchun*. 347.
Elias *Hutterus*. 38. 347.
Elias *Schadæus*. 38.
Elias *Schnegaſſen*. 347.
Emanuel *Sà*. 38.
Emanuel *à Schelſtrate*. 347.
E. *P. R.* 38.
Ephrem *Magnus*. ibid.
Erhardus *Schieggius*. ibid.
Erhardus *Winheim*. 39.

Conradus *Huſerus*. ibid.
Conradus *Kirkerus*. ibid.
Conradus *Lycoſthenes*. 337.
Conradus *Neander*. ibid.
Conradus *Pellicanus*. 28.
Conſtantinus *Aphricanus*. 29.
Conſtantinus *L' Empereur*. ibid. 337.
Cornelius *à Beughem*. 337.
Cornelius *Cornelij à Lapide*. 338.
Cornelius *Graſerus*. ibid.
Cornelius *Gualtherius*. ibid.
Coſmus *Philiarchus*. 30.
S. Cyprianus Vid. Cæcilius.
Cyprianus *Benedictus*. ibid.
Cyprianus *de la Huerga*. 338.
Cyprianus *Valerius*. 339.
S. Cyrillus *Alexandrinus*. 30.

D

DAniel *Abbas*. 339.
Daniel *Angelocrator*. ibid.
Daniel *Bombergus*. 33.
Daniel *Cramerus*, ſeu *Mercator*. 339.
Daniel *Paræus*. ibid.
Daniel *Schuuenterus*. 33. 340.
Dauid *Chitræus*. 340.
Dauid *Clericus*. ibid.
Dauid *Clodius*. 34.
Dauid *Graſunderus*. 340.
Dauid *Hoeſchelius*. ibid.
Dauid *Kiberus*. 34.
Dauid *Schram*. 340.
Dauid *Vuolderus*. ibid.
Democritus *Hiſtoricus*. 34.
Deſiderius *Eraſmus*. 340.
Deſiderius *Richardus*. 34.
Didacus *de Areda*. ibid.
Didacus *del Caſtillo*. 341.
Didacus *Gabilan Vela*. 34.
Didacus *Gatica*. ibid.

Er-

Digitized by Google

Franciſcus *Moncæius*. 45.
Franciſcus *Mourettus*. 356.
Franciſcus *de Neuuille*. ibid.
Franciſcus *Pomey*. ibid.
Franciſcus *Quareſmus*. 45.
Franciſcus *de Queuedo Willegas*. ibid.
Franciſcus *Raphelengius*. ibid.
Franciſcus *Ribera*. ibid.
Franciſcus *de Robles*. 46.
Franciſcus *le Roy*. 356.
Franciſcus *Rueus*. 46.
Franciſcus *Securis*. ibid.
Franciſcus *Stancarus*. ibid.
Franciſcus *Taylor*. 357.
Franciſcus *Tiſſardus*. 46.
Franciſcus *Titelmanus*. ibid.
Franciſcus *de Torres*. ibid.
Franciſcus *Valerius*. 357.
Franciſcus *Vatablus*. 47.
Franciſcus *Voerſius*. ibid.
Franciſcus *Ximenius*. 48.
Freculphus. 50.
Fridericus *Balduinus*. 358.
Fridericus *Blankenburgius*. 50.
Fridericus *Lanckiſch*. 358.
Fridericus *Mullerus*. 50.
Fridericus *Petrus*. ibid.
Fridericus *Scheretzius*. 358.
Fridericus *Spanhemius*. 50. 358.
Fridericus *Viccius*. 361.
Fulbertus 50.

G

GAbriel *Bremond*. 361.
Gabriel *Bucelinus*. ibid.
Gabriel *à S. Maria*. 50.
Gaſpar *Ammonius*. ibid.
Gaſpar *Fagol*. 51.
Gaſpar *Kummeth*. 362.
Gaſpar *Ledebubrius*. ibid. 24.
Gaſ-

Erneſtus *Heſſenius*. ibid.
Eſdras *Edzardus*. 348.
Euagrius. 39.
S. Eucherius. ibid.
Eupolemus. 348.
Euſebius *Cæſarienſis*. 39.
Euſebius *Hemſenis*. 40.
Euthymius *Zigabenus*. ibid.
Ezechiel *Spanhemius*. 348.

F

FAbius *Licinus*. 40.
Fabritius *Capito*. ibid.
Fauſtinus *Taſſus*. ibid.
Fauſtus *Verantius*. 348.
Felix *Pratenſis*. 40.
Figuerola *Valentinus*. ibid.
Flauius *Ioſippus*. ibid.
Fleurius. 348.
Fortunatus *Fanenſis*. 349.
Franciſcus *Agricola*. ibid.
Franciſcus *Alcobacenſis*. 40.
Franciſcus *Boutonus*. ibid.
Franciſcus *Carbonus*. ibid.
Franciſcus *Carriere*. 349.
Franciſcus *Donatus*. 41.
Franciſcus *Feuardentius*. 42.
Franciſcus *Forerius*. ibid.
Franciſcus *Garſia*. 43.
Franciſcus *Gomarus*. ibid. 335.
Franciſcus *de la Grange*. 43.
Franciſcus *Griſendus*. ibid.
Franciſcus *Haræus*. 356.
Franciſcus *ab Huſen*. 43.
Franciſcus *Iunius*. 44. 356.
F. M. B. *ab Helmont*. 44.
Franciſcus *Maceratenſis*. ibid.
Franciſcus *Machadus*. ibid.
Franciſcus Maria. ibid.
Franciſcus Maria *Maggius*. ibid.

Digitized by Google

Gerardus *Mercator*. 367.
Gerardus *Weltuuickius*. 54.
Gilbertus *Anglus*. 370.
Gilbertus *Gallus*. 54.
Gilbertus *Filbolius*. 370.
Gilbertus *Gaulminus*. 54.
Gilbertus *Genebrardus*. ibid.
Gilsbertus *Abbas*. 57.
Godefridus *Mullerus*. 370.
Godeſcalcus *Prætorius*. ibid.
Godofredus *Delphenſis*. 57.
S. Gregentius. 58.
Gregorius XIII. *Pont. Max.* 370.
Gregorius *Boncompagnus*. 62.
Gregorius *Compagnus*. ibid.
Gregorius *Gregorij*. 370.
Gregorius Michael. ibid.
S. Gregorius *Niſſenus*. 63.
Gregorius *Syrus*. 370.
Guibertus *Abbas*. ibid.
Guido. ibid.
Guido Fabricius *Boderianus*. 64.
Guilielmus *Alabaſter*. ibid.
Guilielmus *Beueregius*. ibid.
Guilielmus *de Champeaux*. ibid.
Guilielmus *Coddæus*. ibid.
Guilielmus *Francus*. ibid.
Guilielmus *Hamerus*. 65.
Guilielmus Henricus *Vorſtius*. ibid.
Guilielmus *Langius*. 370.
Guilielmus *Lindanus*. 65.
Guilielmus *Outramus*. 373.
Guilielmus *Poſtellus*. 66.
Guilielmus *Robertſon*. 374.
Guilielmus *Schickardus*. 67.
Guilielmus *Totanus*. 68.
Guilielmus *Tyrius*. ibid.
Guilielmus *Veluodius*. ibid.
Guilielmus *Zepperus*. ibid.
Guſtauus *Peringerus*. ibid.
Gaſpar *Pomadaneus*. 51.
Gaſpar *Sanctius*. 362.
Gaſpar *Scioppius*. ibid.
Gaſpar *Seidelius*. 51.
Gaſpar *Varerius*. 362.
Gaſpar *Waſerus*. 51.
Georgius *Agricola*. ibid.
Georgius *Barth*. ibid.
Georgius *Benignus*. 51.
Georgius Caſpar *Kirchmaierus*. ibid.
Georgius *Caſſander*. 52.
Georgius *Chryſococca*. 363.
Georgius *Crouſerus*. ibid.
Georgius *Crucigerus*. ibid.
Georgius *Cſipkes*. 52.
Georgius *Draudius*. 364.
Georgius *Faber*. 52.
Georgius *Gentius*. ibid.
Georgius *Groſſehain*. 364.
Georgius *Hammon*. ibid.
Georgius *Holzhaius*. 52.
Georgius *Hornius*. 364.
Georgius *Konig*. 366.
Georgius *Maior*. ibid.
Georgius Matthias *Konigius*. ibid.
Georgius *Mayr*. 53.
Georgius Michael *Amira*. ibid.
Georgius *Nigrinius*. 366.
Bartholomæi Keckermanni, *Siſtema Grammaticę Hebrææ.*
Benedicti Blancuccij, *Inſtitutio in Linguam Sanctam Hebraicam.*
Bonauenturæ Hepburni, *Lexicon linguæ Sanctę ſuccinctum.*
Chriſtiani Auiani, *Tractatus de lingua Hebręa.*

Edmundi

Gaſparis Seidelij, *Tres manipuli linguæ Sanctæ.*
Gaſparis Vvaſeri, *Archetypus Grammaticæ Hebrææ.*
Georgij Crouſeri, *Phoſphorus Græcarum vocum, &c.*
Georgij Crucigeri, *Harmonia linguarum IV. &c.*
Georgij Cſipkes, *Schola Hebraica.*
Georgij Fabri, *Inſtitutiones Grammaticę Hebręæ.*
Georgij Holzahi, *Introductio methodica in linguam Sanctam.*
Grammatica, & Lexicon Hebraicum.
Georgij Mayr, *Inſtitutiones linguæ Sanctæ.*
Georgij Michaelis Amiræ, *Grammatica Syriaca.*
Georgij Rodentami, *De accentuum Hebræorum vſu Muſico, &c.*
Georgij Samuelis Dorſellij, *Tyrocinium accentuationis ad lectionem Biblicam, &c.*
Georgij Vveigammeieri, *Abbreuiaturę Hebræorum.*
Inſtitutiones linguæ Hebraicæ.
Gerardi Gonthi, *Tres linguę, Latina, Gręca, & Hebraica illuſtrata.*
Gilberti Genebrardi, *Iſagoge de legenda, & intelligenda Hebræorum, & Orientalium ſine punctis ſcripta, &c.*
Abſoluta linguæ Sanctæ inſtitutio, &c.
Scholia, & Tractatus quatuor in Grammaticam Hebræam Clenardi, &c.
Alphabetum Hebraicum.
Godeſcalchi Prætorij, *Grammatica Hebræa.*
Gregorij Gregorij, *Lexicon Sanctum ex ipſius Sacræ Scripturæ explicationibus, &c.*
Guidonis Fabritij Boderiani, *Dictionarium Syro-Chaldaicum.*
Guilielmi Beueregij, *Diſſertatio de linguarum Orientalium præſtantia, & vſu.*
Guilielmi Coddæi, *Notę ad Grammaticam Hebręam Martini Nauarri.*
Guilielmi Franchi, *Sole della lingua Santa.*
Alphabetum Hebraicum.
Guilielmi Poſtelli, *Alphabetum, Introductio, & legendi modus, linguarum duodecim, &c.*
Guilielmi Rubertſon, *Manipulus linguæ Sanctæ.*
Guilielmi Schickardi, *Inſtitutiones linguæ Hebrææ.*

Horo-

Edmundi Caſtelli, *Lexicon Heptaglotton Hebraicum, Chaldaicum, &c.*
Eliæ Hutteri, *Cubus Alphabeticus Sanctæ Hebrææ linguæ.*
Cubus Alphabeticus, vel Lexici Hebraici nouum Compendium Tetragonon.
Dictionarium harmonicum, Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, &c.
Eliæ Shadæi, *Grammatica Hebræa.*
Eliæ Schnegaſſen, *Tabula Synoptica de Accentibus Hebræorum.*
E. P. R. H. *Documenta breuia de modo legendi Hebraicè.*
Erhardi Schieggij, *Carmen Hebraicum, &c.*
Fabritij Capitonis, *Inſtitutiones linguæ Hebraę.*
Fauſti Verantij, *Dictionarium linguæ Sanctæ.*
Franciſci Boutoni, *Lexicon Hebraicum.*
Franciſci Donati, *Poma aurea.*
Carmina Hebræa.
Franciſci Gomari, *Liber de arte Poetica Vet. Teſt.*
Franciſci Iunij, *Grammatica Hebrææ linguę.*
Lexicon Hebraicum.
F. M. B. *Alphabeti verè naturalis breuiſſima delineatio.*
Franciſci Mariæ Maggij, *Syntagmata linguarum Orientalium.*
Franciſci Raphelengij, *Grammatica Hebræa.*
Epitome Theſauri linguæ Hebrææ.
Dictionarium Chaldaicum.
Obſeruationes linguæ Hebręæ.
Franciſci de Robles, *Ratio accentuum omnium ferè dictionum difficilium tàm linguę Latinæ, quam Hebraicæ.*
Franciſci Stancari, *De modo legendi Hebraicè Inſtitutio breuiſſima.*
Grammatica Hebræa.
Franciſci Tiſſardi, *De Hebraicis ſtudijs.*
Grammatica Hebraica.
Friderici Blankenburgij, *Grammatica linguæ Sanctę.*
Friderici Scheretzij, *Animaduerſiones Sacrę, ad Philologiam Sacram pertinentes.*
Gaſparis Ammonij, *Grammatica Hebraica.*
Gaſparis Kummeth, *Schola Hebraica.*
Gaſparis Ledebuhrij, *Grammatica Hebræa.*
Gaſparis Pomadanei, *Scialſceleth hammikràh, Catena lectionis.*
Gaſparis Scioppij, *Mercurius quadrilinguis;*

Digitized by Google

dæa, & Syra.

Ioachimi Rachelij, *Hebdomadale ſtudium linguæ Hebraicæ.*

Compendium ac facilis linguam Sanctam adiſcendi via.

Ioannis Adami Scherzeri, *Nucleus omnium Grammaticarum Hebræarum.*

Ioannis Alexandri Braſſicani, *Inſtitutiones Grammaticæ Hebrææ.*

Ioannis Auenarij, *Grammatica Hebræa.*

Dictionarium Hebraicum.

Ioannis Auguſtini Panthei, *De literis antiquis Hebræorum.*

Ioannis Baldouij, *Oratio auſpicalis de lingua Hebræa.*

Medula Grammaticæ Hebrææ Buxtorfio Erpenio-Troſtianæ.

Specimen ad Medullam Grammaticæ.

Elementare Hebraicum.

Ioannis Balthaſſaris Baumbach, *De antiquitate, & vſu linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, &c.*

Ioannis Baptiſtæ Ferrarij, *Orationes quatuor ad Hebraicum ſtudium pertinentes.*

Ioannis Baptiſtæ Helmontij, *Delineatio Alphabeti verè naturalis Hebraici.*

Ioannis Baptiſtæ Martignac, *Sylua radicum Hebraicarum ordine Alphabetico.*

Ioannis Beſentein, *Libellus Grammaticus Hebraicæ linguæ.*

Ioannis Bonij, *Verſus Hebraici in obitum Bezę.*

Ioannis Bouliſij, *Linguæ Sanctæ Compendium.*

Alphabetum Hebraicum.

Ioannis Bruneri, *Rudimenta Hebraicæ linguæ.*

Ioannis Burdigalenſis, *Synopſis Inſtitutionum Hebraicarum.*

Ioannis Buxtorfij P. *Lexicon Chaldaicum, Talmudicum, & Rabbinicum.*

Lexicon Hebraicum, & Chaldaicum.

Manuale Hebraicum, & Chaldaicum.

Theſaurus Grammaticus linguæ Sanctæ Hebrææ.

Epitome Grammaticæ Hebrææ.

De Abbreuiaturis Hebraicis.

Inſtitutio Epiſtolaris Hebraicas.

Epiſtolarum Hebraicarum Decas.

Grammatica Chaldaica, & Syriaca.

Ioannis Buxtorfij Fil. *Lexicon Chaldaicum, & Syriacum.*

Horologium Hebræum.

Heinrici Galli, *Verſus de radice Hebraica inueſtiganda.*

Helphrici Emmelij, *Sylua quinque linguis vocum, & Phraſium, &c.*

Henrici Bebelij, *De accentibus Hebraicarum dictionum.*

Henrici Decimatoris, *Silua vocabulorum, & Phraſium linguarum Latinæ, Græcæ, & Hebraicę.*

Theſaurus ſex linguarum.

Henrici Dieſtij, *Grammatica Hebræa.*

Clauis linguæ Sanctæ.

Henrici Opitij, *Syriaſmus facilitati, & integritati ſuæ reſtitutus, ſimulque Hebraiſmo, &c.*

Chaldaiſmus Targumico-Rabbinicus.

Henrici Vranij, *Compendium Grammaticæ Hebrææ.*

Hermani Nicolai, *Comparatio linguæ Aramęæ cum Hebræa.*

Hermanni Rennecherij, *Explicatio literarum ſeruilium linguæ Hebraicæ.*

Oratio de linguæ Sanctæ veneranda antiquitate, & dignitate.

Hieronymi Auiani, *Clauis Poeſeos ſacræ.*

Hieronymi Erneſti, *Compendioſa Grammaticæ Hebrææ Introductio.*

Hieronymi Gomboni, *Breue Compendium Artis linguæ Sanctæ addiſcendæ.*

Hieronymi Graciani, *Abecedario de las cinco lenguas Griega, Hebrea, &c.*

Hieronymi Maſſarij, *Grammatica linguæ Hebraicæ.*

Hieronymi Megiſeri, *Specimen quinquaginta linguarum cum earumdem Dictionario.*

Hieronymi Munoz, *Alphabetum Hebraicum cum ratione legendi cum punctis.*

Hieronymi ab Oleaſtro, *Hebraiſmi, ſiue phraſes Hebrææ linguę peculiares.*

Honorij, *Linguarum Orientalium Synopſis.*

Iacobi Altingij, *Fundamenta punctationis linguæ Sanctæ.*

Iacobi Honoldi, *Tabula vniuerſalis affixorum & Coniugationum Hebraicarum.*

Iacobi Humij, *Grammatica Hebræa.*

Iacobi Vvilhelmi, *Elementale Hebraicum.*

Ignatij Bomplani, *Omnes radices Hebraicæ vocum omnium Sac. Bibliorum ad normam Dictionarij Hebraici.*

Immanuelis Tremelij, *Grammatica Chal-*

Differ-

Digitized by Google

Orientale harmonicum.
Lexicon linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ, &c.
Grammatica linguarum earundem.
Dicta Biblica, cum & ſine analyſi Grammatica exhibita, harmonica.
Ioannis Frobenij, *Rudimenta quædam Hebraicæ Grammatices.*
Ioannis Fungeri, *Lexicon Philologicum.*
Ioannis Gabrielis Dreſchſleri, *Manuductio ad Poeſin Hebraicam.*
Ioannis Georgij Groſſij, *Conſilium de linguis Hebr. Græc. & Lat. facile addiſcendis.*
I. H. T. S. B. *Grammatica Hebræa.*
Ioannis Hambræi, *Inſtitutio Hebraica compendioſa.*
Ioannis Haſſenij, *Manuductio compendioſa ad linguam Sanctam.*
Ioannis Henrici Hottingeri, *Grammatica quatuor linguarum, Hebraicæ, Chaldaicæ, &c.*
Grammatica Chaldæo Syriaca, cum appendice Chaldæa, Syra, & Rabbinica.
Grammatica linguæ Sanctæ.
Etymologicum Orientale, ſeu Lexicon harmonicum ἑπτάγλωττον.
Ioannis Henrici Otho, *Lexicon Rabbinico-Philologicum.*
Ioannis Iacobi Friſij, *Rhytmicum carmen breuiſſimum lingua Hebraica in Obitu Hen. Bullingeri.*
Ioannis Iacobi Hofmanni, *Lexicon vniuerſale Hiſtorico-Geographico-Chronologico-Poetico-Philologicum.*
Ioannis Kromaieri, *Compendium Grammaticæ Hebr.*
Ioannis Leuſden, *Clauis Græca noui Teſtamenti.*
Manuale Chaldaicum.
Pauca, & breuia quædam præcepta ad notitiam linguæ Hebrææ, & Chaldææ V. T. acquirendam.
Scholę Syriacæ libri tres; vnà cum Diſſertatione de literis, & lingua Samaritanorum.
Onomaſticum Sacrum.
Lexicon nouum Hebręo-Latinum.
Ioannis Meelfuhereri, *Manuale Lexici Hebraici.*
Synopſis Inſtitutionum Hebraicarum.
Grammatica Hebręa.
Clauis

Diſſertationes Philologico-Theologicæ.
Ioannis Campenſis, *De natura literarum, punctorum, & cæterorum ad linguam Hebraicam pertinentium.*
Ioannis Capnionis, *Rudimenta Hebraica.*
De accentibus, & ortographia linguæ Hebraicæ libb. 3.
Ioannis Caramuelis, *Primus Calamus.*
Inſtitutiones linguæ Hebrææ.
Fauiſſa Hebraica.
Ioannis Carræi, *Verſus Hebręi in obitum Bezæ.*
Ioannis Caradami, *Alphabetum linguæ Sanctę, myſtico intellectu refertum.*
Ioannis Chardani, *Inſtitutiones linguæ Hebrææ.*
Ioannis Chifletij, *Apologetica Parænesis ad linguam Sanctam.*
Ioannis Chriſtophori Kohanſi, *Grammatica Hebræa biformis.*
Ioannis Chriſoſtomi Zanchi, *Alphabetum dictionum, ac vocum Sacræ Scripturæ, Græcum, Latinum, Hebraicum, &c.*
Ioannis Claij, *Proſodia de Syllabarum quantitate, apud Latinos, Græcos, & Hebræos.*
Ioannis Coccei, *Lexicon, & Commentarium ſermonis Hebraici, & Chaldaici V. T.*
Ioannis Dinkelij, *Epitome Grammaticæ Hebraicæ.*
Ioannis Droſſæi, *Epitome, & Partitiones Grammaticæ Latinæ, Græcæ, Gallicæ, & Hebraicæ linguæ.*
Ioannes Druſij, *Opuſcula Grammaticalia.*
Grammatica Hebræa ad vſum Academiæ Franekeranæ.
Grammatica Chaldæa.
Notæ in Grammaticam Clenardi.
De literis משה וכלב *ſeruilibus libri duo.*
Ioannis Eerhardi Buſmanni, *Oratio de genio linguę Hebrææ.*
De antiquis Hebræorum literis.
Ioannis Erneſti Gerhardi, *Enchiridion Lexici Pentaglotti harmonici linguarum Hebręæ, Chaldææ, Syriacæ, &c.*
Ioannis Erneſti Oſtermanni, *De mutatione punctorum Hebræorum generali, Fundamenta quatuor explicata.*
Ioannis Foeckleri, *Fundamenta ad linguam Sanctam accuratè docendum.*
Ioannis Forſteri, *Dictionarium Hebraicum.*
Ioannis Friderici Nicolai, *Hodogeticum*

Digitized by Google

guam Hebraicam.

Ioannis Stancari, *De re Grammatica Hebræorum.*

Ioannis Theodori Frenkel, *Diſputatio Philologica.*

Ioannis Væuræi, *Carmen Hebræo-Latinum in Theſauro linguæ Sanctæ Pagnini.*

Ioannis Vallenſis, *De Proſodia Hebræorum.*

Ioannis Vvilhelmi Hillegeri, *Summarium linguæ Sanctæ.*

Ioannis Zechendorffij, *Circuli coniugationum ad linguas Hebræam, Chaldæam, Syriacam, & Arabicam.*

Ioſue le Vaſſeur, *Grammatica Hebraica.*

Iſaaci Caſauboni, *De lingua Hebræa, & Saxonica liber.*

Iſaaci Gronbeccij, *De Accentibus Hebræorum.*

Iuignei de Broiſſiniere, *Dictionaire Theologiq; Hiſtoriq; Poetique, Coſmographique, & Chronologique.*

Iuliani Troterelli, *Breuis linguæ Sanctæ Inſtitutio.*

Laurentij Fabritij, *Metrica Hebræorum.*

Laurentij Friſij, *Epitome Proſodiæ Hebraicæ.*

Laurentij Holbeke, *Dictionarium Hebraicum.*

Laurentij Hunfredi, *Index in Forſteri Lexicon Hebraicum.*

Laurentij Villauicentij, *De laudibus linguæ Hebrææ.*

Lauri Quirini, *Introductio ad linguam Sanctam.*

Lopez, *Grammatica Hebræa.*

Lucæ Martini, *Vocabulorum Latino-Germanicorum congeries rythmica, vocabulis Græcis, & Hebraicis aucta, &c.*

Lucæ Oſiandri, *Compendium Grammaticæ Hebrææ.*

Lucæ Vvadingi, *De Hebraicæ linguæ origine, præſtantia, & vtilitate.*

Ludouici Capelli, *Animaduerſiones ad nouam Dauidis lyram de poeſi Hebraica.*

Oratio de SS. Dei nomine Tetragrammato יהוה *ac genuina eius pronunciatione.*

Ludouici de Dieu, *Compendium Grammaticæ Hebrææ.*

Grammatica trium linguarum, Hebraicæ, Syriacæ, & Chaldaicæ.

Ludouici à S. Franciſco, *Globus Canonum, & arcanorum linguæ Sanctæ, ac diuinæ Script.*

Clauis linguæ Hebraicę.

Ioannis Mercerij, *Tabulę in Grammaticam linguæ Chaldææ.*

Grammatica Chaldaica cum Tractatu de Abbreuiaturis Hebraicis.

Notæ in Theſaurum linguæ Sanctæ Pagnini.

Ioannis Michaelis Dilheri, *Atrium linguæ Sanctæ Hebrææ.*

Ioannis Morini, *Opuſcula Hebræo-Samaritana.*

Ioannis Paſtritij, *Dictionarium Hebraicum, Mathematicum, & Philoſophicum.*

Addictiones ad Manuale Buxtorfij.

Grammatica Hebraica cum faciliori methodo ad eam addiſcendam citius ab alijs diſtincta.

Grammatica Chaldaica, & Syriaca relatè ad Hebraicam.

Alphabeta plurima linguarum, & dialectorum, nempe Samaritanum, Hebraicum, Rabbinicum, &c.

Ioannis Pauli Deuberi, *De vtilitate, & neceſſitate linguæ Hebraicæ.*

Ioannis Piſcatoris, *Rudimenta linguæ Hebraicæ.*

Ioannis Plantauitij, *Planta vitis, ſeu Theſaurus ſynonimicus Hebraico-Chaldaico-Rabbinicus.*

Ioannis de Prato, *Dictionarium Hebraicum.*

Ioannis Prætorij, *Hebraiſmus reſtitutus.*

Ioannis Quinquarborei, *De re Grammatica Hebræorum Opus.*

Liber de Notis Hebræorum.

Notæ in Grammaticam Hebræam Clenardi.

Verſus Hebræi in laudem Coſmographiæ Theueti.

Ioannis Rendtorfij, *Lexicon Hebraicum, Chaldaicum, & Talmudicum.*

Ioannis de Robles, *De ratione accentuum, ſeu dictionum Linguæ Latinæ, & Hebraicæ.*

Ioannis de Rouu, *Inſtitutiones linguæ Hebrææ.*

Ioannis Rudbekij, *De re Grammatica Hebræorum.*

Ioannis Ruſtij, *Tabulæ Synopticæ linguæ Sanctæ Etymologiam monſtrantes.*

Ioannis Segeri, *Lexicon quadrilingue, Hebr. Græc. Lat. & German.*

Ioannis Setzerij, *Breuis introductio ad lin-*

Digitized by Google

Michaelis Beringeri, *Grammatica Hebręa ex Tabulis Vvegenmaierianis.*
Michaelis Neandri, *Grammatica Hebræa.*
Michaelis Szath, *Tyrocinium Hebraicum,*
Michaelis Vvaltheri, *Grammatica linguæ Sanctæ.*
Nicolai Abrami, *Epitome Rudimentorum linguæ Hebraicæ latinis verſibus comprehenſa.*
Nicolai Clenardi, *Grammatica Hebraica.*
Tabulæ Grammaticæ Hebrææ.
Nicolai Oelſchlegelij, *Tractatus de punctis vocalibus Hebræorum.*
Nicolai Petræi, *Compendium Grammaticę Hebrææ.*
Nomenclator Hebraicus.
De Regibus, Ducibus, & Miniſtris Hebræorum, ſcilicet de Accentibus.
Nicolai Selnecceri, *Introductio in libros Grammaticos linguę Hebraicę.*
Nicolai Voithergeri, *Tractatus de punctis vocalibus Hebræorum.*
Nicolai Vvinmanni, *Oratio de laudibus linguę Hebrææ.*
Oliuarij Bulæi, *Methodus Hebraica.*
Othonis Gualtperij, *Lingua Sancta per Queſtiones, & Reſponſiones.*
Ouerlanders, *De lingua Hebræa.*
Pauli Fagij, *Sententiæ elegantes ad linguam Sanctam ediſcendam, &c.*
Compendiaria Iſagoge in linguam Hebręam.
Pauli Kiſmariaij, *Inſtitutio linguæ Hebrææ.*
Pauli Paradiſi, *Dialogus de modo legendi Hebraicè.*
Pauli Roſſelij, *Canones Hebræi, ſiue manuductio ad familiarem linguæ Sanctæ cognitionem.*
Pauli Toſſani, *Syllabus dictionum Hebraicarum, quæ in Sepher Theillim continentur.*
Petri Artopæi, *Latinę, Græcæ, & Hebraicę linguæ Grammatica.*
Chriſtiana trium linguarum elementa.
Donatus Hebræus.
Petri Grabouij, *De linguæ Hebraicæ, eiuſque literarum antiquitate.*
Sintaxis Hebrææ linguę.
Petri Martinij, *Grammatica Hebræa, & Chaldęa.*
Petri Merchan, *Lexicon Hebraicum.*
Petri de Salazar, *Ars linguæ Hebraicæ.*

Petri

Ludouici Thomaſſin, *Le Methode d'etudier & d'enſeigner Chriſtianement & vtilement le Grammaire, ou les Langues, par rapport a l'ecriture Sainte en les reduiſant toutes al'Hebreu.*
M. Antonij Ferraccij, *Diſſertationes criticæ in linguam Hebraicam.*
Marci Marini, *Ghàn Eden, Hortus delitiarum, Grammatica linguæ Sanctæ.*
Theuàth Noàch, Arca Noe, Theſaurus linguæ Sanctæ nouus.
Marij à Calaſio, *Canones generales linguæ Sanctæ Hebrææ.*
Dictionarium Hebraicum.
Martini del Caſtillo, *Grammatica linguæ Sanctę, lingua Hiſpanica.*
Martini Gilberti, *De litteris, ac motionibus, ſeu punctis Hebræorum libri duo.*
Martini Hilleri, *Sciagraphia Grammaticæ linguę Sanctæ.*
Martini Martinez, *Inſtitutiones linguarum Hebraicæ, & Chaldaicæ.*
Martini de Roa, *De accentu & recta in Latinis, Hebræis, Græcis, & Barbaris pronunciatione.*
Martini Slonkouuic, *Synopſis Grammaticæ Hebrææ.*
Martini Troſtij, *Grammatica Hebręa vniuerſalis.*
Martini de Viciana, *Alabanças de las lenguas, Hebrea, Griega, Latina, &c.*
Matthæi Adriani, *Introductio in linguam Hebraicam.*
Matthæi Aurogalli, *Compendium Hebręę, Chaldęęq; Grammatices.*
Matthiæ Haffenrefferi, *Reuelator punctorum.*
Matthiæ Martinij, *Lexicon Philologicum.*
Matthiæ Vvaſmuthij, *Hebraiſmus reſtitutus.*
Melchioris Cani, *De laudibus linguæ Hebręę.*
Menni Hannekelij, *Grammatica Hebræa per Tabulas.*
Merici Caſauboni, *De quatuor linguis Commentationis pars prior de lingua Hebraica, &c.*
Michaelis Angeli à S. Romulo, *Index ſeu Dictionarium vocum Latinarum, quibus exponuntur Hebraicę, Chaldaicæ, &c.*
Michaelis Aſcenſij, *Copia ſiue ratio accentuum omnium ferè dictionum difficilium tàm linguę Latinæ, quàm Hebraicę.*

Digitized by Google

R. Moſis Kimchi *Grammatica iuxta Hebraiſmum verſa.*
Hebraicæ Inſtitutiones.
Vocabula Hebraica irregularia.
Accentuum Hebraicorum liber vnus.
Opus Grammaticum Hebraicum abſolutum ex varijs Elianis libris.
Dictionarium Hebraicum, ſiue Hebraico-Latinum.

Seuerini Petræi, *Grammatica Hebræa.*
Fundamenta linguæ Sanctæ.

Sigiſmundi Euenij, *Ianua Hebraiſmi, & Græciſmi.*

Simeonis Sturteuant, *Adams Hebr. Dictionary, &c.*

Sixtini Amama, *Coronis ad Grammaticam Martinio-Buxtorfianam.*
De recta lectione linguæ Sanctæ.

Stephani Guichardi, *Harmonia Etymologica linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ, & Syriacę, &c.*

Theodori Bibliandri, *Inſtitutionum Grammaticarum de lingua Hebręa lib. 1.*
De optimo genere Grammaticorum Hebræorum.
Commentariorum de Sacroſanta Hebraica lingua libb. 24.

Theodori Eberti, *Elementa Hebraica.*
Poetica Hebraica.
De litteris Hebraicis.

Theodori Fabritij, *Inſtitutiones Grammaticales in linguam Sanctam.*
Tabulæ duæ de nominibus Hebręorum, & verbis.

Theophili Piſtorij, *Enchiridion linguę Sanctæ Hebręę Grammaticum.*

Thomæ Bangij, *Hermes, & Pan Hebraicus.*

Thomæ Blebelij, *Compendium Hebręę linguę.*

Thomæ Dufour, *Linguę Hebraicę Opus Grammaticum.*

Thomæ Erpenij, *Arcanum punctationis reuelatum.*
Grammatica Hebræa generalis.
Orationes tres de linguarum Hebręę, atque Arabicæ dignitate.

Thomæ Gronbeccij, *De accentibus Hebraicis.*

Thomæ Hayne, *Linguarum cognitio, ſiue de harmonia linguarum Diſſertatio.*

Tobiæ Seyffarti, *Tyrocinium linguæ Hebrai-*

Petri Vidouæi, *Alphabetum Hebraicum.*

Petri Vvandalini, *Catalogus 300. Vocabulorum Danicorum ex Hebræa lingua originem ducentium.*

Philippi Ludouici Hannekenij, *De linguę Sanctæ accentibus Eruditio.*

Raymundi Mithridates, *De Tropis Hebraicis.*

Roberti Bellarmini, *Inſtitutiones linguę Hebraicæ.*

Roberti Guellin, *Inſtitutiones linguæ Sanctæ.*

Roberti Stephani, *Theſaurus linguæ Sanctæ.*
Phraſes Hebraicæ.

Roberti Vvakefeldi, *Inſtitutiones Grammaticę Hebraicæ.*
De Hebraicæ linguæ laudibus.
Oratio de vtilitate trium linguarum, Arab. Chald. Hebr.

Rogeri Bacconi, *Grammatica Hebręa.*

Salomonis Glaſſij, *Philologia Sacra.*

Samuelis Andreæ, *De Alphabeti verè naturalis Hebraici nupera delineatione Helmontiana.*

Sanctis Pagnini, *Inſtitutiones Hebrææ linguæ in quatuor libros diuiſæ.*
Enchiridion Abbreuiationum Hebraicarum.
Lexicon Chaldaicorum vocabulorum in Aruch, Targum, &c.
Expoſitio Grammaticalis Hebraica ſuper omnia verba Hebræa Pſalmi 118.
Meditationes Hebraicæ in Pſalmum quinquageſimum.
Obſeruationes in linguam Hebræam.
Theſaurus linguæ ſanctę.
Epitome eiuſdem Theſauri linguæ Sanctę.

Sebaſtiani Auguſti, *Grammatica Hebręę linguæ.*

Sebaſtiani Curſij, *Radices linguę Sanctæ Hebrææ.*

Sebaſtiani Mitternachtij, *Compendium Grammaticæ Hebręę Troſtianæ.*

Sebaſtiani Munſteri, *Aruch, ſeu Dictionarium Chaldaicum.*
Chaldaica Grammatica.
Dictionarium trilingue.
Grammatica Hebræa Eliæ Leuitę, ſcholijs illuſtrata.
Inſtitutio elementaris in eandem linguam.
Compoſita verborum, & nominum Hebraicorum.

Digitized by Google

ribus Creationis, totidemque literis Alphabeti comparatio.

Anonymi, *Collectio prouerbiorum, parœmiarum, & parabolarum omnium apud Græcos, Latinos, Hebręos, &c.*

Anonymi, *Epiſtola virorum illuſtrium Hebraicè, Gręcè, & Latinè.*

Anonymi, *Chatecheſis Religionis Chriſtianæ, Hebraicè, Gracè, & Latinè.*

Antonij Poſſeuini, *Bibliotheca ſelecta.*

Antonij Teiſſerij, *Catalogus Auctorum, &c.*

Archibaldi Simſonij, *Hieroglyfica animalium, quę in Sac. Scriptura nominantur.*

Arnoldi Pontani, *Carmina aliquot Hebraicè, in laudem, &c.*

Athanaſij Kirkeri, *Oedipus Ægyptiacus.*

Templum Iſiacum, de origine & duratione Ægyptiacę ſapientię.

Caroli de Fabris, *Scutum Chriſti, ſeu Dauidis.*

Chriſtiani Rauij, *Panegyricæ Orationes II. de linguis Orientalibus.*

Obteſtatio pro diſcendis rebus, ac linguis Orientalibus.

Chriſtophori Chrineſij, *Diſcurſus de confuſione linguarum, &c.*

Chriſtophori Ott, *Cauſæ Conuerſionis ad fidem Catholicam Neophytorum Auguſtanorum.*

Chriſtophori Santotis, *De vera hęreticorum origine cognoſcenda.*

Chryſoſtomi à Viſitatione, *De verbis Dominę.*

Claudij Dureti, *Liber de linguarum origine.*

Clementis Alexandrini, *De Canonibus Eccleſiaſticis.*

Conſtantini l'Empereur, *Oratio inauguralis de linguę Hebręę dignitate, ac vtilitate.*

Coſmi Philiarchi, *De officio Sacerdotis.*

Cypriani de la Huerga, *De Symbolis Moſaicis.*

De ratione Muſicę, & Inſtrumentorum vſu apud veteres Hebręos.

Danielis Paræi, *Orthodoxus Caluinus oppoſitus Pſeudocaluino Iudaizanti.*

Danielis Schuenteri, *Oratio de Talmude Iudęorum.*

Deſiderij Eraſmi, *Adagia, & Parabolę Hebręorum, &c.*

Didaci Humadas, *Cenſurę ſuper faſciculum mirrhę ca ſchematicum.*

Valentini Schindleri, *Sylua quinque linguis vocabulorum.*

Compendium Grammaticę Hebręę.

Tractatus de Accentibus Hebręorum.

Lexicon Pentaglotton, Hebraicum, Chaldaicum, &c.

Valerij Andreæ, *Oratio de linguæ Hebręę laudibus.*

Victorini Bithneri, *Rudimenta linguę Hebręę, & Chaldęę.*

Vitalis, *Lexicon Heptaglotton linguarum Orientalium.*

Vvigandi Happelij, *Linguæ Sanctę Canones Grammatici.*

VARIA.

Achami Eſton, *Hebraica Saraceni.*

Hebraica Iarchì Salomonis.

Alexandri Cornelij, *Libri V. de Roma.*

Alexandri Nouelli, *Catechiſmus Latinè, Gręcè, & Hebraicè.*

Alhardi Vchtmanni, *Obſeruationes ad librum prænotatum* בחינת עולם *Bechinàth Olàm, Examen Mundi.*

Alphonſi Salmeron, *De inſtitutione, progreſſu, & amplificatione Eccleſiæ ex Iudæis in Hieruſalem congregatę.*

Alphonſi Toſtati, *Libellus de quinque legibus, in quo diſſerit de natura Moſis, Gentilium, Mahometis, & de Chriſtianæ legibus.*

Libellus de Muliere Sarracena, quæ ad ritum Iudaicum acceſſit.

Annæ Mariæ à Schurman, *Opuſcula Hebręa, Latina, Græca, Gallica, &c.*

Anonymi, *Officium paruum B.M.V. Hebraico-Græco-Latinum.*

Anonymi, *Candelabrum typicum in Moſis Tabernaculo, iuſſu diuino expreſſum.*

Anonymi, *Liber de Decalogo, ſiue de decem preceptis Moſaicis.*

Anonymi, *Eclogę Legis à Deo per Moyſen Iſraelitis datæ.*

Anonymi, *Annotatio quædam de Gomer, & Siclo Hebręorum; de ſummo eorumden Sacerdote, & de duodecim Gemmis in eiuſdem Sacro Paſtorali.*

Anonymi, *Synopſis viginti duarum Periodorum Chriſti, earumque viginti duobus Ope-*

Digitized by Google

Iacobi Gaffarelli, *Index Codicum cabaliſticorum mmss. quibus eſt vſus Ioannes Picus Mirandulanus.*
Curioſitates inaudita de figuris Perſarum Taliſmanicis, &c.
De neceſſitate linguarum Orientalium,
Iacobi Laurentij, *Diſſertatio de libris gentilium, Iudaorum, Turcarum, &c. tolerandis.*
Iacobi Simanca, *Inſtitutiones Catholica.*
Iacobi Vvindet, *Minchà belulà, Munus confuſum, De vita functorum ſtatu ex Hebraorum, &c.*
Immanuelis Tremelij, *Initiatio Electorum Domini.*
Catechiſmus Hebraicè, & Gracè.
Ioachimi Beuſtij, *Libellus Chriſtiados lingua Hebraica exornatus.*
Ioachimi Frizij, *Summum bonum.*
Ioannis Andreæ Boſij, *Schediaſma de comparanda notitia Scriptorum Eccleſiaſticorum.*
Ioannis Andreæ Quenſtedt, *De Sepultura veterum.*
Ioannis Barbati, *Speculum Hebraicum.*
Ioannis Buxtorfij P. *Bibliotheca Rabbinica noua.*
Ioannis Buxtorfij Fil. *Florilegium Hebraicum.*
Ioannis Caluini, *Themis Hebrao-Romana,*
Ioannis Caramuelis, *Hieroglyfica.*
Ioannis Cleſſij, *Elenchus librorum Hebraorum, Gracorum, Latinorum, &c.*
Ioannis Deckerij, *Catalogus omnium ſummorum Pontificum, ſeu Sacerdotum veteris legis.*
Ioannis Diophylas, *Fornax Chaldaica.*
Ioannis Druſij, *Prouerbiorum ſacrorum Claſſes dua.*
Prouerbia ben Sirę, & Adagiorum Hebraicorum Centuria aliquot.
Apophtegmata Hebraorum, & Arabum.
Ioannis Fabri, *Themmata quatuor cenſuris ſuis in Pauli Ricij Neophiti compendium dictum* Statera prudentum.
Ioannis Garetij, *Quorundam Iudaorum ſententia de vera praſentia Corporis Chriſti in Sacramento pœnitentia.*
Ioannis Henrici Alſtedij, *Encyclopedia ſcientiarum omnium.*
Ioannis Henrici Hottingeri, *Promptuarium ſiue Bibliotheca Orientalis.*
Primitia Heidelbergenſes, ſeu Tractatus varij mirrhę R. Abraham Sabàg.
Cenſura ſuper librum Hachaſidin R. Iudę Chaſid.
Dominici Grauinæ, *Catholicę Preſcriptiones aduerſus noſtrorum temporum Hereticos.*
Emmanuelis à Schelſtrate, *Antiquitas Eccleſię, &c.*
Franciſci de la Grange, *Vita Sancti Sanctorum, &c.*
Franciſci Iunij, *Oratio de lingua Hebręa.*
Franciſci Pomey, *Libitina, ſeu de Funeribus Epitomes eruditionis.*
Gabrielis Bremond, *Viaggi fatti nel Egitto, &c.*
Gabrielis à S. Maria, *Tecla illuſtrata, &c.*
Georgij Cryſoccocæ, *Editio, atque expoſitio Syntagmatis Canonum Aſtronomicorum Iudaicorum, &c.*
Georgij Draudij, *Bibliotheca Claſſica.*
Georgij Matthiæ Konigij, *Bibliotheca vetus, & Noua.*
Georgij Vvicelij, *Oratio in laudem Hebraica lingua.*
Gilberti Galli, *Dialogus de ſolatio curſus naturalis hominis.*
Gregorij Michaelis, *Curioſitates inaudita de Figuris Perſarum Taliſmanicis.*
Guilielmi Alabaſtri, *Apparatus in reuelationem Ieſu Chriſti.*
Guilielmi Coddæi, *Catalogus librorum omniũ Arabicorum, Chaldaicorum, &c.*
Guilielmi Lindani, *Epiſtolarum libb. III.*
Guilielmi Schickardi, *Oratio de Feſto Purìm.*
Guilielmi Totani, *Fortalitium fidei.*
Hadriani Lyræi, *Triſagium Marianum, &c.*
Henrici Caniſij, *Tomi antiqua lectionis.*
Henrici Horchij, *Sacerdotium Romanum, vnà cum eius Sacrificio, &c.*
Henrici Schrotern, *Delitia Iudaica.*
Henrici Smetij, *Iuuenilia Sacra Regum Iudaicorum.*
Hermanni Vvitſij, *Ægyptiaca, & Δεκάφυλον, ſiue de Ægyptiacorum ſacrorum cum Hebraicis collatione libri tres.*
Iacobi Bolij, *Iuſta & moderata abſentia ab exequijs, & iuſtis funeribus, funeri lingua Helleniſtica paratis, excuſatio, &c.*
Iacobi Boſij, *La trionfante, e glorioſa Croce.*
Iacobi Boulduc, *De Eccleſia ante legem libb. 3.*

Digitized by Google

Michaelis Beutheri, *Faſti Hebræorum Athenienſium, &c.*

Michaelis de Elizalde, *Forma vera Religionis quærenda, & inuenienda.*

Michaelis Hauemanni, *Gamalogia ſynoptica.*

Nicolai Granier, *Scudo della fede per ribatter i colpi di tutti i nemici della Chieſa Catholica.*

Nicolai Serarij, *Trihæreſium, ſeu de celeberrimis tribus apud Iudæos Phariſæorum, Sadducæorum ſectis.*

Rabbini, & Herodes, ſeu de tota Rabbinorum gente, &c.

Nicolai Vignier, *Faſtes des anciens Hebreux, Grecs, & Romains.*

Odonis, *De Religione Chriſtiana, & Iudaica Dialogus.*

Oſualdi Schreckenſuchſij, *Epiſtola Hebraica ad Sebaſtianum Munſterum.*

Oratio Hebraica de obitu Sebaſtiani Munſteri.

Othonis Zylij, *Mardochæus triplex, ſiue de triplici Mardochæi fortuna, media, infima, ſumma.*

Pauli Fagij, *Paruus Tractatulus ex libro fidei Iudæi cuiuſdam ad Chriſtianiſmum conuerſi ante annos 200.*

Pauli Freheri, *Theatrum virorum eruditione clarorum.*

Petri Anteſignani, *Epiſtola Hebræa ad P. Coſtum.*

Petri Belon, *Obſeruations de pluſieurs ſingularitez & choſes memorables trouuèes en Grece, Aſie, Iudie, Egypte, &c.*

Petri Danielis Huetij, *Demonſtratio Euangelica.*

Alnetanæ Quæſtiones de Concordia rationis, & fidei.

Petri Lambecij, *Catalogus manuſcriptorum Codicum Orientalium, nempè Hebraicorum, Syriacorum, &c.*

Petri Steuartij, *Catalogus Auctorum, &c.*

Philaſtrij, *Liber de Hæreſibus.*

Richardi Montacutij, *Analecta Eccleſiaſticarum Exercitationum.*

Roberti Bellarmini, *De Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

Samuelis Petiti, *Variarum Lectionum Libb. V.*

Scipionis Sgambati, *De Scriptoribus Hebraicis Tom. 3.*

Seba-

varij circa eruditionem linguæ Hebraicæ.

Ioannis Iuſti, *Porta Candelabri Typici in Moſis Tabernaculo, iuſſu diuino figurata.*

Ioannis Laurentij Lucheſini, *Demonſtrata impiorum inſania, &c.*

Ioannis Loniceri, *Scholia in Dioſcoridis libros de materia Medica cum nomenclaturis Græcis, Hebraicis, &c.*

Ioannis de Ooſterroyck, *Tractatus de Terra Sancta.*

Ioannis Oſopæi, *Sibyllina Oracula.*

Ioannis Pierij, *Hieroglyfica, ſeu de ſacris Ægyptiorum, aliarumque Gentium literis Commentaria.*

Ioannis Plantauitij, *Florilegium Biblicum Hebr. Lat.*

Florilegium Rabbinicum, Heb. Lat. cum Bibliotheca Rabbinica.

Ioannis de Quinnones, *Tratado del Carbunco, donde ſe tratan ſus virtudes, y de las otras piedras, que eſtauan en el Racional de Sumo Sacerdote.*

Ioannis Rendtorfij, *De Fœminis eruditis liber ſingularis.*

Ioannis Seldeni, *De Dijs Syris Syntagmata.*

Ioannis de Sylueria, *Opuſcula varia.*

Ioſue le Vaſſeur, *Inauguratio in Profeſſionem linguæ Sanctæ.*

Iulij Bartoloccij, *Bibliotheca Magna Rabbinica.*

Defenſio Doctrinæ Chriſtianæ Hebraicè tranſlatæ à Io: Baptiſta Iona.

Ludouici Balleſter, *Hierologia.*

Ludouici Maraccij, *Prodromus ad refutationem Alcorani.*

Marcellini de Piſe, *Moralis Encyclopedia.*

Martini de Roa, *Singularium locorum, ac rerum libri V.*

Martini Schultzij, *Dicta Religionis Chriſtianæ præcipua, ex limpidiſſimis Iſraelis fontibus deducta.*

Martini Thabor, *Gemma Euangelica.*

Matthæi Dreſſeri, *Liber de feſtis Chriſtianorum, Iudæorum, & Ethnicorum.*

Matthæi Ruffi, *Proluſiones allegoricæ.*

Matthæi Friderici Beckij, *Monumenta antiqua Iudaica.*

Matthæi Tannori, *Societas Ieſu vſque ad ſanguinis, & vita profuſionem militans.*

Melchioris Flauij, *De Regno Dei de quo Chriſtus loquutus per dies quadraginta.*

Digitized by Google

ziniana, &c.

Sacra Bibliothecarum illuſtrium Arcana retecta, &c.

Thomæ Elyſij, *Chriſtianæ Religionis arcana*.

Thomæ Garzonij, *Vitæ illuſtrium mulierum vtriuſque Teſtamenti*.

Thomæ de Ieſu, *Theſaurus Sapientiæ diuinæ*.

Thomæ Maluenda, *De Antichriſto Tom.* 2.

Valeriani de Flauigny, *Epiſtolę quatuor de ingenti Bibliorum opere, quod nuper Lutetiæ Pariſiorum prodijt, Hebraicè, Græcè*, &c.

Yuonis Pariſini, *Digeſtum Sapientiæ*.

Zachariæ Bogani, *Homerus, & Heſiodus Hebraizans*.

Sebaſtiani Munſteri, *Miſpàd*, *Planctus in obitum Eraſmi Roterod. Hebraicè*.

Simeonis Affligemenſis, *Excerpta ex Collationibus Patrum*, &c.

Theodorici Hackſpanij, *Miſcellaneorum Sacrorum libri duo*.

Theodori Daſſouij, *Diatribe de reſurrectione mortuorum ex Iudæorum ſententia*.

Theodori Eberti, *Elogia* 100. *Iuriſconſultorum, & Politicorum, qui linguam Sanctam promouerunt, & propagauerunt*.

Theophili Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopi, *Aduerſus eos, qui decima quarta luna cum Iudęis Paſcha faciebant, Liber*.

Theophili Spizelij, *Eleuatio relationis Monte-*

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

שמע ישראל

ADVENTVS MESSIAE

A IVDAEORVM BLASPHEMIIS, AC HAERETICORVM CALVMNIIS VINDICATVS.

Sacrarum Scripturarum, SS. Patrum, Conciliorum, Rabbinorumque ſuffragijs obſignatus. Geminas Diſſertationes *Theologico-Hiſtorico-Dogmaticas complectens.* Vnâ, *MESSIAM in Lege promiſſum adueniſſe, Veteris Teſtamenti, & Rabbinorum calculis demonſtratur.* Alterâ, *omnes fermè hæreſes contra DIVINITATEM, ac HVMANITATEM Chriſti Domini referuntur, & reffelluntur.*

Ex Hebraico, Græco, Latinoque Codice, Auctoritatibus depromptis.

Ἵνα πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσηται, ὅτι κύριος Ἰησοῦς χριστὸς, εἰς δόξαν θεοῦ πατρός.
Πρὸς Φιλιππ. Κεφάλ β'.

VINDICE

D. CAROLO IOSEPH IMBONATO MEDIOLANENSI
Cong. S. Bernardi Ord. Ciſterc. Monacho, Sac. T. & Ling. S. P.

Præmittitur

CHRONOLOGIA

Totius Sacræ Scripturæ, qua ſtatuitur NATALE CHRISTI Anno ab Orbe condito M. M. M. M.

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRONOLOGIA
TOTIVS
SACRAE SCRIPTVRAE.
A MVNDI EXORDIO AD DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI VERI MESSIÆ ADVENTVM.

ÆTAS MVNDI I.

Anno Mundi.

SVpremus ille omnium Artifex Deus, ab æterno in pondere, & menſura cuncta diſponens, cum Mundialem hanc fabricam liberè procreare decreuiſſet, à Cœlo, & Terra exordium ducens, non de hyle, ſiue materia increata, vt Plato falsò cenſuit, non ab æterno vt Ariſtoteles, non ex atomis, fortuitaue aliqua concurſione, vt Democritus: ſed è nihilo, hoc temporis principio, ſex dierum opere Mundum condidit, tradiditque diſputationi hominum. An Autumno, Vere, Æſtate, aut Hieme creatus ſit? alijs diſputandum relinquimus.

1. *Primo* igitur ſæculi die, feria videlicet prima vnà cum Cœlo creauit Deus Angelos, ſiue nouem ſubſtantiarum incorporearum ordines: deinde ad ima deſcendens, infimum hunc globum ex Abyſſo, & Terra conflatum conſtituit; concinnentibus, & collaudantibus eum ſimul omnibus ipſius Angelis, iuxta illud Iob 38. 7. *Cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Cumque Terra eſſet inanis, & vacua, omni videlicet cultu, & ornatu deſtituta, & tenebræ eſſent ſuper faciem Abyſſi, ſpiritu interim Domini ſuper aquas incubante, in ipſo primo diei medio creata eſt Lux; quam à tenebris diſtinguens Deus, appellauit diem, & tenebras noctem, factumque eſt veſpere, & mane dies vnus.

Secundo die fecit Deus Firmamentum, (quod Cœlum eſt appellatum) in medio aquarum, & fuit diuiſio aquarũ ab aquis hoc eſt inter aquas ſuperiores,& inferiores Terrę circumfuſas.

Tertio die congregatis inferioribus aquis in locum vnum, apparuit Terra arida, vocanſque illas Maria, & aridam Terram, eamque herbas & plantas cum ſeminibus, & fructibus germinare fecit. Paradiſum item voluptatis, id eſt hortum Eden fœcundiſſimum, & amœniſſimum, omni ſtirpium, arborum, aquarum, fructuumque genere ornauit Deus, in cuius medio Arbor vitæ, & Arbor ſcientiæ boni, ac mali. Paradiſum irrigabat fluuius, inde in quatuor capita, ſeu alios quatuor fluuios diuiſus, videlicet, *Phiſon*, *Gheon*, *Tigris*, *& Euphrates*.

Quarto die Solem, ac Lunam, ſtellaſque condidit, collocauitque in Cœlo, vt illuminarent Terram, & eſſent in ſigna & tempora, & dies & annos.

Quinto die Aquatilia, & volatilia animantia producta ſunt, & fœcunditate donata.

Sexto demùm die, poſtquam terreſtria animalia, tum gradientia, tum repentia creata ſunt, hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam finxit è terra, à qua *Adami* nomen impoſuit; Maſculum, & Fœminam creans eos. Cumque inſpexiſſet Deus cuncta, quæ fecerat eſſe valdè bona, & perfecta in ſuo genere, ſtatu, integritate, perfectione, & vigore, factus eſt veſpere, & mane dies ſextus.

Septimo die, his omnibus perfectis, quieuit ab omni opere, & benedicens diei ſeptimo, Sabbatum inſtituit, & conſecrauit. Conſtitutis in hortum Eden coniugibus, interdictoque eſu Arboris ſcientiæ boni, ac mali; reliquarum omnium arborum vſum liberè conceſſit. At humani generis hoſtis Homini felicitatem inuidens, mulierem per ſerpentem ad

Digitized by Google

Anno Mundi. peccandum inuitat, & per mulierem, Virum; ſciebat enim quod victa per ipſum muliere, facilè per mulierem ſeduceretur Vir; & ſic fracto Dei præcepto per comeſtionem arboris, ambo è Paradiſo pelluntur.

Sub finem primi anni poſt eiectos è Paradiſo primos parentes, Cain omnium mortalium primus è muliere naſcitur, qui fuit impius, varijſque criminibus deditus.

2. Abel verò creditur veroſimilitèr natus anno ſecundo, qui alendorum pecorum artem primus inuenit, in vſum lanarum, & pellium; colebatque iuſtitiam, ac pietatem.

130. Abel à fratre ſuo Cain occiditur in agro Damaſceno, quia Dominus reſpexit ad Abel munera, ad Cain verò & ad munera eius non reſpexit; poſuitque Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

131. Seth naſcitur.

133. Cain primus omnium ædificat ciuitatem.

236. Natus eſt Enos filius Seth, qui cœpit inuocare nomen Domini, vt habet Vulgata noſtra; publicum ſcilicèt cultum inſtituit, ritumque certis temporibus ad publicas preces, & ſacrificia conueniendi. Huic ſenſui conformatur Textus Hebræus, videlicet: אז הוחל לקרא בשם יהוה *Tunc cœptum eſt inuocari in nomine Domini*; eundemque ſenſum vertit Textus Samaritanus.

326. Enos genuit Cainan, qui videtur quoque primogenitus fuiſſe, cum ab Adam vſque ad Noë, vno Seth excepto, omnes fuiſſe dicantur primogeniti.

396. Cainan genuit Malaleel, cuius fauſtum nomen *Laudatorem Dei* ſonat.

461. Malaleel genuit Iared.

623. Iared genuit Enochum, vitæ ſanctitate, ſpiritu Prophetico & tranſlatione miraculoſa conſpicuum.

688. Enoch genuit Mathuſalam, & cum annos trecentos ſexaginta quinque in terris vixiſſet, ad Deum viuus raptus eſt.

875. Mathuſala genuit Lamech.

930. Moritur Adam primus generis humani parens.

987. Enoch tranſlatus eſt, ne guſtaret mortem, Eliæ ſociandus, vt duo teſtes idonei, ſecundo Chriſti aduentui præparentur in confutationem Antichriſti, & in gloriam iudicantis filij Dei.

1042. Seth moritur.

1057. Naſcitur Noë filius Lamech.

1140. Moritur Enos.

1235. Moritur Cainan.

1290. In fine anni, Malaleel mortuus eſt.

1422. Moritur Iared.

1537. Deus comminatus eſt diluuium.

1557. Noë nunc primùm liberis operam dare incipienti, cum 500. eſſet annorum, natus eſt ei primogenitus Iaphet.

1559. Natus eſt ei ſecundogenitus Sem.

1651. Moritur Lamech pater Noë.

1656. Mathuſala moritur, inchoato videlicet anno, paulò ante diluuium.

1657. Hoc anno edicit Deus Noë, vt ſe pararet ad ingreſſum in Arcam, volens delere hominem quem creauerat à facie terræ, eo quia multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore: omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram: dum ſecurus Mundus edebat, bibebat, vxores ducebat, & nuptum dabat. Statim ac ingreſſus eſt Noë in Arcam cum ſuis, & omnibus animalibus, demiſit Deus pluuiam ſuper terram 40. dies & 40. noctes: & præualuerunt aquæ ſuper terram 150. diebus. Deficientibus aquis, Arca requieuit in vno montium Ararati; pergentibus verò adhuc aquis deficere, conſpecti ſunt vertices montium. Cumque tranſiſſent 40. dies, Noë aperta feneſtra Arcæ emiſit coruum, & non reuerſus eſt; at emiſſa columba poſt eum, & non inueniens vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in Arcam. Expectatis ſeptem diebus iterum emiſit columbam, quæ circa tempus veſpertinum redijt, folium oliuæ decerptum in ore gerens. Et expectatis deinde alijs ſeptem diebus, eadem dimiſſa, non eſt reuerſa vltra ad eum. Igitur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die menſis, imminutæ ſunt aquæ ſuper terram, & exſiccata apparuit ſuperficies terræ. Noë verò in fine diluuij expleuerat vitæ annum 600.

Ætas

Anno Mundi. | Anno à diluuio.

ÆTAS MVNDI II.

Terra exſiccata, egreſſus eſt Noë cum vxore ſua, filijs, vxoribus filiorum eius, cunctiſque animantibus, erigenſque altare, immolauit Deo. *Anni vitæ humanæ quaſi dimidio breuiores fiunt.*

1658. 1. Sem filius Noë genuit Arphaxad.

1694. 37. Arphaxad genuit Sale. Quomodo verò generatio Cainani quæ apud LXX. Interpretes, & apud Lucam 3. legitur, non obſtet, oſtenderunt multi, & nouiſſimè *Natalis Alexander* in Hiſt. Eccleſiaſt. Vet. Teſt. Tom. 1.

1724. 67. Sale genuit Heber.

1758. 101. Heber genuit Phaleg: quo tempore Deus inſanas ſuperborum hominum cogitationes, ciuitatis & turris, cuius culmen ad Cœlos vſque pertingeret, ædificatione nomen ſuum celebrare ambientes, linguarum confuſione deſtruxit. Et idcircò vocatum eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum. Ab Hebero inditum fuit Hebræis nomen, in cuius ſola familia, Hebraica lingua remanſit poſt confuſionem linguarum; nempè in Chaldæa inter Tigrim, & Euphratem cum tota ſua poſteritate, quouſque Thare cum filijs migrauit in Meſopotamiam, vt communior fert opinio.

1788. 131. Phaleg genuit Reu. Sub Phaleg contigit partitio terrarum, confuſio linguarum, & dimidiatio annorum vitæ.

1820. 163. Reu genuit Sarug.

1850. 193. Sarug genuit Nachor. Hoc tempore cœpit cultus ſimulachrorum, & Idolorum.

1879. 222. Nachor genuit Thare.

1949. 292. Thare genuit Abram, Nachor, & Aran; quamuis Abram non fuerit primogenitus: genuit enim ipſum anno 130. ætatis ſuæ. Quod autem primus in ſerie filiorum Thare *Abram* à Scriptura nominetur, hoc fit ratione Patriarchalis dignitatis, vt probabilitèr cenſet *S. Auguſtinus* quæſt. 25. in Geneſim.

1997. 340. Moritur Phaleg.

1998. 341. Mortuus eſt Nachor, 119. annis poſt natum filium Tharam.

2008. 351. Abram natus eſt.

2083. 426. Præcepit Deus Abramo vt egrederetur de Vr Chaldæorum, ad proficiſcendum in eam regionem, quam oſtenſurus eſſet illi. Cumque Thare tuliſſet Abram filium ſuum, & Loth filium Aran, filium filij ſui, & Sarai nurum ſuam, vxorem Abram filij ſui, & eduxiſſet eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan, venerunt vſque Haram, conſederuntque illic graui Thare im-
2084. 427. becillitate detenti, ibique Thare cum eſſet annorum 205. mortuus eſt.
Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haram, vnà cum Sarai vxore ſua, & Loth filio fratris ſui, vniuerſaque ſubſtantia quam poſſederant, & animabus quas fecerant in Haram.

Supereſt modò, vt conuenientiam, & diſcrepantiam Textus Hebræi, Verſionis LXX. Interpretum, & Samaritanorum Codicum, in Patriarcharum annis poſt diluuium recenſendis, oculis ſubijciamus.

Secundùm Textum Hebraicum.

Sem genuit Arphaxad anno ſecundo poſt diluuium, anno ætatis 100. ab Orbe condito 1657. Vixit poſtquam genuit annos 500. Et conſequenter facti ſunt omnes dies eius 600.

Arphaxad genuit Sale anno ætatis 35. Vixit poſtquam genuit annos 303. In totum 338.

Sale genuit Heber anno ætatis 30. Vixit poſtquam genuit annos 403. Omnes ſunt 433.

He-

Anno Mundi.	Anno à diluuio.

Heber genuit Phaleg anno ætatis 34. Vixit poſtquam genuit 430. Ideò omnes dies eius 464.

Phaleg genuit Reu anno ætatis 30. Vixit poſtquàm genuit 209. Omnes 239.

Reu genuit Sarug anno ætatis 32. Vixit poſteà 207. Omnes 239.

Sarug genuit Nachor anno ætatis 30. Vixit poſteà 200. Omnes 230.

Nachor genuit Thare anno ætatis 29. Vixit poſteà 119. Omnes 148.

Thare genuit Abram, Nachor, & Aran anno ætatis 70. Omnes 205.

Abram anno ætatis 75. ex Harane in Terram Chanaan profectus eſt defuncto patre. Annus mundi numerabatur 2084. à fine diluij, 427. per aliquot menſes inchoatus. Ita fit ſumma annorum 426. menſium 4. & dierum 17. ſecundùm noſtram opinionem qui natum cenſemus Abramum anno Thare 130. ſecundùm alios verò qui natum volunt anno Thare 70. fit ſumma annorum dumtaxat 367.

Secundùm LXX. Interpretes.

Sem genuit Arphaxad anno ætatis 100. anno mundi 2265. Vixit poſtquàm genuit annos 500. Et facti ſunt omnes dies eius, anni 600.

Arphaxad genuit anno ætatis 135. Vixit poſteà annos 403. ſecundùm quod legit Euſebius; 430. ſecundùm Plantinianam editionem; & 400. tantùm ſecundùm editionem Sixtinam. Omnes ſunt 538. ſecundùm lectionem Euſebij; 565. iuxtà Plantinianam, & 535. iuxtà Sixtinam.

Cainan genuit Sale anno ætatis 130. Vixit poſteà 330. Omnes 460. In alijs Codicibus, vt Euſebij, & Africani non legitur iſte Cainan, qui tamen ſequuntur LXX. Interpretes.

Sale genuit Heber anno ætatis 130. Vixit poſteà 406. ſecundùm lectionem Euſebij; 335. iuxta Sixtinam editionem; 330. iuxta Baſileenſem, & Wechelianam. Omnes ſunt 536. ſecundùm lectionem Euſebij; 465. iuxta Sixtinam editionem; 460. iuxta Baſileenſem, & Wechelianam.

Heber genuit Phaleg anno ætatis 134. Vixit poſteà annos 135. ſecundùm lectionem Euſebij; 270. iuxta Sixtinam editionem; 370. iuxta Baſileenſem & Wechelianam. Vixit in vniuerſum 269.

Anno Mundi. | Anno à diluuio.

269. ſecundùm lectionem Euſebij; 404. iuxtà Sixtinam editionem; 504. iuxtà Baſileenſem, & Wechelianam.

Phaleg genuit Reu anno ætatis 134. iuxta Plantinianam editionem; 150. iuxta Baſileenſem & Wechelianam. Vixit poſtea 209. Omnes 339.

Reu genuit Sarug anno ætatis 132. Vixit poſtea 207. Omnes 339.

Sarug genuit Nachor anno ætatis 130. Vixit poſteà 200. Omnes 330.

Nachor genuit Thare anno ætatis 70. ſecundùm lectionem Africani, & Euſebij; 179. iuxta Sixtinam editionem; 79. iuxta Baſileenſem & Wechelianam. Vixit poſtea 119. iuxta lectionem Africani, & Euſebij; 125. iuxta Sixtinam editionem; 129. iuxta Baſileenſem, & Wechelianam. Omnes 198. ſecundùm lectionem Euſebij, & Africani; 304. iuxta Sixtinam editionem; 208. iuxta Baſileenſem, & Wechelianam.

Thare genuit anno ætatis 70. Vixit poſteà 135. Omnes 205. Ita fit ſumma annorum 1380. à diluuio ad Abrami profectionem in Chananæam, adeòque Epilogiſmus LXX. Interpretum ſuperat calculos Hebraicos anni 954.

Secundùm Codicem Samaritanum.

Sem genuit Arphaxad anno ætatis 100. mundi 1309. Vixit poſtea 500. Omnes 600.

Arphaxad genuit Sale anno ætatis 130. ſecundùm lectionem Euſebij in Chronico Græco. In Samaritano tamen Codice haberi annos 135. monent *Scaliger* in Animaduerſionibus, & *Morinus* in Exercit. in Pentateuch. Samarit. Vixit poſtea 303. Omnes 433.

Sale genuit Heber anno ætatis 130. Vixit poſtea 303. Omnes 433.

Heber genuit Phaleg anno ætatis 134. Vixit poſtea 270. Omnes 404.

Phaleg genuit Reu anno ætatis 130. Vixit poſtea 109. Omnes 239.

Reu genuit Sarug anno ætatis 132. Vixit poſtea 207. *Ioannes Morinus* habet tantùm 107. Omnes 339.

Sarug genuit Nachor anno ætatis 130. Vixit poſtea 100. Omnes 230.

Na-

Anno Mundi.	Anno à diluuio.

Nachor genuit Thare anno ætatis 79. Vixit poſtea 69. Omnes 148.

Thare genuit anno ætatis 70. Vixit poſtea 75. Omnes 145. Mortuus eſt anno mundi 2319.

Omnium ſumma fit annorum 1010.

Ex Flauio Ioſepho.

Adam genuit Seth. 230.
Seth genuit Enos. 205.
Enos genuit Cainanem. 190.
Cainan genuit Maleleel. 170.
Maleleel genuit Iaredum. 165.
Iared genuit Enochum. 162.
Enoch genuit Mathuſalem. 165.
Mathuſalem genuit Lamechum. 187.
Lamechus genuit Noachum. 182.
Diluuium fit anno Noachi. 600.
A principio itaque Mundi vſque ad diluuium effluxere anni 2256.
Ex Semo natus Arphaxad anno poſt diluuium. 2.
Arphaxad genuit Cainan. 135.
Cainan genuit Sala. 130.
Sala genuit Eber. 130.
Eber genuit Phaleg. 134.
Phaleg genuit Ragau. 130.
Ragau genuit Serug. 130.
Serug genuit Nachor. 132.
Nachor genuit Thara. 120.
Thara genuit Abrahamum. 130.
Abraham venit in Cananeam annos natus. 75.
Hinc ad exitum Iſraelitarum ex Ægypto. 430.
Ab exitu verò ad obitum Moyſis anni. 40.
A diluuio ergo vſque ad finem Moyſis elapſi ſunt anni 1718. ab exordio verò Mundi anni 3974.
A Moyſis obitu vſque ad Templum Salomonis. 552.
Hinc ad euerſionem Templi à Nabuchodonoſoro. 460.
Hinc ad primum annum Cyri. 70.
A primo anno Cyri vſque ad Alexandrum anni plus minus 200.
A Moyſe igitur vſque ad Alexandri magni initium colligun-

tur

Anno Mundi.	Anno à diluuio.	
		tur anni 1292. à Mundi verò creatione vſque ad Alexandrum anni 5266.

Secundùm Codices Hebræorum hæc temporum ratio deprehenditur à Georgio Hornio.

A creatione ad diluuium elapſi ſunt anni. 1656.

Anno Mundi.	*Initium regni.*	*Poſt diluuium.*
1771.	Chaldæorum.	114.
1816.	Ægyptiorum.	159.
1893.	Sinenſium.	235.
2083.	Profectio Abrahami.	427.
2513.	Exitus ab Ægypto.	856.
3000.	Templum Salomonis.	1343.
3326.	Roma condita.	1671.
3328.	Olympiades.	1673.
3693.	Æra Seleucid.	2036.
4000.	Chriſtus natus.	2343.
4004.	Æra Dionyſiana.	2347.

Ex MS. Codice Græco 573. Bibliothecæ Vaticanæ Hippolyti Thebani relato ab Eruditiſſimo Viro D. Emanuele à Schelſtrate *in Appendice ad Opus Chronol. Antiq. illuſtr. Tom. I.*

Ab Adam vſque ad Noë anni. 2242.
Et à Noë vſque ad Abraam anni. 1170.
Et ab Abraam vſque ad Moyſem anni. 444.
Et à Moyſe vſque ad Dauid anni. 599.
Et à Dauid vſque ad Chriſtum anni. 1045. ſimul anni. 5500.

Breue Hebræorum Chronicum, quod סדר עולם זוטא inſcribitur, reponemus in calce. Retroſcripta autem Tabella diſtinctiorem variantium Hebr. Samarit. Græc. & Vulg. Codicum in Patriarcharum Annis recenſendis, exhibebit notitiam.

Digitized by Google

ANNI PATRVM.

		Ante Liberorum procreationem iuxta.				Poſt Liberorum procreationem iuxta.				Totius vitæ iuxta.			
		Hebr.	Samar.	Græc.	Vulg.	Hebr.	Samar.	Græc.	Vulg.	Hebr.	Samar.	Græc.	Vulg.
1	Adam	130	130	130	130	800	800	700	800	930	930	930	930
2	Seth	105	105	205	105	807	807	707	807	912	912	912	912
3	Enos	90	90	190	90	815	815	715	815	905	905	905	905
4	Cainan	70	70	170	70	840	840	740	840	910	910	910	910
5	Malaleel	65	65	165	65	830	830	730	830	895	895	895	895
6	Iared	162	62	162	162	800	785	800	800	962	847	962	962
7	Enoch	65	65	165	65	300	300	200	300	365	365	365	365
8	Mathuſala	187	67	167	187	782	653	802.	782	969	720	969	969
9	Lamech	182	53	188	182	595	600	569	595	777	653	753	777
10	Noë	500	500	500	500					950	950	950	950
	Poſt Diluuium.												
1	Sem	100	100	100	100	500	500	500	500		600		600
2	Arphaxad	35	135	135	35	403	303	330	303		438		
0	Cainan	0	0	130	0	0	0	330	0		0		
3	Sale	30	130	130	30	403	303	330	403		433		
4	Eber	34	134	134	34	430	270	270	430		404		
5	Phaleg	30	130	130	30	290	109	209	209		239		
6	Reu	32	132	132	32	207	107	207	207		239		
7	Sarug	30	130	130	30	207	107	207	200		239		
8	Nachor	29	79	79	29	119	69	125	119		148		
9	Thare	70	70	70	70					205	205	205	205

Aetas

Digitized by Google

AETAS MVNDI III.

Anno Mundi.	Anno à profectione Abrahæ.	
		THare defuncto, profectus eſt Abram cum ſuis, vt abiret in regionem Chanaanis, & cum veniſſet in eam, pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, vſque ad conuallem illuſtrem. Apparens autem Dominus Abramo promiſit ſe ſemini ipſius daturum regionem illam: qui ibi altare extruxit Domino qui apparuerat ei. Et inde tranſgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab Occidente habens Bethel, & ab Oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino, inuocauitq; nomen eius.
2085.	1.	Abram, fame cogente, in Ægyptum deſcendit, vt peregrinaretur illic
2091.	7.	Berah Rex Sodomæ cum alijs quatuor Pentapoleos Regibus aduersùs Chedorlaomerem Regem Elami, fortè Elymaidis (inter Perſiam, & Babiloniam poſitæ) poſtquam ſeruierant ei duodecim annis, 13. anno rebellarunt ab eo.
2092.	8.	Sequenti anno Chedorlaomer cum alijs tribus confœderatis Regibus ſubegit Sodomitas Regeſque Pentapolitanos. Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum, & Gomorrhæ, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent, & abierunt, Lot Abrami nepotem captiuum ſecum abducentes. Quod audiens Abram, armatis ſeruis ſuis 318. perſecutus eſt eos vſque Hoba, quæ eſt ad læuam Damaſci, liberauitque Lot, & reliquum captiuum populum, eoſque cum omnibus facultatibus illis reduxit. Cumque rediret Abram à cæde Chedorlaomeris, & Regum qui cum eo fuerunt, benedixit ei Melchiſedech Rex Salem, Deique Altiſſimi Sacerdos, proferens panem & vinum, hoc eſt offerens Deo in gratiarum actionem pro Abrami victoria, in eoque typum Sacrificij Chriſti in Euchariſtia exhibens.
2093.	9.	Decem annis tranſactis, ex quo Abram habitauit in terra Chanaanis, videns Sarai ſe non peperiſſe liberos, Ancillam ſuam Hagaram Ægyptiam viro ſuo tradidit, quæ concepiſſe ſe videns deſpexit dominam ſuam, at affligente eam Sarai fugam inijt, ſed promiſſionibus Dei per Angelum reuocata, ad Abram redijt.
2094.	10.	Hagar Abramo octuageſimum ſextum annum agenti, filium Iſmaelē peperit.
2096.	12.	Arphaxad mortuus eſt; 403. annis poſt natum Salem.
2107.	23.	Deus inijt fœdus cum Abramo nonaginta nouem annos nato. Tunc Sacramentum Circumciſionis inſtituit, vtriuſq; coniugis nomen commutauit: *Abram* quod *Patrem excelſum* ſignificat, *in Abraham* quod *Patrem multarum Gentium*, & *Sarai*, cuius nomen *Dominam meam*, ſignificat, in *Sarah*, quod *Dominam* ſimpliciter explicat. Quod fœdus Abraham fide & obedientia amplexus eodem ipſo die ſe nonaginta nouem, & filium Iſmaelem tredecim annos natum, & domeſticos ſuos omnes circumcidendos curauit; pœna capitali ſancita aduerſus eos, qui fœdus violarent, & Circumciſionem negligerent: *Maſculus cuius præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit*. Gen. 17. 14.
		Hoc ferè tempore apparuerunt Abraham tres Angeli, humana forma iter facientes, quos ad ſe inuitauit, & conuiuio excepit, promittentes Saræ filium, nempè *Iſaacum*; pergentes deinde ad Sodomam, Gomorrham, Adamam, & Seboim, ob horrenda ſcelera, igne & ſulphure cœlitus demiſſo conflagrandum: ſeruato per Angelos Lot vna cum familia eius.
2108.	24.	Naſcitur Iſaac filius promiſſionis, Abrahamo centenario, & Saræ nonagenario. Poſt annos 5.
2113.	29.	Agar & Iſmael eijciuntur de domo Abrahami.
2126.	42.	Sem & Sale mortui ſunt.
2133.	49.	Iſaac ducitur ad immolandum, ætatis ſuæ circiter 25.
2145.	61.	Sarah, 127. annos nata, Hebrone mortua eſt, & poſt tres annos.
2148.	64.	Abraham mittit ſeruum ſuum in Meſopotamiam, ibique Rebekkam filiam Bethuelis, & ſororem Labanis Syri Iſaaco vxorem obtinet; erat autem Iſaac annorum 40.
2158.	74.	Sem Noachi filius mortuus eſt.

Digitized by Google

Anno Mundi.	An. à Profect. Abr.	
2167.	83.	Cum Rebekka permanſiſſet ſterilis, ſupplex pro ea orauit Dominum Iſaac, cuius precibus exauditis ſequenti anno, nempè 84. à profectione Abrahæ gemellos concepit, Eſau videlicet, & Iacob.
2183.	99.	Abraham mortuus eſt, cum eſſet 175. annos natus; & à filijs Iſaaco, & Iſmaele in ſpelunca duplici, quæ ſita eſt in agro Ephron, ſepultus eſt.
2187.	103.	Heber, quintus à Noacho deceſſit è vita. Hic omnium poſt Diluuium natorum diutiſſimè vixit.
2193.	109.	Eſau creditur vendidiſſe primogenita, vigeſimo quinto anno ætatis ſuæ.
2200.	116.	Circa hoc tempus, promiſſiones Abrahamo prius factæ, filio eius Iſaaco datæ à Deo fuiſſe, videntur: *Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas Cœli: daboque poſteris tuis vniuerſas regiones has: & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ.*
2208.	124.	Eſau quadragenarius ducit vxores alienigenas, videlicet Iudithan filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem loci, quæ ambæ offenderant animum Iſaaci, & Rebeccæ.
2231.	147.	Moritur Iſmael explens annum vitæ 137.
2245.	161.	Iacob ſurripit fratri paternam benedictionem.
2246.	162.	Iacobo ex Lia natus eſt Ruben primogenitus, qui ob inceſtum cum Bilha patris concubina, primogenituræ iure poſtea excidit.
2247.	163.	Simeon de Lia naſcitur.
2248.	164.	Leui de Lia natus eſt.
2249.	165.	Iuda de Lia natus eſt, à quo Iudæi denominationem acceperunt. Et Dan de Bala naſcitur.
2250.	166.	Nephtalim de Bala naſcitur, & Gad de Zelpha.
2251.	167.	Aſer de Zelpha, menſe tertio naſcitur, & Iſachar ex Lia menſe quarto;
2252.	168.	Zabulon menſe primo, & Dina menſe vndecimo, ex Lia nati ſunt.
2259.	175.	Rachel, ſterilitate Dei beneficio ſublata, Ioſephum Iacobo peperit, finito 14. anno ſeruitutis ſuæ. Poſt annos 6.
2265.	181.	Iacob ad ſuos redire deliberat.
2266.	182.	Inchoante, clam cum tota familia reuertitur Iacob de Meſopotamia.
2268.	184.	Iudas ducit vxorem, quæ menſe decimo peperit ei Her filium.
2269.	185.	Iudas menſe octauo genuit Onan.
2270.	186.	Menſe circiter ſexto Iudas genuit Sela.
2273.	189.	Iacob de Socoth venit in Salum.
2274.	190.	Sub initio anni contigit violatio Dinæ filiæ Iacob.
2275.	191.	Beniamin de Iacob, & Caath de Leui naſcuntur.
2276.	192.	Ioſeph 17. annos natus, fratres apud patrem de crimine accuſans, viſaque ſomnia narrans, fratrum odium in ſe concitauit: quare volebant illum occidere, ſed conſilio Iudæ primò in ciſternam detruditur, deinde venditur Iſmaelitis inſcio Ruben: à patre autem exiſtimante eum à fera occiſum lugetur; interea Ioſeph in Aegypto Putiphari venditur.
2281.	197.	Præponitur idem Ioſeph cunctis ſeruis domini ſui.
2282.	198.	Iudas dat Thamar vxorem filio ſuo Her, quo paulò poſt mortuo dat eam ipſi Onan, qui etiam obijt ſub finem anni.
2283	199.	Iubet eam manere viduam, donec adoleſcat Sela.
2284.	200.	Iudas inſcius pro ſcorto cognouit Thamar, quo concubitu Phares & Zaram genuit.
2287.	203.	Ioſeph cum proſperè ageret apud herum Putipharem, eique gratus totam adminiſtraret familiam, contemnens heram ſæpius de concubitu interpellantem, accuſatur apud dominum, & inſons in carcerem conijcitur; vbi cuſtodis gratiam demeretur, à quo omnium vinctorum curam accipit. Sub finem anni explicat in carcere ſomnia Eunuchorum Pharaonis, alterum officio priſtino reſtituendum, alterum ſuſpendio finiendum prædixit: quæ omnia in Pharaonis natalitio euenerunt.
2288.	204.	Iſaac moritur, 180. annos natus, & à filijs Eſau, & Iacobo ſepelitur.
2289.	205.	Somnia Pharaonis de bobus & ſpicis, cum nemo alius valeret interpretari, vnicus Ioſeph interpretatur, ideòque toti Aegypto præficitur: data ei in vxorem Aſenatha filia Potipheris Oniorum, ſiue Heliopolitanorum Præſidis, ex qua duos filios, Manaſſem, & Ephraim ſuſcepit. Ab huius anni meſſe ſe-

ptem

Digitized by Google

Anno Mundi. | An. à profect. Abr.

ptem vbertatis anni numerantur: quibus Ioſeph ingentem annonæ copiam comparauit.

2296. 212. Anni ſeptem famis cœperunt: quibus Ioſephi prouidentia non totam Aegyptum ſolum ſubleuauit, ſed etiam alijs regionibus alimentum ſuppeditauit.

2297. 213. Fratres Ioſeph, cogente fame, in Aegyptum pro emendis frumentis à patre miſſi, ab eo cognoſcuntur, ac duriùs tractantur, & in carcerem conijciuntur: tandem Simeone in vinculis relicto, reuertuntur, ac pecuniam in ſaccum cuiuſque inditam, vna cum frumento inſcij referunt.

2298. 214. Aegrè impetrarunt fratres Ioſeph à patre, vt in Aegyptum reuertentes additis muneribus, ac duplici pecunia, Beniamin ſecum ducerent, qui inuitati ad conuiuium, educto Simeone de carcere, ſimul epulantur cum Ioſepho.

Ioſeph iubet abſcondi ſcyphum ſuum in ſacco Beniamin, & poſt eum inuentum, reuocatos ab itinere fratres, furti arguit: Iudas autem pro Beniamin ſe in ſeruitutem offert. Ioſeph oratione Iudæ permotus, ſe fratribus patefacit, eoſque ſceleris recordatione conſternatos, oſculo amplexatur: quarè Pharao vna cum tota domo ſua exultans, præcepit vt aduocetur pater cum vniuerſa domo ſua in Aegyptum: idem multis verbis denuntiat Ioſeph, fratreſque multis donatos muneribus ad patrem remittit.

Iacobus oblatis victimis diuinitus confirmatus, cum tota familia ineunte tertio anno famis, in Aegyptum deſcendit; annos natus 130. cui occurrens Ioſeph ſuadet, vt Pharaoni ſe eſſe paſtores ouium dicant.

2300. 216. Ioſeph totam pecuniam, quæ inueniebatur in terra Aegypti, & in regione Chanaanis pro annona illis vendita collegit, eamque in Pharaonis ærarium intulit.

2301. 217. Pecunia vtriuſque regionis abſumpta, Aegyptij greges, & armenta ſua Ioſepho vendiderunt.

2302. 218. Fames adeò premit Aegyptum, vt venditis pecoribus, terram quoque vendere ſint coacti, quo factum eſt, vt quinta pars fructuum Regibus Agypti perpetuò cedat, præterquam in poſſeſſionibus Sacerdotum.

2315. 231. Iacobum ægrotantem inuiſit Ioſeph: cuius filios Manaſſem, & Ephraim Iacob ſibi adoptat, ac benedicit, minorem contradicente Ioſeph maiori præponit; denique ſupra fratres partem vnam Ioſeph tribuit. Conuocatis deinde omnibus filijs benedicit, ſingulis euentura prædicit, deq. aduentu Meſſiæ inſigne vaticinium edit: לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו עד כי יבא שילה: *Non recedet Virga ex Iuda, & Legiſlator de pedibus eius, quo vſque veniat Meſſias.* Gen. 49. v. 10. Tandemque declarato ſepulturæ ſuæ loco moritur, annos natus 147. poſtquam in terra Ægypti 17. vixiſſet annis.

Ioſeph in Ægyptum reuerſus, fratres de commiſſo in ſe facinore ſollicitos benignè conſolatur, eique neceſſaria omnia promittit.

2369. 285. Ioſeph imminente morte egreſſum filiorum Iſrael de Ægypto vaticinatus eſt dicens: *Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram, quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob.* Poſtquàm autem mandatum dedit de ſuis oſſibus in terram Chanaan, cum ex Ægypto ſint migraturi, deferendis, in pace quieuit, expletis 110. vitæ ſuæ annis; & conditus aromatibus repoſitus eſt in loculo Ægypti.

In morte Ioſephi definit liber Geneſeos, 2369. annorum res geſtas continens. Poſt hunc, temporis ordine ſequi videtur hiſtoria libri Iob, qui poſt flagella, bona cuncta duplicia à Domino accepit.

2385. 301. Leui annos natus 137. moritur in Ægypto.

2427. 343. Regnat in Ægypto Amenophis, qui affligit Hebræos.

2430. 346. Aaron natus eſt, triennio ante fratrem Moſem, 83. annis ante exitum Iſraelitarum ex Ægypto. Erat autem Moyſes octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti ſunt ad Pharaonem.

2431. 347. Pharao præcepit omni populo ſuo, vt quidquid maſculini ſexus Hebræis natum fuerit, in flumen proijceret.

2433. 349. Iocebeda, anno 48. poſt mortem patris ſui Leui, Amramo nepoti, & marito ſuo Moſem peperit, & videns eum elegantem abſcondit tribus menſibus. Cumque iam celare non poſſet, ſumpſit fiſcellam ſcirpeam, bitumine ac pice lini-

Anno Mundi.	An. à profect. Abr.	
		linitam, in eaque infantulo poſito, in carecto ripæ fluminis illum expoſuit: ſtante procul ſorore eius Maria & conſiderante euentum rei. Ibi eum repertum Thermutis filia Pharaonis, matris ſuæ Iocebedæ lactandum tradidit: poſteaque in locum filij adoptauit, vocans nomen eius משה *Moſceh*, quia ex aquis traxit eum.
2473.	389.	Moſes 40. annos natus, cum fratres ſuos Iſraelitas inuiſeret, corumque ærumnas cerneret, virum Ægyptium in Hebræum inſultantem videns, occidit illum, & in arena abſcondit. Prodita cæde, metu Pharaonis in terram Madianitidem fugit, ibique vxorem duxit Sephoram filiam Raguelis.
2474.	390.	Caleb filius Iephunnæ natus eſt.
2494.	410.	Amenophis Rex Ægyptiorum moritur, anno regni ſui 67. ſuccedit filius eius, qui annorum 19. & menſium 6. ſpatio tyrannidem Patris erga Hebræos ſequutus eſt, vt videtur innui illis verbis Exod. 2. 23. *Poſt multum verò temporis mortuus eſt Rex Ægypti: & ingemiſcentes filij Iſrael, propter opera vociferati ſunt.*
2513.	429.	Iſraelitæ clamant ad Dominum, qui parat educere eos de Ægypto per manum Moyſi.
		Moſes 80. & Aaron 83. annos natus, præcipiente Deo, ad Pharaonem loquuntur, virgam vertunt in ſerpentem, & aquam virga percuſſam in ſanguinem: ſimilia faciunt Magi Pharaonis ſuis incantationibus, quam ob cauſam Pharao induratur vt dimittat Hebræos, ideò Deus Moſis miniſterio decem Plagas Ægyptijs inflixit.

ÆTAS MVNDI IV.

Anno Mundi.	Anno ab Exitu de Ægypto.	
		EXpletis quadringẽtis triginta annis, quibus filij Iſrael manſerũt in Ægypto Paſchalis agni immolandi, & comedẽdi ritu declarato, ac celebrato, eiuſq; ſanguine domorum ſuperliminaribus illito, cæſis ab Angelo exterminatore omnibus Ægypti primogenitis, tàm ex hominibus, quàm iumentis, ſurrexit Pharao nocte, & vocatis Moyſe & Aarone, omnes Iſraelitas cum ſuis facultatibus, & Ægypti ſpolijs, quàm citiſſimè dimittit. Profectique ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth, ſexcenta fere millia peditum, virorum ſcilicèt bellatorum, præter ſenes, paruulos, mulieres, & promiſcuum vulgus Ægyptiorum, qui Iudaica Religione initiati, ipſos comitari voluerunt; aſcenderuntque cum eis, oues, & armenta, & animantia diuerſi generis multa nimis.
2514.	1.	Primo huius anni ſemeſtri paratur Tabernaculum iuxta omnes partes ſuas, nempe cortinas, ſaga, opertoria, tabulata, vectes, velum, & tentorium.
		Menſe primo, prima die menſis Tabernaculum erigendum, & conſecrandum præcipitur; quo facto, maieſtate Dei repletur, nube Tabernaculum continuò operiente, attollente ſe dum eſſet proficiſcendum.
		Eodem anno ſecundo, & menſe primo, Iſraelitæ à Deo moniti, ſecundum Paſcha celebrauerunt ad veſperam diei 14.
		Præcepit Deus Moyſi omnes Iſraelitas per ſuas tribus recenſere, (Leuitis exceptis) mares ab anno 20. ad 60. videlicèt qui poterant ad bella procedere, & facta eſt ſumma numeratorum filiorum Iſrael, 603550. Numerantur deinde Leuitæ in Tabernaculi miniſterium aſſumpti, cum ſuis principibus, & miniſterijs, & loco primogenitorum Iſrael ſuſcipiuntur, reliqua verò primogenita, numero Leuitarum excedentia, pretio redimuntur.
2553.	40.	Anno quadrageſimo ab exitu ex Ægypto, vndecimo menſe, in campeſtribus Moabitarum, Moſes concionem ad populum Iſraeliticum habuit, qua diuinis beneficijs in eorum memoriam reuocatis, ac Lege Dei repetita, multiſque præceptis cùm ritualibus, tùm forenſibus, ipſos ad omnem obſeruantiam adhortatur; deinde totam terram promiſſam circumquaque proſpexit, ibique mortuus eſt iubente Domino, anno ætatis ſuæ 120. Ducatus ſui 40. Hoc eodem anno mortua eſt Maria ſoror Moſis ætatis ſuæ 127. Moritur etiam Aaron anno ætatis ſuæ 123. Sacerdotij ſui 29.
		Ioſue filius Nun ex tribu Ephraim ſucceſſit Moyſi in Principatum Hebraicæ Gen-

Digitized by Google

Anno Mundi.	Anno ab exitu de Ægypto.	
		Gentis, & repletus eſt Spiritu ſapientiæ, obedieruntque ei filij Iſrael.
		Die decima menſis primi, eodem videlicèt die, quo Agnus Paſchalis erat ſeligendus, Iſraelitæ, Duce Ioſue Ieſu Chriſti typo, ex Iordane aſcenderunt in promiſſam terram Cananæam, ſiccato Dei miraculo Iordane; & ex eo duodecim lapides ad poſterorum memoriam colliguntur, alijque duodecim in ipſo Iordanis alueo ſtatuuntur. Ioſue circumciſionis vſum per annos 40. interruptum, reſtaurauit Gilgale: vbi circumciſi conſederunt, donec ſanitatem recepiſſent.
2554.	41.	Ab autumno huius anni quo poſt ceſſationem Mannæ terram primum ſerere Iſraelitis contigit, numerandus annus primus, & radix annorum Sabbaticorum hic figenda.
2559.	46.	Præcipit Dominus Ioſue, vt terram occupatam Iſraelitis diuidat.
2561.	48.	Ioſue ſenex, iamque moribundus, exhortatur filios Iſrael ad ſeruanda Dei præcepta,& cauendam ſocietatem cum gentibus; denique mortuus eſt,cum eſſet centum,& decem annorum;ſepelieruntq; eum in finibus poſſeſſionis ſuæ in Thamnathſaræ, quæ eſt ſita in monte Ephraim à ſeptentrionali parte montis Gaas.
2599.	86.	Othoniel Kanaſi filius, è tribu Iudæ iudex, & vindex à Deo ſuſcitatus, Cuſhane debellato, libertatem Iſraelis reſtituit, quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus eſt Othoniel.
2609.	96.	Annus Iubilæi primi.
2658.	145.	Annus Iubilæi ſecundi.
2679.	166.	Poſt mortem Othonielis, Iſraelitici populi Iudex fuit Aod, filius Geræ è Tribu Beniamin. Poſt hunc fuit Samgar filius Anath, qui percuſſit de Philiſtijm ſexcentos viros vomere: & ipſe quoque defendit Iſrael.
2699.	186.	Iſraelitæ poſt mortem Aod, ad peccata redeuntes traditi ſunt à Deo in manus Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Aſor: habuitque ducem exercitus ſui nomine Siſaram.
2707.	194.	Annus Iubilæi tertij.
2719.	206.	Debora Lapidothana prophetiſſa, & Barac aduerſus Siſaram principem militiæ regis Iabin felicitèr dimicant, quem profugum occidit Iahel vxor Haber, infigens clauum tabernaculi ſupra tempus capitis eius.
2752.	239.	Iſraelitæ denuò peccantes à Madianitis ſunt oppreſſi. Quæ oppreſſio fuit annorum ſeptem.
2756.	243.	Annus Iubilæi quarti.
2759.	246.	Liberantur Iſraelitæ à ſeruitute Madianitarum, Gedeonis auxilio, qui poſt ſacrificium, & altare Deo erectum, deſtruxit aram Baal, eique rurſum datur ſignum in vellere.
2768.	255.	Mortuo Gedeone filio Ioas in ſenectute bona, Iſraelitæ ad idololatriam conuertuntur, & fornicati ſunt cum Baalim; percuſſeruntque cum Baal fœdus, vt eſſet eis in Deum. Abimelech autem è concubina Sichemitana Gedeonis filius, regnum quod pater recuſauerat affectans; ſeptuaginta fratres ſuos ſuper vnum lapidem interemit.
2769.	256.	Ioathan filius Ieroboal natu minimus, qui ſolus manus fratris euaſerat, cum ei nunciatum eſſet, quòd regnaſſet Abimelech, iuit & ſtetit in vertice montis Garizim, eleuataque voce exprobrauit Sichemitis iniuriam domui paternæ illatam, & parabola propoſita, ruinam eorum prædixit, deinde oratione peracta, fuga ſe proripiens, Beræ tutus habitauit.
2772.	259.	Abimelecho mortuo, regnat Thola filius Phua patrui Abimelech de Tribu Iſſachar.
2790.	277.	Heli Sacerdos naſcitur. Et poſt annos 98. mortuus eſt.
2795.	282.	Thola vita functo anno 23. ducatus ſui ſucceſſit Iair Galaadites, è Tribu Manaſſis vltra Iordanem, qui Iſraelem iudicauit annos 22.
2799.	286.	Iſraelitæ in idololatriam lapſi traduntur Philiſtæis, & Ammonitis. Quæ oppreſſio 18. annorum fuit.
2805.	292.	Annus Iubilæi quinti.
2816.	303.	Hoc anno nempè oppreſſionis decimo octauo, Iſraelitis pœnitentibus, Dominus ingratitudinem improperat, tandemque eorum miſeretur.
2817.	304.	Iair mortuus eſt, Camone ſepultus.

Ie-

Anno Mundi.	Anno ab exitu de Ægypto.	
		Iephte Galaadites fit Dux in Iſrael, & Ammonitis ſubiugatis, rediens à prælio, ob votum temerè factum, filiam ſuam vnicam Deo deuouit; & 42000. Ephraimitas iniuſtè aduersùs eum inſurgentes, trucidauit; atque Iſraelem ſex annos iudicauit.
2823.	310.	Mortuo Iephte, & in Galaad ſepulto, Abeſan Bethleemita iudicauit Iſraelem ſeptem annos.
2830.	317.	Abeſan defuncto, & Bethleemi ſepulto, ſucceſſit Ahialon ex Tribu Zabulonis: qui iudicauit Iſraelem decem annos.
2840.	327.	Ahialon mortuus eſt, & in Terra Zabulonis ſepultus: ſucceſſit Abdon Ephraimita filius Illelis Pharatonitæ, qui iudicauit Iſraelem ſeptem annos.
2848.	335.	Poſt mortem Abdonis, Heli ſummus Sacerdos iudicauit Iſraelem annos quadraginta: Iſraelitæ rursùm in idololatriam lapſi, Philiſtæis traduntur. Quæ oppreſſio fuit annorum 40. Samſon naſciturus, ab Angelo prædicitur matri, deinde patri.
2849.	336.	Zoræ naſcitur Samſon Nazaræus, ſicut Angelus prædixerat, iudicauitque Iſraelem in diebus Philiſtijm, annos viginti.
2854.	341.	Annus Iubilæi ſexti.
2867.	354.	Eli Sacerdote ſummo, Iudicis officium in rebus forenſibus, ſub Philiſtæorum dominatu exequente; Samſon ducit vxorem Philiſtæam, quam cum viſeret, leonem lacerauit, in cuius ore poſtmodùm reperto melle, ſumpſit ab eo parabolam, qua ſodalibus propoſita, illi interpretationem per Samſonis vxorem intellexerunt.
2868.	355.	Samſon cum comperiſſet vxorem ſuam traditam eſſe alteri, vindictæ occaſione arrepta, trecentas cœpit vulpes: & titionibus ad earum caudas alligatis, incendit Philiſtæorum ſegetes, & fractis funibus, quibus ligatus erat, mille Philiſtæos aſini maxilla proſtrauit: è cuius dente molari, aquæ ſitienti fluxerunt.
2887.	374.	Samſon à Dalila concubina proditus, & cognita cauſa fortitudinis, detonſus, illuditur, & excæcatur ab hoſtibus; quos tandem, creſcentibus capillis, & viribus recuperatis, vnà ſecum interemit tria millia Philiſtæorum vtriuſque ſexus.
2888.	375.	Cæduntur Iſraelitæ à Philiſtæis, rurſumque adducta in Caſtra Arca cæduntur, captaque Arca, duo filij Heli occiduntur: quibus auditis, Heli corruens occumbit, & nurus eius in partu moritur.
2894.	381.	Barzillai Galaadites natus eſt.
2903.	390.	Annus Iubilæi ſeptimi.
2908.	395.	Samuel Sacerdos & Propheta, Iudexque Populi conſtitutus, Iſraelitas à Philiſtæis oppreſſos liberauit: annis viginti poſtquam Arca fœderis in Cariathiarim collocata eſt.
2909.	396.	Ioele, & Abia filijs Samuelis ad auaritiam declinantibus, petit Populus ſibi Regem dari more Gentium; quibus Samuel, iubente Domino, durum ius Regis prædicit, ſed non auditur. Vngitur Saul in Regem à Samuele, datis, ac ſuccedentibus ſignis, Ius Regium Samuel deſcripſit, regnandique præcepta in libro ſcripta, coram Domino reponuntur.
2911.	398.	Victi à Saule Philiſtæi maximo apparatu aduerſus Iſraelem armantur; territi Hebræi in antris latitant: & Saul, quia non expectato Samuelis aduentu obtulit holocauſtum, reprobatus à Domino dicitur.
2941.	428.	Reprobato Saule, & familia eius à Regni ſucceſſione excluſa, Samuel poſt diutinum luctum Bethlehemum à Deo mittitur, vt Dauidem poſt eum regnaturum vngeret: quo pſallente coram Saule cum agitaretur ſpiritu malo, ille leuius habebat.
2944.	431.	Dauid metuens ne in Saulis manus incideret, in Nobe vrbem Sacerdotalem fugit, fame compulſus, panes ſanctificatos comedit datos ab Achimelech, præſente ibidem Doeg idumæo; & Goliath gladio accepto, apud Achis Regem Geth, dementiam præ timore ſimulat.
2949.	436.	Armantur Philiſtæi contra Saul, ad quod bellum Dauid pollicetur fidem Regi Achis; Saul autem conſpecto Philiſtæorum exercitu territus conſulit Do-

Digitized by Google

Anno Mundi.	Anno ab exitu de Ægypto.	
		minum; cum verò illi non reſponderet neque per ſomnia, neque per Vrim, neque per Prophetas, occiſis Magis Pythoniſſam conſulit, ſuſcitari iubens Samuelem, à quo ſuam ſuorumque proximam mortem didicit.
		Fugato Iſraelitarum exercitu, Saul cum tribus filijs, Ionathan, Abinadab, & Malchiſua in pugna cæſis, corpus truncato capite, in mura Bethſan ſuſpenditur, armaque eius in templo Aſtharoth: viri autem Iabes ablatis Saul ac filiorum eius corporibus, iuxta Iabes ea ſepelierunt.
2951.	438.	Biennio elapſo, quo pacificè regno Iſraelitico potiebatur Isboſethus, diutinum bellum exoritur inter ipſum, & Dauid.
2952.	439.	Annus Iubilæi octaui.
2956.	443.	Abner reprehenſus ob concubinam, & contumelia ab Iſboſetho affectus, fœdus inijt cum Dauid, & reducta Michol, dum congregaret Iſraelitas ad Dauid, occiditur à Ioab, cui Dauid iratus, amarè deflet Abner.
		Conturbatis Iſraelitis ob cædem Abneris, Bahana, & Recab militum præfecti, caput Iſboſeth, quem dormientem occiderant, ad Dauid attulerunt, quos pro mercede iuſſit interimi.
2957.	444.	Dauid vnctus ſuper totum Iſrael, pulſis Iebuſæis, arcem Sion cæpit: vbi extructa domo habitauit, alias ſuperinduxit vxores, filios procreauit, & Philiſtæos bis proſternit.
2959.	446.	Arca fœderis à Dauide à domo Abinadab reducitur; Oza à Domino occiſſus eſt, quod illam attigiſſet, quare eam in domo Obededom reliquit: poſtmodum verò in Ieruſalem deducens, & ante eam ludens, à Michol vxore ridetur: in cuius pœnam nunquam illa deinceps peperit.
2960.	447.	Dauide habitante in domo cedrina, Nathani prophetæ voluntatem ſuam de templo Deo conſtruendo aperuit, à quo, Deo ſic iubente, reſponſum accepit, non ab ipſo bellis iamdiu aſſueto, ſed à pacifico Salomone ipſi naſcituro, hoc perficiendum eſſe.
		Thou rex Emath cum Dauide congratulatur de Adarezere deuicto, à quo multa ſpolia Dauid abſtulit.
2967.	454.	Nahasho Ammonitarum regi defuncto ſucceſſit filius Hanun, qui poſt illatam legatis Dauidis iniuriam, quos ad conſolandum de patris morte miſerat, contraxit quinque regum Syriæ copias aduersùs Dauidem, ab eo tamen profligatur ſemel, & iterum.
2969.	456.	Vertente anno, eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere; dum Ioab obſidet Rabba Ammonitarum metropolim, Dauid Hieroſolymis reſidens, adulterio Bethſabee adiunxit ad id celandum, homicidium Vriæ; acceptaque illa in vxorem, & nato ex ea filio, Dominum commouit ad iram.
2970.	457.	Poſt natum filium in adulterio conceptum, Dauid ſub parabola à Nathan propoſita correptus reſipuit, & Pſalmum 51. *Miſerere mei Deus*, pœnitentiæ ſuæ teſtem edidit.
2971.	458.	Mortuo ſupradicto infantulo, denuò ingreſſus eſt Dauid ad Bethſabee vxorem ſuam, quæ genuit filium, vocauitque Salomon.
2972.	459.	Amnon primogenitus Dauidis filius, Thamar ſororem ſuam violauit.
2974.	461.	Abſalom inter epulas occidit Amnon propter nefarium ſuum inceſtum, iratoque patre, profugus ad regem Geſſur, tribus annis ibi permanſit.
2977.	464.	Ioab reuocari curat Abſalom à Geſſur in Ieruſalem, mulieris Thecuitæ ſolertia, poſt triennale exilium.
2979.	466.	Abſalom biennio poſt reditum, faciem patris non vidit, donec meſſem Ioab incendi iuſſit.
2980.	467.	Abſalom filius rebellis conciliato ſibi populi fauore, aduersùs patrem coniurat in Hebron, quem pater fugit, paucis cum Arca remiſſis, & inter alios Chuſai remittitur, conſilium Achitophel diſſipaturus, vt poſtea euenit: Achitophel neglectum videns ſuum conſilium, ſuſpendio vitam finiuit; Abſalom verò victus in prælio, & de quercu pendens, ab Ioab tribus lanceis transfoditur, quod audiens Dauid, amarè illum fleuit.
2983.	470.	Hoc anno immiſſa eſt triennalis fames, quæ multum afflixit Iſraelitas, propter iniuſtam ſæuitiam Saulis in Gabaonitas.
2986.	473.	Fame adhuc durante, in diebus meſſis primis, incipiente meſſione hordei,

Digitized by Google

Anno Mundi. Anno ab exitu de Ægypto.

Dauid ad Gabaonitarum petitionem, tradidit illis duos filios, & quinque nepotes Saulis præter Miphiboſeth quos crucifixerunt; eorumque oſſa, vnà cum Saulis, & Ionathæ oſſibus iubet ſepultura tradi. Poſt hæc habuit Dauid quatuor prælia cum Philiſtæis: in quorum vno deficiente Dauid propter ſenectutem, mortis periculum ab Ieſhibenob gigante illi intentatum euaſit.

2987. 474. Dauid ob numeratum populum pœnitiut, & à Gad propheta correptus, ex tribus flagellis oblatis peſtem triduanam elegit, qua ſæuiente, mortui ſunt ex populo, à Dan vſque ad Berſabee, ſeptuaginta millia virorum. Orante Dauide ad Dominum, admonuit eum Gad propheta, & in area Areuna, dato pretio, Altare erigit, ceſſatque peſtis.

2988. 475. Rehoboam Salomoni ex Naama Amonitiſſa naſcitur.

2989. 476. Dauidem ſeptuagenarium puella Abiſag calefacit, caſta manens. Adonias verò, occaſione ex patris infirmitate arrepta, regnum occupauit; Bethſabee conſilio Nathan directa, impetrauit à Dauid vngi Salomonem in regem: quo audito fugit Adonias.

2990. 477. Dauid Salomonem filium præceptis inſtruens, moritur. Adonias petens Abiſag in vxorem, ob affectatum eo dolo regnum, occidi à Salomone iubetur; Abiathar ſacerdotio priuatur, & tandem Ioab in tabernaculo interficitur.

2991. 478. Salomon ſibi matrimonio coniunxit filiam Pharaonis Regis Ægypti; ſapientiam à Domino in ſummo petit, quam vnà cum diuitijs & gloria accepit, & primum in meretricum dirimenda lite oſtendit.

2992. 479. Hiram Rex Tyri concedit Salomoni lignorum cæſores ad templi ædificationem, quibus Salomon tribuit cibaria, cæteroſque operarios, præfectos & curatores ſuppeditat.

Anno Mundi. Anno Templi fundati.

AETAS MVNDI V.

ANno igitur 480. ab egreſſu Iſraëlitarum ex Ægypto, Salomonis Regni 4. menſis ſecundi, qui *Ziu* tunc dictus eſt, (partim Aprili noſtro, partim Maio reſpondens) ædificari cœpit domus Domino.

2993. 1. Semei quia contra præſcriptum egreſſus eſt Ieruſalem, iuſſu Salomonis occiſſus eſt.

3000. 8. Anno vndecimo Regni Salomonis, menſe *Bul* (ipſe eſt menſis octauus) perfectum eſt Templum in omni opere ſuo, & in vniuerſis vtenſilibus ſuis, ædificauitque eum ſpatio annorum ſeptem cum dimidio.

3001. 9. Hoc anno, qui noui Iubilæi fuit, Dedicatio Templi ſolemni ritu à Salomone celebrata eſt.

3012. 20. Palatium Salomonis abſoluitur.

3029. 37. Salomon præter filiam Pharaonis plurimis iungitur mulieribus alienigenis, & cum iam eſſet ſenex, deprauatum eſt cor eius per mulieres, vt ad ipſarum idola conuerteretur: in quem iratus Dominus ſuſcitat ei aduerſarium Adad, Razon, & Ieroboam; cui per prophetam Ahiam promittit regnum Iſraël, ſeruata vna tribu Iudæ, & altera Beniamin Salomonis filio. Tandem poſt quadraginta regni annos, moritur Salomon, cui ſuccedit vnicus de tot thalamis filius, Roboam: qui ſeniorum conſilio derelicto, quod erat iuuenum ſecutus eſt; ob hanc rem patitur regni diuiſionem, & Ieroboam Rex ſuper decem tribus conſtituitur, contra quem pugnare Roboami exercitus à Domino per Semeiam prophetam prohibetur.

3030. 38. Ieroboam Rex Iſrael erexit aureos vitulos in Dan & Bethel adorandos, conſtitutis ſolemnitate, altari, ac ſacerdotibus.

3032. 40. Roboam in regno Iudæ confirmatus, reliquit legem Domini, & totus Iſrael cum eo.

3046. 54. Ineunte anno decimo octauo regni Ieroboam ſuper Iſrael, defuncto Roboamo ſuccedit ſuper Iudam Abia filius eius qui triennio regnat.

3047. 55. Bellum inter Abiam, & Ieroboam, in quo Abia, Deo confiſus inſignem reportauit victoriam, cæſis 500. Iſraelitarum millibus.

3049. 57. Anno vigeſimo Ieroboami dormiuit Abia cum patribus ſuis, eique ſuccedit

Anno Mundi.	An. Templi fūdati.	
		dit Aſa filius eius, qui quadraginta & vno anno regnauit ſuper Iudam in Ieruſalem.
3050.	58.	Annus Iubilæi decimi.
		Nadab anno ſecundo regni Aſæ, patri Ieroboamo defuncto in regno Iſraelis ſuccedit.
3051.	59.	Nadab cum omni Iſraele obſidente Gebbethon, occiditur à Baaſa anno tertio Aſæ regis Iuda, eique in regno ſuccedens, percuſſit omnem domum Ieroboam; & non dimiſit ne vnam quidem animam de ſemine eius, donec deleret eum: & regnauit ſuper omnem Iſrael in Tharſa viginti quatuor annis.
3055.	63.	Ioſaphat naſcitur ex Aſa patre, & matre Azuba, qui poſtea annorum 35. in regno ſucceſſit.
3063.	71.	Ineunte anno 15. regni Aſæ, Zara rex Æthiopum cum exercitu ſuo, decies centena millia, & curribus trecentis venit vſque Mareſa præliaturus contra Aſa, qui perrexit obuiam ei cum omni exercitu ſuo, habens portantium ſcuta, & haſtas de Iuda trecenta millia, de Beniamin verò ducenta octoginta millia, & inuocato Domino pugnauit, fugauit, & vicit omnes Æthiopes. Exhortatione Azariæ prophetæ confortatus Aſa, aufert ſordes idolorum, ſuamque matrem Maacham ex auguſto depoſuit Imperio.
3074.	82.	Baaſæ regi Iſrael defuncto, ſuccedit Ela filius eius.
3075.	83.	Ela ab impio Zambri occiditur, eoque regnum inuadente conſtituit Iſrael Amri principem militiæ in regem, quo impio regnum obtinente, & Therſa obſidente, Zambri ſecum domo regia ſuccendit.
		Diuiditur populus Iſrael in duas partes, orto ſchiſmate: media pars populi ſequebatur Thebni filium Gineth, & conſtituit eum regem; pars altera ſecuta eſt Amrim, quæ firmior erat, & præualuit.
3079.	87.	Mortuus eſt Thebni, & regnauit Amri ſolus in Iſrael. Hic in monte Semer ædificauit ciuitatem appellauitque Samariam Regiam Regum Iſraelis, qui propterea Reges Samarię dicti ſunt.
3080.	88.	Iehoram naſcitur ex Ioſaphat.
3086.	94.	Defuncto impio patre Amri ſuccedit impiiſſimus filius Achab ſuper Iſrael, qui Iezabel duxit vxorem.
3090.	98.	Aſa anno quadrageſimo primo regni ſui deſinente, bono patri, melior ſucceſſit filius Ioſaphat ſuper Iudam, tenuitque regnum annis 25.
3097.	105.	Athalia filia Achabi regis Iſraelis, nupta Iehoramo filio Ioſaphati, Ahaziam illi peperit, qui anno 22. natus, illi in regno Iudę poſtea ſucceſſit.
3099.	107.	Annus Iubilęi vndecimi.
3105.	113.	Achab, recuſata ſibi à Naboth vinea, contriſtatus proiecit ſe in lectulum ſuum; Naboth verò a falſis teſtibus, iuſſu Iezabel accuſatus, lapidatur: quo facto, ipſi Achab ad occupandam vineam properanti, Elias plurima comminatur mala, quę tamen Achabus ſe humiliando euadit.
3106.	114.	Achab, anno decimo ſeptimo Ioſaphati, filium ſuum Ochoziam Regem, vel potius Proregem Iſraelis conſtituit.
		Eodem anno Ioſaphat, Achabi exemplo, Iehoram filium ſuum Proregem Iudæ inſtituit.
3107.	115.	Achab, & Ioſaphat Reges, pſeudo-prophetarum vaticinio decepti, ad pugnam procedunt aduerſus Syros pro Ramoth Galaad, & vincuntur, occiſo Achab, qui Michæam vera prophetantem carcere incluſerat.
3108.	116.	Mortuo Achab impio ſuccedit Ochozias non diſſimilis patri; & Moab ab Iſraele defecit.
		Ochoziæ defuncto ſucceſſit in regno Iſraelis frater ipſius Iehoram Achabi filius.
		Hoc fermè tempore Elias curru igneo in Cœlum ſublatus eſt, relicto Eliſæo in munere prophetico ſucceſſore, & duplici eius ſpiritu munito.
3109.	117.	Reges Iſrael, Iuda, & Edom aſcendunt aduerſus Regem Moab, ob præuaricationem fœderis quod cum Rege Iſrael habebat: Eliſæo propheta exercitui aquam miraculosè ſubminiſtrante, & victoriam de rege Moab promittente, qui ſuo primogenito ſuper murum immolato, vrbis excidium arcet.
3112.	120.	Ioſaphat regni ſecum conſortem conſtituit Iehoram.

Anno Mundi.	An. Templi fũdati.	
3115.	123.	Defuncto Ioſaphat optimo Regi, peſſimus eius filius Iehoram ſucceſſit, qui ſolus per quadriennium regnauit, fratreſque ſuos vnà cum quibuſdam principibus Iudæ occidit; cui Elias per literas, peſſimam ægritudinem, ac mortem, & domus ſuæ, ac regni direptionem prædicit, quæ tandem ſubſecuta ſunt.
3116.	124.	Impius Iehoram, vxoris ſuæ Athaliæ conſilio, in Iuda Baaliticam idololatriam ſtatuit; & ad eam ſubditos ſuos compulit.
3117.	125.	Percuſſit Dominus Iehoram peſſimo languore vteri ſui duorum annorum ſpatio.
3118.	126.	Ochozias Iehorami natu minimus conſtituitur Prorex in Iuda.
3119.	127.	Iehoram, exeuntibus inteſtinis moritur, cui ſucceſſit Ochozias filius eius, qui exemplo patris, conſilia improbæ matris ſecutus, cultus Baalitici patronus extitit.
		Hoc anno naſcitur Ochoziæ filiorum minimus Ioas; qui 7. annorum puer Rex poſtea declaratus eſt.
3120.	128.	Ochoziam filium Iehoram regis Iudæ occidit Iehu, ſimul & Iehoram regem Iſrael. Cum autem Athalia mater Ochoziæ vidiſſet filium ſuum mortuum, ſurrexit, & interfecit omnem ſtirpem regiam domus Iehoram. Verùm Ioſabeth Iehorami regis filia abſcondit Ioas filium Ochoziæ ne interficeretur.
3126.	134.	Ioiada Pontifex vnxit Ioas ſeptennem in regem Iuda, curauitque vt Athalia occideretur, reſtituto Dei cultu. Porrò populus, domum, altaria, ac ſimulacra Baal deſtruxit.
3140.	148.	Amaſias ex Ioas rege naſcitur.
3151.	159.	Annus Iubilæi duodecimi.
		Mortuo Iehu Regi Iſrael ſuccedit Iehoachaz filius eius.
3163.	171.	Ioas filius Iehoachaz Regis Iſrael à patre, regni particeps factus eſt.
		Ioas rex Iudæ, mortuo Ioiade, iuſſit occidi Zachariam Sacerdotem Ioiadę filium, eò quòd Iſraelitas ad idololatriam poſt mortem patris ſui lapſos reprehendiſſet, ideò lapidibus obrutus eſt in atrio domus Domini.
3165.	173.	Cumque euolutus eſſet annus, Iuda, & Ieruſalem à Syris diripiuntur, & Ioas à ſeruis occiditur; cui ſuccedens Amaſias, interfecit eos qui patrem occiderant.
		Iehoachaz filius Iehu mortuus eſt, & Samariæ ſepultus.
3178.	186.	Iecholia Hieroſolymitana vxor Amaſiæ Regis Iudæ peperit Oziam, ſeu Azariam.
		Amaſias poſt habitam de Idumæis victoriam, adorauit Deos illorum & à Ioas Rege Iſraelis, quem ad prælium prouocauerat, capitur; ac Ieruſalem diruitur. Annis verò 15. ante mortem Amaſiæ, Ioas defuncto, ſuccedens filius Ieroboam, ab anno eiuſdem decimo quinto, per annos 41. Regnum Samaritanum obtinuit.
3194.	202.	Amaſias Rex Iudæ in Lachis fugiens, ob coniurationem aduerſùs eum Ieroſolymis factam occiditur, cui ſuccedit Ozias, ſiue Azarias.
3197.	205.	Annus Iubilæi decimi tertij. In Regno Iſraelis prophetarunt Ionas, Hoſeas, & Amos.
3220.	228.	Ieroboam rex Iſraelis moritur; poſt cuius mortem, omnia in præcipitium ruere cœperunt.
3221.	229.	Ieruſha Zadoki filia, Azariæ Regis Iudæ vxor, peperit Ioathan. Cum autem Azarias de Arabibus, & Ammonitis triumphaſſet, multaſque extruxiſſet ciuitates ob nimiam felicitatem in ſuperbiam elatus, neglexit Dominum ſuum, ingreſſuſque templum Domini adolere voluit incenſum ſuper altare thimiatis; quamobrem ad diem vſque mortis, à Domino lepra percuſſus eſt, regnum gubernante filio Ioatham, qui ei ſucceſſit.
3232.	240.	Zacharias filius Ieroboami quartus, & poſtremus ex ſtirpe Iehu, regnauit ſuper Iſrael menſes ſex, poſt quos à Shallumo filio Iabeſhi interfectus eſt coram populo.
		Shallum regnat ſuper Iſrael menſe vnico; nam à Menachem filio Gadi occiditur.
3233.	241.	Dum Menachem per vndecim ferè menſes, turbato rerum ſtatu, de regni poſſeſſione contendiſſet: ſuſcitauit Deus Iſrael ſpiritum Phul regis Aſſyriorum,

&

Digitized by Google

Anno Mundi.	Anno Templi fundati.	
		& ſpiritum Thelgathphalnaſar regis Aſſur : & tranſtulit Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Gozan.
3242.	250.	Achaz Ioathami filius naſcitur.
3243.	251.	Menachemo Regi Iſrael defuncto ſuccedit Pekahia filius eius ; & regnauit biennio.
3245.	253.	Pekaia in palatio Regis Samariæ interempto, ſuccedit Pekah filius eius.
3246.	254.	Annus Iubilæi decimi quarti.
		Ozias, ſiue Azarias Rex Iudæ moritur, ſuccedente ſibi filio eius Ioatham.
3251.	259.	Roma à Romulo condi cœpta eſt.
3252.	260.	Ezechias Achazi filius naſcitur, ex matre Abia Zachariæ filia.
3262.	270.	Ioathamo Regi Iudæ defuncto, ſucceſſit Achaz filius eius.
3263.	271.	Propter ſcelera Achaz multipliciter affligitur Iuda primùm ab Aſſyrijs, deinde à filijs Iſrael.
3264.	272.	Ab Idumæis etiam & Philiſtæis percutitur Iuda.
3265.	273.	Hoſea filius Elæ, interfecto Peka Remaliæ filio, Regnum Iſraelis inuaſit.
3277.	285.	Achaz poſt omnem plagam, adhuc auget impietatem, ideò poſtremò regni ſui anno, filium Ezechiam principatus fecit conſortem.
3278.	286.	Impio patri Achaz defuncto, ſuccedit pius filius Ezechias, qui ianuas Templi, quas pater occluſerat, aperuit. Contudit etiam Ezechias ſerpentem æneum, quem fecerat Moſes, eo quòd vſque ad dies illos Iſraelitæ adolerent ei.
3279.	287.	Ezechias Sacerdotes, & Leuitas componit in ordinem miniſterij: primitię, & decimæ deferri, & apud Sacerdotes aceruatim deponi cœptæ ſunt.
3280.	288.	Salmanaſar, Hoſeæ conſpiratione comperta, exciſis duabus ſummis ciuitatibus Are, & Kir-hareſeth, totum regnum Iſraeliticum peruaſit : & aſcendens contra Samariam, obſedit eam tribus annis.
3283.	291.	Anno tertio obſidionis finiente, regnique Ezechiæ ſexto, & Hoſeæ nono, Samariam cœpit Salmanaſar: & deportauit Iſraelitas in ditionem ſuam. In his diebus Salmanaſar Regis Aſſyriorum captus eſt ab eo Tobias; in captiuitate tamen poſitus, viam veritatis non deſeruit. Atque hic finis fuit Regni Iſraelitici, poſtquam 254. annis ſtetiſſet à Regno Iudæ ſeiunctum.
3287.	295.	Mortuo Salmanaſar Rege, regnauit Sennacherib filius eius pro eo.
3292.	300.	Sennacherib cum magnis copijs inuaſit Ægyptum.
3294.	302.	Sennacherib ex Ægypto in Palæſtinam reuerſus, Laciſhum obſedit. Ezechias populum hortatur fidere in Domino, à quo ille minis, & blaſphemijs nititur eum auertere: orantibus autem Ezechia, & Eſaia, Angelus diſſipat exercitum Sennacherib, qui fugiens à filijs occiditur.
3295.	303.	Annus Iubilæi decimi quinti.
3306.	314.	Ezechias nimia felicitate elatus Deum offendit, & moritur, cui ſuccedit impius Manaſſes filius eius, cum eſſet annorum duodecim, regnauitque in Ieruſalem quinquaginta annis.
3327.	335.	Manaſſes ob ſuas impietates ab exercitu Regis Aſſyriæ captiuus in Babylonem ducitur.
3339.	347.	Meshullemeth filia Haruzi è Ietba Manaſſi peperit Amonem filium.
3344.	352.	Annus Iubilæi decimi ſexti.
3347.	355.	Nabuchodonoſor Rex Aſſyriorum, victo Rege Medorum, cunctis regnis imperare cupiens, nuntios ad ea mittit; quibus abſque honore remiſſis, indignatus iurat ſed id vlturum.
3348.	356.	Holofernes à Nabuchodonoſor mittitur, omnia regna, & populos vaſtaturus, qui cum Bethuliam Iudææ Vrbem arcta obſidione cingeret, à Iuditha capite truncatus occubuit.
3355.	363.	Naſcitur Ioſias filius Amon, ex Fedida filia Hadaiæ Boſchatæa.
3361.	369.	Manaſſes in ſua afflictione ad Deum conuertitur, ſuoque regno reſtituitur, & idolis abiectis, Dei cultum reſtaurat, & moritur, cui impius filius Amon ſuccedit, qui biennio poſt à ſeruis ſuis interficitur.
3363.	371.	Impio Amone interfecto, & cæſis à populo illis, qui eum percuſſerant, conſtituitur Rex pius Ioſias filius eius pro eo.
3370.	378.	Ioſiæ naſcitur filius Eliakim, ex Zebudda Pedaiæ è Ruma.

Io-

Anno Mundi.	An. Templi fũdati.	
		Ioſiæ naſcitur Shallum, ſiue Iehoachaz, ex matre Hamutale filia Ieremiæ e Libna.
3371.	379.	Ioſias Idolorum cultu ſublato, Templum inſtaurat.
3374. 3375.	382. 383.	Ieremias anno decimo tertio Regis Ioſiæ, ad prophetandum mittitur, qui ob pueritiam ſe excuſat, ſed à Deo doctus, accipit robur inuincibile, iubeturque vaticinari deſtructionem Ieruſalem ſub nomine virgæ, & ollæ ſuccenſæ.
3380.	388.	Ioſias reperit Librum Legis authenticum, à latere Arcæ fœderis repoſitum, qui ab initio regni Manaſſis amiſſus fuiſſe videtur; ex illius præſcripto omnia conſtituit, & conuocato populo, lectoque libro, fœdus cum Domino percuſſit.
3381.	389.	Ioſias immolato Phaſe, maiori cum ſolemnitate, quam quiſquam Regum Iſraeliticorum aut Iudaicorum ante ipſum fecerat, feſtum Azymorum ſeptem diebus celebrauit.
3384.	392.	Hamutala peperit Ioſiæ poſt Shallumum, ſiue Iehoachazum, etiam Mattaniam, qui Sedekias poſtea dictus eſt.
3393.	401.	Annus Iubilæi decimi ſeptimi.
3394.	402.	Ioſias contra Regem Ægypti pugnare tentans, grauiterque vulneratus, moritur cum ingenti omnium luctu, & præſertim Ieremiæ prophetæ.
		Defuncto Ioſiæ Regi optimo, ſuccedit eius filius Ioachaz, quem poſt tres menſes Nechao Rex Ægypti transfert in Ægyptum, fratremque Eliakim, quem Ioakim nominat, ſubſtituit: Quo in Babylonem ducto à Nabuchodonoſore, regnat filius Ioakin, & hunc Rex Aſſyriorum vnà cum vaſis templi in Babylonem abducit, patruumque illius impium Sedekiam ſubſtituit, qui Aſſyrijs rebellans, templo ac Ieruſalem incenſis, transfertur vnà cum populo in Babylonem, propter Regum & populi peccata, donec per Cyrum Regem Perſarum primo anno Regni eius, redeundi datur facultas.
3405.	413.	Sedekias annis vndecim regnauit Ieroſolymis, fecitque malum coram Domino Deo ſuo. Hoc anno natus eſt Cyrus Perſo-medus, patre Perſa, matre Meda.
3409.	417.	Deus per Ieremiam prophetam prædicit Babylonem, & terram Chaldæorum à Medis, & Perſis vaſtandam, confirmatque populum ſuum promiſſionibus recuperandæ liberationis.
		In anno quinto, in ſeptimo die menſis, in tempore quo cœperunt Chaldæi Ieruſalem, & ſuccenderunt eam igni, legit Baruch verba libri ſui ad aures Iechoniæ, filij Ioakim regis Iuda, & ad aures vniuerſi populi à minimo vſque ad maximum.
		Hoc anno vidit Ezechiel viſionem ſuam magnam iuxta fluuium Chobar.
3414.	422.	Annus Sabbatarius: in quo exercitus Regis Babylonis pugnauit contra Ieruſalem, & contra omnes ciuitates Iuda, quæ reliquæ erant, promulgata libertate ſeruorum ſuorum.
3415.	423.	Ezechiel vaticinatur contra Pharaonem, & Ægyptum. Nabuchodonoſor, fugato Pharaonis exercitu, redit ad Hieroſolymitanam obſidionem.
3416.	424.	Nabuzardan princeps militiæ à Nabuchodonoſor miſſus Hieroſolymam ingreſſus eſt poſt biennium obſidionis, & Sedekias Rex Iuda fugiens capitur; filijſque eius coram ipſo trucidatis vnà cum principibus Iuda exoculatus, ac vinctus ducitur in Babylonem: & incenſo templo, & palatio, cæteriſque domibus, transferuntur omnes in Babylonem, præter paucos vinitores, & agricolas: ſimilitèr, & vaſa templi, inter quæ deſcribuntur duæ æreæ columnæ; & numerus Iudæorum in Babylonem diuerſis temporibus tranſlatorum, vbi Rex Ioachim poſt 37. annos de carcere eductus, exaltatur.

AETAS MVNDI VI.

Anno Mundi.	Anno à deſolatione Templi.	
3417.	1.	Menſe ſeptimo, veniens Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſama de ſemine regio vnà cum decem viris percuſſit Godoliam, qui & mortuus eſt; occiditque Iudæos & Chaldæos, qui erant cum eo in Maſpha. In cuius cædis me-

Digitized by Google

Anno Mundi.	An. à deſol. Tépli.	
		memoriam annuum ieiunium à Iudæis obſeruatur menſe huiuſmodi ſeptimo, qui dicitur *Tiſri*.
3420.	4.	Nabuchodonoſor Tyrum in termino terræ Iſraeliticæ poſitam obſidet.
3430.	14.	In vigeſimo quinto anno captiuitatis Iechoniæ, in exordio anni, decimæ menſis, quartodecimo anno poſt quam capta, & percuſſa eſt ciuitas Hieruſalem, oſtenditur Ezechieli prophetæ futura reædificatio ciuitatis cum menſura in longitudine, latitudine, & altitudine ſingularum domus portarum, thalamorum, frontium, feneſtrarum, veſtibulorum, cubiculorum, & graduum: item menſuratio quatuor menſarum ad immolanda ſacrificia: rurſum gazophylacium cantorum, & Sacerdotum, ac veſtibula templi.
3432.	16.	Tyrus ſe in Nabuchodonoſoris poteſtatem tradidit; & Terra Ægypti datur Nabuchodonoſori, eo quod cum ſuo exercitu laborauerit deuaſtando Tyrum.
3433.	17.	Nabuchodonoſor Ægypto potitus, omnes eius Vrbes deuaſtauit, eorumque habitatores, alios interemit, alios captiuos abduxit.
3434.	18.	Nabuchodonoſor Babylonem reuerſus, vidit ſomnium de excelſa arbore præciſa, quod ſolus Daniel interpretatur.
3435.	19.	Duodecim menſibus à ſomnio exactis, Nabuchodonoſor in ſuperbiam elatus, Regno priuatur, & per ſeptem annis, ferinam cum beſtijs vitam egit.
3442.	26.	Annus Iubilæi decimi octaui.
		Completis ſeptem annis, Nabuchodonoſor Deum Cœli recognouit, & tunc in ſuum regnum reſtituitur.
3443.	27.	Iechonias, ſiue Ioachin rex Iuda ſublimatur ab Euilmerodacho rege Babylonis in anno trigeſimo ſeptimo eius transmigrationis, & captiuitatis.
3444.	28.	Euilmerodacus, à marito ſororis ſuæ Neriglifforo, propter eius iniquitates, ac libidines peremptus eſt, quem in Regno Babylonis ſucceſſorem habuit, quatuor annorum ſpatio. Circa hoc idem tempus Iechoniam obijſſe creditur.
3448.	32.	Neriglifforo ſucceſſit in imperio Babylonico filius eius Labaroſoarchodus, Nabuchodonoſoris ex filia nepos, qui regnauit menſibus 9. vt ex *Beroſo* docet *Ioſephus* lib 1. contra Apion.
3449.	33.	Laboroſoarchodus interemptus ſucceſſorem habuit Nabuchodonoſoris ex filio Euilmerodaco nepotem, quem Beroſus *Nabonidem*, Herodotus *Labynithum*, Abydenus *Nabonnidochum* vocant, & quem nos cum Daniele Propheta בלשאצר *Belſazar* ſiue *Balthaſſarem* appellamus, qui imperium tenuit annos 17.
3466.	50.	Balthaſſar rex fecit grande conuiuium optimatibus ſuis mille, bibentibus in vaſis templi Domini; viditque rex digitos in pariete ſcribentes: quam ſcripturam ſolus Daniel legere potuit, & interpretari, nempe quod quia ſecutus ipſum Nabuchodonoſorem eleuauerit contra Deum cor ſuum, laudans idola, ſimiliter auferetur ei regnum: honorato igitur Daniele, ac rege ea nocte interempto, ſucceſſit Darius Medus.
3467.	51.	Anno primo Darij Medi, qui imperauit ſuper regnum Chaldæorum, Daniel peracta oratione, qua confitetur Iudæos propter ſua, & patrum peccata veniſſe in magnam afflictionem, petens Dei miſericordiam erga populum ſuum, fit ipſi reuelatio de ſeptuaginta hebdomadibus vſque ad vnctionem Sancti Sanctorum, & de Meſſiæ morte, populoque eius perdendo, & abominatione deſolationis in templo.
3468.	52.	Cyrus rex Perſarum, anno primo regni ſui, completis ſeptuaginta captiuitatis Babylonicæ annis diuinitus inſpiratus, reddit vaſa templi Salomonis 5400. Iſraelitis captiuitatem relaxat, concedens templi reædificationem.
3469.	53.	Septimo menſe, conuocatis Iudæis in Ieruſalem, extruitur Altare ſuper quo victimæ offeruntur; celebratur quoque ſeptem diebus feſtum tabernaculorum; & ſecundo reuerſionis anno, templum fundatur, populo vociferante partim ex gaudio, partim ex fletu.
3470.	54.	Primus annus Sabbaticus, poſt reditum à captiuitate Babylonica, à Iudæis actus eſt.
3475.	59.	Cyrus ſeptuagenarius vita functus eſt.
3477.	61.	Secundus annus Sabbaticus poſt reditum à captiuitate.
3484.	68.	Tertius annus Sabbaticus.
3485.	69.	Anno ſecundo Darij ſiue Aſſueri Regis filij Hiſtaſpis, Aggæi, & Zachariæ pro-

Digitized by Google

Anno Mundi.	Anno à deſolatione Tēpli.	
		prophetarum exhortatione, templi ædificatio continuatur poſt interruptionem factam, fruſtra conantibus hoc impedire principibus, qui trans flumen in Samaria conſtituti erant à rege Aſſyriorum.
3486.	70.	Anno tertio imperij Aſſueri, cum iam ſolus abſoluta monarchia potiretur, ad potentiæ, & gloriæ ſuæ oſtentationem, toto ſemeſtri ſplendidum celebrauit conuiuium omni populo à maximo vſque ad minimum. Vaſthi quoq; regina fecit conuiuium fœminarum, in palatio, vbi rex Aſſuerus manere conſueuerat. Die ſeptimo, cum rex vino aliquantulum incaleſceret, vt vxoris pulchritudinem viris oſtentaret, Vaſthi reginam euocare fecit, quæ renuit, & ad regis imperium venire contempſit; quamobrem Vaſthi repudiata, in eius loco regnauit Eſther Hebræa, Abichaijlis Beniamitæ filia, & occulta Mardochæi neptis.
3487.	71.	Anno quarto Aſſueri Regis factum eſt verbum Domini ad Zachariam, qui locutus eſt ad omnem populum terræ, & ſacerdotes, dicens, quod ieiunia quibus Iudæi per 70. annos captiuitatis ieiunauerunt, non placebant Domino, quia in iniquitatibus ſuis permanebant: proinde hortatur eos ad reſipiſcentiam, nam quia prophetas olim non audierant, diſperſit eos Dominus in gentes, terraque deſolata facta eſt propter ipſorum iniquitates.
3489.	73.	Anno ſexto Aſſueri, Templum abſolutum fuit cum ingenti lætitia, plurimiſque victimis dedicatur, ac Paſcha ſeptem diebus celebratur.
3490.	74.	Anno ſeptimo Aſſueri ingreſſa eſt Eſther ad eum, poſuitque Aſſuerus diadema regni in capite eius, & reginam conſtituit loco Vaſthi. Porrò in nouarum nuptiarum honorem, Rex conuiuium magnificum, Eſtheræ dictum, omnibus principibus, & ſeruis ſuis exhibuit.
3491.	75.	Annus Iubilæi decimi noni.
3494.	78.	Aman à rege ſublimatus ſuper omnes principes Medorum, atque Perſarum, indignatur, quod ſolus Mardochæus Iudæus ipſum non adoret: quapropter omnium Iudæorum interitum ab Aſſuero impetrat.
3495.	79.	Aman mittit ad vniuerſas prouincias literas, regis annulo ſignatas, vt tertiodecimo die menſis duodecimi vniuerſi vbique Iudæi occidantur.
		Eſther ingreditur ad regem, poſtulatque vt cum Aman ad ſuum veniat conuiuium ſemel, & iterum: interea Aman indignatus ſe à Mardochæo non honorari, crucem illi parat.
		Aſſuerus reperiens fidelitatem Mardochæi in detectis aduerſus regem Eunuchorum inſidijs, iubet ipſum, vt ſecundum à rege per Aman capitalem ipſius hoſtem honorari.
		Aman iterum ad conuiuium vnà cum Aſſuero, & Eſther euocatus, regem iam exhilaratum regina pro ſua, & populi ſui vita precatur, & Aman Iudæorum aduerſarium accuſat; quem rex in cruce ab illo parata Mardochæo ſuſpendi iubet. Eſther ſuffecto Mardochæo in locum Amanis impetrat à rege, vt nouis epiſtolis, veteres Aman literæ, inſidiatoris, & hoſtis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouincijs perire præceperat, corrigantur.
3496.	80.	Iudæi paſſim hoſtes ſuos eodem die quem ipſi Iudæorum cædi præſtituerant, trucidant; & ſuſpenſis decem filijs Aman, diem פורים *Phurim*, hoc eſt ſortium, perpetuò ſolemnem, Mardochæus inſtituit.
3502.	86.	Terminantur ſeptuaginta anni à capta per Nabuchodonoſorem Tyro; vnde ea nunc ſui iuris facta, vſque ad Alexandri magni tempora, ab externo dominio, libera permanſiſſe videtur.
3509.	93.	Rex Aſſuerus, omnem terram, & cunctas maris inſulas fecit tributarias.
3537.	121.	Eſdras Sacerdos, & Scriba, aſſumptis comitibus, Ieruſalem aſcendit cum edicto regis, magniſque muneribus, legem Dei docturus, populumque recturus: indictoque ieiunio pro directione itineris, proſperè perueniunt in Ieruſalem, ac vaſa, quæ ſecum attulerant, in templum adferunt cum victimis.
3538.	122.	Eſdras audiens Iudæos matrimonia contraxiſſe cum gentibus, luget, ieiunat, & Dei iram ſedulò pro omnibus deprecatur; conuocatiſque filijs vniuerſis tranſmigrationis, præcepit repudiari vxores alienigenas.
3540.	124.	Annus Iubilæi vigeſimi.
3550.	134.	Anno Artaxerſis vigeſimo, Nehemias eius pincerna, audita Iudæorum

qui

Digitized by Google

Anno Mundi.	Anno à deſolatione Tẽpli.	
		qui à captiuitate reſidui erant, afflictione, flet; ac multis diebus ieiunat; populi peccata confitens, & miſericordiam à Deo petens; deinde impetratis à Rege literis venit Hieroſolymam, & ad murorum inſtaurationem hortatur, incumbitque, fruſtra frementibus hoſtibus.
3551.	135.	In feſto Tubarum, menſis ſeptimi, die primo, vniuerſo Iudæorum populo Hieroſolymis congregato, Lex Dei ab Eſdra Sacerdote legitur, & exponitur.
3562.	146.	Anno trigeſimo ſecundo Artaxerſis Regis Babylonis, Nehemias venit ad Regem, ob cuius abſentiam à Hieruſalem, multæ corruptelæ irrepſerant, reuertente poſtea Hieroſolymam, delinquentes ſeuerè correxit.
3583.	167.	Annus Iubilæi vigeſimi primi, quem poſtremum veteris Teſtamenti Prophetæ viderunt. Prophetis ſucceſſerunt Viri Synagogæ magnæ, & Eſdras caput Synedrij huius conſtituitur.
3637.	221.	Annus Iubilæi vigeſimi ſecundi.
3648.	232.	Alexander Magnus Pellæ in Macedonia natus eſt.
3681.	265.	Moritur Alexander.
3686.	270.	Annus Iubilæi vigeſimi tertij.
3736.	320.	Annus Iubilæi vigeſimi quarti.
3743.	327.	Antiochus in Syria, alio filio occiſo, altero Rege nuncupato Antiocho, deceſſit.
3785.	369.	Annus Iubilæi vigeſimi quinti.
3829.	413.	Poſt Seleuci vitæ exceſſum, ſuſcepit regnum Antiochus, qui *Nobilis* appellabatur. Eo tempore Iaſon, Simonis II. Pontificis filius, ambiens Pontificatum fratris ſui Oniæ *III.* promiſit regi plurima talenta, acceptoque Pontificatu, omnen Dei cultum peruertit: quem Pontificatu priuari curat Menelaus, plura regi talenta pollicitus.
3830.	414.	Quamplurimi ex Iudæis apoſtatæ, cum Onia Pſeudo-Pontifice conſentientes, impetrarunt à rege Antiocho poteſtatem viuendi ſecundum ſtatuta Gentium; & ædificauerunt gymnaſium Hieroſolymis ſecundum leges Nationum: feceruntque ſibi præputia, receſſerunt à teſtamento ſancto, & iuncti ſunt Nationibus, & venundati ſunt vt facerent malum.
3831.	415.	Antiocho filius natus eſt Antiochus Eupator.
3832.	416.	Elapſo triennio, poſtquam Iaſon ab Antiocho Pontificatum nundinatus fuerat, miſit Menelaum ſupradicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi, & de negotijs neceſſarijs reſponſa perlaturum. Menelaus verò legationis opportunitate in rem ſuam vſus, ijſdem artibus quibus Iaſon fratrem ſuum Oniam, & ipſe Iaſonem circumuenit, ſummumque ad ſe ipſum tranſtulit Sacerdotium. Et Iaſon quidem, qui proprium fratrem captiuauerat, ipſe deceptus, profugus in Ammanitem expulſus eſt regionem.
3834.	418.	Annus Iubilæi vigeſimi ſexti.
		Menelaus de pecunijs regi promiſſis nihil agens, ſacerdotio amotus eſt, ſuccedente Lyſimacho eius fratre.
		Menelaus aurea quædam vaſa è templo furatus, donauit Andronico, quem cum Onias de ſacrilegio argueret, illius ſuaſu, Onias ab Andronico perimitur; propter quod iuſſu Antiochi in eodem loco Andronicus interimitur: Lyſimacho à populo oppreſſo, Menelaus apud regem accuſatus, intercedentibus donis abſoluitur, occiſis innocentibus eius accuſatoribus.
3835.	419.	Antiochus, Ptolomæo rege Ægypti deuicto, inuaſit Hieruſalem; & ablatis omnibus vaſis templi, & theſauris, fecit cædem magnam, vnde ortus eſt ingens planctus: ſimile quid fecit, & Princeps tributorum ab eo miſſus, incenſa Ieruſalem, plurimiſque in captiuitatem ductis.
3836.	420.	Iudas autem dictus Machabæus filius Mathathię ſacerdotis ſeceſſerat in deſertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum ſuis agebat: & fœni cibo veſcentes, demorabantur, ne participes eſſent coinquinationis.
3837.	421.	Antiochus leges idololatriæ Iudæis ſtatuit, ablatis cunctis diuini cultus cæremonijs, & ædificato idolo deſolationis, renitentes miſerè trucidans: cuius edicta plurimi impij ſecuti ſunt; pij verò reſpuerunt, mortem prius ſubire parati; inter quos, Eleazar ſenis, nolens porcinis veſci carnibus, nec id ſimulare,

Anno Mundi. | **Anno à deſolatione Templi.**

lare, martyrium ſubijt. Poſt hunc ſeptem fratres adoleſcentes, vnà cum fortiſſima eius matre, ob eandem cauſam exquiſitis tormentorum modis excruciati ſunt.

Mathathias hortatur ab Antiochi miniſtris, vt impio mandato regis obedientiam preſtaret; quod ille non ſolum conſtantèr recuſauit, ſed etiam Iudæum quendam in altari ethnico ſacrificantem conſpicatus, ſuper aram ipſam, eum iugulauit; ſed & virum, quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occidit eodem tempore, & aram deſtruxit: deinde vnà cum filijs in montem fugit. Alij plurimi nolentes obtemperare trucidantur.

3838. 422. Mathathias Sacerdos ex ſtirpe Chaſmonai quem Haſſamonęum nos appellamus collecto piorum exercitu, reuocat Dei cultum, deſtructa idololatria, cæſoque Antiochi præſidio: & moriturus hortatur filios, vt patrum exemplo ſemper tueantur legem Domini, dans Simonem filium ſuum in Conſultorem, & Iudam in militia principem.

Iuda Maccabæus, in locum patris ſuccedens, & perambulans ciuitates Iuda, trucidabat omnes impios: & occiſo duce Appolonio, eiuſque exercitu diſperſo, vicit cum paucis potentiſſimum Syriæ exercitum, vnà cum Serone.

3839. 423. Audiens hoc rex Antiochus, ira exardeſcens miſit, & congregauit exercitum vniuerſi regni ſui; deinde profectus in Perſidem conſtituit Lyſiam Proregem, dato belli in Iudæos apparatu, qui miſit contra terram Iuda Gorgiam cum exercitu: Iudas autem, & ſui ad bellum ſe parant, maximè operibus pœnitentiæ, & oratione ad Deum, qui exaudiuit eos, dans illis victoriam.

3840. 424. Sacerdotes à Iuda delecti, purificauerunt templum; Altare verò holocauſti à gentibus pollutum demoliti ſunt, nouumque erexerunt: & omnibus quæ ad Dei cultum requirebantur præparatis, ſacrificijſque oblatis, magna lætitia celebrarunt illius dedicationem diebus octo.

Eodem tempore Antiochus inhoneſtè reuertebatur de Perſide, & dum Iudæos ad internecionem perdere meditabatur, maximis viſcerum doloribus à Deo percuſſus, cum fætore intolerabili ſcaturientibus è corpore vermibus, poſt ſuorum criminum agnitionem, & ſerò promiſſam emendationem, merita morte occubuit, ſcriptis ad Iudæos literis, vt filio ſuo Antiocho ſubditi perſiſterent.

3841. 425. Iudas collecto poſt victoriam exercitu, in Odollam venit, ibique ſuperueniente die ſeptimo purificati ſabbathum tranſegerunt.

3842. 426. Antiochus Eupator cum tutore Lyſia, Antiochiam venit, ſecumque Menelaum Pontificem captiuum abduxit, eiuſque iuſſu extremo afficitur ſupplicio: Antiochus verò maximum ducens in Iudæos exercitum, ſemel ac iterum victus, & repulſus, multiſque millibus ex ſuis occiſis, & Philippo rebellante, ſupplex pacem cum Iudæis firmat iuramento, oblato in templo ſacrificio, Iudaque in principem Ptolemaidis conſtituto.

Onias, Oniæ III. Pontificis filius, videns ſummum Sacerdotium Alcimo datum, in Ægyptum profectus eſt. Alcimus cum ſe voluntariè coinquinaſſet temporibus commixtionis, conſiderans nullo modo ipſi eſſe ſalutem, neque acceſſum ad Altare, perrexit ad regem Demetrium, offerens ei coronam auream, & palmam, ſuper hæc & thallos, qui templi eſſe videbantur.

Demetrius mittit Bachidem, & Alcimum contra Iudam, hic autem minimo exercitu fortiſſimè reſiſtens, occiditur, ac lugetur: grauiterque afflictis pijs Iſraelitis, frater ipſius Ionathas in eius locum ſufficitur: qui ob fratris Ioannis mortem percutit filios Iambri in nuptijs, rurſumque percuſſis de Bachidis exercitu mille viris, Alcimus, ob impia in locum ſanctum opera percuſſus à Deo paralyſi, mortuus eſt.

3846. 430. Bachides cum nec dolo, nec vi poſſet Ionathan perdere, inito cum eo fœdere diſceſſit, nec amplius in Iudæam reuerſus eſt.

3851. 435. Alexander Antiochi *Nobilis* filius, pro Antiocho Epiphanis filio ſe ſe venditans, Ptolemaidem phœniciæ vrbem occupauit; conatur interea Demetrius ferire fœdus cum Ionatha, ſemel ac iterum plurima pollicens: at ille prælegit oblatas ab Alexandro amicitias.

3854. 438. Alexander, deuicto occiſoque Demetrio, ducit vxorem Cleopatram Ptolo-

Anno Mundi.	Anno à deſolatione Tépli.	
		lomæi regis Ægypti filiam, plurimum Ionathan honorans.
3856.	440.	Demetrio adiunxit ſe Apolonius dux iunioris Demetrij, qui magno congregato exercitu, Ionathan Pontificem prouocauit, ſed hic victor extitit; ſuccenſa Azoto, & templo Dagon.
3858.	442.	Ptolomæus Philometor rex Ægypti copioſiſſimum congregauit exercitum, ex Ægypto in Syriam veniens, per ſpeciem iuuandi Alexandrum Balam generum ſuum; reuera autem, vt Alexandri regnum obtineret, ſuoque adderet. Cumque Alexandri iuſſu excepiſſent eum ciuitates omnes pacificè, eo quod ſocer ſuus eſſet, præſidiarios milites ſpecie auxilij in vnaquaque ciuitate collocauit, peſſimè etiam de Alexandro cogitans.
3859.	443.	Alexander poſtquam agrum Antiochenum, rapinis atque incendijs deuaſtaſſet, obijt, cuius caput Zabdiel Arabs Ptolomæo miſit, qui & ipſe die tertia mortuus eſt. Poſt Alexandri mortem, ſolus Syriæ regnum obtinuit Demetrius Demetrij Soteris filius. Ptolomæo Philometore defuncto, milites quos ille in arcibus, & vrbibus Syriæ, dolo in præſidium reliquerat, ab ijs qui erant in ijſdem munitionibus procurante Demetrio occiſi ſunt.
		Ionathas, congregatis his qui erant in Iudæa, Hieroſolymitanam arcem oppugnauit.
3860.	444.	Ionathas mittit Demetrio auxiliares milites, qui occiſis vno die centum millibus, regem à ciuibus Antiochiæ liberarunt, & Antiochiam incenderunt: illo autem fœdus cum Ionatha initum præuaricante, Antiochus filius Alexandri deuicto Demetrio regnans, fœdus init cum Ionatha, qui vnà cum fratre Simone ſæpius victor euaſit aduersùs alienigenas. Tandem hoc tempore Ionathas moritur, & à Simone fratre ſuo ſepelitur in Modin.
3861.	446.	Simon ſuſcepto principatu pro Ionatha fratre ſuo, videns filium ſuum Ioannem, (Hyrcanum poſtea cognominatum) quod fortis prælij vir eſſet, omnium copiarum ducem eum conſtituit, habitauitque in Gazara.
3863.	447.	Demetrio à duce Arſacis deuicto, & capto, Simon cum ſuo populo magna pace fruitur.
3865.	449.	Antiochus Demetrij filius, literas amicitiarum mittit ad Simonem ſacerdotem, & principem gentis Iudæorum.
3866.	450.	Simon ſenex mittit exercitum ſuum cum filijs ſuis Iuda; & Ioanne (Hyrcano) aduersùs Cenebæum, qui in fugam conuerſus, ceciderunt ex eis multi vulnerati, inter quos Iudas frater Ioannis.
3868.	452.	Cenebæo deuicto, Ptolomæus gener Simonis dominandi ambitione inflammatus, acceptos conuiuio ſocerum, eiuſque filios Mathathiam & Iudam, poſtquam mero incalluiſſent, dolo interfecit, vt ita Iudææ prouincias obtineret; miſſis nuncijs in Gazaram ad interimendum Ioannem, quos ipſe interfecit, patri Simoni in ſummo ſuccedens Sacerdotio.
3875.	459.	Ioannes Hyrcanus, Idumææ vrbes cæpit, Adorà, & Mariſſam: ſubiugatiſque omnibus Idumæis, edixit vt circumciderentur, niſi mallent è proprijs pelli ſedibus.
3877.	461.	Ioanni Hyrcano natus eſt filius Alexander Iannæus, Iudæorum poſtea rex.
3883.	467.	Annus Iubilæi vigeſimi ſeptimi.
3898.	482.	Ioannes Hyrcanus mortuus eſt, cui ſucceſſit Iudas, alio nomine *Ariſtobolus*.
3899.	483.	Defuncto Ariſtobolo, qui per vnum tantum annum Pontificatum obtinuit, ſucceſſit Alexander Iannæus.
3909.	493.	Anna propheteſſa filia Phanuelis è tribu Aſceritica nupta, cum marito ſeptem annis à virginitate vixit.
3916.	500.	Anna propheteſſa, marito defuncto per octuaginta quatuor annos in Templo ieiunijs, & precibus vacauit, ſeruiens Deo die ac nocte.
3926.	510.	Alexander Iannæus mortuus eſt; ob cuius mortem cum Alexandræ eius vxori, adminiſtrationem regni teſtamento reliquiſſet, & deligendi Pontificis permiſiſſet arbitrium, illa filium Hyrcanum natu maiorem, Pontificem declarauit.
3932.	516.	Annus Iubilæi vigeſimi octaui.
3941.	525.	Captum eſt Templum die ieiunij à Pompeio, qui Hyrcano Pontificatum reddidit.

Digitized by Google

Anno Mundi. | An. à deſol. Tẽpli.

3967. 551. Annus Sabbaticus ſuperueniens, Hieroſolima ab Herode Magno filio Antipatri Aſcalonitæ expugnatur, eo ipſo die quo Templum ante annos viginti ſeptem à Pompeio captum fuerat, cæſiſque omnibus magni Synedrij iudicibus: Pollione Phariſæo, & diſcipulo eius Samea exceptis, quos in præcipuo honore ille habuit. Haſmonæorum Principatus finitus eſt, qui à Mathathia Haſmoneo filioque eius Iuda Machabęo & huius fratribus ceptus, Pontificiam dignitatem cum regia tandem iunxerat.

3968. 552. Capta Hieroſolyma, cauens Herodes, ne quis illuſtrium crearetur Pontifex, accito Babylone obſcuri generis Sacerdote iamdudum ſibi noto familiaritèr, ex genere quidem Pontificio, ſed ex Iudæis olim vltra Euphratem traductis oriundo, Ananelo, ſiue Hananeele dicto; ſummum ei Sacerdotium donauit, ſi fides præſtanda eſt *Ioſepho lib. 15. cap. 2. & 3.*

3970. 554. In feſto Tabernaculorum Ariſtobulus nepos Hyrcani ex filia, ab Herode, vxoris impulſu, nouus Pontifex creatur, 17. annos natus; ideò ad Altare, pontificali ornatu, ſacris iuxta legem operaturus, acceſſit.

3971. 555. Ariſtobulus pontificatus ſui anno primo, ætatis decimo octauo in piſcina Regiæ vicina natans, Herodis dolo ſubmergitur, fuitque vltimus ex Haſmonæorum ſtirpe Pontifex. Cuius mors non tantùm regiam, ſed ciuitatem, tum mulieres maximè turbauit. Herodes verò, vt narrat *Ioſephus lib. 15. cap. 3.* modis omnibus curabat fidem facere, ſe inſcio caſum hunc contigiſſe; non luctum ſolum fingens, ſed & lacrymas & mæſtitiam veræ ſimillimam. Et quo maius miſeris mulieribus afferret ſolatium, magnificentiſſimo funeris apparatu cadauer extulit: nihil ſibi ad ſummam liberalitatem faciens reliquum, tam in exornando conditorio, quam in congerendis eo aromatibus, alijſque rebus pretioſiſſimis.

3981. 565. Annus Iubilæi vigeſimi noni.

3998. 582. Angelus apparet Zachariæ Sacerdoti de Vice Abia in Templo, eique nunciat Ioannem filium Nazaræum, & præcurſorem Domini, in ſpiritu, & virtute Eliæ naſciturum.

3999. 583. Completis diebus officij eius in Templo, abijt Zacharias in domum ſuam. Poſt hos autem dies concepit Eliſabeth vxor eius, & occultabat ſe menſibus quinque dicens: *Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.*

Sexto poſt conceptum Ioannem menſe, Angelus Gabriel miſſus eſt à Deo in ciuitatem Nazareth, ad Beatiſſimam Virginem Mariam, Ioſepho ex eadem cum ipſa ſtirpe Dauidica deſponſatam, antequam nuptiæ celebrarentur, vt fuſius probauimus in *Bibliotheca Magna Rabbinica Par. IV. pag. 560. & ſeqq.* Eaque ſalutata, æternum Dei filium ab ipſa naſciturum, annunciauit; obſtupeſcens autem Maria de mirabili conceptionis modo, ab Angelo de Spiritus Sancti ſuperueniente virtute edocta, conſenſum præbuit; dicens: *Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Quæ ſtatim concepit.

Exurgens autem Maria concepto iam Chriſto abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatem Iuda, cumque in domum Zachariæ Sacerdotis ingreſſa, cognatam ſuam Eliſabetham ſalutauiſſet, audita ab Eliſabeth ſalutatione Mariæ, exultauit Ioannes in vtero eius, & Spiritu S. repleta exclamauit, vocauitque Mariam vnà cum ventris ſui fructu, benedictam. Cui pro reſponſo B. Virgo diuinum illum Hymnum retulit: *Magnificat anima mea Dominum*. Manſitque Maria cum illa quaſi menſibus tribus, & reuerſa eſt in domum ſuam. Cumque impleti eſſent dies Mariæ vt pareret Filium ſuum primogenitum anno pene elapſo 25. Decembris vt Eccleſiæ fert traditio.

4000. 584. Pace per Cæſarem Auguſtum ab Oriente ad occaſum firmata, Princeps pacis IESVS CHRISTVS verus & conſubſtantialis æterni Patris filius, à Prophetis prænuntiatus, deſideratus à cunctis Gentibus, impolluto B. Mariæ Virginis vtero, Bethlehem naſcitur, vt homines Deos faceret, factus Homo. Anno orbis conditi 4000. Diluuij 2344. Profectionis Abrahæ 1916. Exitus de Ægypto 1486. Templi fundati 1007. Deſolationis eiuſdem 584. Periodi Iulianæ 4709. Anni Iuliani 41. deſinentis. Ante æram vulgarem 5. Imperij Auguſti 40. Vrbis conditæ 749. Olympiadis 193. quarto. Hebdomadum Danielis

Digitized by Google

Anno Mundi.	An. à deſolatione Templi.

450. Regni Herodis 33. à morte Antigoni, vel 37. ex quo ab Auguſto, & Antonio Rex Iudææ declaratus eſt. Defunctus eſt enim Herodes anno 34. poſt detruſum Regno Antigonum, ex *Ioſepho lib 17. Antiquit. Iudaic. cap. 10.* Vndè ſequitur Chriſtum natum eſſe anno integro ante mortem Herodis. Et hic fuit primus Rex alienigena, quem Iudæi habuerunt, ne alium ſecundum prophetarum vaticinia, vltra Chriſtum, Regem expectarent. Eoque anno Natiuitatis Chriſti Conſulatum geſſerunt Auguſtus Cęſar XI. ſiue XII. & Lucius Cornelius Sulla II. eo videlicèt anno, quo exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis, vt teſtatur S. Lucas cap. 2. his verbis:

Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν. ἀνέβη δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, ἐκ πόλεως Ναζαρὲτ, εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαβίδ, ἥτις καλεῖται Βηθλεέμ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβίδ, ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ γυναικὶ, οὔσῃ ἐγκύῳ. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ εἶναι αὐτοὺς ἐκεῖ, ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν αὐτήν. καὶ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον. *Factum eſt autem in diebus illis, exijt edictum à Cæſare Auguſto deſcribi omnem habitatam. Hæc deſcriptio prima facta eſt præſide Syriæ Cyrenio. Et ibant omnes deſcribi vnuſquiſque in propriam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa ex ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethlehem, propter eſſe ipſum ex domo, & familia Dauid: deſcribi cum Maria deſponſata ſibi vxore exiſtente prægnante. Factum eſt autem in eſſe eos ibi, impleti ſunt dies parere ipſam. Et peperit filium ſuum primogenitum, &c.*

Hic contendunt nonnulli deſcriptionem hanc non fuiſſe factam à Præſide Syriæ Quirino, ſed tempore quo ipſe erat Præſes: eo quia in præfato S. Lucæ textu, cui fauent verſiones Syriaca, Arabica, Perſica, & Æthiopica, omittatur præpoſitio A, quæ habetur in vulgato Codice Latino. Alij verò neque à Quirino, neque eius tempore factam fuiſſe aſſerunt, ſed intelligi volunt hanc deſcriptionem priorem eſſe illa, quam poſt Archelai relegationem Quirinus inſtituit, perfecitque nouem iam annis ab Herodis morte exactis, cuius meminit Ioſephus lib. 18. Antiquit. cap. 1. his verbis: *Interea Quirinus Senator Romanus, per omnes honorum gradus ad Conſulatum vſque prouectus, & imprimis clarus, à Cæſare mittitur in Syriam, vt iura populis redderet, facultateſque cenſeret omnium: & cum eo venit Coponius Præfectus turmæ equitum, penes quem eſſet totius Iudææ rerum adminiſtratio. Quin & ipſe Quirinus in Iudæam venit iam attributam Prouinciæ Syriæ, vt percenſeret facultates eius regionis ciuium, & Archelai pecunias in poteſtatem ſuam redigeret.* Et certè ſi ſenſum verborum Græci textus attendamus, verba illa: αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου: faciunt hunc ſenſum: *Hæc deſcriptio prior facta eſt, quàm Syriæ præeſſet Cirenius.* Sed de his iudicent doctiores, inter quos videndus eſt *Emanuel à Schelſtrate* in Opere Chronologico Antiquitatis Eccleſiæ nouiſſimè edito, vbi pluribus articulis oſtendere nititur, natiuitatem Chriſti incidere in annum ante æram vulgarem ſextum, Iulianum 40. Olympiadis 193. annum 3. quo Auguſtus agebat à morte Cæſaris annum trigeſimum nonum, Herodes ab occiſo Antigono trigeſimum ſecundum, ab accepto verò Romæ Regno trigeſimum quintum, Conſulibus Lælio Balbo, & Antiſtio Vetere.

Per hoc autem quod per præfatam Chronologiam deducatur Natale Chriſti anno Mundi 4000. non intendimus in re tam incerta aliquid certi ſtabilire; neque vitio à tot virorum etiam grauiſſimorum ſententia declinare: ſed ſolummodo, quia in hoc argumento plurimorum ſudauit induſtria, ex quibus ſententiæ prorſus ſingulares, & à ſingulis diſcrepantes, & diuerſæ prodiere, vt mox oſtendam, adeò vt ab vna ad aliam intercedant anni 3244. videlicèt ex R. Nahaſſon natus eſt anno 3740. ex Ioanne Regiomontano, & Alfonſo rege in Tabulis Mulleri, anno 6984. Etiam nos fas eſſe ducimus per hanc noſtram Chronologiam ſuo etiam fundamento munitam, ſtatuere probabiliter Chriſtum natum eſſe anno mundi quatermilleſimo; vt ſic Hebræis ex traditione

רבית

Anno Mundi. | An. à deſolatione Templi.

רבית אליהו *Domus Eliæ* mundo aſſignantibus ſex millia annorum nempe duo millia תחו *Tohu* ſeu *Vacuitates*, & ſine lege: duo תורה *Torah* ſeu *legis* ideſt Moſaicæ: duo tandem המשיח *Meſſiæ* concordemus ſaltem quo ad aduentum eius deſcriptum à fine quarti millenarij. Et argumentum quod inde trahitur in Iudæos maiorem vim aquirat, vt pote κὰτ ἄνθρωπον *ad hominem*. Et quia ignorantia Conſulatus, quo Chriſtus natus eſt quoque paſſus multos coegit errare, vt obſeruat *S. Auguſtinus lib.* 2. *de doctr. Chriſt.* rectius ergo Hebraicis, Eccleſiaſticiſque inſiſtitur ſummis.

Opiniones celebriorum Chronologorum de Anno Mundi, quo natus eſt CHRISTVS.

Salmeron 3959.
Auicenna, Dolionus, Scultetus, Ioannes Lucidus, Petrus Bogdanus 3960.
F. Matthias Cheſneux Auguſtinianus 3961.
Sixtus Senenſis, Maſæus, Picus Mirand. & alij quamplurimi Matthematici 3962.
Toſtatus, Melanchton, Buxtorfius 3963.
Petrus Balliſardus, Chriſtianus Seuer. 3964.
Petrus Opmeer 3966.
Henricus Buntingus, Hieronymus Bardius 3967.
Gualterus, Bullungerus Elkſtormius 3969.
Bukolcerus, Pantaleon, Ianſenius 3970.
Lombardus 3971.
Theophilus ad Autolium 3974.
Theodorus Bibliander 3977.
Petauius 3983.
Bellarminus 3984.
Ioannes Cluerius 3985.
Carolus Bouuillus 3989.
Ioannes Kepplerus 3993.
Funcius 3996.
Marcus Antonius Cappellus, Tirinus,

R. Nahaſsòn 3740.
R. Gerſon, R. Ben Leui, & R. Abraham 3754.
Iudæi in Sèder Olàm 3758.
Hieronymus à S. Fide, Paulus à S. Maria, Lyranus, Georgius Venetus, Galatinus, & alij qui ſequuntur Chronica Vulgata 3760.
R. Leui 3780.
Aliqui Talmudici 3784.
S. Iulianus ex Hebraica editione 3834.
Benedictus Arias Montanus 3849.
Gerardus Mercator, Io: Ligfoot 3928.
Matthæus Beroaldus 3930.
S. Hieronymus in ſuis Quæſtion. Hebr. 3941.
Ioannes Carionus 3944.
Caluiſius, Heluicus, Alſtedius, Micrælius 3947.
Origanus, Argolus, Bullialdus 3949.
Scaligerus, Vbbo Emmius, Fabricius Vecchiettus 3950.
Cornelius de la Peire 3951.
Hermannus 3952.
Cornelius Cornelij, Vincentius Bellou. 3953.
Ioannes Georgius Heruuart 3055.
Horatius Torſellinus 3956.
Philo Hebræus 3957.
Lanſpergius 3958.

Digitized by Google

Arabes aliqui apud Genebrardum 5185.
Sigebertus, Iſidorus Hiſpalenſis 5196.
Philippus Bergomenſis 5198.
Martyrologium Romanum, Beda, Euſebius Cæſarien. Paulus Oroſius, Baronius 5199.
Paulus Foroſempronien, Io: Nauclerus 5201.
Iſidorus alter in Originibus 5220.
Rabanus Maurus 5296.
Albumaſar Aſtronomus 5328.
S. Iſidorus Damiaten. Lucas Tudenſis 5336.
Petrus de Alliaco 5344.
S. Auguſtinus apud Genebrardum 5351.
Theophilus 5476.
Alexandrina Eccleſia, & Panodorus 5492.
Q. Iulius Hilarion 5497.
Theophanes, Iornandus 5500.
Nicephorus Caliſtus 5505.
Cedrenus 5506.
Epiphanius Cyprius 5509.
Theophilus Antiochenus 5515.
Nicephorus alter 5520.
Faſti Siculi 5535.
Ioſephus Hebræus probè expenſus 5555.
Iſaac Voſſius 5590.
Clemens Alexandrinus 5624.
Ricciolus iuxta LXX. edit. 5634.
Nicephorus Conſtantinopolitanus 5700.
Lactantius 5800.
Philaſtrius 5801.
Pezeronius 5868.
Tabulæ Alphonſinæ in Codice Riccioli 5984.
Euſebius alter 5990.

S. Cy-

rinus, Suarezius, Iacobus Vſſerius, Guilielmus Hoelius, Natalis Alexander 4000.
Iacobus Gordonus 4002.
Ioſephus Mathathiæ filius 4003.
Thomas Lydiat 4007.
Pererius, Conradus Pauuellius 4022.
Guilielmus Langius, Henricus Philippi 4040.
Ioannes Iacobus Hofmannus 4049.
Xantes Pagninus, Torniellus 4051.
Salianus, Spondanus, de Buiſſieres, Gabriel Bucelinus 4052.
Nicolaus Mullerus 4053.
Brietius, Labbe, Henricus Samericus 4054.
Horatius Scoglius 4055.
R. Moſes Bar Maimon, Ioſephus Blancanus 4058.
Io: de Roa Dauila 4072.
Arnaldus Pontacus 4088.
Genebrardus 4090.
Ribera 4095.
Ludouicus Cappellus 4102.
Brentius 4121.
Maluenda 4133.
Laurentius Codomanus 4140.
Ioſephus 4163.
Ricciolus iuxta Vulgat. & Hebr. edit. 4184.
Marianus Scottus 4193.
Ado 4270.
Odiaton, ſeu Eduuicon Aſtrologus 4320.
Caſſiodorus 4697.
Origenes in Matthæum 4830.
Adon Archiepiſcopus Viennenſis 4832.
Methorus 5000.
S. Epiphanius in ſecunda Nicęna Synodo 5001.

Omuphrius Panuinius. 6310.
Ioannes Regiomontanus, & Alfonſus Rex in Tabulis Mulleri 6984.

S. Cyprianus, Suidas verbo *Phalee* 6000.
S. Iulianus Archiepiſcopus Toletanus 6011.

נתחיל סדר עולם זוטא בעזר הצור ובישועתו אמן

מאדם עד המבול אלף ושש מאות וחמשים רשש שנים : ומן המבול עד הפלגת שלש מאות וארבעים שנה ; ומן הפלגה עד שנולד יצחק חמשים ושתים שנת משנולד יצחק עד שיצאו ישר׳ ממצרים ארבע מאות שנה וארבעי׳ שנה שהיו ישראל במדבר : ושמנת מאות וחמשים משבאו לארץ ועד שגלו חימנה ושבעים שנה בין בית ראשון לבית שני ובניין בית שני ארבע מאות ועשרים ומשחרב הבית ועד עכשו אלף וחמשי׳ ושלש שנה והם בבלל ארבעת אלפים ושמנה מאות ואחת : אדם היה משנולד שת מאת ושלשים שנה ושני הייו תשע מאות ושלשים שנה : שת היה אר שנולד אנוש מאה וחמש שנים ושני חייו תשע מאות ושתים עשרה שנת : אנוש חית עד שנולד קינן תשעי׳ שנה ושני חייו תשע מאות וחמש שנים ; קינן חית עד שנולד מהללאל שבעים שנה ושני חייו תשע מאות ועשר שנים : מהללאל היה עד שנולד ירד ששים וחמש שנה ושני חיו שמנת מאות ותשעים וחמש שנים ירד חית עד שנולד חנוך מאה וששים ושתים שנה ושני חיע תשע מאות וששים ושתים שנה ; חנוך היה עד שנולד מתושלח ששים וחמש שנים ויתהלך חנוך את האלהים שלש מאות ושלשים וחמש שנה ואיננו כי לקח אותו אלהים : מתושלת חית עד שנולד למך מאה ושמונים ושבע שנים ושני חייו תשע מאות וששים ותשע שנים ; למך חיה שנולר נח מאה ושמונים ושתים ושני חייו תשע מאות והטשים כיון שבא מבול היה נח בן שלש מאות שנה ושלש מאות וחמשים לאחר המבול הרי עשר דורות : שם חית עד שנולד ארפכשד מאה שנה ושני חייו המש מאות שנה ; ארפכשד חיה עד שנולד שלח שלשים וחמש שנה ושני חייו ארבע מאות ושלש שנים : עבר חית עד שנולד פלג שלשים וארבע שנה ושני חיו ארבע מאות ושלשים : פלג חית עד שנולד רעו שלשים שנת ושני חייו מאתים ותשע שני : רעו הית עד שנולד שרוג שלשים ושתים שנת ושני חייו מאתים ושבע שנים שרוג חית עד שנולד נחור שלשים שנת ושני חייו מ מאתים שנת : נחור חית עד שנולד תרח עשרים ותשע שנה ושני חיו מאת וחמשים ושמנת : תרח חית עד שנולד אברהם אבינו שבעי׳ שנת ושני חייו מאתי׳ וחמש שנים : הרי עשרה דורות מן המבול ועד הפלגה מאתים ושבעים ושתים שנה׳ משנולד אברחם עד חפלגת א ארבעי׳ ושמנח שנת מן חפלגת עד שנולד יצחק ת חמשים ותמש שנים משנולד אברהם עד שנולד יצחק מאת שנה ושני חייו מאת ושבעים וחמש שנים יצחק חיה עד שנולד יעקב ששים שנת ושני חייו מא׳ ושמונים : יעקב היה עד שנולד יהודה שמונים וחמש שני׳ ושני חייו מאה וארבעים ושבע שנים יהודה חית עד שנולד פרץ שלשים וחמש שנים ושני חייו מאה ותשע עשרה שנה : פרץ חיה עד שנולד חצרון תשע שנים וחצרון וחמול ירדו למצרים הרי אלפים ומאתים ושלשים ו ושמונה לבריאת עולם : יעקב חיה עד שנולד ראובן שמונים ושלש שנים ושני חייו של ראובן מאת ועשרים וארבע שנים ומת לאחר שמת יוסף במצריא שתי שנים : שמעון היה מאה ועשרי׳ ומת לאחר שמת יוסף שנת אחת : לוי חיה קל״ז שנים : יהודה חית קי״ט שנת : יששכר חית קכ״ב שנה ; זבולון חית קכ״ד שנת ומת לאחר שמת יוסף שתי שנים : דן חית קכ״ו שנת : אשר חיה קכ״ו שנה : יוכף חיה ק״י שנה ; בנימן חיה קי״א שנח ומת לפני לוי כ״ו שנה ; והצרון הוליד את רם ורם הוליד את עמינדב : ועמינדב הוליד את נחשון ונחשון חית מיוצאי מצרים בשנת אלפים תמ״ח לבריאת עולם עד שיצאו ממצרים ובאותה השנה בחדש השני נתנה תורה לושראל

לישראל ובאותה שנה בחדש השלישי נתנו לישראל
עשרת הדברות ובשנה השנית נתנה להם התורה ב״ה
ובאותה שנה מת נחשון ונחשון הוליד אד שלמה ושלמה
מבאי הארץ ושלמון הוליד את בועז ובשנת ארבעי׳ ואחת
לצאת ישראל ממצרים הרי שנת אלפים תס״ח לבריאת
עולם וכנסו ישראל לארץ ומת יהושע בן נון עשרה ד
דורות : בועז הוליד את עובד ועובד הוליד את ישי
וישי הוליד את דוד : ודוד מלך על ישר׳ בשנ׳ ש״ז שנה
לכניסתן לארץ היא שנת ת״ל שנה ליציאתן ממצרים
ושנת שני אלפים ותתע״ה לבריאת עולם : ואביתר היה
כהן גדול בימיו ונתן וגד נביאי׳ ומלך ארבעים שנה
אחר הול ד את שלמה ובשנה הרביעית התחיל לבנות
הבית ובשנה העשירי׳ למלכו נשלם בנין הבית ומלך
בן ג׳ שנים היא שנת ארבע מאות וארבעים לכניסתן
לארץ שהיא שנת ארבע מאות ושמונים לצאתם ממצרים
והיא שנת אלפים ותשע מאות ועשרי׳ ושמונה לבריאת
עולם ויסד הבית והיה צדוק הכהן גדול בימיו ויונתן
ועדו ואחיה השילוני נביאים : ומלך אחריו רחבעם בנו
י״ז שנה ואחימעץ כהן גדול ושמעיהו ועדו נביאים א
אביהו בנו מלך אחריו שלש שנים עזריהו כהן גדול
ועדו נביאים : אסא בנו מלך אחריו מ״א שנה ויהורם
ועזריהו בן עודד והנני הרואה ויהוא בן חנני נביאים :
יהושפט בנו מלך אחריו עשרים וחמש שנה יואחז כהן
גדול ויהוא בן חנני ועובדיה ומיכה ויחיאל בן זכריה
ואלעזר בן דודיהו נביאים : יורם בנו מלך אחריו ש
שמונה שנים יהויריב כהן גדול אליהו נביא : אחזיהו
בנו מלך אחריו שנה אחת ויהושפט כהן גדול ואלישע
נביא הרי עשרה דורות : אח״כ קמה עתליה אם אחזיה
ותאבד זרע הממלכה והיה צער גדול וכלו בית דוד
ולא נשאר מהם אלא יואש תינוק קטן והחביא אותו י
יהוידע כהן גדול ותמלך עתליה שש שנים והרגו אותה
ומלך יואש ארבעים שנה יהוידע ופדיה כהנים גדולים
וזכריה בן יהוידע כהן ונביא צוה יואש והרגו : אמציהו
בנו מלך אחריו עשרים ותשע שנים צדקים כהן גדול
אמוץ ואמציה אחי הוו אמצי׳ אבי ישעיהו נביאים עוזיהו
בנו מלך אחריו חמשים ושתים שנה יואל כהן גדול
הושע ועמוס וישעיהו נביאים יותם בנו מלך אחריו שש
עשרה שנה יותם כהן גדול הושע וישעי׳ ועמוס ועזיהו
ומיכה המורשתי נביאים : אחז בנו מלך אחריו י״ו שנה
אוריהו כהן גדול הושע וישעיהו ועמוס ומיכה ועודד

נביאים : חזקיהו בנו מלך אחריו עשרים ותשע שנה
נריה כהן גדול הושע וישעיה ועמוס ומיכה נביאים
מנשה מלך אחריו נ״ה שנה הושעיה כהן גדול יואל
ונחום וחבקוק נביאים : אמון בנו מלך אחריו שתי שנים
שלום כהן גדול חוזי׳ נביאים : יאשיהו בנו מלך אחריו
ל״א שנה חלקיהו כהן גדול צפניה וירמיה וחלדה נ
נביאים : יהואחז בנו מלך אחריו ג׳ חדשים חלקיה כהן
גדול ירמיה נביאים : יהויקים אחיו מלך אחריו י״א שנה
עוריהו כהן גדול ירמיה ואוריה נביאים : הרי עשרה
דורות ובשנה הג׳ למלכו הגלה אותו נבוכד נאצר
מלך בבל מת באיסורו לקיים מה שנ׳ קבור׳ חמור
יקבר הוא הגלה את ירושלם ואת כל השרים ומבני מן
ומשאר שבטי׳ שבעת אלפי גולה הכל גבורים עושים
מלחמה : ומלך אחריו יהויכין בנו ג׳ חדשים ועשרה
ימים טריה כהן גדול וירמיה נביא והגלה אותו נבוכדנצ׳
מלך בבל וי״ח אלף עמו והוליך את צדקיהו אחי אביו
בן יאשיהו ומלך י״א שנה יהוצדק אחי עזרא הסופ׳ ירמי
ויחזקאל נביאים : בשנה התשיעית למלכו באו חיל בבל
על ירושלם ויחנו עליה ויבנו עליה דיק סביב ותבא ה
העיר במצור עד את׳ עשרה שנה למלכו ובאות׳ שנה
הגלה יהודה מעל אדמתם היא שנת שמונה מאות וג׳
שנים לכניסתן לארץ ושמונה מאות ותשעים לצאתם
ממצרים ושנת ג׳ אלפים וש״ח שנה לבריאת עולם : ולא
נשאר מבית דוד אלא יכניהו לברו והוא הוליד את
שאלתיאל ומלכירם ופדיה ונמריה ל״ח משפחות הםת
ומלך נבוכדנצר עד שנת ל״ז לגלות המלך יהויכין , מת
נבוכדנצר ומלך אוילמרודך בנו כ״ג שנים׳ בשנה ה
הראשונה למלכו הוציא יהויכין מבית כלא ואחכ׳ מת
בבבל אחרי מות צדקיהו . שאלתיאל בן יהויכין חכמים
דברוהו בגולה ומלך בלשצר שלש שנים ומת שאלתיאל
ועמד אחריו זרובבל בנו בשנת נ״ב לחרבן הבית היא
שנת שבעי׳ למלכות בבל מלך דריוש המדי ובטלה מ
מלכות כשדי׳ ועלה זרובבל לירושלי׳ וגלות עמו בשנת
אחת לכורש מלך פרס : ויהושע בן יהוצדק כהן גדול
וחגי וזכריה ועזרא נביאים : עמד אחשורוש ובטל מ
מלאכת בית המקדש ובקש לעקור את ישראל ועקרו
הקב״ה לו ולהמן הרשע מן העולם : בשנת י״ח ל
למדי היא שנת שבעי׳ לחרבן הבית עלה עזרא הסופר
לירושלם וגלות אחרת עמו ובנה חומת ירשלם והכין
את בית המקדש והזר זרובבל לבבל ומת שם ועמד
אחריו

אחריו משולם בנו ובימיו מלכה מלכות יון בשנת נ"ב שנה למדי ופרס מתו חגי זכריה ומלאכי באותו הזמן נפסקה נבואה מישראל היא שנת ג' אלפים וארבע מאות וארבע לבריאת עולם מכאן ואילך הט אזנך ושמע ד דברי חכמים: אלכסנדרוס מוקדון מלך יון מלך י"ב שנה ומת משולם ועמד אחריו חנניה בנו חכמים דברוהו ובימיו מלך פוטרן וסלמון ואלסכנוס ומפריס מלכי יון בשנת מאה וארבעים ליון מת חנניה ומתתיה בן יוחנן בן שמעון ועמד אחריו ברכיה בנו וחכמים דברוהו ו ובימיו היה אדו' מנוקרת סליקוס סנטרון אנטיוך ו ואנטיוכס ונסקלגס ואנטיקי הוא בנה אנטוכיא ותלמי הוא כתב את התור' יונית: בשנת ק"ע ליון איקטיל שמעון בן יוחנן בן מתתיה ומת ברכיה ועמד אחריו חכריה בנו חכמי' דברוהו בימיו היה צער גדול ל לישראל בימי נקנור מלך יון ויצאו בנו חשמונים והרגו אותו ואת כל חיילותיו היא שנת קע"ה ליון ומלך יוחנן בן שמעון בן מתתיה בן חשמוני ל"ז שני ושכיב חסדיה ועמד אחריו ישעיה חכמים דברוהו ומלך ינאי בן יוחנן כהן גדול שערים ושבע שנים ושכיב ינאי ועמד אחריו ארסתבלוס בנו ומלך י"ג שנה ונהרג ומלך אחריו א אנטיגנוס בנו כ"ו שנים ונהרג בשנת קנ"ג למלכות בית חשמונאי ועמד אחריו הורדוס בן אנטיפטר עבד ח חשמונים ומרד והרג כל בית ארוניו ומלך שנים: ו ושכיב עובדיה ועמד אחריו שמעיה בנו חכמים רברותו הדי עשרה דורו' ומלך אגריפס בן הורודוס ומלך א אחריו מונבז בנו ושכיב שמעיה ועמד אחריו שכניה וחכמי' דברוהו: בשנת מאה ושלש למלכות הגרים היא שנת ארבע מאות וארבעים שנה לבנין הבית ושנת שלשת אלפים וה' מאו' חמשים ושמנה שנים לבריאת עולם בא אספסיאנו' והחריב הבית והגלה את ישראל ובתים הרבה מבית דוד ויהודה לאספסיא היא ספרד: והיא היתה שנת מאה ושמונים לאדום שמלכו לפני הבית ובשנת חמשי' ושתים לחורבן הבית חרבה ביתר בשנת מאה וששי' ושש לחרבן הבית אתו פרסאי על רומאי ושכיב שכנה ועמד אחריו חזקיה בנו חכמים דברוהו ושכיב חזקיה ונקבר בארץ ישראל בגבעת א ארבאל אשר ליהושע בן נשרף הכהן במזרח העיר ו ועמד אחריו בנו וחכמים דברוהו וכד שכיב פשנתן במעי אמו הוא נתן רצותיתא ושכיב נתן ועמד אחריו רב הונא בנו חכמים דברוהו: ושכיב עקוב ועמד נחום ב

בנו חכמי' דברוהו רב הונא ורב חננא ורב מתנ' ורב חננאל חכמים שלו ושכיב נחום ועמד יוחנן חכמים דבריהו רב חננאל חכם שלו ושכיב יוחנן ועמד שפט בנו חכמי' דברותו ורב חננאל חכם שלו: ושכיב שפט ועמד אחריו ענן בנו חכמים דברותו ורב שמואל חכם שלו וסליק פפא בר נצרדא ואחר בה לנהרדעא ושכיב רב הונא ונקבר בארץ ישראל אצל רבי חייא רבא ועמד נתן בנו חכמים דברוהו רב יהודה בר יחצקאל ורב ששת חכמים שלו ואחסינו מלכות פרסאי בשנת מאתים וארבעים וחמשה לחרבן הבית וגזרו פרסאי שמדא על יהודאי: ושכיב נתן ועמד נחמיה בנו חכמי דברוהו רב שובי חכם שלו: ושכיב נחמיה ועמד עקביה בנו חכמים דברוהו רבא ורב ארא חכם שלו: ובימיו סליק לארפאי וכבשה: ושכיב מר עקבן רצתיתא בארץ ישראל ועמד אחריו הונא מר אחיו חכמים דברוהו: אביי ורבה ורב יוסף בר חמא חכמים שלו: ובימיו סליק שבור לנציבא וכבשה ושכיב הונא מר ועמד עוקבא א אחיו חכמים דברוהו רב חננאל חכם שלו: ומת עוקבא ועמד אחריו אבא בן אחיו בן מר עקבן רבא ורבינא חכמים שלו: בשנת ארבע מאות ושש עשר' שנה ל לחרבן הבית קם עלמא בלא מלכא: ושכיב אבא ועמד אחריו מר כהנא אחיו רב ספרא חכם שלו: ושכיב מר כהנא ועמד אחריו רב ספרא אחיו רב אחא מדפתי חכם שלו: ושכיב מר זוטרא ועמד אחריו כהנא בנו רבנא חכם שלו: ושכיב רב כהנא ועמד אחריו רב הונא מר אחיו רב אחא מדפתי בר חנילאי חכם שלו: ושכיב ועמד אחריו רב הונא אחי אביו בר רב כהנא רב מרי ומר חנינא רבא חכם שלו: ובנו כלון דבית דוד והכי הוא אתתיה דרב הונא ריש גלותא ברתיה דמר רב הנינא ריש מתיבת: הוה ורב חנינא גברא הזה ופריש ואזיל דיינא דריש גלותא למתא דרב חנינא ריש מ מתיבתא ובעא למעבד פרקא ולא שבקיה ריש מתיבתא ואתא לקמיה ריש גלותא ופקיד ריש גלותא ושדר ו ואתייה לריש מתיבתא ופקיד עליה ואותביה בהדי פילי מתא כולי ליליא למחר אתייה ופקיד ושמטו לכל מזיית דריקניה ולא למיתן ליה אושפיזא ואזל ריש מתיבתא ויתיב בני כנישתא רבתי ובכא ומלא קוקיזא רדמעי ושתייה ונפל מותנ' בבי ריש גלותא ומייתו כולהו בחד ליליא ופש מר זוטרא בכריסיה דאימיה נחזא ההוא ל ליליא מר רב הנינא בחלמא דעל לבוסתנא דארזי ושקל נרגא

Digitized by Google

נרגא וקטל לכל ארזי דהוו בית ופש חדא ארזא זוטרא
תחות ארעא דלי נרגא למקטליה ואתא גברא סומקא
סבא אמר ליה אנא דוד מלך ישראל והאי בסתנא דילי
הוא את מאי הוה לך בהרייהו דקטלתינהו סתייה ב
בהפתקא ואהדרינהו לאנפיה לאחוריה ואיתער ומהדרי׳
אנפיה לאחוריה אמר להו; לרבנן פש מבית דוד חד
אמרו ליה לא פש מנהון חד שום אנש אלא כרתך ד
דמעברא ואזל וגנא על בבא דילת במטרא ובשמשא
עד רילדה וכד ילדה תרצ; אנפיה כדרכן ושקליה ו[ל
לגביה ואקרייה ושוייה גברא רבא ; חד התן הוא לבית
דוד והוה רב פתרא שמיה כד חזייה דמית בית דוד שקל
ממונא ושוחדא למלכא ושוייה רישא וכד הוה מר
זוטרא בר חמש עשרה שנים אזל הוא וריש מ
מתיבת׳ לגבי מלכא ושקליה לראש ונותיה מן רב פחרא
וההוא רב פחרא עייל ליה רודבא בנחיריה ואיתפח עד
דמית משום הכי ציירין דבית דוד רודבא על חותמיהו
וחיה מר זוטרא ריש גלותא עשרים שנים ומר רב ת
חנינא ורב סמא ורב יצחק חכמים שלו : ובימיו נחרג
מר רב יצחק ריש מתיבתא ובההוא יומא נפק רבא מיר
גדול זכר נשיאנו לחיי העולם הבא איתחזי ליה עמורא
דנורא ונפקי בהדיה ארבע מאת גברין ועבדו קרבא
עם פרסאי ואירית מלכותא וגבא גזיאתא שבע שנין ו

ובסוף שבע שנין חטוא הנך דנתקי דהוו בהד יה ו
ואשכחינין דהוו שתויי יין נסך וקא מזנאן בבית מלכי
גוים ואסתלק עמורא דנורא דהוה סגי קמיה ונקטות
פרסאי וקטלוה וצלבוה לריש גלותא מר זוטרא ולריש
מתיבתא על גשרא דמחוזא ופקיד מלכא ושבייה מתא
דריש גלותא ובההוא יומא איקטיל מר זוטר׳ ריש ב
גלותא זכר נשיאנו לברכה ואיתיליד ליה ברא וקריות
מר זוטרא על שמיה דאבות וערקו דבית דוד ותלתין
שנין לא יכיל מר אתונאי לגלויי אנפי ומר רב גיזא א
אחוי דאבוהון דביתי מר רב נהילאי אזל ויתיב בנהר
צבא ומר זוטרא בר מר זוטר׳ ריש גלותא סליק ליה
לארץ ישראל ועיילוה בריש פירקיה : ובשנת ארבע
מאות וחמשים ושתים שנה לחרבן הבית היא שנת א
ארבעת אלפים ומאתי׳ ושמוני׳ לבריאת עולם עלה ל
לארץ ישר׳ והיה ראש סנהדרין ואחריו רב גוריא ו
ואחריו מר זוטרא בנו ; ואחריו רב יעקב בנו : ואחריו
רב מיגס בנו : ואחריו רב נחמיה בנו ; ואחריו רב
אבדימי בנו שמני׳ ושבעה דור וכולם שמנים ושבעה
כלל שמותם : ורב אביי הוליד את רבי יעקב ואת רבי
פנחס ואת רבו עזריה ורבי פנחס הוליד את רבי חצוב
הרי שמני׳ ותשע׳ דור :

סליק סדר עולם זוטא

B R E V E

HEBRAEORVM CHRONICVM.

QVOD INSCRIBITVR

SEDER OLAM ZVTA,

EX VERSIONE GILB. GENEBRARDI.

ORDIAMVR de mundi ordine compendiariam deſcriptionem Dei conditoris ope atque præſidio. Amen.

Partium Chronici nouem formulæ.

1. Ab Adam vſque ad diluuium, anni ſunt mille ſexcenti quinquaginta ſex.

Seth vixerat, priuſquam ipſi naſceretur Enos, annis centum & quinque. Peregit nongentos & duodecim annos.

Enos vixit; donec ipſi naſceretur Cainam, ſeptuaginta annis. Expleuit nongentos & quinque annos.

Cainam natus erat, dum genuit Malaleel, ſeptuaginta annos. Vita autem ipſius tota annorum fuit nongentorum & decem.

Malaleel cùm genuit Iared, agebat annum vitę ſexageſimum quintum. Tranſegit verò ætatem octingentorum nonaginta quinque annorum.

Iared vitæ centeſimo ſexageſimo ſecundo generauit Enoch. Perduxit vitam in nongenteſimum ſexageſimum ſecundum annum.

Enoch viuebat annum ſexageſimum quintum dum ei natus eſt Mathuſalem. Ac ambulauit cum Deo trecentis ſexaginta quinque annis, nec poſtea apparuit, quia tulit eum Deus.

Mathuſalem, dum generauit Lamech, agebat annum ætatis centeſimum octogeſimum & ſeptimum. Vixit autem diutiſſimè, nempe annos nongentos ſexaginta nouem.

Lamech anno ætatis centeſimo octogeſimo ſecundo procreauit Noë. Vixit autem nongentos quinquaginta.

Iam

2. A diluuio vſque ad diuiſionem ſiue linguarum ſiue populorum, anni trecenti & quadraginta.

3. Ab illa diuiſione ad ortum vſque Iſaac, anni quinquaginta duo.

4. Ab ortu Iſaac, donec egrederentur Iſraelitæ ex Ægypto, quadringenti anni.

5. Deinde Iſraelitæ quadraginta annis errarunt in deſerto.

6. Ex quo in terram ingreſſi ſunt, donec ex ea in exilium Babylonicum demigrarent, anni octingenti quinquaginta.

7. Anni ſeptuaginta inter ædem primam (Salomonis) & ſecundam (Zorobabelis.)

8. Ædis ſecundæ ſtructura ſtetit, quadringentis viginti totis annis.

Sic euerſum Templum à Romanis anno mundi 2828.

9. Ex quo illa ædes (à Romanis) diruta eſt ad hoc vſque tempus, anni ſunt mille quinquaginta tres.

** Qui cadunt in annum à Christo nato 1124.*

Summa omnium iſtorum quatuor mille octingenti & vnus anni.

Partis omnium primæ Demonſtratio.

Adam natus centum triginta annos genuit Seth. In vniuerſum autem annos nongentos & triginta compleuit.

Geneſ. 5.

tos & quinque.

En hic etiam ætates decem.

A diluuio vſque ad natiuitatem Abrahæ ducenti nonaginta duo anni.

48. Anno Abrahæ diuiſio linguarum.

A nato Abraham vſque ad diuiſionem linguarum, & populorum, quadraginta octo anni.

Ab illa diuiſione vſque ad ortum Iſaac quinquaginta duo anni. Sic ſunt centum anni à nato Abraham ad natum Iſaac. Vixit autem Abraham centum ſeptuaginta quinque annos.

Decuria tertia cuius principium Iſaac.

Iſaac vixerat ſexaginta annis, dum genuit Iacob. Numerus autem annorum vitæ eius, centum octoginta.

Iacob ætatis ſuæ anno octogeſimo quinto genuit Iudam. Vixit annis centum quadraginta, & ſeptem.

Iuda anno vitæ trigeſimo quinto genuit Phares. Vixit annis centum & nouendecim.

Mirum Phares genuiſſe anno nono.

Phares viuebat annum nonnum, cum ipſi genitus eſt Ezron. Ezron verò & Hamal deſcenderunt in Ægyptum.

Sic exurgit ſumma bis mille ducentorum triginta & octo annorum.

Iam Noë, cum appetijt diluuium, ſexcentenarius erat. Poſt diluuium deinde vitam produxit in alios trecentos quinquaginta annos. *En tibi decem ætates.*

Secunda decuria.

Diuidit tempus à mundo cõdito vſque ad captiuitatẽ Babylon. in quinque ſtirpium decurias.

Sem vixit, priuſquam procrearet Arphaxad, centum annos, deinde quingentos.

Arphaxad biennio poſt diluuium natus, dum ipſi genitus eſt Sale, agebat annum trigeſimum quintum. Poſt eum editum, anni ipſius fuerunt quadringenti tres.

Sale viuebat, dum ipſi natus eſt Heber, trigeſimum annum. Deinde confecit quadringentos tres annos.

Heber anno vitæ trigeſimo quarto genuit Phaleg. Poſt eum genitum vixit annis quadringentis triginta.

Rehu trigeſimo ſecnndo anno vitæ ſuſtulit Sarug. Expleuit deinde annos ducentos & ſeptem.

Sarug trigeſimo anno genuit Nahor, quo genito vixit adhuc annos ducentos.

Nahor genuit Thare vigeſimo nono ætatis anno, vixit poſtea centum quinquaginta & octo annos.

Thare agens annum ſeptuageſimum generauit Abraham, vixit in ſolidum annos ducen-

Digitized by Google

Naaſon autem generauit Salma, qui fuit de ijs qui in terram ingreſſi ſunt.

Salmon autem generauit Booz. Ac anno 41. exitus Iſraelis ex Ægypto, ideſt, anno bis milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo nono à mundi ortu ingreſſi ſunt Iſraelitæ in terram.

Mortuoq; Ioſua expletæ ſunt decem aliæ ætates.

Decuria quarta cuius initium Obed ex Ruth.

Ruth. 4. Dauid rex. Booz genuit Obed. Obed Ieſſem. Ieſſe Dauidem. Dauid regnare cœpit in Iſrael anno trecenteſimo, nonageſimo ab ingreſſu Iſraelitarum in terram, ideſt, anno ab egreſſu de Ægypto, quadringenteſimo trigeſimo, qui annus erat mundi bis milleſimus octingenteſimus ſeptuageſimus quintus.

Nota ſucceſſionē perpetuā Pontificū & Prophetarum. Abiathar diebus illis ſacerdotio ſummo fungebatur prophetiæ autem munere Nathan & Gad. Regnauit autem Dauid 40. annis, ac genuit Salomonem.

Salom. 2. Salomon anno 4. regni ædificare cœpit ædem Domini. Perfecit anno regni ſui 10. regnauerat 3. annos, cum expletus eſt quadringenteſimus quadrageſimus annus ab ingreſſu in terram; ſiue quadringenteſimus octogeſimus ab egreſſu Ægypti, hoc eſt annus mundi bis milleſimus nongenteſimus vigeſimus octa-

annorum ab orbe condito.

Ruben quem genuit Iacob anno ætatis octogeſimo tertio, expleuit annos 124. Mortuus eſt poſt obitum Ioſeph annis duobus. *Digreſſio ad numerū annorum vitæ 12. Patriarcharum.*

Simeon vixit centum viginti annis. Anno primo poſt mortem Ioſeph è vita diſceſſit.

Leuì vixit annos centum triginta ſeptem.

Iuda vixit (vt prædictum eſt) centum nouemdecim annis.

Iſachar centum viginti duobus annis.

Zabulon 124. fato autem conceſſit duobus annis, poſt Ioſephum mortuum.

Dan expleuit ætatem centum viginti ſeptem annorum.

Aſer centum & viginti ſex.

Ioſeph centum & decem. *Cur Nephtalim & Gad prætermiſerit, neſcio.*

Beniamin centum & vndecim, ita vt moreretur circiter viginti ſex annos ante Leui.

Interea Ezron genuit Ram. Ram autem genuit Aminab. Aminab Naaſon, qui quidem extitit ex eis qui deſcenderunt in Ægyptum, vſque ad annum bis milleſimum quadringenteſimum quadrageſimum octauum à mundi productione, quo egreſſio ex Ægypto contigit. *Reuertitur ad decuriæ tertiæ ordinē inſtitutū.* *Egreſſio ex Aegypto an. 2448.*

Illo autem menſe ſecundo data eſt Iſraelitis lex, menſe tertio proximè ſequenti Decalogus.

Rurſum anno ſecundo die expiationum data illis lex, quo certè anno obijt Naaſon.

Digitized by Google

ziæ mater & perdidit poſterita-
tem regiam, vniuerſamque Da-
uidis familiam. Tanta fuit iſto-
rum temporum calamitas, vt
nullus principum ſuperſtes eua-
ſerit, præter Ioas admodum in-
fantem, quem abſconderat Io-
iada Pontifex. Regnauit Atha-
lia annos ſex, poſtque trucidata
eſt.

Ioas. 9. Regnum igitur recepit Ioas
quadraginta annis, Ioiada &
Pedaia per ordinem ſacerdotum
principibus, Zachariæ Ioiadæ
filio ſacerdote ſimul ac prophe-
ta, qui iuſſu Ioas Regis necatus
eſt.

Amas. Amaſias eius filius poſt patris
10. obitum regnauit viginti nouem
annis, Pontificatum obtinebat
Sedechias, Prophetię munus A-
mos regis Amaſiæ frater, pater-
que Eſaiæ prophetæ.

Ozias. Ozias filius poſt patrem A-
11. maſiam, regnum tenuit quin-
quaginta duobus annis. Ioel
ſummus erat ſacerdos, Oſęas,
Amos, Eſaias prophetæ.

Ioatham. Ioatham filius eius ſexdecim
12. annis poſt ipſum regnauit. Pon-
tifex erat Ioatham & ipſe regis
habens nomen, Prophetæ Oſeas,
Eſaias, Amos, Ozias, Mi-
cheas Moraſtites.

Achaz. Achaz filius ipſius ſexdecim
13. aliјs annis in regno verſatur. V-
rias præſidebat in Aaronis ca-
thedra. Oſeas, Eſaias, Amos,
Micheas, Oded prophetiæ mu-
nus exercebant.

Ezechias. Ezechias filius poſt patrem
14. Achaz

octauus, fundauitque ædem.
Ipſius autem tempore Sadoc
magnus erat Sacerdos. Iona-
than, Iddo, & Ahias Silonites
prophetæ.

Hunc ſubſequutus Roboam *Roboam.*
filius regnauit annos ſeptemde- 3.
cim, Achinaa pontificatum ad-
miniſtrante, Samaia & Iddo va-
ticinantibus.

Abia filius eius regnum ſuſce- *Abia*
pit tribus annis, Azaria ponti- 4.
fice eodemque propheta, Iddo
propheta adhuc ſuperſtite.

Aſa filius poſt ipſum regna- *Aſa* 5.
uit quadraginta vno annis. Tum
vaticinationis munus obibant
Ioram, Azarias filius Oded,
Hanani videns, Iehu filius Ha-
nani.

Ioſaphat poſt Aſam patrem, *Ioſaphat.*
regnum adminiſtrauit viginti 6.
quinque annis, Ioas ſacerdote
ſummo, Iehu filio Hanani, Ab-
dia, Michæa, Iehiele filio Za-
chariæ, Eleazare filio Dodiæ
vatibus.

Ioram filius poſt patrem Io- *Ioram.*
ſaphat regnum tenuit annos o- 7.
cto, Ioarib pontifice, Elia pro-
pheta.

Ochozias filius Ioram deinde *Ochoz.*
regnum geſſit anno vno. Tum 8.
princeps ſacerdotum erat Ioſa-
phat, propheta Eliſæus, com-
pletæque ſunt decem aliæ æta-
tes.

Decuria quinta.

Poſtea ſurrexit Athalia Ocho- *Athalia.*

Digitized by Google

liquiſque tribubus ſeptena millia exulum, qui omnes fortitudine ac arte bellica excellebant.

Iechonias. 20. Poſt patrem Ioachim regnauit Ioachim ſiue Iechonias tribus menſibus, diebus decem. Seraias adminiſtrabat pontificatum, Hieremias prophetabat. *Transmigratio 2.* Traxit autem illum in exilium Nabugdonozor rex Babylonis cum octodecim millibus, Sedechiamque patruum eius filium Ioſiæ in locum ipſius ſuffecit.

Sedechias. 21. Qui poſtremò regnauit annis vndecim, eodem pontifice, prophetis autẽ Ioſadac fratre Ezræ ſcribæ, Hieremia & Ezechiele.

Anno quinto regni ipſius profecti ſunt exercitus Babyloniorum Hieroſolymam, caſtrametati aduerſus eam conſtruxerunt vallum per circuitum, obſidione preſſerunt diuturna, vſque ad annum regni eius vndecimum.

Transmigratio 3. Illo anno Iudam abduxit è patrijs ſedibus Nabugdonozor, id eſt anno octingeſimo quinquageſimo ingreſſus in terram, & octingeſimo nono exitus de Ægypto. Nempè an. mundi ter milleſimo trecenteſimo octauo.

Nec verò relictus eſt de familia Dauidis vllus, præter Ieconiam qui genuit Salatiëlem, Malchiram, Dedaiam, & Gamariam, cum tamen exiſterent 38. cognationes. *38. cognationes domus Dauid.*

Nabugdonozor. Ac imperium obtinuit Nabugdonozor, vſque ad annum trigeſimum ſeptimum exilij regis

Achaz viginti nouem annis regnauit, Neria ſummo ſacerdote, Oſea, Eſaia, Amos, Michæa vatibus.

Manaſſes poſt eum regnum obtinuit quinquaginta quinque nouem annis. Oſaias ſummum Sacerdotem exercebat, propheticam functionem Ioël, Nahum, Habacuc. *Manaſſes. 15.*

Amon natus ipſius poſt eum mortuum, regnum tenuit duobus annis. Sellum erat Pontifex, prophetabat tum ipſe idem, tum Hozai. *Amon. 16.*

Ioſias poſt patrem Amonem mortuum, regnauit annis triginta & vno. Princeps ſacerdotum erat Helchias, Sephonias, Hieremias, & Holda prophetæ. *Ioſias. 17.*

Ioachaz patri Ioſiæ ſucceſſit tribus menſibus, eodem pontifice ſimul ac propheta. Tunc etiam Hieremias vaticinabatur. *Ioachaz. 18.*

Ioachim ſuperioris regis frater regnauit annis 11. Azaria ſacerdotum primo, Hieremia & Vria vatibus. *Ioachim. 19.*

Atque hìc finiunt decem aliæ ætates.

Cæterum regni tertio anno captiuus factus eſt Ioachim à Nabugdonozore rege Babylonis, mortuus ad extremum in vinculis, vt impleretur prædictum Hieremiæ, *Sepultura aſini ſepelietur.* *Nabugdonozor.* *Hierem. 22.*

Tum Nabugdonozor in captiuitatem tranſtulit ciues Hieroſolymitanos cum cunctis principibus. Item è Beniaminia re- *Prima tranſmigratio Babylonis.*

Digitized by Google

ctuarij. Tum Zorobabel redijt Babylonem, ibique eſt mortuus.

Meſulam. Poſt Zorobabelem ſtetit Meſulam filius ipſius. Eius autem diebus incœpit imperium Græcorum.

Anno quinquageſimo ſecundo Medorum & Perſarum mortui ſunt Aggæus, Zacharias, Malachias.

Prophetæ deſinunt. Quo tempore ceſſauit prophetia de Iſraele, anno videlicet ter milleſimo, quadrageſimo quarto, ab orbe condito.

Hinc deinceps inclina aurem tuam, & audi verba ſapientum (non ſcripturæ).

Alexander Macedo rex Græcorum imperauit annis duodecim. Tum obijt Meſulam, *Succeſſores 4. Alexandri alitèr à noſtris nominantur.* ſucceſſit autem Hananias filius ipſius, vt tradunt ſapientes noſtri, cuius diebus regnabant Potran, Salmon, Alaſcanus Mapparis Reges Græcorum.

Alij Syriaco ſignificatu ſapientes dixerunt eum, & ſic deinceps. (Nomina hæc vt alia eiuſmodi petita è Græcis Rabbini ſolent variare partim per ironiam, partim ex aliqua occaſione, puta ex facto aliquo, vel ex origine, vt Potran intelligunt antipatrum ironia, Salmon illis eſt Ptolemæus qui pacificè rerum potitus, curam inſuper rebus ſacris adhibuit. Alaſcanus autem Seleucus eſt à Gente, quod ad Aſcanios, id eſt Germanos pertineret: natus ſcilicet Macedo. Ita enim Germaniam askenes denominant, Mapparis denique eſt Caſſander dictus, à vio-

gis Iechoniæ.

Poſt eum mortuum Euilmerodoc filius imperauit annis viginti tribus. *Euilmerodac.* Is anno primo regni ſui eduxit Iechoniam de carcere, qui poſtea diſceſſit è vita, *Hier. vlt.* Sedechia iam mortuo.

Decuria ſexta cuius initium Iechonias.

Salathiel filius Iechoniæ, vt *Salathiel.* quidem narrant ſapientes, erat in captiuitate, imperante tribus annis Baltazare. Ei mortuo ſucceſſit Zorobabel filius. *Zorobabel.*

Anno quinquageſimo ſecundo ab excidio templi, ideſt, anno ſeptuageſimo imperij Babylonici, imperauit Darius Medus, *Darius.* deſijtque imperiũ Chaldæorum.

Aſcendit autẽ Zorobabel Hieroſolymam, & exules cum ipſo *Primus reditus.* anno primo Cyri regis Perſarũ. *Cyrus.*

Ioſue filius Ioſedech ſacerdotio ſupremo fungebatur, Ag- *Ioſue.* gæus, Zacharias, Ezras prophetiæ munere. *Ezre 5.*

Imperium poſt Cyrum ſuſcepit Aſſuerus. Is interpellauit ędificationem Templi, expetiuitque radicitùs delere Iſraelem, *Xerſes.* ſed Deus Opt. Max. & ipſum & Aman impium, (qui huius tragediæ author erat & caput) de hoc mundo funditùs extirpauit.

Anno decimo octauo Medorum, id eſt, anno ſeptuageſimo templi exciſi aſcendit Ezras ſcriba Hieroſolymam & alij cum ipſo exules. *Reditus 2.* Aedificauit murum vrbis, aptauitque ædem ſan-

Digitized by Google

Ariſtoboli & Antigoni regnum. Ei defuncto ſucceſſit Ariſtobolus filius, regnumque adminiſtrauit annis tredecim, interfectuſque eſt.

Poſt eum Antigonus filius viginti ſex annis. Occiſus autem eſt anno centeſimo tertio regni poſteritatis Machabæorum.

In eius vicem ſubſtitutus eſt *Herodes magnus.* Herodes filius Antipatris Machabæorum ſeruus, qui rebellans cunctam familiam dominorum ſuorum trucidauit. Regnauit autem *d* annis (multis) interea obdormijt Abdias, poſt quem ſtetit Samaias filius ipſius, vt quidem ſapientes noſtri commemorant.

d Ineptè aliqui interpretantur שנים *biennium.*

Sic (à captiuitate) finiunt decem aliæ ætates (familiæ Dauidicæ.)

Puto deſiderari 37. לז

Agrippa. Regnauit deinde Agrippa Herodis filius, & per ordinem Munabaz Agrippæ filius.

Septima decuria quam auſpicatur Sechanias.

Sechanias. Obdormienti autem Samaiæ ſucceſſit Sechanias, quemadmodum prodiderunt ſapientes noſtri.

Anno centeſimo tertio regni proſelytorum, qui eſt annus quadringenteſimus vigeſimus, à templo reſtaurato, ter milleſimus, octingenteſimus vigeſimus octauus ab orbe condito venit Veſpaſianus, & ſolo æquauit ædem.

Proſelytos appellat Herodianos. Nam Herodes Idumæus, aut iuxta alias Philiſtæus. Ineptè aliqui vertunt Hagarenorū. Nam de Herodianis loquitur Veſpaſianus.

Traduxit in captiuitatem Iſrae- violentia & crudelitate qui matrem Alexandri interfici iuſſit.)

Deinde anno centeſimo quadrageſimo Græcorum mortuus eſt Hananias, & Matthathias filius Ioannis filij Simeonis. Stetit autem poſt eum Barachias filius eius iuxta ſapientum noſtrorum hiſtorias. *Barachias.*

Huius tempore erat Nicanor Seleucus, Soter, Antiochus, Antiochus alter, & *b* Gaſcalnas. Denique Antiochus qui ædificauit Antiochiam, & Ptolomæus, qui tranſcribi iuſſit legem in linguam Græcam.

b Callinicus.

Anno centeſimo ſeptuageſimo regni Græcorum, occiſus eſt Simeon filius Matthathię, filij Ioannis, mortuuſque Barachias. *Simeon Machab.*

Ei ſucceſſit Haſadias filius ipſius, è ſapientum ſcriptis, illis verò diebus, tempore Nicanoris *c* regis Græcorum, Iſraelitæ affecti ſunt inſigni calamitate, adeò vt procederent in aciem Haſmonæi, & eum interimerent cum vniuerſo ipſius exercitu. Iſte eſt annus centeſimus ſeptuageſimus quintus regni Græcorum, ac poſt patrem Simeonem Matthathiæ filium quem genuerat Haſmoni, regnauit Ioannes triginta ſeptem annis, dormiuitq; Haſadias, poſt quem ſtetit Eſaias, vti à ſapientibus eſt proditum.

Haſadias.

c Immo verò hic Nicanor.

1. Mac. 7. Machabæi.

Ioannes deinde filius Ioannis ſacerdotis magni regnauit viginti ſeptem annis. *Ioannes Alexander.*

Digitized by Google

auctoribus, Magiſter autem Hananeel ſapiens ſiue doctor ipſius extitit.

Anam. Obeunti Saphat ſucceſſit Anam eius natus iuxta traditionem ſapientum. Magiſter autem Samuel doctor eius fuit, ſiue conſiliarius.

Paſa. *In Neardea captiui in Babylone Iudæi Synagogam, & Academiā habuere celebrem.* Tum aſcendit Paſa Neſardæ filius, vaſtauitque ipſam Neardeam vrbem ab Euphratis orā, ac obdormiuit magiſter Hona, ſepultuſque eſt in terra Iſrael iuxta magiſtrum Haia Rabba.

Poſt ipſum ſtetit filius ipſius *Nathan.* Nathan, vti ſapientes noſtri aſſeuerarunt, qui habuit doctores magiſtrum Iudam Ezechielis filium, & magiſtrum Seſeth.

Obtinuerunt imperium Perſæ anno ducenteſimo quadrageſimo quinto ab ædis Domini excidio, decreuerunt perſecutionem aduerſus Iudæos.

Mortuus interea Nathan primatus familiæ Dauidicæ hæredem reliquit Nehemiam filium, *Nehemias.* iuxta ſapientum noſtrorum ſcripta. Is habuit pro doctore magiſtrum Sazbì.

Deinde mortuo ſucceſſit A- *Akabias.* kabias filius, ijſdemque narrantibus, cuius doctores fuere Rabbà, & Rab Adà. Eius temporibus aſcendit Rex Perſarum in Syriam, eamque ſubegit.

Sic poſthumum appellant. Defunctuſque eſt Mar Hakban Retſutſità, & ſepultus in terra Iſrael. Habuit autem ſucceſſorem Honam Mar fratrem *Hona.* ſuum, cuius doctores commemoIſraelitas, familias multas domus Dauidicæ, & Iudam in Hiſpanias, quas vocamus Sepharad.

Agebatur annus centeſimus octogeſimus Romanorum, ex quo regnauerant ſtante templo.

Anno autem quinquageſimo ſecundo à templo diruto deſtructa eſt Bither. *Bither Vrbs maritima, in qua reliquias Iudæorum Titus reliquerat.*

Anno centeſimo ſexageſimo ſexto ab excidio templi Perſæ irruerunt in Romanos. Tum defuncto Sechaniæ ſucceſſit Ezechias filius ipſius, vt ijdem ſapientes noſtri tradiderunt. *Ezechias.*

Obdormiuit Ezechias, & ſepultus eſt in terra Iſrael in colle Arbeel, qui erat Ioſue filij Niſraph Sacerdotis, in Orientali vrbis parte: Huic ſucceſſit filius *Nathan.* ſuus Nathan nomine, qui cum obdormijſſet pater, *a* creuit in viſceribus matris ſuæ. Iſte eſt Nathan Deſturſita. *a Poſthumus fuit.*

Nathan vbi defunctus eſſet, habuit filium ſuum Magiſtrum Huna ſucceſſorem. Obdormiuit etiam Akob relicto filio Nahum iuxta ſcripta ſapientum noſtrorum. *Huna. Akob. Nahum.*

Magiſtri Huna, Hanana, Mattana, Hananeel ipſius fuerunt ſapientes. Deinde obdormienti Nahum ſucceſſit Iohanan, vti extat in ſapientum noſtrorum literis, cuius ſapientem *Iohanan.* fuiſſe dicunt magiſtrum Hananeelem.

Obiens Iohanan filium Saphat ſucceſſorem reliquit, ijſdem

perniciës domus Dauid, nempè vxor ipſius magiſtri Honæ principis exulum, filia erat doctoris Haninæ Academiæ rectoris.

Doctor Hanina. Porro doctor Hanina vir fuit ſummus, & admirandus. Cum aliquando profectus eſſet Iudex principis exulum, in oppidum doctoris Haninæ Academiæ rectoris: ac expetiuiſſet interpretari *Pèrek*, non id permiſit Academiæ rector. Ad eum cum veniſſet princeps exulum, præcepiſſetque inſoleſcens ad ſe adduci Academiæ rectorem, eum per portas oppidi tota nocte deduci iuſſit. Die inſequenti venire ipſum iubet, & imperat (miniſtris ſuis) vt euellerent omnes barbæ ipſius *a* angulos, neque ei quiſquam hoſpitium concederet. Abijt igitur Academiæ rector, cùmque ſediſſet ante ædem maioris Synagogæ, & lachrymas lachrymis oppleuiſſet *b* Cokyram, eamque obediſſet, dira peſtis lues irruit in domum principis exulum, vnàque nocte cunctos extinxit, excepto ſolo Mar Zutrà, qui in matris ſuæ vtero creuit.

Pèrek ſectio Thalmud. q. d. habere cõcionem.

a Extrema.

b Menſuræ genus.

Tum nocte illa in ſomnis doctor, ac magiſter Haninà, ſibi viſus eſt ingredi in hortum cedris conſitum, atque arrepta ſecuri excidiſſe cunctas cedros, quę illic eſſent. Vnam autem puſillam creſcere cernebat ſubtèr terram, ne eam ſecuris exſcinderet. Mox aduenire virum rufum ſenem morantur Abaì, Rabbà, & Rab Ioſeph Hamæ filius.

Iſtius temporibus aſcendit Saphor in Niſibin cępitq; eam. Vbi obdormijſſet Hona Mar, dignitatem eius inter Iudæos conſecutus eſt Ocba eius frater, vt narrant ſapientes, ac magiſtrum Henanelem pro doctore habuit. *Ocba.*

Ocbæ mortui primatum ſuſcepit Aba filius fratris eius, filij Mar Ocban. Eius autem ſapientes ſiue doctores fuerunt Rabbà, & Rabbena. *Aba.*

Anno quadringenteſſimo decimo ſexto templi exciſi, mundus extitit ſine Rege.

Diſceſſitque ex hac vita Aba, relicto ſucceſſore magiſtro Cahanà fratre, cuius doctor fuit magiſter Saphra. *Cahanà.*

Magiſter Saphra poſt mortuum fratrem, id eſt, magiſtrum Cahanà dignitatem illam eſt adeptus, vſuſque eſt doctore magiſtro Aha Marpateo. *Saphrà.*

Mortuus eſt Mar Zutrà, deinde ſucceſſit Cahanà filius ipſius, cuius doctor R. fuit Rabbena.

Mortuo magiſtro Cahanà ſucceſſit magiſter Hona filius fratris prædicti Cahanæ, habuitque pro doctore magiſtrum Aha Marpateum Hanilei filium.

Locum mortui Honæ tenuit magiſter Hona patruus ipſius. Eius ſapientes extiterunt filius magiſtri Cahanæ, magiſter Meri, & doctor Hanina Rabba. Fuit autem filius eius ruina, & *Hona.*

malotarchæ cælant muſcam in ſuis ſignatorijs annulis.

Doctor ergo Zutrà Aechmalotarcha, ſiue princeps exulum fuit viginti annos, quo tempore habuit pro doctoribus magiſtrum Hanina, magiſtrum Samà, & magiſtrum Iſaac.

Diebus illis interemptus eſt doctor ille magiſter Iſaac Academiæ rector. Eodem tempore prodijt Rabba Mir magnus(prĩcipis autem noſtri recordatio ſit in vitam æternam) eique apparuit columna ignea, ac cum eo exierunt quadringenti viri, qui bellum gererent aduerſus Perſas, & poſſedit Regnum.

Rabba Mir.

Exegit ille quidem tributa ſeptem annis, ſed ad extremum ſeptennij peccarunt iſti nebulones, qui cum ipſo erant. Reperit enim eos bibentes vinum dijs peregrinis libatum, & ſcortantes in curia Regum Perſiæ. Quo circa diſparuit columna illa ignea, quæ multa & frequens erat coram ipſo antea, & vinxerunt eum Perſæ atque interfecerunt. Suſpenderunt etiam principem exulum doctorem Zutrà, & Academiæ rectorem ſuper pontem illius prouinciæ, iuſſuque regis oppidum exulum principis diripuerunt.

Itaque die illo interfectus eſt doctor Zutrà exulum princeps (cuius principis noſtri memoria in benedictionem eſto.) Natus autem ei eſt filius, quem conſimiliter Zutrà appellarunt de nomine, qui ſe Dauidem Regem Iſrael, ac illum hortum ſuum eſſe diceret, deinde quid agitur, inquit, tibi cum ipſis cedris, quod eas amputaueris? quo dicto percuſſit eum, & faciem eius retrorſum (præ ictus vehementia) vertit. Excitatus autem faciem ſuam retrorſum verſam inuenit, interogauitque doctores noſtros qui occurrerunt, eſſetne exortus aliquis de domo Dauid? Reſpondentibus illis, neminem ex illa familia natum, niſiquod filia tua (inquiunt) grauida eſt, abiens obſedit portam ipſius, ſiue plueret, ſiue æſtus eſſet, donec illa pareret. Quãdo verò illa peperit, eius facies in locũ priſtinum reſtituta eſt, ſuſcepitque puellam apud ſe, nominauit, & virum ſummum reddidit.

Zutrà poſterior.

Intereà erat quidam *c* doctor recens coniugatus Pahrà nomine in familia Dauidica. Is cernens extinctam familiam Dauidicam, obtulit pecuniam, & munera Regi, & principatum inter exules conſecutus eſt. At vbi doctor Zutrà attigiſſet decimum quintum annum, tàm ipſe quàm Academiæ rector conuenerunt Regem, ab eoque obtinuerunt vt Zutrà princeps eſſet exulum, & magiſter Pahrà eo magiſtratu cederet. Porrò in nares iſtius Pahrà, qui per corruptelam principatum fuerat adeptus, inuolauit muſca: illeque tandiù ſternutauit, donec interiret. Ob eamque cauſam Dauidici Aechmalo-

c vel gener domus Dauid.

Digitized by Google

Finis breuioris Hebræorum Chronici.

Annotationes in aliquot loca ſuperioris Chronici, vide apud doctiſſimum Genebrardum.

CHRONOLOGIAM porrò præmittere debuimus ad hunc tractatum de *Meſſia*: ſiquidem cum prima diſſertatio de aduentu Meſſiæ eſſe debeat, ratio poſtulat, vt tempus huiuſmodi aduentus exponatur. Et quoniam eruditi viri à Magiſtro meo Reuerendiſſ. Abb. *D. Iulio Bartoloccio* hoc ipſum expectabant vt æram Mundi, qua modo vtuntur Hebræi, & ſecundùm quam Chriſtus natus eſt anno 3760. euerterent; probabilem hanc Chronologiam quatuor millenariorum vt paulo ante monuimus, placuit ob oculos ponere. Antequam autem contra Iudaicam perfidiam verum *Meſſiã* oſtendere aggrediamur, quomodo eum deſcribant, expectantque increduli Iudęi, hìc referre minimè pigeat.

R. Meìr Aldabì Sephardì in libro inſcripto שבילי אמונה *Semitæ fidei, Via decima, Cap. 1. pag.* mihi 123. agens de Aduentu Meſſiæ, & Reſurrectione mortuorum, inquit:

פרק ראשון כתוב במדרש כי יתערבו חר בה מישראל תופסי תורה וחסידים ואנשי מעש׳ לבא לדור בארץ ישראל ולהתישב בירושלם ע״ה איש איש כפי נדבת לבו ונצנצה בו רוח טהרה והכשר ת חיבת

de patris nomine. At qui erant de domo Dauid fugerunt. Triginta annis non potuit doctor Hahonai *a* apparere in publico.

a reuelare facit ſuam.

Doctor Rab Giza patruus eorum, qui erant de domo doctoris illius magiſtri Nehilai: diſceſſit commoratuſque eſt in Nearſeba (ſiue ad fluuium Tſeba.)

Doctor Zutrà ſuperioris doctoris Zutrà filius, exulum princeps aſcendit in terra Iſraël, & conſtituerunt illum qui illic erant Iudæi *b* archididaſcalum.

b Caput ſectionis Talmud, ſiue princeps concionatorũ.

Anno verò quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo à templi euerſione, id eſt, anno quater milleſimo ducenteſimo octogeſimo ab orbe condito aſcendit in terram Iſrael, factuſque eſt fori, ſiue ſenatus princeps.

Et poſt eum magiſter Guria, cui ſucceſſit filius ipſius doctor Zutrà, ac per ordinem magiſter Iacob eius filius, & poſt eum magiſter Migas filius eius, & rurſum magiſter Nehemias filius iſtius, denique magiſter noſter Abdìm Nehemiæ huius filius. Quæ octoginta ſeptem ſunt ætates, octoginta ſeptem nominibus his in vniuerſum notatæ.

Ac poſtea magiſter *c* Abaï genuit magiſtros noſtros Iaacob Phineen, & Azariam, Phinees autem magiſtrum Harſub. Sic exiſtunt octoginta nouem ætates.

c Videtur eſſe ſuperior Abdim.

Digitized by Google

חיכת הקדש מארבע פנות העולם אחר מעיר
ושנים ממשפחה למען היות לו ניר ויתד נ
נאמן בהר הקדש ועל זה נאמ׳ ולקחתי אתכם
אחד מעיר ושנים ממשפחה וכאשר יתיישבו
שם החסידים החם ירבו להתפלל בהר ה
הקדש בירושלם וישמ׳ הבור׳ ית׳ שועתם ו
ויקרב קץ הגאולה : וארבע שנים קודם זמן
הגאולה יבא משיח בן יוסף ושמו נחמיה בן
חושיאל מזרע אפרי׳ בן יום : וכפי מה שיהיו
מעשינו בן תהיה ביאתו כמו ששנינו בפ׳ ה
חלק כתיב עני ורוכב על חמור וכתיב וארו
עם ענני שמיא כב׳ אנש אתי הוה זכו וארו
עם ענני שמי׳ לא זכו עני ורוכב על חמור :
ויתקבצו אליו בירושלם מגבורי ישראל מ
מארבע רוחות העולם ויעש׳ חיל ויכה מנציבי
ארום וישמע׳ שבירושלי׳ ויגרש ממנה ה
הערלים ויצא שמו בכל המדינות וכאשר י
ישמעו כל ישראל כן הבאיש המלך המשיח
בערלים יתחזקו ידם ויתקבצו אליו כל איש
אש׳ ידבנו לבו : ויקבץ מלך אדום כל חילו
להלח׳ אתו ומלך המשיח גם הוא יקבץ כל
הנמצאים אתו וארבעים אלף מגבורי אפרים
יבאו אליו דרך המדבר לעזרה ויפול מלך
ארום בידו ולא יוסיף קום לעולם וגם לשרו
של עשו יפיל הבורא יתב׳ לפניו שנ׳ יפקו׳
יו׳ על צבא המרום במרו׳ ועל מלכי האדמה
וגו׳ : ויכבוש כל ארץ ישראל מן אומות העולם
ויכבוש שכניה אדום ומואב ועמון משמעתם :
ויביא להלחם על רומי ויחריבנה שנ׳ והאביד
שריד מעיר ואחר כך יכרית כל זרע עשו שנ׳
ולא יהיה שריד לבי׳ עשו : וישמעו כל האומו׳
ויראו ממנו ויביאו לו היהודי׳ במנחה שנ׳
והביאו את כל אחיכ׳ מכל הגוי׳ מנחה ליי׳
עד שלא ישאר אח׳ ועל אותה שעה נאמ׳ ו
והביאו בניך בחוצן וכאשר ילחם מלך המשיח
עם רומי ידונו בעש׳ מכו באשר נדונו המצרי׳
במצרים שנ׳ כאש׳ למצרים יחולו בשמע צ
צור ואז יתיישבו כל ישר׳ באר׳ ישר׳ ויהיו
שם חמשה שני׳ ובשנת הששית לנחמיה יעלה
שרוי מלך פרס על נחמיה בן חושיאל כי

לפרס תחית המלוכה וידקור את נחמיה ב
בשערי ירושלם ותהיה נבלתו מושל כ׳ שם
מ׳ יום ואדם ובהמה וחיה לא יגעו בה ולאחר
מ׳ יום יסתירנה הבורא ית׳ בקברות בית י
יהודה ויספדו לו כל ישראל מא יום ועליו
נאמר וספדה הארץ משפחות ותהיה צרא ג
גדולה וינוסו דרך המדבר ביערים ובהרי׳
בצחיחי׳ ובמערו׳ ויאכלו עשבי המדבר ויהיו
שם ברעב ובצמא ובעירום ובחוסר כל ולא
יוכלו לחסתר מפני גויי הארץ ובצרה ההיא
יצרפו ויתלבנו : וכל מי שהרהורו רע על
בוראו ית׳ אז אומות העולם הורגים אותו ו
והאחרי׳ יחזקו במעוזינו תמיד ויעמדו במדבר
מ׳ וחמשה ימים ועליו נאמר והולכתיה ב
במדבר ודברתי על לבה וכחמי׳ ישר׳ יתקבצו
בגליל העליון ואז תצא חפצי בה אם מנחם
וממה אשר נתן לה הבורא יתברך ויפלו ל
לפניה האומות פגרי׳ כי יהרגו איש את אחיו
ואת רעהו : וברומי יש צלם מאבן שיש ואז
יצא ממנו ארמילוס בן השטן ויביא עמו עשרה
מלכי׳ ויגלה ישראל פעם שנית למדברות ו
וחפצי בה תעמו׳ בשער המורח ויתר העם
לא יכרת מן העיר ותהיה שם מלחמה בחדש
אב : ובניסן יבא משיח בן דוד ושמו מנח׳
בן עמיאל ועליו אמר משה שלח נא ביד ת
תשלח : נא ביד תשלח בגימט׳ זה מנחם
בן עמיאל מלך המשיח : ויבאו עמו שבעה
רועים ושמונ׳ נסיכי אדם שבע׳ רועים הם
אברהם יצחק ויעקב ומשה ודוד ומשיח ו
ואליהו הנבי׳ ושמונ׳ נסיכי אדם הם אר׳ :
שת : מתושלח : ישי : שמואל : צפנית : ע
עמוס : ומיכה : ואלה החמש׳ עש׳ הטהורי׳
והקדושים יהיו קודם המתים ויבאו אל המדב׳
אשר ברחו שם בני ישראל ומשה רבינו ע״ה
בראשם שנ׳ ויתא ראשי עם : וידברו על ל
לבם שנ׳ והשיב לב אבות על בני׳ ולב בנים
על אבותם : וכתב הרמב״ם ז״ל שהמשי׳ לא
יבוקש ממנו שיעש׳ מופת כדי להאמין בו א
אחרי שהעידו בה הנביאים שכבר נתאמתה
נבואתם : ובחדש סיון יהיו מתימדבר כתות
בזכותו

בזכותו של משה כי לכך נקבר במדבר :
וגם חבלועים עם קרח יעלו כי אז יתקע ב
בשופ׳ גדו׳ שארכו אלף אמה ולקול תקיעתו
יחיו המתים ויבאו דרך מחילות אל הר ה
הזתים ואז יבקע הר הזתים מתחתיו ויחיו
המתי׳ מבצבצין ועולין דרך אותה בקעה ש
שנאמ׳ ויציצו מעיר כעשב הארץ : ואז וכאו
האובדים מארבע רוחות ויבאו חיל גדול ל
למלך המשיח גם משיח בן יוסף יחיה וילכו
שני המשוחים יהדו ועיצת שלום תהיה ביניהם
ולא יהיה ביניה׳ קנאה ותחרות שנ׳ וסרה
קנאת את יהורה ויהוד׳ לא וצור את אפרי׳:
וזכו אלו השבטי׳ שיהיו מהם המשיחים לפי
שהמרגלים שהלכו מהם היו נאמנים : אמנ׳
משיח בן דוד יהיה ראש לכל כי מזרע מ
מלכות בית דוד הוא והקב״ה נתן לו ברית
מלח דכתיב ועושה חסד למשיחו וגו׳ : ו
וכתיב ויתן עז למלכו וירם קרן משיחו ו
והוא ימלוך מסוף העולם ועד סופו שנא׳ כל
גוים יעבדוהו׳ וילך הוא וכל ישראל עמו ו
ויתיישבו בירושלם ובאר׳ ישר׳ לבטח מ׳ ש
שנה ואוכלי׳ ושותים ושמחים ובנו נכר יהיו
רועים צאנם ואיכריהם וכורמיה׳ והוא ימות
המשיח ועל הזמן ההוא אמר שמואל אין בין
העולם הזה לימו׳ המשיח אלא שעבו׳ מלכיו׳:
בי האנשים החם אשר ישובו נפשותם ל
לגופותם ההם יאכלו וישתו וישגלו ויולידו
וימותו אח׳ חיים ארכי׳ מאד : וכאשר ישמע
גוג מלך המגוג כי נתקבצו ישר׳ שנית ב
בירושלם ובאר׳ ישראל יחרה אפו מאד ו
ויקבץ את כל אגפיו כל ממלכו׳ זפון ויתיצבו
מלכי ארץ ויאמ׳ הראית עם בזוי ושבוי אש׳
עתה נתקבצו שני׳ כנגדי וישים פניו אל א
אדמת ישר׳ ויכבו׳ מבצרי יהוד׳ ויבא על י
ירושלם במצור ויבאו בני ישר׳ אתו שנ׳ וגם
יהורה תהלם בירושלם ונלכד׳ העיר והנשי׳
תשכבנ׳ ויצ׳ חצי העיר בגולה ויהרוג ב
ברחובות ירושלם : ואז יקרא הקב״ה לכל הריו
הרב ויהי׳ רעש גדול וירעשו מפניו דגי הימים
ועוף השמי׳ והמדינות וכל חומה לאר׳ תפול

והיתה עת צרה לישראל ובתמוז יצאו עשרה
קולות מן השמי׳ בת קול אחת אומרת ובאת
עד בכל ושם תנצלי שם יגאלך יי׳ מכף אויבי׳
בת קול שנית אומר׳ לכו לאדום לעשו׳ בהם
משפט כתוב ונתתי נקמתי באדום : בת קול
שלישית אומרת קול קורא במדבר פנו דרך
יי׳ : בת קול רביעית אומרת לא יהיה שם
ארי׳ ופריץ חיות בל יבלענ׳ בת קול חמישית
אומרת אתן במדבר ארז שיטה והדס ועץ
שמן : בת קול ששית אומרת נחמו נחמו
עמי יאמר אלהיכם : בת קול שביעי׳ אומרת
דברו על לב ירושלם וקראו אליה וגו׳ :
הרחיבי מקום אוהלך : בת קול שמינית א
אומר׳ פתחו שערים ויבא גויצדיק שומר א
אמונים גילי מאד בת ציון הריעי בת ירושלם:
בת קול תשעית אומרת שאו שערים ראשיכם
וגו׳ : בת קול עשירית אומרת עשו כמו ל
ליריתו : ומיד סובבין את העיר ותוקעין ב
בשופרות וכפעם שביעי׳ מריעין תרועה ג
גדולה ואומרי׳ שמע ישר׳ יי׳ אלהינו יי׳ אחד :
והחומה נופלת ואז יכנסו בעיר ומוצאין ב
בחורים מתים ברחובותי׳ ויהרגו כל חילי
גוג וחילי ארמילוס ויהיו חרב איש ברעהו
ויפלו פגרים מתים וירי׳ הקב״ה על כל אגפי
גוג ברד ואבני אל גביש המוכנות מברד
מצרים ותתקיים אז כל הנבואה שנתנבאו
עליו ויטרו את הארץ ויצאו ישראל ושללו
את שולליהם וכזזו את בוזזיהם ובנשק שלה׳
יבערו אש שבע שנים ואז יהיו לבטח אין ש
שטן ואין פגע רע׳ והבי׳ יבנה כמו שכתוב
ביחזקאל ותתיישב סדום ועמורה שנ׳ ו
ואחיותיהם סדומ׳ ועמור תשובנ׳ ויתקבצו
ויבאו לנו עשרת השבטי׳ במהרה : ובאב
ישמחו שמחה גדולה ויקרבו קרבן וערבה
ליי׳ מנחת יהודה וירושלם והשתחוו ליי׳
בהר הקדש בירושלם : ויראו בעיניה׳ הוד
הכבוד ותפארת והעוז למלכות לישועות ו
והשמחות והנעימות לשום לאבלי ציון פאר
ויבנו הערים : כי בנה יי׳ ציון נראה בכבודו
וישכלל כדכר וספיר ואבני חפץ ואז באור
השכינ׳

Zach. 9. 9. *tans ſuper aſinum*; Et ſcriptum
Dan. 7. 13. eſt : *Et ecce cum nubibus Cœli quaſi filius hominis veniebat* : ſi iuſti erunt, cum nubibus Cœli : ſi non iuſti, pauper & equitans ſuper aſinum. Et congregabuntur ad eum in Ieruſalem de fortibus Iſrael ex 4. plagis mundi, & facto exercitu percutiet prę ſidia Edom & Iſmael quę in Ieruſalem, & expellet ex ea incircumciſos, famaque ipſius egredietur in omnes regiones. Poſtquam verò omnes Iſraelitæ audierint, quod fœtidus factus ſit Rex Meſſias inter incircumciſos; confirmabunt manus ſuas, & cõgregabuntur ad eum (*Meſſiam*) omnes quorum cor voluntariè ſe offeret. Et congregabit Rex Edom omnem militiam ſuam ad pugnandum cum Rege Meſſia, qui & ipſe congregabit omnes qui inueniuntur cum eo, & 40000. ex fortibus Ephraim venient ad ipſum via deſerti ad auxilium; & cadet Rex Edom in manus ipſius, & in æternum non ſurget; & etiam principem Eſau cadere faciet Deus benedictus coram ipſo, quemadmodũ
Eſ. 24. 21. dicitur : *Viſitabit Dominus ſuper militiam Cœli in excelſo, & ſuper reges terræ, &c.* Et ſubiciet ſibi omnem terram Iſrael à populis mundi, & ſubiciet vicinos eius, Edom, Moab,
Eſ. 11. 14. & Ammon, ſicut dicitur *Edom & Moab immiſſio manus eorũ, & filij Ammon auditus eorum.* Et adducet ad pugnandum contra

חסמינ׳ יבאו גוים לאורו ואז ישפוך רוחו על כל כשר ויהיו כל ישראל נביאים שנאמר אשפך רוחי על כל בשר ויתן לנו לב בשר ונשב לבטח ואין מחריך : Quæ verba ſi Latinè reddantur, hunc habent ſenſum :

Cap. 1. Scriptum eſt in Midraſch, quod multi ex Iſrael voluntariè ſe oblaturi ſint, viri nempè firmi in lege, pij, & virtuti dediti, vt veniant ad inhabitandum terram Iſrael, & ſtabiliendum ſe in Ieruſalem ſuper quam pax; quiſque iuxta voluntariam oblationẽ cordis ſui, & in quo florebat ſpiritus puritatis, & rectitudinis, vt amore proſequatur ſanctuarium : ex 4. angulis mundi, vnus de ciuitate, & duo ex familia, vt ſit ipſi lucerna, & clauus firmus in mõte ſancto : & ideò dictum eſt : Ierem. 3. 14.
Et aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione; poſtquam verò viri iſti pij ibi habitationem ſuam elegerint, venient ad adorandum in monte ſancto ſuo, in Ieruſalem nempè : & exaudiet Deus benedictus clamorem eorum, & appropinquabit tempus redemptionis. Quatuor autem annis ante tẽpus redemptionis veniet Meſſias filius Ioſeph, cuius nomen Meſſias filius Ioſeph de ſemine Ephraim.
Nehemias filius Huzielis de ſemine Ephraim, filij Ioſeph : & ſecundum opera noſtra erit & aduentus ipſius, quemadmodum docuerunt in cap. Chelek Tract. Sanhedrin; ſcriptum eſt; (*nempe de Meſſia*) *pauper & equi-*

& cauernis; (ſe abſcondentes) veſcenturque herbis deſerti, eruntque ibi in fame, ſiti, nuditate, & defectu omnium, neque poterunt ſe abſcondere à facie gentium terræ. Et in anguſtia iſta expurgabuntur, & mundabuntur: & omnem, cuius cogitatio mala contra Creatorem ſuum benedictum, occident gentes, & alij fortiter apprehendent fortalitia noſtra perpetua, & ſtabunt in deſerto 45. diebus, & de

Hoſ.2.14. eo dicitur: *Et adducam eam in deſertum, & loquar ad cor eius.* Et ſapientes Iſrael congregabũtur in Galilæa ſuperiori, & tunc egredietur *Chephzibà* mater Menachem in virga quam Deus benedictus ipſi dederit; & cadent cum ea populi mortui, nàm occidet quiſque fratrem ſuum, & amicum ſuum. Et Romæ eſt

De Armillo agitur in Sepher Zerubabel. Vide etiã Lexicon Chald. & Talmud. Buxtorfij in voce ארמילוס

imago ex lapide marmoreo, ex qua egredietur Armillus filius Satanæ, & adducet ſecum X. Reges, & commigrabit Iſrael ſecunda vice in deſerto, & *Chephzibà* ſtabit in porta orientali, & reliquum populi non exſcindetur de ciuitate, & erit ibi bellum in (*menſe*) Ab (*Iulio*) & in (*menſe*) Niſan (*Martio*) veniet

Alter Meſſias filius Dauid. *Exod. 4. 13.*

Meſſias filius Dauid, cuius nomen Menachem filius Ammielis, & de eo dixit Moſes: *Mitte quæſo per manum* (cuius) *mittes.* Verba hæc נא ביד תשלח *Quæſo per manum* (quem) *miſſurus es*, in Gematria (*numero*) valent tantum quantum hæc: *Me*-tra Romam, & vaſtabit eam, quemadmodum dicitur: *Et perdet ſuperſtitem ex vrbe*. Et po- *Num. 24. 19.*
ſtea exſcindet omne ſemen Eſau, ſicut dicitur: *Et non erit ſuper- Abdiæ v.*
ſtes domui Eſau. Et audient *18.*
omnes gentes, & timebunt ab eo, & adducent ipſi Iudæos pro munere, ſicut dicitur: *Et addu- Eſ.66.20.*
cent omnes fratres tuos ex omnibus gentibus munus Domino; donec non ſit ſuperſtes, ne vno quidem relicto, & de ea hora dicitur: *Et adducent filios tuos Eſ.49.22.*
in brachio: & poſtquam Rex Meſſias pugnauerit cum Roma, iudicabuntur decem plagis, quemadmodum iudicati fuerunt Aegyptij in Aegypto, ſicut dicitur: *Sicut rumor Aegyptijs*, *Eſ. 23. 5.*
dolebunt ſecundum auditum Tyri. Et tunc ſtabilientur omnes Iſraelitæ in terra Iſrael, & erunt ibi 5. annis, & in anno ſexto Nehemiæ aſcendet *Sciarui* Rex Perſarum contra Nehemiam filium Huzielis, qui Perſis erit (*tunc*) Imperium, & perfodiet Nehemiam in portis Ieruſalem, & erit cadauer eius proiectum ibi 40. diebus, & homines, & iumenta, & animalia non attingent illud; poſt 40. verò dies cuſtodiet ipſum Deus benedictus in ſepulchris domus Iehuda, & plangent eum omnes Iſraelitæ 41. diebus, & de eo dicitur: *Et planget terra: familię Zach. 12. 12.*
& familiæ. Et erit anguſtia magna, & fugient via deſerti in ſyluis, & montibus, in rupibus,

Digitized by Google

ſcindetur mons oliuarum ſubtus, & prodibunt mortui, & aſcendent via iſtius rupturæ, ſi-
Pſal. 72. 16. cut dicitur : *Et florebunt de ciuitate ſicut herba terræ*. Et tunc venient qui perierant de 4. plagis, & adducent magnum exer-
Vterque Meſſias ſimul. citum Regi Meſſiæ. Etiam Meſſias filius Ioſeph reuiuiſcet, & ambulabunt duo Meſſiæ ſimul, & conſilium pacis erit inter ipſos, neque inuidia, neque
Eſ. 11. 13. lis erit inter ipſos, ſicut dicitur : *Et recedet inuidia de Iehuda, & Iehuda nō anguſtiabit Ephraim.* Ex his tribus quibus oriūdi erūt illi Meſſiæ hoc meruerunt, propterea quod exploratores ex ipſis abeuntes fuerunt fideles. Verumtamen Meſſias filius Dauid erit Princeps omnium, nàm de ſemine regio Domus Dauid ipſe; & Deus benedictus dedit ipſi pactum perpetuum ſicut dicitur : *Et faciens miſericordiam Vncto ſuo (Meſſiæ ſuo), &c.* Et ſcriptum eſt : Et dedit
Pſal. 148. v. vlt. fortitudinē Regi ſuo *Et exaltauit cornu Vncti ſui (Meſſiæ ſui)* & ipſe regnabit ab vno termino mundi vſque ad alterum eius,
Pſal. 71. 11. ſicut dicitur : *Omnes gentes ſeruient ei*. Et ibit ipſe, & omnes Iſraelitæ cum eo, & collocabunt ſe in Ieruſalem, & in terra Iſrael ſecurè 40. annis, & comedent, & bibent, & gaudebunt, alienigenæque paſcent ipſorum greges : & (*erunt*) agricolæ, & vinatores eorum, & hi ſunt dies Meſſiæ, & de eo tempore dixit *Menachem filius Ammiel Rex Meſſias*. Et venient cum eo 7. Paſtores, & 8. Principes hominum : ſeptem Paſtores ſunt, Abraham, Iſaac, Iacob, Moſes, Dauid, & Meſſias vnà cum Elia propheta; & octo principes hominum ſunt, Adam, Seth, Mathuſala, Iſai, Scemuel, Zophonias, Amos, & Micha; & hi quindecim mundi & ſancti reuiuiſcent antequam mortui reſurgant, & venient in deſertum, vbi fugerunt filij Iſrael. Et Moſes Doctor noſter ſuper quem pax, erit in capite eorum,
ſicut dicitur : *Et fuit in rectitudine Rex congregatis principibus populi*. Deut. 33. 5.
Et loquens ad cor eorum, quemadmodum dicitur (Malach. vlt.) *Et reducet cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres eorum*. Scribit Rambam ben. mem. quod à Meſſia non exigent vt faciat miraculum, vt ipſi credant, poſtquam teſtimonium præbuerunt de eo Prophetæ, quorum prophetia iam tunc erit impleta; & in *(menſe)* Siuan *(Maio)* ad vitam reuocabuntur mortui in deſerto cateruatim propter iuſtitiam Moſis, qui propheta fuit ſepultus in deſerto; & etiam qui abſorti fuerunt cum Korech aſcendent : nàm tunc clangetur buccina magna, cuius longitudo 1000. cubitorum eſt, & ad vocem ſonitus eius reuiuiſcent mortui, & venient per cauernas ad montem oliueti, & tunc

Digitized by Google

ces de Cœlo, prima vox dicit: *Et venies cum Babel, & ibi liliberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum*. Secunda vox dicit: *Ite ad Edom ad faciendum in eis iudicium ſcriptum; dedi vindictam meam in Edom*. Tertia vox dicit: *Vox prædicantis in deſerto præparate viam Domini*. Quarta vox dicit: *Non erit ibi leo, & violenta beſtiarum non abſorbebit eam*. Quinta vox dicit: *Dabo in deſerto cedrum, pinum, myrtum, & arborem oleaſtrum*. Sexta vox dicit: *Conſolamini conſolamini popule meus, dicit Deus veſter*. Septima vox dicit: *Loquimini ad cor Ieruſalem, & clamate ad eam quia completa eſt malitia eius*. Octaua vox dicit: *Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta cuſtodiens veritatem. Exulta valde filia Sion, iubila filia Ieruſalem*. Nona vox dicit: *Eleuate portæ capita veſtra &c.* Decima vox dicit: *Facite quemadmodum Iericho* (ſcilicet feciſtis), & ſtatim circumdabunt ciuitatem clangentes buccinis, & ſeptima vice clangent clamore magno,
Deut. 6. & dicent: *Audi Iſrael Dominus Deus noſter Dominus vnus eſt*. Muro cadente ingredientur ciuitatem, & inuenient iuuenes mortuos in plateis eius, & occident omnes copias Gog, vt & exercitum Armilli, & gladius cuiuſque erit contra proximum ſuum & cadent mortua cadauera; & de-

Scemuel: Non eſt inter hoc ſæculum (*ſcilicet tempus*) & dies Meſſię differentia vlla, niſi quod ſubiuganda ſint regna: nàm viri illi quorum animæ redibunt ad corpora ſua, comedent, & bibent, geniturę operam dabunt, & gignent, morienturque poſt dies longos valdè. Poſtquam vero Gog Rex Magog audierit quod Iſrael ſecundò congregatus in Ieruſalem, & in terra Iſrael, exardeſcet ira eius valdè, & congregaturus eſt omnia agmina ſua, omnia (*nempè*) regna Aquilonis, & conſurgent Reges terræ, & dicent: Vidiſtiſne populum ſpoliatum & diſperſum, qui ſecundò nunc congregatus eſt quaſi contra me? & ponet faciem ſuam verſus terram Iſrael, & ſubijciet fortalitia Iehudà, venietque contra Ieruſalem in obſidione, & venient filij Iſrael cum eo, ſicut dicitur: *Et congregabo omnes gentes contra Ieruſalem, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur dimidium ciuitatis in captiuitatem*. Et occidetur in plateis Ieruſalem; & tunc vocabit Deus ben, ad omnes montes ſuos magnos, & erit terræmotus magnus, & contremiſcent à facie eius piſces maris, & volucres Cœli, & prouinciæ: & muri omnes ad terram cadent, & erit tempus anguſtiæ Iſraeli. Et in (*menſe*) Thamuz (*Iunio*) egredientur decem vo- *Zach. 14. 2.*

Digitized by Google

tates, quoniam ædificauerit Dominus Sion, videbitur in gloria ſua; & fundabit Pyropo, Saphiro, & lapidibus pretioſis, & tunc in luce diurnæ præſentiæ (*Maieſtatis*) venient gentes ad lumen eius, & tunc effundet ſpiritum ſuum ſuper omnes rectos, & erunt omnes Iſraelitæ
Ioel.2.28. prophetæ, ſicut dicitur: *Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem*. Et dabit nobis cor carneum, & habitabimus confidenter, nemine pauore incutiente. *Hactenus R. Meir Aldabì loco ſupra cit.* Omitto quāplurima alia fabuloſa, quæ Meſſię tempore peruicaces Iudęi expectant, deque ipſo Meſſia fingunt, ſacrum Dei verbum vt ipſis lubet detorquentes, vt de regio conuiuio, de ludis à Meſſia exhibendis, de eius vxore liberiſque, deque eorum feliciſſimo ſtatu ſub Meſſia. Hæc enim omnia multis in locis Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ à Magiſtro meo Iulio Bartoloccio b. m. pertractata ſunt. Nunc de vero Meſſia *Ieſu Chriſto* vnico Dei Patris filio, eique conſubſtantiali, & æterno, ſit contra Iudæos ſermo.

deſcendere faciet Dominus ben. ſuper omnia agmina Gog grandinem, & lapides grandinis immanis præparatos de grandine Aegypti, & implebitur omnis prophetia, quam Prophetæ elocuti ſunt; & purificabunt terram, & egredientur Iſraelitæ, & ſpoliabunt ſpoliatores ſuos, & prædabuntur prædatores ſuos & armis cor (*hoſtium*) *ſuccendent igni ſeptem annis*, & tunc confidenter (*ſecurè*) erunt nemine aduerſante, nulloque malo occurrente; & tunc ædificabitur domus (*Templum*) ſicut ſcriptum eſt: Et habitabitur Sodoma, & Amorra, ſicut dicitur: Et ſorores eorum Sodoma, & Amorra redibunt, & congregabuntur, & venient ad nos decem tribus quam celerrimè. Et in (*menſe*) Ab (*Iulio*) gauiſuri ſunt gaudio magno, & offerent ſacrificia, & erit gratum Domino munus Iehudah & Ieruſalem, & adorabunt Dominum in monte ſancto in Ieruſalem, & videbunt oculis ſuis decorem gloriæ, & pulchritudinem & fortitudinem regni in ſalutem & lætitias, & amænitates ad ponendum lugentibus Sion ornamentum, & ædificabunt ciui-

Ezech.39.9.

DISSERTATIO

DE ADVENTV MESSIAE A IVDAEORVM BLASPHEMIIS VINDICATO.

MVltifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in prophetis, nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula, qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram Maieſtatis in excelſis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. At cum Gentes cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Obſtupeſcite Cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementèr, dicit Dominus: duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquę viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quę continere non valent aquas. Quis ad hæc talia toto pectore non horreſcat? Miluus cognouit tempus ſuum, turtur & hirundo, grues, paſſeres cuſtodierunt tempora introitus ſui, populus autem meus me non cognouit. Audite Cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt: filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus nolite videre, & aſpicientibus nolite aſpicere ea, quæ nobis recta ſunt. Audite igitur & intelligite, quod ſi hodie vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto, vbi tentauerunt eum patres veſtri, probauerunt, & viderunt opera eius. Sed quid in caſſum laboro? Iudæi, quos hæc monita diuina reſpiciunt, aures habent, & non audient, oculos habent, & non videbunt, quia tenebræ operiunt terram, & caligo populos. Suſtinete me, adhuc enim loquar paululum, & reſpirabo, ſi fortè intelligat Dominus ſuper egenum & pauperem. Dura ceruice, & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri, ita & vos increduli Iudæi. Reuerſi eſtis ad iniquitates patrum veſtrorum prio-

res,

res, qui noluerunt audire verbum Dei: & hi ergo abierunt poſt deos alienos, vt ſeruirent eis: irritum fecerunt domus Iſrael, & domus Iuda pactum Dei quod pepigit cum patribus eorum. Quamobrem hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt, & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. O inſenſati quis vos faſcinauit non obedire veritati; etenim cum deberetis eſſe magiſtri propter tempus, rurſum indigetis vt vos doceamini quæ ſint elementa ſermonum Dei, & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo. O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Nonnè oportebat Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam? Magiſtri eſtis in Iſrael, & hæc ignoratis? Nolite putare quia ego accuſaturus ſim vos apud Patrem: eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo ſperatis. Nec enim Pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit Filio, & poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis eſt. Eia ad iudicium properate, & teſtimonia fidei noſtræ oſtendam; & incipiens à Moyſe, & Prophetis, interpretabor vobis in ſcripturis, quæ de ipſo ſunt. Neceſſe eſt enim impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis & Prophetis de eo. Forſan reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius? Exurge Deus iudica cauſam tuam de gente non ſancta. Sacræ paginæ confundite hos perfidos, & tu Moyſes ſta in teſtimonium Iſrael. Si enim crederetis Moyſi, crederetis & mihi; ſi autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

Tota controuerſia intèr Iudæum, & Chriſtianum eſt, an Meſſias venerit, vel non.

Antequam diſputationis initium ordiamur aliqua præmittenda eſſe arbitror. I. Omnem & vnicam intèr Iudæum & Chriſtianum diſcordiam eſſe, an Meſſias venerit, vel non. Negat temerè primus: affirmat cum veritate ſecundus. II. Iudæum cum Chriſtiano concordare debere in his tribus punctis. Primum eſt dare authoritatem, & plenam fidem omnibus prophetijs, tam quinque librorum Moyſis, quàm cæterorum omnium prophetarum, quia aduentus Meſſiæ expoſitus eſt in lege, prophetis, & hagiographis. Secundum eſt, credere quod Deus habebat mittere Meſſiam ad ſaluandum. Tertium eſt, illum eſſe verum Meſſiam in lege promiſſum, cui conueniunt prophetiæ omnes veteris Teſtamenti de Meſſia editæ, & in quem concurrunt omnes notæ, omniaque prorſus ſigna, quibus in Veteris Teſtamenti vaticinijs, & prophetijs conditio veri Meſſiæ deſcripta reperitur. Quare ſi hæc omnia concurrunt in Domino Saluatore noſtro Ieſu Chriſto, vt infra oſtendetur, neceſſariò ſequitur ipſum eſſe verum Meſſiam à prophetis prænunciatum, legemque Moſaicam quo ad ceremonialia nedum per Chriſti aduentum ceſſaſ-

ſe,

ſe, verum etiam falſam ac ſuperſtitioſam, atque adeò impiam & ſacrilegam redditam fuiſſe. Vndè non eſt hìc controuerſia, an ſecunda Sanctiſſimæ Trinitatis perſona aſſumpſerit naturam humanam, adeò vt inde reſultarit vnum perfectum compoſitum, quod ſimul ſit verus Deus, & verus homo, quale Chriſtiani firmitèr credunt, & ſupponunt eſſe Chriſtum; ſed diſputatio directè procedit cum Iudæis, an ille fuerit verus in lege promiſſus, ac prænunciatus Meſſias. Tota igitur diſcordia erit in diuerſa vaticiniorum explicatione. Id circò, Ieſum Nazarenum, qui in Bethleem ciuitate tempore regis Herodis, & templi ſecundi natus eſt, eſſe verum Meſſiam à prophetis prænunciatum, probare aggredior ex ipſis Rabbinorum & Talmudiſtarum gloſſis, quæ nemo Iudæorum auſus eſt quoquomodo negare.

Primum in quo ſummoperè hallucinantur Iudæi, prophetarum vaticinia explicantes, eſt, cum ea, quæ de duplici Meſſiæ aduentu loquuntur, de duplici Meſſia intelligant. Vnum vocant Meſſiam filium Ioſeph, quia de tribu Ioſeph credunt eum naſciturum, & hunc moriturum; alterum verò quem credunt maiorem & digniorem, vocant Meſſiam filium Dauid, eo quod de ſemine eius naſciturus ſit, & hunc in perpetuum regnaturum, & nunquam moriturum, vt nuper vidimus in *R. Meir Aldabi*, & refertur in tract. *Succà*, diſtinct. *Hachalil chameſcha*. De his duobus Meſſijs apud diuerſos Rabbinos, diuerſæ ortæ ſunt opiniones, in quibus examinandis non immorabimur. Nunc pro dignitate ſufficiat oſtendere, apud antiquos Iudæorum Patres, vnum eundemque fuiſſe Meſſiam filium Ioſeph, & Meſſiam filium Dauid, vt ex *Bereſcìth Rabbà* refert Raymundus Martinus, nempè, ויצא יעקב מבאר שבע *Et egreſſus eſt Iacob de Beerſebà*, ideſt de puteo iuramenti. חהו״ אשא עיני על ההרים

Meſſias filius Ioſeph, & Meſſias filius Dauid, vnus & idem eſt apud antiquos Iudæos.

Pug. Fid. part. 2. cap. 11. num. 14.

מאין יבא עזרי מי אתה הר הגדול לפני זרובבל הר הגדול זה משיח בן דוד ולמה הוא קורא
אותו הר הגדול שהוא גדול מן האבות שנ׳ הנה ישכיל עבדי זה משיח ירום מן אברהם ש
שכתוב בו הרימותי ידי אל יהוה ונשא מן משה שנ׳ בו כי תאמר אלי שאהו בחיקך כאשר
ישא האומן את היונק וגבה מאד ממלאכי השרת שנ׳ וגביהם וגבוה להם לכך נאמר
מי אתה הר הגדול וממי הוא מזרובבל שהוא מזרע של דוד שנ׳ ובני יכניה אסיר שאלתיאל
בנו ומלכירם ופדיה וכני פדיה זרובבל עד וענני שבעה עד כאן פרט הכתוב עד ענני שבעה
ומי הוא ענני זה משיח שנ׳ חזה הוית בחזוי ליליא וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתי הוה
ועד עתיק יומיא מטא וגו׳ ומה שבעה שכתיב במשיח כמה * (דהתימא) כי מי בז ל
ליום קטנות ושמחו וראו את האבן הבדיל ביד זרובבל שבעה אלה לכך נאמר לפני זרובבל
לפי שהוא יוצא מזרובבל למישור שהוא עתיד להוכיח במישור כמה דהימא ושפט בצדק ד
דלים והוכיח במישור לענוי ארץ והוציא את האבן הראשה .זו אבן של יעקב כמה דהימ׳ ו
ויקח את האבן אשר שם מראשותיו תשואות ממשם עתיד הקב״ה לעשות שואה לעשו הרשע
וכן דניאל אומר חזה הוית עד די התגזרת אבן די לא בידין ומחת לצלמא על רגלוהי די
פרזלא

* (דכתיב)

Digitized by Google

פרזלא וחספא וחדקת׳ המון: חן חן לה שהוא נותן חן ותחנונים לישראל כמה׳ דתימ׳ ושפכתי
על בית דוד ועל ישב ירושלם רוח חן ותחנונים ואחר שמשיח פורע מן עשו הוא נעשה: מלך
גדול חהר׳ ואבנא די מחת לצלמא הות לטור רב ומלאת כל ארעא ומה לטור רב כד כתיב
מי אתה הר הגדול וגו׳ : *Hoc eſt quod ſcriptum eſt Pſal.* 121. *v.* 1. Leuabo oculos meos ad montes vnde veniet auxilium meum. *Zach.* 4. *v.* 27. Quis tu mons magne coram Zorobabel? *Mons magnus iſte eſt Meſſias filius Dauid. Et cur eſt vocans eum montem magnum? Quia ipſe eſt maior quam Patres, ſicut dictum eſt Eſai.* 52. *v.* 13. Ecce intelliget ſeruus meus: iſte eſt Meſſias: *Exaltabitur pluſquam Abraham, de quo ſcriptum eſt Geneſ.* 14. *v.* 22. Exalto manum meam ad Dominum: *Et eleuabitur pluſquam Moyſes, de quo dictum eſt Num.* 11. *v.* 12. Quia tu dicis mihi, leua eos in ſinu tuo ſicut nutritius infantem: *Et ſublimis erit valdè pluſquam angeli miniſterij de quibus dictum eſt Ezech.* 1. *v.* 18. Et ſublimitas eorum, & ſublimitas eis. *Hinc ergo dictum eſt*, Quis tu mons magne? *Et de quo erit ipſe? De Zorobabel qui eſt de ſemine Dauid ſicut dicitur I. Paral. cap.* 3. *v.* 17. Et filij Iechonia Aſſir, Saaltiel filius eius, Malkiram, & Padaià, &c. *vſque ad verſ.* 24. Et Anani ſeptem. *Huc vſque ſingillatim enumerauit Scriptura, vſque ad Anani ſeptem. Et quis eſt Anani? Hic eſt Meſſias de quo dictum eſt Dan.* 7. *v.* 13. Videns fui in viſione noctis, & ecce cum Anane, ideſt, cum nubibus cœli ſicut filius hominis veniens erat, & vſque ad antiquum dierum peruenit, & coram ipſo obtulerunt eum. *Et quid eſt* ſeptem? *Scriptum eſt de Meſſia, ſicut dictum eſt Zach.* 4. *v.* 10. Quia quis deſpexit diem modicorum? quia gaudebunt, & lætabuntur, & videbunt, vel quia vibebunt lapidem ſtamneum in manu Zorobabel; ſeptem iſti, *Propterea dictum eſt* coram Zorobabel, *quia egreſſurus eſt de Zorobabel*. Ad æquitatem *verò dictum eſt quia futurū eſt vt arguat in æquitate ſicut ſcriptum eſt* (Iſ. 11. 14.) Et iudicabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate humiles terræ. Et educet lapidem capitalem. *Iſte eſt lapis Iacob, ſicut dictum eſt Geneſ.* 28. *v.* 18. Et accepit Iacob lapidem quem poſuerat ſub capite ſuo, &c. Tumultuum, vel mugituum, vel deſolationum; *quia inde futurum eſt vt faciat Deus S. & benedictus deſolationem Eſau impio. Et ſic dicit Daniel cap.* 2. *v.* 34. Videns fuiſti, donec abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & percuſſit ſtatuam ſuper pedes *vel in pedibus* ferri, & teſtæ, & contriuit eos. *Zach.* 4. *v.* 7. Gratiam, gratiam ei, *ſcilicet ideò dictum eſt, quia ipſe erit donans gratiam, & deuotionem Iſraeli, ſicut dictum eſt Zach.* 12. *v.* 10. Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatorem Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & deuotionum, &c. *Poſtquam verò Meſſias vindicauerit*

de Eſau, ipſe fiet Rex magnus, & hoc eſt quod ſcriptum eſt Dan. 2. v. 35. Lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt in montem magnum, *ſiue mons magnus*, & impleuit totam terram. *Et quid eſt* in montem magnum ? *ſicut ſcriptum eſt Zach. 4. v. 7.* Quis tu mons magne, &c.

Quas quidem auctoritates ſac. Scripturæ eſſe ab ipſiſmet Rabbinis explicatas de Meſſia filio Ioſeph, oſtendit idem Raymundus. Vndè patet vnum eumdemque eſſe Meſſiam filium Dauid, & Meſſiam filium Ioſeph.

Omnium Iudaicorum errorum cauſa fuit, quia Iudæi ſac. Scripturæ vocabula materialitèr acceperunt : de ſpirituali autem ſignificatione nil penitus attendentes. Vndè duplex ſenſus in ſac. Scriptura eſt admittendus, *Literalis* vnus, *Spiritualis* alter. Literalis ſiue hiſtoricus eſt, quem verba immediatè præferunt : Spiritualis ſiue myſticus eſt, qui aliò refertur, quam ad id quod verba immediatè ſignificant, quæ partitio ex Apoſtolo colligitur, vbi dicit, omnia accidiſſe Iudæis in figura ad correctionem noſtram. Et quæ ad literam dicuntur de egreſſu Iudæorum ex Aegypto, de tranſitu maris, de manna quod pluuit in deſerto, de aqua quæ fluxit de petra, ſpiritualitèr accomodat Chriſtianis. Porrò literalis eſt duplex, alius *ſimplex*, qui conſiſtit in proprietate verborum, alius *figuratus*, quo verba transferuntur à naturali ſignificatione ad alienam. Et huius tot ſunt genera, quot ſunt genera figurarum. Hinc frequentiſſimæ ſunt figuratæ loquutiones, quia ſuauiùs & iucundiùs afficiunt, quàm ſi eadem ſententia planis verbis diceretur, & modus ille loquendi eloquentiam facit, cuius axiomata & ornamenta, ſingula eſſe in Scriptura, monſtrare ſe poſſe dicit Auguſtinus. Beda tropos omnes Scripturæ demonſtrat exemplis, eamque omnibus vti docet. Cum autem *tropus* ſit dictio tranſlata à propria ſignificatione ad non propriam ſimilitudinem, ornatus neceſſitatiſue cauſa, tredecim modis hoc contingere poteſt, hi ſunt : 1. Μεταφορὰ, quæ eſt rerum verborumque tranſlatio. 2. Κατάχρησις, abuſio nominis aut verbi, ad ſignificandam rem, quæ propria appellatione deficit. 3. Μετάληψις, dictio gradatim pergens ad id quod oſtendit, & ab eo quod procedit, id quod ſequitur inſinuans. 4. Μετωνυμία, quædam veluti tranſnominatio, ab alia ſignificatione ad aliam proximitatem tranſlata. 5. Ἀντονομασία, ſignificatio vice nominis poſita. 6. Ἐπίθετον, præpoſita dictio pronomini. 7. Συνεκδοχὴ, ſignificatio pleni intellectus capax, cum plus minuſue pronunciat. 8. Ὀνοματοποιία, nomen de ſono factum. 9. Περίφρασις, circumloquutio, quæ fit aut vt breuitatem ſplendidè deſcribat, & producat : aut fœditatem circuitu

Varij Scripturæ ſenſus.

1. Corint. 10.

S. Auguſtinus lib. 3. de Doctr. Chriſt. cap. 6. & 7.
Beda tom. 1. lib. de tropis ſac. Script.

circuitu euitet. 10. Ὑπέρβατον, tranſcenſio quædam, verborum ordinem turbans. Huius ſpecies ſunt quinque. Ὑστερολογία, ſententia cum ordo verbis mutatur. Ἀναστροφή, verborum tantùm præpoſterus ordo. Παρένθεσις, interpoſita rationibus diuiſæ ſententiæ. Τμῆσις, ſimplicis verbi ſectio, aut vnius compoſiti, vna dictione vel pluribus interiectis. Σύγχυσις, hyperbatum ex omni parte confuſum. 11. Ὑπερβολή, dictio fidem excedens, augendi, minuendiue cauſa. 12. Ἀλληγορία, tropus quo aliud ſignificatur quàm dicitur. Huius multæ ſunt ſpecies, ex quibus eminent ſeptem: Εἰρωνεία, tropus per contrarium quod conatur oſtendens. Ἀντίφρασις, vnius verbi ironia. Αἴνιγμα, obſcura ſententia per occultam ſimilitudinem rerum. Χαριεντισμός, tropus quo dura dictu gratius proferuntur. Παροιμία, accommodatum rebus, temporibuſque prouerbium. Σαρκασμός, plena odio, hoſtilique irriſio. Ἀστεισμός, tropus multiplex, numeroſæque virtutis. 13. Ὁμοίωσις, minus notæ rei, per ſimilitudinem eius, quæ magis nota eſt, demonſtratio. Huius ſpecies ſunt tres: Εἰκών, perſonarum inter ſe, vel eorum quæ perſonis accidunt, comparatio. Παραβολή, rerum genere diſſimilium comparatio, & παράδειγμα, quæ eſt præpoſitio, ſiue enarratio exempli exhortantis aut deterrentis.

Explicatis troporum generibus, qui accidunt in ſenſu literali figurato, deueniendum eſt ad ſpiritualem ſenſum, qui ſecundum recentiores Theologos, vt explicat Bellarminus, eſt triplex, *allegoricus*, *tropologicus*, *anagogicus*. *Allegoricus* eſt, cùm verba Scripturæ, prætèr literalem ſenſum ſignificant aliquid in nouo Teſtamento, quod ad Chriſtum, vel Eccleſiam pertineat, quomodo Abraham, qui reuera ad literam habuit duas vxores, vnam liberam, & vnam ancillam, & duos filios, Iſaac & Iſmael, Deum auctorem duorum Teſtamentorum, & Patrem duorum populorum ſignificauit, vt Apoſtolus docet Galat. 4. *Tropologicus*, intelligitur, cùm verba, aut facta referuntur ad aliquid ſignificandum, quod pertineat ad mores: quomodo, *Non alligabis os boui trituranti*, Deut. 25. quod intelligitur ad literam de veris bobus, ſignificat ſpiritualitèr, non debere prohiberi concionatoribus, quin victum accipiant à populo, vt Apoſtolus explicat 1. Corinth. 9. *Anagogicus* dicitur, cùm verba aut facta referuntur ad ſignificandam vitam æternam: quomodo illud Pſal. 94. *Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*, quod ad literam intelligitur de terra promiſſionis, ſpiritualitèr etiam refertur ad vitam æternam, vt Apoſt. explicat Hebr. 4. Vndè ſi ea quæ ſpiritualitèr intelligenda ſunt, literalitèr accipiantur, in varios errores in-

Bellar. de Verbo Dei lib. 3. cap. 3.

Digitized by Google

cidere neceſſe erit. Non omnia ſumenda eſſe materialitèr, ex ipſis libris Talmud, & auctoritatibus Magiſtrorum ſuorum euincitur. Nàm ſi ſubtilitèr inueſtigarent, liquidè reperirent, quod hæc vocabula, ſcilicèt *Sion, Iſrael, Ieruſalem, mons Dei, Templum Domini, ciuitas Ieruſalem*, & alia huiuſmodi, quamuis ſecundum literalem ſenſum res materiales atque terrenas aliquando ſignificare videantur, ſecundum tamen moralem ſenſum, ſpiritualem habent aliam ſignificationem, vt explicat Rabbi Moyſes de Aegypto in primo libro ſuo, cui nomen *Maddaab*, maximam partem in lectionibus de pœnitentia, cap. 8. deſcribens, vbi ſic ait: *Præmium quo nullum ſublimius eſt, & bonum poſt quod nullum aliud bonum eſt, quod quidem omnes Prophetæ deſiderarunt, multis nominibus illud ſac. Scriptura vocat, ſcilicèt mons Dei, tabernaculum Dei, voluntas Dei, templum Dei, domus Dei, porta Dei, &c. Doctores autem prandium vocant illud, nec non & mundum futurum.* Hæc ille, Idem habetur in Talmud in locis diuerſis: *Ieruſalem inferior eſt in pari, vel in fronte, Ieruſalem ſuperne.* Et Rabbi Salomon, in gloſſa, in libro de Sanhedr. cap. quod incipit: *Omnis Iſrael*, dicit quod illa Ieruſalem, quam ſpiritu prophetico ædificauit Ezechiel propheta in fine ſuæ prophetiæ, intelligitur de cœleſti Ieruſalem. Item Rabbi Oſnà dicit, quod iſtud nomen *Syon*, quod nominatur *Tyſaia* ſignificat paradiſum, vbi ait: *Et redempti à Domino, conuertentur, & venient in Syon cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper caput eorum.* De iſto vocabulo manifeſtum eſt quod ſignificat gloriam æternam, per illam authoritatem quę eſt in Sanhedr. in principio vltimi capituli, vbi ſic legitur: *Omnis Iſrael habet partem in gloria æterna: quod probatur nobis ex Iſaiæ Prophetæ cap.* 40. *ſic dicentis: Populus autem tuus, omnes iuſti in perpetuum hæreditabunt terram.* Item quod iſtud nomen *Iſrael*, dicatur moralitèr, proptèr Gentiles ad fidem Dei venientes, patet per quandam authoritatem quæ eſt in libro vocato, *Mecheltbà* & in libro vocato, *Auòth* de Rabbi Nathan, ſuper illud Iſaiæ 44. *Iſte dicit Domino, Ego ſum, & ille vocabit in nomine Iacob, & hic ſcribet in manu ſua Domino, & in nomine Iſrael aſſimilabitur.* Et Rabbi Salomon in gloſſa: *Iſte dicit, Domine ego ſum*: Hoc dicitur de ſummè juſtis; *& ille inuocabit in nomine Iacob*: hoc dicitur de paruulis filijs peccatorum: *Et hic ſcribet in manu ſua Domino*, hoc dicitur de peccatoribus qui penitentiam egerunt: *Et in nomine Iſrael aſſimilabitur*, hoc dicitur de Gentibus quæ venerunt ad fidem, & Dei cognitionem habuerunt, vt explicat Hieronymus à S. Fide ex Iudæo Chriſtianus, in primo tractatu ad conuincendum perfidiam Iudæorum. His breuitèr

Digitized by Google

uitèr explicatis, authoritatibus ſac. Scripturæ ab ipſiſmet Rabbinis expoſitis, apertiſſimè probabitur Meſſiam in lege promiſſum, iam adueniſſe.

Meſſiam in Lege promiſſum adueniſſe, ex Iacobi Vaticinio Gen. 49. 10. *euincitur.*

§. I.

INter innumeras V. T. authoritates, quę Meſſiam in Lege promiſſum aduenifſe apertè demonſtrant, præcipua ac cæteris clarior, & apertior eſt illa Iacobi ex Geneſ. 49. 10., vbi dicitur: לא יסור שבט מיהודה ומחקק מבין רגליו עד כי־יבא שילה ולו יקהת עמים *Non recedet ſceptrum de Iuda, & Legiſlator de inter pedes eius vſquequo veniat Scilò, & illi aggregatio populorum.* Sceptrum de Iuda iam receſſit, ergo venit *Scilò*, & quis eſt iſte *Scilò* niſi *Meſſias*, vt diſſertè Targùm explicat per hanc vocem משיחא *Meſcichà?* Et ſi Sceptrum à Iuda non receſſit, oſtendite Regem nunc dominantem; Si receſſit prædicate Meſſiæ aduentum. Et licet Iacob non expreſsè dicat principatum in Iuda tunc deſiturum cum veniet Meſſias, perſpicuè tamen ſignificat, ſi quando contingat deficere principatum in Iuda, tunc certiſſimè aduentum Meſſiæ expectari oportere. Nàm ſi non deficiet donec veniat Meſſias, ergò cum iam defecerit, neceſſe eſt iam veniſſe Meſſiam. Explicatio huius Vaticinij rectè deducitur ex eo quod ſcribitur in *Bereſcbìt Rabbà*, videlicèt. לא יסור שבט מיהודה זו לשכת הגזית שנתנה בחלקו של יהודה שנ׳ ויאמס באהל יוסף ובשבט אפרים לא בחר ויבחר את שבט יהודה את הר ציון אשר אהב הר המציון בתורה וכן הוא אומר אוהב יהוה שערי ציון שערים המצוינים בהלכה ומחקק מבין רגליו אלו יושבי יעבץ שומרין הלכות בישראל כבסנהדרי גדולה שיושבת בלשכת הגזית בחלק יהודה שנ׳ ומשפחות סופרים יושבי יעבץ תרעתים וגו׳ ומה לא יסור שבט מיהודה אלא לומר לך שלא נתן כח לסנהדרין לדין דיני נפשות אלא כל זמן שיושבין בלשכת הגזית שכיון שגלו משם למקום אחר בטלו דיני נפשות שנ׳ ועשית על פי הדבר אשר יגידו מן המקום ההוא מלמד שמקום גורם עד כי יבא שילה זה המשיח Hoc eſt: Non recedet Sceptrum de Iuda, *Iſtud eſt camera, vel conſiſtorium dolatum, vel politum quod datum* * *eſt in parte Iudæ, ſicut dictum eſt Pſal.* 78. *v.* 67. *&c.* Et repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit; ſed elegit tribum Iuda, & montem Sion, quem diligit: *montem inquam* * ſpeculatum *per legem. Et ſic dicit, Pſal.* 87. *v.* 2. Et diligit Dominus portas Sion.

Geneſ. 49. 10. Vulgata. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt & ipſe erit expectatio gentium.*

* *conſtitutum*

* *ſignatum ſiue inſignem ob legem.*

Sion. *Portas * ſpeculatiuas in ſententia*. Et Scriba è medio pedum eius. *Iſti ſunt ſedentes Iabbetz docentes ſententias in Sanhedrin magna, quæ eſt in conſiſtorio, ſiue in camera dolata, ſiue polita in parte Iudæ, ſicut dictum eſt 1. Paralip. 2. v. 55.* Et familiæ Scribarum ſedentes in Iabetz ianitores, vel cantores &c. *Et quid eſt*, Non recedet Sceptrum de Iuda? Hoc planè tibi indicat, quòd non eſt conceſſa *Sanhedrin poteſtas iudicandi iudicia animarum (*capitalia*) niſi omni tempore, quo ſedebant in camera dolata. Cum enim migrauerunt inde ad locum alium, ceſſauerunt iudicia animarum, ſicut ſcriptum eſt Deuter. 17. v. 10.* Et facies ſecundum verbum quod nunciabunt de loco illo, *Hinc docet quod locus erat* גורם *neceſſarius, vel infringens poteſtatem iudicium ſi deerat*. Donec veniat Scilò, *ideſt Meſſias*.

* inſignes ob deciſiones.

In eodem *Bereſcith Rabba* ſect. 99. legitur, לא יסור שבט מיהודה זה כסא מלכות וגו׳ אימתי כשיבוא אותו שהמלכות שלו *ideſt*, Non recedet Sceptrum de Iuda, &c. *Hoc eſt ſolium Regni, &c. Quando? quum venerit ille, cuius eſt Regnum*.

R. Bechai relatus à Ioſepho de Voiſin in obſeruat. ad cap. 4. Pug. Fid. reddit hanc interpretationem, videlicet, לא יסור שבט מיהודה
עד כי יבא שילה שבא להורות על גאלת מצרים העתידה הקרובה כי איך יתכן שיתחיל הג
הגלות עתה ביעקב ובזרעו ולא יזכיר ענין הגואל הראשון הקרוב ולא יתנבא עליו ולא יבשרם
בו ויזכיר העתידה הרחוקה בגואל האחרון שבאחרית הימים ומפני זה אמר עד כי יבא שילה
והוא רמז על משה וביאור הכתוב כי המלכות ליהודה עד זמנו של משה שתשוב המלכות
והממשלה לבית לוי והוא משה רבינו הגואל הראשון המולך על ישראל כענין שכתוב ויהי
בישרון מלך בהתאסף ראשי עם כי כל ישראל נאספו אליו ועל זה אמר ולו יקהת עמים ו
וישראל נקראו עמים כענין שכתוב אף הובב עמים *ideſt*, Illud Geneſ. 44. v. 10. *Non recedet Sceptrum de Iuda, donec veniat Scilò, &c.* deſignat redemptionem ex Aegyptijs proximè futuram. Quomodo enim conſentaneum eſſet, vt tunc inſtante captiuitate Iacob, & ſemini eius, mentio nulla fieret primi Redemptoris proximi, neque de eo prophetaret (Iacob), neque eum prædicaret illis; & tamen mentionem faceret futuræ longo poſt tempore redemptionis per Redemptorem nouiſſimum in fine dierum? Quamobrem dicit, *Donec veniat Scilò*, ſic deſignando *Moſem*, itaut ſignificet Scripturam Regnum penes Iudam futurum vſque ad tempus Moſis, qui tranſlaturus erat Regnum, & dominationem Leui. Moſes enim Magiſter noſter fuit primus Redemptor, & Rex Iſrael, iuſta illud Deuter. 33. v. 5. *Et fuit in Iſrael Rex, quando congregauerunt ſe capita populi*. Omnes enim Iſraelitæ ad eum collecti ſunt. Ideòque dicitur Gen. 49. v. 10. *Et ei erit aggregatio populorum*. Iſraelitæ autem vocantur populi iuxta illud Deuter. 33. verſ. 3. *Etiam diligit*

ligit populos. Hactenus R. Bechài. Et iam paulò ſuprà dixerat: אחר שרמז לגאלת מצרים הוסיף לרמוז הגאלה האחרונה הזו באחרית הימים לפי שמתיהן דומות זו לזו וקבלה ביד הנביאים שעתידה גאולתנו זאת שתהיה כדמיון גאלת מצרים בהרבה ענינים מלבד שתהיה בה תוספת מעלה והשגה בלבבות בידיעת הש״י ideſt, *Poſtquam deſignauit redemptionem Aegyptiacam; deſignauit prætereà redemptionem hanc nouiſſimam in fine dierum: quippe hæ duæ ſimiles ſunt inter ſe; & traditio Prophetarum eſt redemptionem hanc noſtram fore ſimilem redemptioni Aegyptiacæ in multis rebus; præſtantiorem tamen futuram, maioremque in cordibus futuram Dei notitiam*.

Hinc ſupracitatus *Voiſin*, validiſſimum aduerſus Iudæos conficit argumentum. Quum enim, ait, iſte locus *Gen.* 49. tam de redemptione futura per Moſem, quàm de redemptione futura per Meſſiam intelligatur: Iudæi enim rerum ſuarum ſtatum, aduentu Meſſiæ, eundem futurum dicunt, qui fuit quando egreſſi ſunt ex Aegypto. In Aegyptiaca autem redemptione quum ablatum ſit ſceptrum de domo Iuda; conſequens eſt etiam in nouiſſima redemptione per Meſſiam iterum ſceptrum de domo Iuda auferri, in quam interim reſtitutum fuerat. *Et paucis interiectis*, notat, quemadmodum in prima illa per Moſem redemptione tranſlatum eſt regnum ſiue iuriſdictio ad Leuiticam, & Sacerdotalem gentem; ſic in redemptione Meſſiæ, tranſlatum eſſe regnum ad ſacerdotalem ordinem, quomodo explicat S. Epiphanius in Hæreſ. 29. aduerſus Nazaræos, vbi ait: Θρόνος γὰρ Δαβὶδ καὶ βασιλικὴ ἕδρα ἐστὶν ἡ ἐν τῇ

S. Epiph. lib. 1. t. 2. aduerſ. Hæreſ. ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ Ἱερωσύνη, ὅπερ ἀξίωμα βασιλικόν τε καὶ ἀρχιερατικὸν ὁμοῦ ἐπεποίησατο συνάψας ὁ Κύριος δεδώρηται τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ τὸν θρόνον μεταγαγὼν ἐν αὐτῇ τὸν τοῦ Δαβὶδ μὴ διαλείποντα εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐκεῖσε γὰρ κατὰ διαδοχὴν διήρκεσε θρόνος Δαβὶδ ἕως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, μὴ διαλειπόντων τῶν ἐξ Ἰούδα ἀρχόντων, ἕως ἦλθεν ᾧ τὰ ἀποκείμενα ἦν, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν φησιν· ἔληξαν γὰρ ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ οἱ κατὰ διαδοχὴν ἐξ Ἰούδα ἄρχοντες, ἕως αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἡγούμενοι· ideſt, *Quocirca thronus ille Dauidis, ac regale ſolium nihil aliud eſt, quàm Eccleſiæ ſanctæ Sacerdotium, quod Regia ſimul, ac Pontificia dignitate in vnum contracta ei Dominus attribuit, ac Dauidis æternum illud, neque periturum vnquam ſolium in eandem contulit. Illic enim Dauidica ſedes perpetua ſucceſſione ad Chriſtum vſque permanſit, cum nullo*

Gen. 49. 10. *vnquam tempore de Iudæ Tribu Principes deſiiſſent: donec ille venit* cui repoſita erant. Et ipſe *(inquit)* expectatio Gentium. *Etenim ſub aduentum Chriſti Domini deſiit de Tribu Iudæ Principum illa ſucceſſio, qui ad id vſque tempus populi duces fuerant*.

Multæ, ac variæ ſunt expoſitiones Rabbinorum ſupra illud Gen. 49. *Non recedet ſceptrum de Iuda &c.*, quas omnes in medium

Digitized by Google

dium proferre, ſuperfluum puto, cum eas vnuſquiſque videre poſſit in grauiſſimis auctoribus, qui diſſertè de hac re ſcripſere, igitur aliquas tantum difficiliores, in gratiam Lectoris afferam.

I. Dicunt aliqui, vaticinium hoc non de Meſſia intelligendum eſſe, ſed de aliquo alio, puta de Nabuchdonoſor Rege, qui tanquam flagellum ſuorum peccatorum mittendus erat, nec non ad Vrbem, Templumque deſtruendum, atque ad Populum captiuandum, quemadmodum à Prophetis multis in locis prænuntiatum fuerat, & tempore Sedekiæ Regis adimpletum eſt: tunc enim, vt ipſi dicunt Nabuchdonoſor abſtulit ſceptrum de Iuda, diruta Vrbe, Temploque exuſto, & qui in cæde non corruerunt, captiui in Babylonia ducti ſunt. Sed quam ſit falſa hęc expoſitio, poſſem innumeris rationibus euidentèr demonſtrare, tamen cæteris relictis, vnam tantùm breuitatis cauſa adducam, quę mentis meę oculis, luce meridiana clarior videtur, videlicèt, quia ſceptrum de domo Iuda per Babylonicam captiuitatem ablatum non fuit; & ratio eſt, quia tunc de domo Iuda non defecit legitimus ſucceſſor, & hæres Regni Iudaici, cum in tranſmigratione Babylonica, Ieconias filius Ioſiæ, & fratres eius geniti fuerant, qui in Babel Principes erant captiuitatis, ſecundum quod habetur in Sanhedrin cap. 1. pag. 5. vbi prò שבט intelliguntur ראשי גליות *Raſcè Gheliòth*, *principes captiuitatis*, nempe principes de domo Iuda. Neque dicendum eſt vaticinium allatum de Rege venturo, ideſt Meſſia adimpletum fuiſſe in Nabuchdonoſor; quia præterquam quod ſceptrum non defecit, vt dictum eſt, ſed neque מחקק, per quod intelligitur Synedrium, quod deſcenderat in Babel, ſecundum quod legitur in Targùm ſuper illa verba *Scir haſcirim* דודי ירד לגנו לערוגות הבשם *Dilectus meus deſcendit ad hortum ſuum ad areolam aromatum*, vbi Targùm, ſic: ומרי עלמא קביל צלותיהון ברעוה ונחת לבבל לסנהדרין דחכימיא ויהב רוחא *Dominus ſæculi ſuſcepit orationem eorum cum complacentia, deſcenditque in Babyloniam ad ſapientes Sanhedrin, & dedit odorem populo ſuo*. Igitur cum non defecerit ſceptrum, neque Synhedrium tempore captiuitatis Babylonicæ, nullo modo intelligendum eſt, nec intelligi poteſt vaticinium Iacobi de Nabuchdonoſor Rege. Cant. Cantiç. 6. 1.

II. Exponunt inſuper vocabulum illud שבט pro *virga*, hoc eſt *flagellum*, atque hoc duraturum vſque ad Meſſiæ aduentum. Et quia in præſenti multa mala patiuntur Hebræi, & ſunt in tribulationibus, & ærumnis, ex hoc deducunt Meſſiam minimè veniſſe. Sed

contrà

Refelluntur Iudæorum expoſitiones ſuper vocem illam שבט.

contrà eſt primò, quia per hanc expoſitionem, quamuis falſam; adhuc conuincitur Meſſiam aduenīſſe. Nàm ſi Meſſias debuiſſet venire, quando tribulationes ceſſatæ ſunt, iam veniſſet, quia tribulationes de facto ceſſauerunt pluries: ſic ab Egyptiaca captiuitate liberati fuerunt, & poſtea in terram promiſſionis perrexerunt. Poſt hæc captiui in Babylonia ducti ſunt per annos ſeptem, & poſtea in eorum patriam redierunt, ibique per multos annos ſteterunt abſque vlla captiuitate, & abſque tribulatione, ergo vel dicendum eſt Meſſiam aduenīſſe, vel eorum tribulationes nunquam ceſſaſſe, quod eſt falſum, vt modò oſtenſum eſt. Contrà eſt ſecundò, quia in hoc vaticinio ſermo eſt de virga, reſpectiuè ad Ducem, cum ibi habeatur, *Non auferetur virga, & Dux*, ergo debet intelligi de virga Ducis, quæ eſt virga principatus, & dominationis: Paritèr hoc eſt contrà Talmudem, qui codice Sanhedrin cap. דיני ממונות hunc locum Geneſ. 49. לא יסור שבט explicat prò principibus captiuitatis, & prò filijs filiorum Hillel, ex quo emanauit doctrina Talmudica, & diffuſa eſt in poſteros magiſtros Babyloniæ. Dicitur igitur in præcit. loco pag. 5. לא יסור שבט מיהודה אלו ראשי גליות שבבבל שרודין את ישראל בשבט ומחקק מבין רגליו אלו בני בניו של הלל שמלמדין תורה ברבים: Ideſt, *Non recedet virga ex Iuda: hi ſunt principes captiuitatis, qui ſunt in Babylone, & regunt Iſraelem virga. Et Legiſlator de inter pedes eius: hi ſunt filij filiorum Hillel, qui multos docent Legem.* Rurſum R. Salom. hoc loco explicat שבט *Virgam* pro שררה *dominio*. *Rau Scerirà* pater Haài Gaòn in תשובה, quæ adfertur in lib. *Iuchaſſin* pag. 115. in principio, vbi hæc ipſa prophetia Iacobi Patriarchæ cum expoſitione Talmudis excribitur, vocem שבט *Virgam* per מקל *baculum* explicat; Igitur ò Sapiens Talmudiſta, vel debes concedere pro שבט intelligi *Sceptrum*, vel negare debes traditionem Talmudicam, quod nefas apud omnes Hebræos exiſtimatur. Septuaginta Interpretes reddunt ἄνθρωπος: in quo pręclaram Chriſti notationem animaduertit præclariſſimus Huetius *Demonſtr. Euang. cap.* 3. Nàm cum R. Abrahàm Sebà in Faſciculo myrrhæ obſeruauerit כוכב per cabaliſticam artem, Dei nomen יהוה continere, שבט Interpretes ſeptuaginta expoſuerunt ἄνθρωπος, vt intelligeremus diuinitatem pariter & humanitatem Meſſiæ, eodem commate ſignificari.

Traditio Talmudica magnæ auctoritatis apud Iudæos.

Vocem שילה Iudei perperam explicant pro *loco*.

III. Varijs modis extorquent Iudæi vocem illa שילה *Scilò*, dicentes præfatum vaticinium Gen. 49. non loqui apertè ſub nomine Meſſiæ, ſed ſub nomine *Scilò*, quæ vox poteſt ſignificare *locum*; vndè ſic exponunt, *Non recedet ſceptrum à Iuda, &c.* vſquequò veniat ille, qui vnctus erit in Scilò; atqui Saul fuit vnctus in Scilò; cum arca Dei, in qua ſeruabatur vnctio, tempore illo fuiſ-

ſet in loco nuncupato *Scilò*, & tunc à Iuda ablatum fuit dominium, & datum Saul, ergo hæc prophetia impleta fuit in Saul, & non loquitur de Meſſia. Sed contra etiam *primò*, quia ſi *Scilò* hìc ſignificat locum, ſequitur, quod cum dicat *vſquequò veniat Scilò*, locus deberet venire, & ſic locus eſſet quid mobile. Quid ſtultius? ergo hoc nomen *Scilò* non eſt nomen loci, ſed Meſſiæ. *Secundò* Saul non fuit creatus Rex in Scilò, ſed in Maſpha, & in Galgala, vnctus autem à Samuele olei lenticula in Ramatha; paritèr arca Dei, in qua ſeruabatur vnctio, non erat tempore illo in Scilò, cum antequam Saul creatus eſſet Rex, Arca delata fuerit in Chriath ieghatim, & hinc deportata in domum Abinadab in Gabaa, vt prim. Sam. c. 7. legitur *1. Reg. cap. 7.*

ויבאו אנשי קריתיערים ויעלו את־ארון יהוה ויבאו אתו אל־בית אבינדב בגבעה ואת־אלעזר בנו קדשו לשמר את ארון יהוה׃ *Et venerunt viri Chiriath ieghàrim, & aſcendere fecerunt arcam Domini, & induxerunt eam in domum Abinadab in Ghibbah, & Eleazar filium eius ſanctificauerunt ad cuſtodiendum arcam Domini.* Hæc arca igitur ſtetit in Gabaa, vſquequò Dauid confirmatus fuit in Regno, qui poſtea detulit eam in Ieruſalem, vt 2. Sam. cap. 6. legitur, & ſic arca erat in domo Abinadab in Gabaa, antequam Saul vnctus eſſet, & per conſequens Saul non fuit vnctus in Scilò, vt malè Hebræi ſupponunt.

> Vulgata. *Venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium eius ſanctificauerunt, vt cuſtodiret arcam Domini.*

> Saul non fuit vnctus in Scilò, ſed in Ramatha.

Alij pariter exponentes *Scilò* pro *loco*, dicunt hoc vaticinium verificari de Ieroboam, qui de Tribu Ephraim oriundus fuit; Nàm cum decem Tribus ob duram reſponſionem datam populo à Rege Roboam Salomonis filio, à Regno Iudæ diſceſſiſſent, ipſum Ieroboam in Regem conſtituerunt; & tunc vt ipſi aiunt, Sceptrum à Tribu Iuda ablatum fuit, atque ad Tribum Ephraim tranſlatum; Vndè ſic exponunt illud dictum Prophetæ, *donec veniat Scilò*, ideſt *donec veniat Ieroboam coronandus in Scilò*. Sed quàm ſit falſa hæc expoſitio facilè dignoſcitur; Tum quia *Scilò* hìc non ſignificat *locum* proptèr rationes ſuperiùs aſſignatas, tum quia diuerſo modo ſcribitur *Scilò*, quando ſignificat *locum*, ac quando ſignificat *Meſſiam*: nàm quando ſignificat Meſſiam, ſcribitur cum י *Iod*, & ה *He hoc modo*, שילה, quæ literæ non reperiuntur quando ſignificat locum, quia י *Iod* non ponitur, & loco ה *He* ponitur ו *Vau* hoc modo, שלו vt habetur in Pſalm. 78. v. 61. ויטש משכן שלו *Et dereliquit tabernaculum Scilò*; Vndè ſi coniungantur illæ duæ literæ י, *Iod*, & ה *He* quę reperiuntur in *Scilò* quando ſignificat Meſſiam, illæ faciunt יה &

> Diuerſitas huius nominis *Scilò*, quādo ſignificat *locum*, & quando ſignificat *Meſſiam*.

quid

Digitized by Google

quid ſignificat יה niſi Deum, vt toties reperitur in Pſalmis? Tum quia illa decem Tribuum Congregatio, quæ Ieroboam ſibi Regem conſtituit, non in Scilò, ſed in Sichem facta fuit, vt ex lib. 3. Reg. apertè colligitur. Tum quia non fuit tunc Regnum à domo Iuda amotum, quia ex ea Tribu Reges per hæreditariam ſucceſſionem vſque ad Babylonicam captiuitatem per annos 317. ſine intermiſſione fuerunt, & illi ſoli veri Reges cenſebantur, qui per vnctionem, quæ in Templo erat inſtituebantur, atque in Regia Vrbe Ieruſalem regnabant.

Vocem שילה alij explicant de Dauide, alij de Moyſe.

IV. Ex ſuprà probatis, quia non poſſunt negare *Scilò* ſignificare Meſſiam, adhuc Spiritui Sancto reſiſtunt, dicentes vtique ſignificare Meſſiam, ideſt vnctum, & ſic explicant prophetiam de Dauide, qui vnctus fuit Rex. Alij verò dicunt hic loqui de Moſe.

Refelluntur tales explicationes.

Sed ſi ſic eſt, quando venit Moſes, vel Dauid, debebat recedere ſceptrum de Tribu Iuda, quomodo igitur in aduentu Moſis, vel Dauidis poterat recedere Sceptrum à Tribu Iuda, ſi ante Moſes, & Dauid, Tribus Iuda nunquam habuit Sceptrum? quomodo igitur poſſit recedere quod non eſt, videant ipſi. Stat igitur Sceptrum datum fuiſſe Tribui Iudæ à Rege Dauid.

V. Aliam expoſitionem reddunt alij, videlicèt non eſſe auferendum Sceptrum de Tribu Iuda, vt detur alteri Iſraeliticæ Tribui, donec Meſſias venerit. Veruntamen hoc eſt contra ipſos, quia ex hoc ſequitur, quod ſtatim ac venerit Meſſias, tranſiturum erat Regnum Iudæ ad aliam Tribum; Regnum Iudæ certè defecit, ergo aſſignant Iudæi cui nam Tribui delatum fuit hoc Regnum. Verus igitur ſenſus huius vaticinij eſt, *Non auferetur Sceptrum de Iuda donec veniat Meſſias*; Sceptrum à domo Iuda defeciſſe, non poſſunt negare Iudæi, ergo neceſſariò fateri tenentur Meſſiam iam veniſſe. Hinc Iuſtinus Apologia 2. inquit: Ὑμέτερον οὖν ἐστὶν ἀκριβῶς ἐξετάσαι καὶ μαθεῖν μέχρι τίνος ἦν ἄρχων καὶ Βασιλεὺς ἐν Ἰουδαίοις ἴδιος αὐτῶν· μέχρι τῆς φανερώσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου, καὶ τῶν ἀγνοουμένων προφητειῶν ἐξηγητοῦ; ὡς προεῤῥέθη ὑπὸ τοῦ θείου ἁγίου προφητικοῦ πνεύματος διὰ τοῦ Μωϋσέως, μὴ ἐκλείψειν ἄρχοντα ἀπὸ Ἰουδαίων, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται τὸ Βασίλειον· Ἰούδας γὰρ προπάτωρ Ἰουδαίων, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ Ἰουδαῖοι καλεῖσθαι ἐσχήκασι· *Veſtrum eſt igitur accuratè diſquirere & diſcere, quouſque princeps fuerit, & rex apud Iudæos ipſorum proprius, nempè quo ad apparuit Ieſus Chriſtus magiſter noſter, & ignorabilium prophetiarum interpres; quemadmodum prædictum eſt à diuino ſancto prophetico Spiritu per Moyſen, non defore principem ex Iudæis, donec veniat is quem regia dignitas manet. Iudas enim Iudæorum progenitor fuit, à quo & Iudæorum nomen habuerunt.*

Verus ſenſus illius vocis שילה concluditur.

VI. Dicunt alij Iudęi, Vulgatam per illa verba ומחקק מבין רגליו legere, *& dux de femore eius*, per quæ ſignificatur, Legiſlatorem illum, ſeu pacificatorem, formandum eſſe ex mulieris ſanguine menſtruo, quia שילה volunt deriuari à dictione שליה quæ *Secundinam* ſignificat, iuxta illud Deuter. 28. v. 57. ובשליתה היוצת מבין רגליה ובבניה אשר תלד כי־תאכלם בחסר־כל בסתר *Et in ſecundinam ſuam exeuntem inter pedes eius, & in filios ſuos, quos pariet, quia comedet eos in defectu omnium, in abſcondito &c.* quomodo dicunt RR. noſtri f. m. in tract. *Nidàh*, ſiue *de muliere menſtruata*: *Si quis mactet beſtiam, & inueniet in ea ſecundinam, anima pulchra, (id eſt, is qui non abhorret ob eius fœditatem, cui non mouet nauſeam) comedet eam &c.* Ad hoc reſpondetur quod omnes prorſus editiones, & Lectiones, tàm Hebraica, quàm Samaritana, Arabica, & Septuaginta Interpretum, vnà cum paraphraſi Chaldaica, & Hieroſolymitana vertunt eo modo ac Vulgata editio præfata vocabula, hoc eſt: *Non deficiet Dux*, ſeu *Legiſlator de femore eius*, vel *de medio pedum eius*. Tamen præfata Rabbinorum interpretatio, Catholicæ veritati non aduerſatur, imò probat Meſſiam formandum eſſe dumtaxat ex mulieris ſanguine, abſque vllo virili commercio, quod vtique eſt verum, cum Saluator noſter Dominus Ieſus Chriſtus formatus ſit ex puriſſimo Virginis ſanguine, non autem ex menſtruo, quod in ſententia ferè omnium medicæ artis profeſſorum, ad generationem minimè deſeruit. Ipſum verò naſciturum ex Virgine, probabitur in *Diſſertatione* altera, in qua Iudæorum ſimul & hæreticorum obiecta contra Deiparæ Virginitatem diluentur.

Deut. 28. verſ. 57. Vulgata. *Et illuuie ſecundarum, quæ egrediuntur de medio fœminũ eius, & ſuper liberis, qui eadem hora nati ſunt. Comedent enim eas clam in obſidione, &c.*

Exponuntur aliæ authoritates V. T. ex quibus colligitur Meſſiam aduenisse.

§. II.

LOquens Moyſes ad Populum Iſrael quaſi ei vaticinans aduentũ ſui Meſſiæ ait: נביא מקרבך מאחיך כמני יקים לך יהוה אלהיך אליו תשמעון *Prophetam ex interiori tuo, ex fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: illum audietis.* Dicitur *ex fratribus tuis*, hoc eſt de ipſis Iſraelitis; omnes

Deut. 18. 15. Vulgata. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus tuus: ipſum audies.*

nes

Digitized by Google

nes enim Hebræi inter ſe fratres vocabantur, vt patet Leuit. 25.

Leuit. 25. v. 25. Vulgata. *Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam, &c.*

כי־ימוך אחיך ומכר מאחוזתו וגו' *Cum attenuatus fuerit frater tuus, & vendiderit de poſſeſſione ſua &c.* loquendo igitur ad quemlibet Hebræum, erat verum, quod Deus ſuſcitabit Prophetam *ex fratribus tuis*, hoc eſt ex fratribus illius Hebræi, ad quem iſta locutio dirigebatur. Dicitur *ſicut me*: hæc ſunt verba Moſis ſignificantis, quod Propheta, quem Dominus ſuſcitaret, eſſet verus ſicut Moſes, ly autem *ſicut* denotat ſimilitudinem, ſed non æqualitatem, quia vt dicitur Deuter. 24.

Deut. 34. 10. Vulgata; *Et non ſurrexit vltrà propheta in Iſrael ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem.*

ולא־קם נביא עוד בישראל כמשה אשר ידעו יהוה פנים אל־פנים *Et non ſurrexit propheta vltra in Iſrael, ſicut Moyſes quem noſſet eum Dominus faciei ad facies.* Vnde ipſe Dominus loquens per Moſen ait:

Deut. 18. v. 18. Vulgata. *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui: & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quę præcepero illi.*

Per hunc Prophetam quid intelligāt Iudæi.

נביא אקים להם מקרב אחיהם כמוך ונתתי דברי בפיו ודבר אליהם את כל־אשר אצונו *Prophetam ſuſcitabo eis de interiori fratrum ſuorum ſicut te, ponamque verba mea in ore eius, & loquetur ad eos omnia, quæ præcepero ei.* Dixit *Prophetam*, & hic eſt Meſſias Dominus Ieſus Chriſtus, licèt Doctores Hebræi per prophetam iſtum intelligant nunc Iehoſua, qui Moſi in regimine ſucceſſit, nunc Hieremiam, qui eiſdem verbis, quibus Moyſes, eos redarguit; tamen Doctores Catholici dicunt hanc prophetiam principaliùs intelligendam eſſe de Chriſto Domino, qui fuit propheta, & pluſquam propheta, & ad quem dirigebantur omnes prophetæ, & quia quando aliquis dicebat aliquid a Deo accepiſſe, & poſtea confirmabat illud miraculis, credebatur eſſe propheta, ita cum Chriſtus eſſet quotidie docens in Templo, & multa ſigna faceret, quæ alij nunquam fecerunt, ſicut ipſe dixit,

Ioann. 15. 24.

ſi non feciſſem eis opera, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum; hinc eſt quod ab omnibus tanquam propheta habebatur; Vndè ipſi Iudæi ſæpè aſſiſtentes ſignis, quæ faciebat Ieſus ad confirmationem doctrinæ ſuæ, dicebant, quia nunquam tale factum eſt in Iſrael; proptèr hæc ergo ſæpè vocabant eum prophetam:

Matth. 21. 10.

Et cum intraſſet Ieroſolymam, commota eſt vniuerſa Ciuitas, dicens, Quis eſt hic? Populi autem dicebant: Hic eſt Ieſus propheta à Nazaret Galileæ.

Chriſtus impropriè dicitur Propheta.

Licèt autem Chriſtus faceret omnia, quæ prophetæ faciebant, meritò tamē ab omnibus Theologis excluditur à Chriſto hoc nomen prophetæ, quia propriè illi non conuenit, & ratio eſt, quia ille eſt prophe-

Digitized by Google

pheta, qui ſuſcipit reuelationes à Deo, eiuſque intellectus eleuatur ad cognoſcēdas aliquas veritates ſupernaturalitèr cognoſcibiles; Chriſtus verò non ſic eleuabatur, nec ab alio ſuſcipiebat reuelationes, quia erat Deus verus de Deo vero, qui omnia ſcit, omnia reuelat. Vndè quando Scriptura attribuit Chriſto hoc nomen prophetæ, intelligenda eſt quantum ad apparentiam hominum, quia cum ſit Deus & homo, vt homo debebat facere ſigna talia, qualia prophetæ fecerunt, hinc rectè à Iudæis vocabatur propheta. Igitur ſtat, quòd nomen prophetæ concedendum eſt Chriſto, vt Viator eſt, non vt Deus, quia erat beatus, & comprehenſor, & cum lumen propheticum ſit ænigmaticum, & obſcurum, vtique non poterat competere Deo, cuius ſcientiæ non eſt numerus, cuius oculis omnia nuda, & aperta ſunt. Et quis conſiliarius eius fuit? Paritèr per præfatum Moſis vaticinium oſtenditur naturam humanam in Chriſto, quia dixit *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum* כמוך *ſicut te*; hoc eſt Meſſias erit ex Iſraelitis propheta ſicut Moſes, portentis, & miraculis illuſtris. En Chriſti humanitas Moſi ſimilis; & quia Moſes fuit figura Chriſti, hinc eſt, quod dicit כמוך *ſicut te*, & ſicut tu Populum de ſeruitute corporali liberaſti, ſic propheta, quem illis ſuſcitabo, liberabit vos ſuo ſanguine à ſeruitute peccati, teſte Iſaia dicente ובחברתו נרפא־לנו *cuius liuore ſanati ſumus*; atque in hoc tibi ſimilis futurus eſt. Eius verò diuinitatem ex innumeris antiquorum Rabbinorum effatis apertè habemus, ex quibus vnum tantùm afferam. R. Tançhumà relatus in Ialkut ſupra illud Iſaiæ הנה ישכיל עבדי *Ecce prudentèr aget ſeruus meus*, ſiç ait: זה מלך המשיח ירום ונשא וגבה מאד ירום מן אברהם שכתוב בו הרמתי ידי אל ה׳ ונשא ממשה שכתוב בו כי תאמר אלי שאהו בחיקך וגבה ממלאכי השרת שנא וגביהם וגבה להם *videlicet*, Hic eſt Rex Meſſias, exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valdè: exaltabitur præ Abrahamo, quia de eo ſcriptum eſt, *leuaui manum meam ad Dominum*. Et eleuabitur præ Moſe, quia ſcriptum eſt de eo, *quia dicis ad me porta eum in ſinu tuo &c.* & ſublimis erit præ Angelis miniſterij, ſecundum quod dicitur Ezech. *Et canthi earum, & altitudo eius*. Hactenus *Ialkùt*. Et quænam eſt hæc natura tam ſublimis, tam eleuata, vt ſit ſublimis præ Angelis miniſterij? Certè non alia, quàm natura diuina. Concedant igitur Hebrei ex Rabbinorum textibus, in Chriſto duplicem eſſe naturam, humanam ſcilicèt & diuinam. Quid amplius egemus teſtibus? Etiam. Interrogate cuius filius ſit iſte puer, & reſpondit vobis Dauid, Spiritu Sancto afflante ex perſona Chriſti: יהוה אמר אלי בני אתה אני היום ילדתיך *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, Ego*

[Margin notes: In quo ſenſu Chriſtus vocetur propheta. — Heb. 4. 13. — Iſai. 40. 13. — Deuter. 15. 18. — Iſai. 53. 5. — Ialkut part. 2. p. 91. Iſai. 52. 13. — Geneſ. 14. 22. — Num. 11. 12. — Ezech. 1. 8. — Meſſiam habere naturam diuinam, & humanam, ex Hebræorum textibus probatur. — Samuel. 1. 17. — Pſalm. 2. 7.]

Digitized by Google

Hebr. 1. 2.

Ego hodie genui te. Quibus verbis non raró vſus eſt Apoſtolus ad probandum Chriſtum eſſe verè filium Dei; cui enim dixit aliquando Angelorum filius meus es tu, ego hodie genui te? Quæ verba ab Apoſtolo relata non poſſunt intelligi de generatione creata, cum per generationem creatam, etiam Angeli ſint filij Dei, & tamen ibi Apoſtolus intendit probare Chriſtum eſſe filium, Angelos verò miniſtros. Neceſſe eſt igitur ibi loqui de generatione increata, & æterna, & per hoc dicit *hodie*, hoc eſt hodie æternitatis, & cum æternitas ſit duratio carens principio, & fine, hinc & illud hodie caret principio, & fine, quia ſemper generatur Filius; igitur Filius meus es tu Ieſus Chriſtus, qui eſt heri, hodie, & in æternum. Vnde non dixit *olim genui te*, ſed *hodie*, ad manifeſtandum quod talis generatio non præterijt, ſed eſt præſens, præſens æternitatis continens præteritum, & futurum, ſemper eadem æqualitate, conſubſtantialitate, & coæternitate cum Patre, qui eſt, qui erat, & in æternum erit. At Filius, vt aſſumens hodie carnem humanam, eſt hodie temporis, quia licèt æternus, ac æternè genitus à Patre, tamen in tempore hoc bonum nobis communicatur, eo quia quodamodo neceſſitas poſtulat, vt Incarnatione ſua, ac aduentu in Mundum liberet nos à morte peccati.

Quid intelligatur per illud *Hodie* Pſal. 2. 7.

Pſal. 2. v. 7. Vulgata. *Fradicans præceptũ eius.*

In hoc ſecundo Pſalmo v. 7. אספרה אל־חק *Narrabo ipſum ſtatutum*, ſuper hunc verſum in Midraſc dicit R. Vnnà in nomine R. Idi, שלשה חלקים נחלקו כל היסורין אחת נטלו אבות העולם וכל הדורות ואחת (דורות) של שמד ואחת (דורות) של משיח וכדיתי שעתיה אומר, חקבה עלי לבראתו בריית חדשה וכן הוא אומר אני היום ילדתיך idest, *In tres partes ſunt diuiſa tormenta*, vel tribulationes: *vnam partem tulerunt patres ſæculi, & omnes generationes, & vnam* (generationes) *deſtructionis; ideſt* (Iudæorum, qui culpa ſua faciente, & perfidia requirente interfecti ſunt à Romanis tempore Titi, & Veſpaſiani, & tempore Adriani, vt benè explicat Raymundus) *Et vnam* (generationes) *Meſſiæ. Cum autem venerit hora eius, dicet Deus Sanctus benedictus; Ego debeo ipſum creare creatione noua; & ſic eſt ipſe dicens*, Ego hodie genui te. Paritèr in *Bereſchit Katannah*, R. Tanchuma dixit, ונחיה מאבינו בן אין כתיב אלא זרע אותו זרע שהוא בא ממקום אחר ואיזה מלך המשיח Et viuificemus de patre noſtro &c. Gen. 19. v. 34. *Filium non eſt ſcriptum, ſed* ſemen: *illud ſcilicèt ſemen, quod eſt veniens de alio loco, & illud eſt Rex Meſſias*. Huius traditionis legitimum ſenſum, vt obſeruat Voiſin, conantur eludere Iudæi in Gloſſa *Matenoth Cebunah* ad Paraſcham 51. *Bereſchit rabah Ketanah* וזהו מלך המשיח שבא מפסול משפחת ממואב idest, *Hoc* (ſemen) *eſt Rex Meſſias oriundus ex profana familia, ex Moab nempè*. Verùm enim verò ge-

generatio ex *Moab*, vt obſeruat ſupracitatus auctor ; non impedit quo minus ipſius poſteri, filij dicantur *Lot* patris ipſius *Moab*. Immò ideò maximè ex eo quod ſunt ex *Moab* filio *Lot* oriundi, dicendi ſunt filij *Lot* patris *Moab*. At ex eo quod dicitur Meſſias eſſe *ſemen ex alio loco*, docet Traditio Iudæorum ipſum ſic ex *Lot* haberi, vt filius non ſit *Lot*. Ideòque apertè ſignificat aliud ipſum habere generationis principium.

Attendite Dauid in confirmationem ſuperius dicti : נאם יהוה לאדני שב לימיני עד־אשית איבך הדם לרגליך *Dixit Dominus Domino meo ſede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedibus tuis*. Vndè ipſe Dominus oſtendere volens hunc pſalmum eſſe de ſe ſcriptum, congregatis Phariſæis interrogauit eos dicens: Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filius eſt? dicunt ei Dauid; Ait Ieſus, quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum dicens : *dixit Dominus Domino meo, &c.* ſi ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat reſpondere illi verbum. Quod ideò erat, quia Phariſæi ignorabant diuinitatem Chriſti per quam Dominus erat omnium, & per conſequens ipſius Dauidis, quamuìs eius filius eſſet ſecundum carnem.

Pſalm. 109. Vulgata. Dixit Dominus Domino meo ſede a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

Matth. 22.

Meſſias filius Dauid ſecundum carnem.

Dixit R. *Iodàn* nomine R. *Hamà: In tempore futuro Deus Sanctus, & benedictus ſedere faciet Regem Meſſiam ad dexteram ſuam, ſicut dictum eſt : Dixit Dominus Domino meo, &c.* vbi Targùm ſic explicat : *dixit Deus Verbo ſuo, ſede ad dexteram meam, &c.* Certum eſt autem, quod neque Abraham, neque aliquis alius poteſt dici Verbum Dei ſecundùm Targùm ; manifeſtum eſt igitur abſque dubio Meſſiam eſſe, quem prædixit Dauid ad dexteram Dei ſeſſurum. Hinc conſtat non ſolum ex Euangelio, verum etiam ex Hebræorum Doctoribus, totum hunc pſalmum 109. intelligendum eſſe de ipſo Dei Filio, atque eius Regno, quod in Siòn cœpit, atque inde latè propagatum tandiù ſtabit, donec, quicquid ab eo conditum eſt, illum adoret, fiantque illius hoſtes tanquam ſcabellum pedibus eius, hoc eſt penitus ei fiant ſubiecti; vt Deo quidem, omnia illi ab æterno ſubdita ſunt; vt homini verò, in tempore id factum eſt. Hanc itaque Filij Dei ſublimitatem prænoſcens Dauid, ſic ſecum : *dixit Dominus Domino meo, &c.* Vndè notandum eſt illud verbum *dixit*, videlicèt dixit Dominus Pater Domino meo, hoc eſt Ieſu Chriſto, ſede ad dexteram meam, & hoc non dixit vocali ſono vocis tantum, ſed potius re, ipſum Verbum æternalitèr generando. Et quid eſt dicere Dei, niſi agere, vt prin-

Totus Pſalmus 109. *Dixit Dominus Domino meo, &c* loquitur de Chriſto.

principium illius intellectionis notionalis,qua ab ęterno ipſum generat ? & quia ab æterno dixit filio ſuo ſede ad dexteram meam, hinc ab æterno ad dexteram ſuam ſedet, per quam denotatur æqualitas Filij cum Patre, vt probabitur infra aduerſus Arium.

Iſai. 66. 9.
Vulgata.
Numquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus? Si ego, qui generationem cęteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus?

Ad probandam inſuper Dei fœcunditatem facit illud Iſaię 66.9. האני אשביר ולא אוליד יאמר יהוה אם אני המוליד ועצרתי אמר אלהיך *Num Ego matricem frangam, & non parere faciam, dixit Dominus? Num Ego generare faciens, & claudar dixit Deus tuus?* Ex quo Theologi omnes probant eſſe in Deo fœcunditatem naturalem, & Deum Patrem poſſę ab æterno, & de facto generare Verbum ſibi conſubſtantiale, & æquale, quia ſi ipſe facit, vt homo alium hominem ſibi conſubſtantialem, & in natura æqualem generet, atque illi tribuit potentiam, & vim generandi, quare non erit ipſe fœcundus? Et ſi cæteri naturalitèr pariunt, quare hoç denegandum erit Deo Patri? Veritas huius colligitur etiam ex eo quod dictum ęſt antea in eodem cap. Iſaiæ verſ. 7. בטרם תחיל ילדה בטרם יבוא חבל לה והמליטה זכר מי שמע כזאת מי ראה כאלה *Antequam parturiret peperit: antequam veniret dolor ei, & enixa eſt maſculum. Quis audiuit tale, quis vidit huic ſimile?* Quæ verba clariſſimè demonſtrant Natiuitatem Christi, ac aduentum Meſſiæ in mundum, vt teſtantur ipſi Hebræi, apud quos nefas eſt contradicere Paraphraſi Chaldaicæ, in qua ſuper hunc verſum ſic habetur: עד לא מיתי עקא לה תתפרק עד לא ייתי לה זיע כחבלין על ילידה יתגלי מלכא; *Antequam veniat anguſtia ei, redemptio veniet, antequam veniret ei tremor, dolores parturientis, reuelabitur Rex* (Meſſias).

Ibid. v. 7.
Vulgata.
Antequam parturiret peperit: antequā veniret partus eius peperit maſculum. Quis audiuit vnquā tale? & quis vidit huic ſimile?

Nicol. Lyr. in Gloſ. ord. tom. 4. in Iſai. 66. 7.

Iudæorum opiniones de aduētu Meſſiæ refelluntur.

Et quia nunc conantur fateri Deum habere filium, ab eo miſſo in mundum, variæ inter ipſos ortæ ſunt opiniones relatæ à Lyrano. Dicunt Iudæi, quòd eadem die qua fuit deſtructum Templum per Romanos, natus fuit Rex Meſſias, vt colligitur in *Bereſchit Rabbà* ſuper illud, vbi dicitur והוה בכל יחם הצאן *Et factum eſt in omni incaleſcente ouium*, ſed adhuc non liberauit illos de captiuitate, quia adhuc non habuit licentiam à Deo propter eorum peccata, ſed ſtatim cum habuerit exequetur; & ideò expectant eum venturum, ſcilicet ad ſuam liberationem, ſicut filius Regis natus adhuc magno tempore expectatur ad regnandum. Sed poteſt quæri ab eis, vbi nam ſtetit tandiu? quia à deſtructione Templi vſque nunc fluxerunt

xerunt anni 1625. cum Templum combuſtum ſit anno Domini 68. & modo currit annus Domini 1693. Ad hoc quęſitum, varij variè reſpondent, quia aliqui dicunt quod eſt cum Angelis, ſicut fuit Moſęs quadraginta diebus, & quadraginta noctibus cum Angelo, qui loquebatur ei in perſona Domini; Alij verò dicunt, quod ipſe eſt Romæ in porta ſedens cum pauperibus, & leproſis, allegantes ad hoc illud Iſaiæ, *Et nos putauimus eum quaſi leproſum à Deo percuſſum, & humiliatum*, quod intelligitur dę Chriſto etiam ſecundùm ipſos. Alij dicunt quod vadit per mundum in paupertate, & afflictione ad ſatisfaciendum pro peccatis Iudęorum.

Vbi nunc ſit Meſſias ex Iudæorum opinione.

Iſai. 53. 4.

Ad has reſponſiones refellendas ſufficiat eorum varietas. Tantum addo quod in Scripturis nullum reperitur teſtimonium approbans tales reſponſiones. Illud autem Iſaiæ, *Et nos putauimus eum, &c.* verè intelligitur de Chriſto, eiuſque paſſione, quia Iudæi eum reputarunt vilem, & abominabilem ad modum leproſi. Ibi enim Iſaias loquitur in perſona Iudæorum tempore Chriſti exiſtentium, eumque crucifigentium, & quia etiam ipſe Iſaias erat ex populo Iudaico, hinc eſt, quod ſe eis connumerat, licèt ipſe particeps non fuiſſet. Item exponunt locum hunc, *Antequam parturiret peperit*, quaſi diceret, dum parturiret, ſcilicèt Iudæa, vel Ciuitas Ieroſolymitana, ſentiens dolorem de Ciuitatis, & Templi deſtructione, peperit Saluatorem, ſcilicèt Meſſiam, dicendo quod eadem die fuit dicta deſtructio, & Meſſiæ natiuitas. Licèt autem hæc expoſitio ſit extorta, vt benè notat Lyranus, quia iſta dictio *antequam* ſemper denotat temporis anteceſſionem, & idem eſt de dictione hebraica hic poſita בטרם *betherem*, quæ ſemper ſignat *ante*, & nunquam ſignat *dum*, vel *quando*, vt ait R. Dauid Kimchi in lib. *Scheraſcim*, eodemque modo exponitur à Targùm; quod ſi Meſſias natus eſt cum Templum deſtrueretur, quare poſt deſtructionem Templi fecerunt Sapientes eorum Ben Coſbam Meſſiam? Stat igitur aduentus Meſſiæ fuiſſe ante deſtructionem Templi, & non eadem die, nec dum Templum deſtruebatur. Tamen ad rem noſtram ſufficit confiteri à Iudæis, Meſſiam iam natum eſſe, vt faciunt per talem expoſitionem quamuis extortam.

Varietas opinionis inter ipſos, arguit falſitatem.

Meſſias naſcitur eadem die, qua deſtructum eſt templum.

Refellitur hæc opinio.

Clariùs alibi oſtendit nobis Dauid Meſſiæ aduentum, cum dicit: *Pſal.* 89. 5.

נשבעתי לדוד עברי עד עולם אכין זרעך ובניתי לדור ודור כסאך סלה: *Iuraui Dauid ſeruo meo, vſque in ſæculum ſtabiliam ſemen tuum, & ædificabo in generatione, & generatione thronum tuum.* Hìc habetur teſtamentum & fœdus inter Deum, & ho-

Vulgata. *Iuraui Dauid ſeruo meo: vſque in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generatione, & generationem ſedem tuam.*

& homines ſancitum, quo ſuum ſe Filium è Dauidis ſemine miſſurum in mundum ad mortalium ſalutem aſtrinxit Deus, & quod ipſe reciperet nos in filios adoptionis,& nos reciperemus illum in Deum. Hoc perfectiſſimè à Deo adimpletum eſt, quia Filium ſuum miſit in mundum, in quo æternatur Regnum. Iudæi verò periurij extiterunt, qui noluerunt recipere Filium Dei in Deum. Oſtendite nunc ô Iudæi hanc perpetuitatem Regni in Dauid, ſi Meſſiæ aduentum negatis, in quo æternatur imperium. Regnum Iudæ permanſit vſque ad aduentum Meſſiæ, medijs legibus, & Legiſlatoribus, & poſt Reges Iudæ, & Ciuitatem Babel permanſit domus Conſilij magni, ideſt 70. Sanhedrin, qui tandem tempore Chriſti Domini à לשכת הגזית *Conclaui ex lapidibus cæſis*, detruſi fuerunt, & in exilium abacti, vt legitur in ר״ה cap. 4. Ghemaræ pag. 31. in fine.

Iudæi periurij.

Iſaias in perſona Chriſti ait: מעת היותה שם אני ועתה אדני יהוה שלחני ורוחו *Ex tempore quo res euenit ibi ego, & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius*. Dicit *ibi ego*, ſcilicèt antequam omnia fierent, ante omnia ſæcula, ibi ego ſum cum Patre, & Spiritu Sancto ſecundum diuinitatem, & *nunc* ideſt tempore gratiæ miſit me Pater ad aſſumptionem carnis; Et poſtea ſequitur כה־אמר יהוה גאלך קדוש ישראל *Sic dixit Dominus redemptor tuus Sanctus Iſrael*, vt oſtendatur, quod per Incarnationem facta fuit ſalus, & redemptio totius mundi.

Iſai. 48. 16. Vulgata. *Ex tempore antequã fieret, ibi eram:, & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius.*

R. Salomon ſic interpretatur illud Iſaiæ: *Ex tempore quo res euenit ibi ego:* Ego Iſaias, omneſque Prophetæ, quo ad animam ſimul fuimus, & aſtitimus in monte Sina, cum daretur ibi lex Moyſi, tuncque ibidem noſtras prophetias accepimus. Inde ſequitur eorum animas diu fuiſſe ante corpora, quod eſt error Origenis, & Pythagoræorum. Quod autem ſequitur, *& nunc Dominus miſit me, & Spiritus eius*, ſignificat quod quæ ante de Cyro, & Babylone mihi reuelauerat, ea nunc edicerem, & proloquerer.

Pug. Fid. part. 3. diſtinct. 1. cap. 4.

Ad has fabulas reſpondet Raymundus Martinus his verbis: *In Bereſcith Rabbà R. Moſis baddarſan* ſiue Gloſſatoris ſuper Geneſ. c. 5. v. 1. זה ספר תולדות אדם *Iſte liber generationum Adam* legitur כי לא לעולם אריב עם אדם הראשון ולא לנצח אקצוף עם תולדותיו כי רוח מלפני יעטוף ר״ת תנחומא בשם רבנין אמר אין מלך המשיח בא עד שיבראו כל הנפשות שעלו במחשבה ל להבראות מה טעם ונשמות אני עשיתי בשביל נשמות עשיתי ideſt: *Scriptum eſt Iſaiæ 57. v. 16.* Quia non in æternum litigabo cum Adam, *ſcilicèt* homine primo, neque in finem iraſcar cum generationibus eius, quia

Spiritus à facie mea induet, &c. *R. Tanchumà dixit in nomine Magiſtrorum, non veniet Meſſias* (in ſecundo ſcilicèt aduentu) *vſquequò creentur omnes animæ, quæ aſcenderunt in cogitationem Dei ad creandum. Vnde probatur hoc? Ex eo quod ſcriptum eſt Iſ. 57. 16.* Et animas ego feci, *ideſt*, & proptèr animas ego feci. Vndè notat Raymundus ex eo quòd dicit Meſſiam non eſſe venturum (quod de ſecundo aduentu propter multa, quæ apud eos leguntur oportet intelligi) donec omnes animæ, quas Deus præuidit creandas, creatæ fuerint, oſtendit quod animæ quotidie creantur, & creabuntur vſque ad finem mundi. Hactenus præfatus auctor. En igitur ex ipſorum Rabbinorum effatis clarum eſſe illud *Iſaiæ 48. 16. Et nunc Dominus Deus miſit me, & Spiritus eius*, verificari de Filio Dei miſſo à Patre, quia cum ſit Verbum Patris, & à ſolo Patre procedat, ita ab eo ſolo mitti poterat ad hominum redemptionem, vt ait *D. Thomas*. Quin imò illud dictum probat Sacratiſſimum Trinitatis myſterium hoc eſt: *Dominus Deus*; en Pater; *miſit me*, en Filius; *& Spiritus eius*, en Spiritus Sanctus. Videat nunc Iudaica perfidia ſua deliria in exponendis ſacris textibus; videat quàm ſit inſanum dicere, omnes animas à Deo creatas eſſe in principio mundi; oſtendat in quonam loco ſacræ paginæ hoc denotant, cum potiùs contrarium demonſtrent. Quid intollerabiliùs? quid deteſtandum amplius; quam velle tribuere ſibi, quod proprium eſt Dei? Scriptura dicit: *Ex tempore, quo res euenit, ibi ego*, quod vt probatum eſt, de incarnata Dei Sapientia debet intelligi, quæ ab initio, & ante ſæcula creata eſt. Et vos ò inſenſati vultis hoc de Iſaia, & de animabus veſtris intelligi? Audi popule ſtulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis. Cui loquar? & quem conteſtabor, vt audiat? Ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt: Ecce verbum Domini factum eſt in opprobrium, & non ſuſcipient illud.

Animæ quotidie creantur.

Trinitatis Myſterium probatur ex Iſai. 48. 16.

Iſai. 48. 16.

Hierem. 5. 21.

Ibid. 6. 10.

Pariter idem Iſaias ſic de aduentu Meſſiæ vaticinatus eſt: אני יהוה בעתה החישנה *Ego Dominus in tempore ſuo accelerare faciam illud*, ſcilicet illud tempus, in quo mittendus eſt Meſſias, quæ verba expoſita reperiuntur in Talmud hoc modo כתיב בעתה וכתיב אחישנה זכו אחישנה לא זכו בעתה Cum ſcriptum ſit, *In tempore ſuo?* cur ſcribitur, *accelerare faciam illud?* Merentur? *accelerare faciam illud*, (ideſt aduentum Meſſiæ) Non merentur? *in tempore ſuo*, (veniet Meſſias). Sed ò duritia cordium! Fabulantur Iudæi Meſſiam detineri ligatum cincinnis quibuſdam imaginarijs, eo quia in *Scim baſcirim* legitur מלך אסור ברהטים *Rex ligatus in canalibus*

Iſai. 60. 22. Vulgata. *Ego Dominus in tempore eius ſubitò faciã iſtud.*

Cant. Cantic. 7. v. 5.

nalibus

Ob ipſorum peccata, Meſſiam non veniſſe, aſſerunt Iudæi.

nalibus, neque ad Iudæos venturum, niſi ipſi peccare ceſſabunt, & ſic eorum ſcelera ſunt in cauſa, vt aduentus Meſſiæ retardetur; Ex quibus verbis conficio hoc Syllogiſmum:

Tunc Meſſias veniet, quando ipſi peccare ceſſabunt;
Sed nunquam peccare ceſſabunt,
Ergo nunquam Meſſias veniet.

Maior propoſitio colligitur ex doctrina Talmudica Cod. *Sanhedrin* cap. *Chèlek*. Minor eſt in aperto, quia quotieſcumque perſiſtent in Iudaica perfidia, nunquam peccare ceſſabunt, & ſic nunquam Meſſias veniet. Ad quid igitur amplius expectare Meſſiam? Rurſum dato, ſed non conceſſo, quod Meſſias veniet, quando vos peccare ceſſabitis, ex hoc deduco eſſe in veſtra poteſtate aduentus Meſſiæ, cum in veſtra poteſtate ſit non peccare; ſi hoc igitur eſt, quare peccare non ceſſatis? vel aduentum Meſſiæ expectatis, vel non; ſi non, ergo iam venit; ſi expectatis, cum vos nunquam peccare ceſſatis, nunquam Meſſias veniet.

Ierem. 23. 5.
Vulgata.
Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum: & regnabit rex, & ſapiens erit: & faciet iudicium, & iuſtitiã in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum Dominus iuſtus noſter.

Ieremias ait הנה ימים באים נאם יהוה והקימתי לדוד צמח צדיק ומלך מלך והשכיל ועשה משפט וצדקה בארץ׃ בימיו תושע יהודה וישראל ישכן לבטח וזה־שמו אשר יקראו יהוה צדקנו׃ *Ecce dies veniunt, dixit Dominus, & ſuſcitabo ipſi Dauidi germen iuſtum, & regnabit Rex, & intelligentèr aget, & faciet iudicium, & iuſtitiam in terra. In diebus eius ſaluus erit Iuda, & Iſrael habitabit in fiducia, & hoc nomen eius, quod vocabunt eum Dominus iuſtitia noſtra.* Hìc prò *germen* intelligitur Meſſias, vt Targùm vertit; dicitur *Dauidi*, quia hoc germen ſuſcitauit ex familia Dauidis, & quia erat penè emortua, hinc eſt quod ſuſcitauit eum quaſi germen. Quia autem Iudæi apertè vident hanc prophetiam loqui de Meſſia, vertunt eius ſenſum contra nos, dicentes quod in diebus eius ſaluus erit Iuda, & Iſrael habitabit in fiducia; hoc verò nunc non verificatur, imò potius ſunt diſperſi, & confuſi; hinc nondum aduenisse Meſſiam aſſerunt. Sed quid mirum eos non intelligere Scripturas? animalis enim homo non percipit; nàm præfata verba Ieremiæ non debent intelligi de ſalute corporis, vt ipſi malè intelligunt, ſed de ſalute animæ, ita vt faciant hunc ſenſum, ſi ipſi fidem præſtabunt Meſſiæ, ſalui erunt; quia autem fuit in ſua libera voluntate fidem illi præſtare, vel non, hinc eſt, quia fidem non præſtiterunt, minimè ſalui facti ſunt.

Obiectioni occurritur.

Inſupèr tempus aduentus Meſſiæ ſignatum erat in fine Templi Ieru-

Ieruſalem paulò ante deſtructionem Templi Dei,& hoc habetur in Malachia, הנני שלח מלאכי ופנה־דרך לפני ופתאם יבוא אל־היכלו הארון אשר אתם מבקשים ומלאך הברית אשר אתם חפצים הנה־בא אמר יהוה צבאות׃ *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & ſtatim veniet ad Templum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus fœderis, quem vos vultis, ecce venit dicit Dominus exercituum.* In hac prophetia ſunt tria vocabula, quæ huius aduentus propinquitatem manifeſtè ſignificant, Primum, *Ecce*, per quod vocabulum, vt obſeruat Hieronymus à Sancta Fide Iudæus, ea quæ nobis ſunt propinqua demonſtrantur, imò præſentia. Secundum, *ſtatim*, quod ſignificat temporis breuitatem. Tertium vocabulum eſt, *Ecce venit*, quod aduentus corroborat velocitatem. Per hoc quod dicit, *ad Templum ſuum*, oſtendit, quod in tempore aduentus eius, Templum debebat eſſe in ſua conſtructione tranquilla, quod eſt contra Iudæos, qui dicunt quod Templum deſolari debebat, & populus eius in captiuitate vaſtari, antequam Meſſias veniret. Vndè hæc vox *Ecce ego mitto Angelum meum* non eſt vox Patris, neque Spiritus Sancti, ſed eſt vox Filij: hic Angelus autem fuit S. Ioannes, qui non præparauit viam ante Patrem, nec ante Spiritum Sanctum, ſed ante Filium.

Malach. 3. 1.
Vulgata.
Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & ſtatim veniet ad templum ſuum Dominator, quem vos quæritis: & angelus teſtamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit Dominus exercituum.

Opera Sanctiſſimæ Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa.

Obijciunt Iudæi: Si Angelus præparauit viam Filio, ideſt Chriſto Domino, quomodo idem Chriſtus Matth. 11. citans hunc locum, de Ioanne ait: *Hic eſt enim, de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Si textus ſuprà allatus Malach. 3. intelligitur de Chriſto, quomodo poterat Chriſtus dicere de ſe ipſo *ante faciem tuam, & ante te?* Potius debebat dicere *ante faciem meam, & ante me.*

Reſpondeo, quod licèt hæc vox, *Ecce ego mitto Angelum meum &c.* ſit vox Filij, tamen quia opera Sanctiſſimæ Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa, hinc eſt, quod vna perſona facit, cæteræ duæ faciunt, vt communitèr docent Theologi, ac ſacræ Scripturæ Interpretes; vndè præcitata verba dant hunc ſenſum: Ecce ego Pater æternus mitto Angelum meum, puta Ioannem Baptiſtam, qui præparet viam ante faciem meam, ideſt ante Filium, qui eſt facies Patris, imago Patris, & ſimilitudo Patris. Etiam Pater apud Matth. 11. conuertens ſe ad Chriſtum, viciſſim de Ioanne ait: *præparabit viam ante faciem tuam*, ideſt ante te ò Chriſte. Mos enim erat Chriſti, omnia tribuere Patri, loquens Iudæis, & ſic noluit dicere ſe miſiſſe Ioan-

Hieron. à S. Fide lib. 1. contra Iudæos cap. 2.

Ioannem, ſed modeſtiæ ac humilitatis cauſa, id Patri aſſignat.

Zachar. 9.9. Vulgata. *Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluator: ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ.*

Zacharias ait: גילי מאד בת־ציון הריעי בת־ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק ונושע הוא עני ירכב ע על־חמור ועל עיר בן אתנות: *Exulta valdè filia Sion, iubila filia Ieruſalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus, & ſaluatus ipſe humilis, & equitans ſuper aſinum, & ſuper pullum filium aſinarum.* R. Salomon ſuper hunc verſum dicit, quod ſcriptura iſta non poteſt intelligi, niſi de Rege Meſſia. Sanè impleta fuit quando Dominus ingreſſus eſt Ieruſalem ſuper aſinam, & pullum aſinæ ſedens, exieruntque ei obuiam pueri Hebræorum cum ramis palmarum clamantes ac dicentes, *Benedictus qui venit in nomine Domini, oſanna in excelſis.* Nec refert, quod aliqui Iudæi hæc accipiant de victorioſo ingreſſu Iudæ Machabæi in Ieruſalem; Theodorus Mopſueſtenus iudaizans aſſerebat, hunc Regem eſſe Zorobabelem cum ſuis è Babylone redeuntem. Alij paritèr dicunt, hunc eſſe Alexandrum Magnum, honorificè Ieroſolymam venientem. Hæc omnia tamen ſunt falſa, ipſiſque Rabbinis contraria, vt teſtatus eſt R. Salomon, qui licèt Chriſtianorum hoſtis, attamen confitetur ſcripturam hanc de Meſſia intelligi.

Agge. 2.7.89. Vulgata. *Quia hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc vnum modicū eſt, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam. Et mouebo omnes Gentes: Et veniet deſideratus cunctis Gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum.*

Aggeus propheta de aduentu Meſſiæ ſic effatur: כי כה אמר יהוה צבאות עוד אחת מעט היא ואני מרעיש א את־השמים ואת־הארץ ואת־הים ואת־החרבה: והרעשתי את כל הגוים ובאו חמדת כל־הגוים ומלאתי את־הבית הזה כבוד אמר יהוה צבאות *Quia ſic dixit Dominus: Adhuc vnum puſillum ipſum, & ego tremere faciens Cœlos, & terram, & mare, & aridam. Et tremere faciam omnes gentes, & venient deſiderium omnium gentium, & implebo domum hanc gloria, dixit Dominus exercituum.* Dicitur *venient*, vt denotetur duplex natura in Chriſto, ſcilicèt humana, & diuina, & quod ſequitur *deſiderium* in ſingulari, denotat vnitatem perſonæ. Vndè tota hæc prophetia de aduentu Meſſiæ apertè intelligitur, & licèt ab hac prophetia vſque ad ortum Chriſti fluxerunt anni 517. tamen adhuc hi poſſunt vocari tempus modicum, quoniam mille anni ſunt tanquam dies heſterna quæ præterijt, reſpectu ad Dei æternitatem, quam conſiderabat propheta. Commotio Cœli adimpleta fuit, quando noua ſtella in Chriſti natiuitate apparuit, vt explicat *Lyr.* Commotio terræ, & maris adimpleta fuit

In Chriſto duplex natura, & vna perſona.

Digitized by Google

fuit per victoriam Romanorum in omni terra, & inſulis maris. Commotio omnium Gentium adimpleta fuit imminente Chriſti natiuitate; quia tunc exijt edictum à Cęſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis redactus ſub dominio Romani Imperatoris, & tunc Chriſtus natus eſt. R. Achibà in *Lib. Sanhedrin* ſic exponit hunc textum, videlicèt: Adhuc vnum modicum eſt, ſcilicèt Regni venturi Iſrael poſt deſtructionem primæ domus, & poſt illud regnum: Commouebo Cœlum, & terram, & mouebo omnes Gentes, & veniet Meſſias: quia poſt paucos Reges de genere Machabæorum, Chriſtus venit tempore Herodis, omnibus terris ſub dominio Romani Imperatoris redactis. Expoſitio R. Achibà ſuper illud Aggei 2. 7.

Prouerbiorum 30. 4. legitur מי עלה־שמים וירד מי אסף־רוח בחפניו מי צרר־מים בשמלה מי הקים כל אפסי ארץ מה־שמו ומה־שם בנו כי תרע׃ *Quis aſcendit Cœlum, & deſcendit? Quis collegit ventum in pugillis ſuis? Quis ligauit aquas in veſtimento? Quis ſtatuit omnes fines terræ? Quod nomen eius, & quod nomen filij eius, num noſti?* Per quæ verba debent neceſſariò concedere Iudæi, Deum habere filium ab ipſo ab æterno genitum non factum, & nunc ab eo miſſum in mundum. *Quis aſcendit Cœlum & deſcendit:* En Verbum incarnatum. *Quod nomen eius, & quod nomen filij eius:* En Pater, en Filius; Additur *num noſti?* ad manifeſtandum, quod tale nomen per ſcientiam ſæcularem naturalitèr intelligi non poteſt. Tandem Baruch ait: *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* Quod de Filio Dei intelligitur, iuxta illud Ioann. 1. *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.*

Prou. 30. 4. Vulgata. *Quis aſcendit in cœlum atque deſcendit? quis continuit ſpiritum in manibus ſuis. Quis colligauit aquas quaſi in veſtimento? Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ? Quod nomen eſt eius, & quod nomẽ filij eius, ſi noſti?*

Baruch. 3. 38.

Ex Hebdomadibus Danielis probatur Meſſiam in Lege promiſſum adueniſſe.

§. III.

ELapſis ſeptuaginta annis ab Ieremia prædictis de captiuitate Iudæorum, cum eſſent in vltimo anno ſcilicèt ſeptuageſimo, expectabant talem liberationem, eamque Daniel deſiderabat, fuſiſq; ad Deum precibus orabat, vt de Babylonica captiuitate eos liberaret, & quod Ieremias propheta prophetauerat, eueniret. Auditis à Deo precibus miſit Archangelum Gabrielem, vt ei non tantùm poſtulata concederet, ſed & illi reuelaret decretum diuinæ voluntatis

tis

Digitized by Google

tis de Meſſia mittendo poſt ſeptuaginta hebdomadas, per quem redimendus erat non populus Iudaicus tantum, ſed & vniuerſus mundus à ſeruitute peccati. Quæ verba in cap. 9. proph. Danielis hoc modo leguntur videlicèt: שבעים שבעים נחתך על־עמך ועל־עיר קדשך לכלא הפשע ולחתם חטאות ולכפר עון ולהביא צדק עלמים ולחתם חזון ונביא ולמשח קדש קדשים ׃ ותדע ותשכל מן־מצא דבר להשיב ולבנות ירושלם עד־משיח נגיד שבעים שבעה ושבעים ששים ושנים תשוב ונבנתה רחוב וחרוץ ובצוק העתים ׃ ואחרי השבעים ששים ושנים יכרת משיח ואין לו והעיר והקדש ישחית עם נגיד הבא וקצו בשטף ועד קץ מלחמה נחרצת שממות ׃ והגביר ברית לרבים שבוע אחד וחצי השבוע ישבית זבח ומנחה ועל כנף שקוצים משמם ועד־כלה ונחרצה תתך על־שומם ׃ *Hebdomadæ ſeptuaginta deciſæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper ciuitatem ſanctitatis tuæ, ad conſumendum præuaricationem, & ad finiendum peccata, & ad expiandum iniquitatem, & adducendam iuſtitiam ſeculorum: & ad ſigillandum viſionem, & Propbetam, & ad vngendum ſanctitatem ſanctitatum.* Ver. 25. *Et ſcies, & intelliges ab exitu ſermonis, ad reuerti faciendum, & ad ædificandum Ieruſalem vſque ad Maſciach* Chriſtum *ducem, hebdomadæ ſeptem: & hebdomadæ ſexaginta & duæ, redibit, & ædificabitur platea, & foſſa, & in anguſtia temporum.* Ver. 26. *Et poſt hebdomadas ſexaginta & duas excidetur Maſciach* Chriſtus, *& non* (erit) *ei: Et ciuitatem, & ſanctitatem corrumpet populus ducis venturi, & finis eius in inundatione, & vſque ad finem belli, deciſum deſolationum* (erit) Ver. 27. *Et roborabit pactum multis hebdomada vna: & dimidio hebdomadæ ceſſare faciet ſacrificium, & munus, & ſuper alam abominationum ſtupefaciens, & vſque ad conſummationem, &* (quod) *deciſum*(eſt)*effundet ſe ſuper obſtupeſcentẽ.* Hęc omnia breuitatis cauſa ſigillatim non explico. Conueniunt omnes expoſitores Hebræi vnà cum R. סעדיה גאון *Saadià Gaòn*, quod quælibet hebdomada computat ſeptem annos, & ſic ſeptuaginta hebdomadæ erunt 490. anni. Idem ſentiunt omnes, qui de Danielis hebdomadibus ſcripſere, vt

Dan. cap. 9. v. 24. 25. 26. 27.
Vulgata.
Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbẽ ſanctam tuam, vt cõſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum. Ver. 25. *Scito ergo: & animaduerte: Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſq; ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptẽ, & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rursũ ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum.* Ver. 26. *Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & nõ erit eius populus, qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finẽ belli ſtatuta deſolatio.* Ver. 27. *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis. & vſq; ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.*

Digitized by Google

Lyranus, Iulius Bartoloccius in Bibliotheca magna Rabbinica, Raymundus Martinus in Pug. Fid. Ioh. Chriſtoph. Wagenſeilius in Mantiſſa ad Tela Ignea Satanæ &c. Vndè totius difficultatis cardo vertitur in eo, vndè nam ſit incipiendus computus iſtarum hebdomadarum: quapropter variæ ortæ ſunt opiniones. Hinc S. Hieronymus ait, *Scio de hac quæſtione ab eruditiſſimis viris variè diſputatum, & vnumquemque pro raptu ingenij ſui dixiſſe quod ſenſerat*. Ideò in tres Claſſes diuidimus. *Prima* vult incipiendum eſſe ab anno 4. Ioakim filij Ioſiæ Regis Iudæ, quo anno factum eſt verbum Domini ad Ieremiam de Babylonica captiuitate Iudæorum duratura 70. ann. *Secunda* vult incipiendum eſſe à primo anno Cyri Regis *ab exitu ſermonis ad reuertiſaciendum, & ædificandum Ieruſalem*, hoc eſt ab eo tempore, quo egreſſus eſt ſermo, ideſt decretum Regis Cyri, quo datur facultas iterum reædificandi Ieruſalem 1. Ezræ 1. *Tertia* vult incipiendum eſſe ab anno 6. Regis Darij, quo non completa eſt ædificatio Templi 1. Ezræ 7. v. 15. Quomodocumque autem inſtituatur calculus in his opinionibus, ſemper apparebit, quod aduentus Chriſti, & paſſio eiuſdem fuerit adhuc exiſtente Templo ſecundo, quod quidem iuxta communem Rabbinorum opinionem fuit deſolatum anno à conſtitutione Mundi 3828. nempè poſt Natiuitatem Domini 68.

Variæ opiniones de 70. hebdomadibus Danielis. *Ierem. 25. v. 1. & 12.*

Nonnulli Hebræorum ſacræ Scripturæ ignari dicunt Danielis prophetias non eſſe intelligibiles, deſumentes hoc ab eo quod dicitur in fine prophetiarum: ויאמר לך דניאל כי־סתמים וחתמים הדברים עד־עת קץ׃ *Et ait: Vade Daniel quia clauſa ſunt, & ſignata verba vſq; ad tempus finis.* Ad hoc reſpondetur, quod ibi ſermo eſt de 2. aduentu Meſſiæ, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, de qua die nemo ſcit iuxta illud Marci 13. 32.

Dan. cap. 12. v. 9. Vulgata. *Et ait: Vade Daniel, quia clauſi ſunt ſignatique ſermones, vſque ad præfinitum tempus.*

Rabbini pluribus in modis, imò inter ſe contrarijs exponunt hanc Danielis prophetiam, quos omnes hìc referre, vanum atque ſuperfluum eſſe arbitror, principaliores tamen ad eorum confuſionem breuitèr tangam.

Iudæorum expoſitiones de 70. hebdomadibus.

R. Salomon, & R. Saagadià inſtituunt calculationem 70. hebdomadarum à principio 70. annorum captiuitatis, deſtructo Templo, & ſic dicunt eſſe 420. ann. Audiamus germana verba R. Saagadià שבועים שבעים נחתך על עמך נספור ונדע במה שנים הם י׳ פעמים ז׳ עולין לע״חרי שבועי ע׳ הן תצ׳ שנה הוצא מהן ע׳ שנים לגלות בבל משהחריב נבוכדנצר בית המקדש עד שנת שתים לדריוש נשארו תכ״ שנה שכך היה עמידתו של בית שני וגו׳ *Septuaginta hebdomadæ deciſæ ſunt ſuper populum tuum, &c.* Supputemus, & intel-

telligamus quot anni exiſtunt. Decies ſeptem efficiunt ſeptuaginta. Septuaginta itaque hebdomadæ efficiunt 490. annos: Deme ex illis ſeptuaginta annos captiuitatis Babylonicæ à tempore, quo Nabuchodonoſor deſtruxit Templum, vſque ad annum ſecundum Darij; ſupererunt 420. anni, quibus ſtetit domus ſecunda. Ad has ſtultitias reſpondet R. Abraham Aben Ezra dicens ועוד איך יערב שני הגלות עם שנות בית שני וגו' *Præterea*, ait, *quomodo poteſt miſcere annos captiuitatis cum annis ſtatus Templi ſecundi &c.*

Prophetiam Danielis alij explicāt de Cyro, alij de Agrippa.

Alij communitèr volunt hanc prophetiam nullo modo loqui de Meſſia, quem nos adoramus, ſed pro Meſſia modò intelligunt Cyrum, modò Agrippam, & ſic ponunt duplicem Meſſiam, quod tanquam errorem Talmudicum reijcimus. Agrippam pro Meſſia intelligunt ex eo quia in eadem prophetia ver. 26. dicitur *excidetur Meſſias* (Chriſtus), quem Agrippam ex familia Herodum volunt fuiſſe vltimum Hebræorum Regem occiſum à Romanis paulò ante vltimam ſubuerſionem Templi, & Vrbis Ieroſolymorum; quamuìs Ioſeph hiſtoricus de bello Iudaico lib. 19. contrarium ſentiat, videlicèt Agrippam à Romanis minimè occiſum eſſe. At ſemper ſtat hanc expoſitionem falſam eſſe, quia quamuìs Agrippa Rex fuerit, tamen non erat vnctus, quia oleum ſacræ vnctionis tempore ſecundæ ædis non extabat: nàm quando recondita fuit Arca, reconditus etiam fuit olei vnctionis lecythus &c. vt teſtatur Codex כריתות *Cherithòth* cap. 1. pag. 5. longè ante finem, & fuſiùs oſtenditur in Bibliotheca Magna Rabbinica Reuerendiſſ. P. Iulij Bartoloccij Magiſtri mei b. m. ideòque in tota ſacra Scriptura nunquam inuenitur, quod Agrippa nuncupetur nomine *Meſcìach*, & licèt Rex interpretetur *Meſcìach* ſeu *Chriſtus*; tamen vt notaui ſupra, illi ſoli veri Reges cenſebantur, qui per vnctionem, quæ in Templo erat inſtituebantur. Cyrum verò pro Meſſia intelligunt ex eo quia dedit facultatem ædificandi Templum, & quia vocatur Meſſias Iſai. 45. v. 1. כה אמר יהוה למשיחו לכורש *Sic dixit Dominus Chriſto ſuo Cyro*. Reſpondet ad hoc R. Abraham Abèn Ezra dicens: וראיתו מי שאמר שכורש הוא המשיח יהוה איננה נכונה *Opinio eius qui dixit quod Cyrus eſt Meſſias Domini, non eſt congrua*. Ex hoc patet Cyrum non fuiſſe Meſſiam, de quo loquimur, ſed hoc loco nomen Meſſiæ ſignificare Principem miſſum à Deo ad exequendam ſuam voluntatem in Ieruſalem; Multis enim in locis Reges ac Principes vocantur Chriſti, ſic 2. Samuel. 1. 14. *Quare non timuiſti mittere manum tuam, vt occideres Chriſtum Domini?* Et hoc intelligitur de Saule. Pſal. 105. 15. *Nolite tangere Chriſtos meos*; Et hìc intelliguntur Sacerdotes.

Refelluntur tales opiniones.

Cyrum non fuiſſe Meſſiam, ipſi Hebræi fatentur.

Paritèr in Cod. מגילה *Meghillà* cap. 1. pag. 12. lin. 9. fatentur

ipſi Hebræi Cyrum vocari Chriſtum, quia erat figura Chriſti Redemptoris, ipſumque repræſentabat, & ſicut per Cyrum ſaluandus erat populus ex particulari Babylonica captiuitate poſt ſeptuageſimum annum captiuitatis, cuius computus non ſpectat ad numerum ſeptuaginta hebdomadarum Danielis, cum illi ſeptuaginta anni captiuitatis Babylonicæ fuerint figura liberationis vniuerſalis futuræ; ita per Meſſiam Redemptorem ſaluandus erat vniuerſus mundus. Cyrus fuit figura Chriſti.

Ad has voces inſurgunt Hebræi dicentes prophetiam hanc ſolùm dicere *ſuper populum tuum, & ſuper ciuitatem ſanctitatis tuæ*, ideòque per Chriſtum non erat redimendus vniuerſus mundus. Ad hoc reſpondetur, quod Chriſtus cum futurus eſſet Iudæorum Apoſtolus, hinc eſt quod principaliùs ad ipſos mittendus erat, vt ipſe ait, *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael*, quaſi diceret principaliùs ſum miſſus ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. At ipſe Deus dicit per Iſaiam, *Tota die expandi manus meas ad populum rebellem, & contradicentem mihi*. Quia autem Hebræi fuerunt peruerſi, & obſtinati, nolentes recipere Meſſiam, hinc Deus, qui non eſt acceptator perſonarum, vertit faciem ſuam ad Gentes, *Ecce ego ad gentem, quæ non inuocabat me*, quæ cucurrerunt, & receperunt eum, *ipſi obedientia populorum*; Et è contra remanſerunt Hebræi tanquam tugurium in cucumerario, in quo nihil aliud reperitur, quam frondes aridæ, ac luteæ, quæ Hebræorum Synagogam exprimunt, abſque Deo, abſque bonis ſpiritualibus, ac temporalibus. Hebræorum obiectioni occurritur. Matth. 15. 24. Iſai. 6. Iſai. 65. 1. Gen. 4. 9.

R. Aben Ezra volens Danielis prophetiam explicare manet anceps, an debeat illam explicare in bonum, vel in malum populi ſui, & tandem potiùs in malum, quàm in bonum eam explicans, ait: Expoſitio 70. hebdom. ex R. Aben Ezra.

„ Deus poſuit terminum ſuper populum ſuum ſeptuaginta hebdo-
„ madarum, ideſt 490. annorum, vt mitteret illum in captiuita-
„ te ולחתם חטאות *Vlchathem chattaòth Et ad ſigillandum*
„ *peccata*, ideſt vt ipſe purgaret pœnam debitam tot peccatis. Fal-
„ ſiſſima tamen, & omninò rationi oppoſita eſt hæc expoſitio,
„ quia ſi Deus mittere volebat in nouam captiuitatem populum
„ ſuum, eumque punire; ad quid illum redimere à captiuitate in
„ qua erat? Nonne poterat illum retinere, vſque dum obtinebat de-
„ ſideratum finem puniendi? Imò contrarium videtur, quia in ca-
„ ptiuitate peior efficiebatur, & Deus in Aegypto ſæpius cogitauit
„ illum extinguere, Ez. 20. *Dixi vt diſperderem eos in medio terræ*
„ *Ægypti*, & alio loco *Dixi vt diſperderem eos in regionibus*. Et
„ in Babel nonne omnes coluerunt ſtatuam Nabuchdonoſor, ex-

„ ceptis

Digitized by Google

,, ceptis tribus pueris ? Deus autem ſolum proptèr ſuam gloriam,,
,, ne inter gentes blaſphematum eſſet nomen eius , tandem decre-
,, uit, illum à Babylonica captiuitate liberare, ſicuti Angelus præ-
nunciauit Danieli. Falſum eſt tamen quod Angelus prænunciaſſet captiuitatem, ac pœnam populi, dum contrarium conſtat, cum liberatorem & Meſſiam Sanctum Sanctorum pollicetur. Quia autem Iudæi ad culmen impietatis peruenerant, dederunt operam, vt eum morti traderent. Quid igitur mirum ſi exindè adhuc in anguſtijs, in ærumnis, in tenebris vos eſtis ? Quid adhuc mihi moleſti eſtis dicentes, Quod ſi Chriſtus venit in mundum ad conſumandam præuaricationem, ad finiendum peccata, & vt genus humanum à peccato liberaret: quid fuit in cauſa, vt Iudæi, & Gentiles tàm grauitèr peccarent, in eius vitam conſpirando, ità vt clamarent *Crucifige, Crucifige: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros?* Non vident miſeri (vt huic obiectioni occurrit Magiſter meus) per aduentum Chriſti in mundum libertatem humanam minimè læſam eſſe, imò per ſuum aduentum ipſe liberauit nos à ſeruitute diaboli, tribuens omnibus auxilia neceſſaria, & ſufficientia ad ſalutem, & quantum in eo fuit, peccata aboleuit, & finem impoſuit, tradendo etiam remedia poſt lapſum, vt ſi velimus, facilè peccata euitare poſſimus; Si non, *perditio tua ex te Iſrael*, curauimus Babylonem, & non eſt ſanata, relinquamus eam. O magna Iudæorum peruicacia, quæ non vult cognoſcere Deum factorem ſuum! Noluit intelligere vt bene ageret.

Per aduentũ Chriſti in mundum non fuit læſa libertas humana.

Iudæorum obiectiones ſoluuntur.

Ex eo quòd aliqui Rabbini dicant in ſecundo Templo non extitiſſe vnctionem, ſic arguunt Hebræi, quomodo igitur dicetur Templum vnctum ? Reſpondet R. Salomon, quod per Templum intelliguntur Altaria, vaſa, & Arcam, & hæ vncta erant per manus Meſſiæ. Igitur ſic arguo contra illos: vel hoc fuit, vel erit; Si fuit, ergo iam Meſſias venit; ſi erit, ergo mentiuntur R. Salomon, & Angelus, qui poſuerunt terminum 490. annorum, & hi elapſi ſunt; Si igitur Meſſias debebat vngere Altaria, & tempus talis vnctionis præterijt, ſignum eſt quod Meſſias iam venit. En ideò in quot errores incidit qui veritatem fugit. Paritèr ſecundùm Hebræorum computum, Meſſias debebat venire incipiente ann. mundi 5000. ſecundùm verò eorum opinionem venit ann. 3760. ergo anticipauit annos 240. Ex hoc deducunt ipſi non eſſe verum Meſſiam, quia non fuit obſeruatum tempus indicatum. Ad hoc reſpondetur, quod ſicuti Deus anticipauit liberationem populi ab Ægyptiaca ſeruitute 190. annos, ità vt ſolum 210. ſteterint in Ægypto, & hoc vltrò conceditur ab Hebræis, teſte R. Salom; ita etiam potuit anticipare

eius

Digitized by Google

eius aduentum, maximè quia hic agitur de liberatione totius generis humani, non ab Ægyptiaca ſeruitute, ſed à ſeruitute diaboli; & ſic propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus. *Pſal. 11. 6.*

Ex dictis igitur, apertiſſimè conſtat, has 70. Danielis hebdomadas ad Chriſtum verum Meſſiam pertinere, non ad Templum, non ad Agrippam, non ad Cyrum, vel ad quemcumque alium à Iudæis ſomniatum. Et hæc pauca de Danielis hebdomadibus dicta ſufficiant.

Authoritatibus Rabbinorum probatur Meſſiam aduenisse.

§. IV.

MEſſiam iam aduenisſe, ſufficientèr ex ſacræ Scripturæ authoritatibus manifeſtum eſt; attamen vt Iudæorum perfidia magis ac magis innoteſcat, & euincatur, ex ipſis Iudæorum verbis idem probabitur.

In Talmud Cod. *Sanbedrin*, cap. *Chelek* legitur pag. 97. vltima linea תנא דבית אליהו ששת אלפים שנה הוי עלמא שני אלפים תוהו שני אלפים תורה שני אלפים ימות המשיח ובעונותינו שרבו יצאו מהם מה שיצאו : *Eſt traditio Eliæ*, ideſt diſcipulorum ſcholæ Eliæ: *Per ſex millia annorum erit mundus, quorum duo millia Tobu*, ideſt, *inanitas*, *vel vanitas : duo millia Lex : & duo millia Meſſiæ dies erunt: propter peccata verò noſtra, quæ creuerunt, exiuerunt ex ijs qui exiuerunt.*

Mundum ſex millia annorum duraturum aſſerunt Iudæi ex traditione ſcholæ Eliæ.

Hæc verba ſic exponit R. Salomon Iarchì, vt refert Raymundus Martinus Par. II. cap. 10. * חזה העולם כך מתקים שני אלפים מהם היה תהו
שלא ניתנה עדין תורה והיה העולם בתהו ומאדם הראשון עד * שהיו לו לאברהם חמשים
ושתים שנה איכה אלפים שנה כדמותי * קרא משנשלמו אלפים שנה עסק אברהם בתורה
שנ׳ ואת הנפש אשר עשו בחרן * ומתרגמין וית נפשתא דשעבידו באוריתא בחרן * ואמרי
בםס׳ ע״ז דההיא שעתה הוה אברהם בר חמשין ותרתין שנין ושני אלפים תורה מן הנפש אשר
עשו בחרן עד * שיבא משיח ארבעים ושמנה ״ עד שנולד יצחק וששים שנה משנולד יצחק
עד שנולד יעקב הרי ק״ח † שנה וק״ל † שנה שהיו ליעקב כשבא למצרים הרי * ר״לח שנה ור״י
שעמדו במצרים הרי תמ״ח שנה ומשיצאו ממצרים עד שנבנה בית ראשון תפ״ † שנה דכתיב
ויהי בשמונים שנה וארבע מאות שנה לצאת בני ישראל מארץ מצרים וגו׳ † ובן הבית ליהוה)
הרי תתקכ״ח ות״י שעמד בית ראשון כדמוכחי קראי על פי תשבון ״ המלכים וע׳ דגלות בבל
ות״כ שעמד בית שני הרי תתק״ ותתקכ״ח הרי אלפים * קע״ב פחות וקע״ב קדם השלמת ד׳ אלפים
* חורב הבית * ולבסוף אותן קע״ב * שלמו שני אלפים תורה * איזה דאמ׳ שני אלפים תוהו ״
״ שני אלפים תורה ולא שתכלה תורה אחר שני אלפים מ״ר : ושני אלפים * ימות חמשיח של
״ אחר שני אלפים תורה יהיה דינו שיבא משיח ותכלה מלכות הרשיעה ויבטל השיעבוד ״

Edit. Talm. Amſtelod.
* הוי עלמא
* שהיה אברהם בן
* קראין ומשנשלמו
* ומתרגמינן
* ואמרינן בע״ז גמירי
* שבא חמשית
״ Add. שנה
† deeſt.
* רל״ח ור״ד
† deeſt.
† deeſt.
״ Add. שנות
* פחות קע״ב וקע״ב קודם
* נחרב
* ולסוף אותו
* נשלמו
* איידי
״ Add. קאמר
* שנות
״ Add. מישראל

Digitized by Google

אבל בשביל עונותינו לא בא משיח לסוף ארבע אלפים שנה : וכו׳ :

Erit mundus, ideſt, *tamdiu durabit mundus. Horum verò duo millia fuerunt tohu, quia nondum data erat lex; ſicque mundus erat tohu, ideſt inanis. Quomodo autem ab Adam vſquequo fuit Abraham quinquaginta duorum annorum, fuerint duo millia annorum, Scriptura inſtruit. Porro poſtquam completi ſunt duo mille anni, ſtuduit Abraham in lege, ſicut ſcriptum eſt Geneſ. 22. v. 5.* Et animam quam fecerunt in Charan: *quod interpretati ſunt, & animam, quam fecerunt in lege in Charan. Dixerunt autem magiſtri noſtri in libro Auodà zarà, quod tunc temporis erat Abraham filius quinquaginta duo annorum. Duo millia verò legis vſque ad aduentum Meſſiæ habentur hoc modo. Quadraginta & octo vſquequo natus eſt Iſaac: 60. verò ex quo natus eſt Iſaac donec natus fuit Iacob, qui faciunt 108. annos: Deinde 130. anni qui fuerunt Iacobo quando venit in Aegyptum; Ecce 238. & 210. quibus ſteterunt in Aegypto, 448. anni. Porro ab egreſſu de Aegypto vſquequo ædificata eſt domus prima fluxerunt anni 480. ſicut ſcriptum eſt 3. Reg. 6.* Fuit autem in octogeſimo, & quadringenteſimo anno egreſſionis filiorum Iſrael de terra Aegypti,&c. Aedificata eſt domus Domino. *Ecce ergo 929. anni: Rurſum 410. anni quibus ſtetit domus prima, vt probatur per Scripturas annorum Regum: & 70. anni captiuitatis Babylonicæ, & 420. quibus durauit domus ſecunda. Ecce habes ex vna parte 928. & ex altera 900. ac ſic habentur duo millia annorum minus 172. Per 172. ergo annos ante conſummationem quatuor millium annorum ab initio mundi deſtructa eſt domus; & in fine 172. completi fuerunt duo millia annorum legis. Non tamen tunc euacuanda eſt lex, vt dicebat magiſter meus; Sequitur:* Et duo millia erunt dies Meſſiæ. *Poſt duo millia namque legis erit iudicium eius vt veniat Meſſias, & euacuetur Regnum nequam, id eſt, Romanum, & ceſſet ſeruitus. Veruntamen propter peccata noſtra quæ multiplicata ſunt non venit Meſſias in fine quatuor millium annorum.* Hucuſque Gloſſa R. Salomonis. Hic obſeruat Martinus, quod verba illa *Veruntamen propter peccata noſtra quæ multiplicata ſunt, &c.* non ſunt ex traditione Eliæ, ſed alterius Rabbi, quibus verbis Iudæi velare conantur ſuam perfidiam, eò quòd ex ipſa traditione Eliæ negare non poſſunt iam elapſum eſſe tempus aduentus Meſſiæ, & per conſequens ipſum aduenisse; modo diſtuliſſe aiunt ſuum aduentum propter eorum peccata, Iudæi tamen alibi concedunt, quod talis aduentus anticipari, ſed non retardari poterat, iuxta illud Iſaiæ 60. 22. אני יהוה בעתה אחישנה *Ego Dominus in tempore ſuo acce-*

Tempus aduentus Meſſiæ iam elapſum eſt, ex ipſa traditione ſcholæ Eliæ.

Propter ipſorum peccata diſtuliſſe aiunt Iudæi, eius aduentum.

accelerare faciam illud; hoc eſt, explicant ipſi: *ſi meruerint accelerabo, ſi non meruerint, in tempore ſuo*; vt explicauimus ſupra §. 2. pag. 76. Quinimò ex doctrina Talmudis, *Tract. Sanhedrìn eodem cap.* 11. *Chelek*, apertè colligitur venturum eſſe Meſſiam, non habita peccatorum ratione, ſed propter nominis ſui gloriam, dicitur ibi pag. 98. med. אמר רבי יוחנן אין בן דוד בא אלא בדור שכולו זכאי או כולו חייב בדור שכולו זכאי דכתיב ועמך כלם צדיקים לעולם ירשו ארץ בדור שכולו חייב דכתיב וירא כי אין איש וישתומם כי אין מפגיע וכתיב למעני אעשה: *Ideſt*, Dixit Rabbì Iochanan: Non venit Filius Dauid niſi in generatione tota iuſta; vel in generatione tota peccatrice. In generatione tota iuſta, iuxta illud (Iſai. 60. 21.) *Et populus tuus omnes ipſi erunt iuſti, in ſæculum hæreditate accipient terram*. In generatione tota peccatrice, iuxta illud (Iſai. 59. 16.) *Et vidit quod non eſſet quiſpiam, & admiratus eſt quod non eſſet qui oraret*. Scriptum eſt autem (cap. 48. 11.) *Propter me faciam*.

Iſai. 60. 22. Vulgata. *Ego Dominus in tempore eius ſubitò faciam iſtud.*

Meſſiam venturum eſſe non habita peccatorum ratione, alibi aſſerunt Iudæi.

Quando illa duo millia annorum ſub lege nondum effuxerant, ſummum Iudæorum animis ſolatium, & gaudium inerat, Meſſiæ breui adfuturi aduentum intentis; quarto millenario tranſacto, omnibus perpetui cordolij cauſa fuit, cui leniendo aliud remedium inueniri non potuit quam eorum impœnitentia, vt vidimus, & reprobauimus ſupra. Non deſtiterunt tamen Iudæi varios terminos, aduentui Pſeudo-Meſſiæ ſui aſſignare, vt refert Auctor *Scialſceleth hakabbalàh*. Alij adſignarunt annum השלה׳, ideſt 5335. à creatione Mundi: (qui iuxtam noſtram opinionem in Chronologia expoſitam, de Aduentu Meſſiæ in quarto millenario, incidit in annum Chriſti 1335.) Alij adſignarunt annum השלו״ 5337. Alij annum השס״ 5360. Cui proximum terminum ipſe R. Ghedahià poſuit: לדעתי שאכתוב למטה שעולה השנ״ Ideſt, *Secundum ſententiam meam, quam infraſcribam, annus* (aduentus Meſſiæ) *erit à creatione Mundi* 5358. Abrabanel in Commentarijs Iſaiæ, & Ieremiæ dicit id futurum anno 5263. vel 5294. Rabbènu Saadiàh, R. Salomon Iarchi, R. Leuì ben Gerſon *in Commentarijs Libri Danielis*, R. Abraham Naſi *in Libro Megiiàt hamegilah*; item R. Moſes filius Nachmanis *in libro de Fine*, & *in libro de Redemptione*: & Rabbenu Bechai, *ſect. Vaiculù*, *Geneſ.* 2. Omnes ſtatuunt oportere id fieri anno 5118. qui incidit in annum Chriſti 1118. Igitur cum omnes termini de Meſſiæ aduentu, ab ijſdemmet Iudæis poſiti, nunc ſint elapſi, neceſſariò ſequitur, quod etiamſi Chriſtianorum Meſſias non fuiſſet ille in lege promiſſus, vt Iudaica Synagoga nimis audacter aſſerit, præſertim dicendo ipſum adueniſſe anno Mundi 3760. adhuc quem ipſa falsò expectat, in præſentem diem venire debuiſſet;

Varios terminos aſſignant Iudæi, aduentui Pſeudo-Meſſiæ ſui.

Omnes illi termini iam ſunt elapſi.

Digitized by Google

ſet; ſecundùm Iudæos enim modò currit annus Mundi 5453. ſecundùm Chriſtianos annus à redemptione generis humani 1693. & à creatione mundi iuxta noſtram Chronologiam 5693.

Bereſc. Ketand ad Geneſ. 49. 8.

In Bereſcith Ketanà, ſuper illud יהודה אתה יודוך אחיך׃ *Iehuda te laudabunt fratres tui*, legitur : יהודה רביעי נולד לשבטים וביום רביעי נבראו המאורות וכבית במשיח וכסאו כשמש נגדי ומיהודה נולד המשיח שנ׳ ויצא חטר מגזע ישי ונצר משרשיו יפרח וגו׳ *Iuda quartus natus eſt in tribubus, & die quarto creata ſunt luminaria : Et de Meſſia ſcribitur :* Et thronus eius coram me ſicut Sol. *Et de Iuda natus eſt Meſſias, ſicut dicitur*, Et egredietur virga de radice Ieſſe, & ſurculus de radicibus eius creſcet. En igitur ex ipſa Talmudiſtarum confeſſione, Meſſiam non ſolum aduenisse, verùm etiam ipſum de Iuda ortum eſſe.

Meſſiam de Iuda ortum eſſe, fatentur Iudæi.

Iſai. 53. v. 4. Vulgata, *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit : & nos putauimus eum quaſi leproſum à Deo, & humiliatum.*

Iſaias cap. 53. v. 4. אכן חליינו הוא נשא ומכאבינו סבלם ואנחנו חשבנהו נגוע מכה אלהים ומענה׃ *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros baiulauit eos : & nos reputauimus eum plagatum percuſſum à Deo, & humiliatum.* Ionathan Chald. בכן על חובנא הוא בעי ועויתנא בדיליה נשתבקון ואנחנא חשיבין כתישים מחן מן קדם יי׳ ומענן׃ *Idcircò pro delictis noſtris ipſe deprecabitur, & iniquitates noſtræ propter ipſum condonabuntur, licet nos reputati ſimus contuſi, plagis affecti à Deo, & afflicti.* Peſiktà: הוציא הקב״ה נשמת המשיח ואמר לו רוצה אתה להבריאות ולגאול את בני אחר ששת אלפים אמר לו הין אמר לו א״כ תסבול ייסורים למרק עונם התוא דכתיב אכן חליינו הוא נשא אמר לו אסבול אותם בשמחה׃ *Produxit Deus b. animam Meſſiæ, dixitque ipſi, vis ne tu ſanare & redimere filios meos poſt ſex millia annorum ? Reſpondit ipſi, volo. Dixit ipſi, an etiam ſuſtinebis caſtigationes ad abſtergendum iniquitates eorum, ſicut ſcriptum :* Certè morbos noſtros ipſe tulit. *Reſpondit, ſuſtinebo illas cum gaudio.* Hic locus Iſaiæ adimpletus fuit in Chriſto, qui languores & dolores noſtros tulit, h. e. peccata, (vt vertunt ſeptuaginta) & eorum proles, quæ ſunt morbi, dolores, omneſque corporis, & animæ ærumnæ, & pœnæ. Iudæi verò conſiderantes Chriſtum languores noſtros portantem, putarunt eum ob ſua peccata ita affligi & deformari, vt videretur eſſe leproſus; Verùm lepram non ſuam, ſed noſtram ipſe portabat. Confirmat hoc R. Alſchech in eundem locum vbi ait: ולא כן היה דקמה׳ שהוא ידוע חולי הוא כי הוא מחלל מפשעינו על כן היה יודע חולי ומה שגם לו מכאובות הוא שהוא מדוכא מעונותינו שהוא נגוע על הפשעים שלנו ועל כן הוא עיקר חיותו נבזה הוא כי מוסר שלמנו הוא עליו כי אחר שהוא כבר מחולל מפשעינו ומדוכא מעונותינו הנה עדין כל זה הוא למנוע ממנו ייסוריו אך לשיחית שלום וטובה קניות צריך ייסורין אחרים שהוא חיותו גם כן מעונה בגלות על כן עתה מוסר שלומינו עליו שהוא מוסר

m נוסף

נוסף כדי שיהיה לנו שלום וטובה כי לסלק רעה מבשרנו שלא תבא עלינו חנה כבר נתכורתו של חולי ומכה נרפא לנו לשיהיה לנו שלום : *Neque hoc ſolum eſt, quod ſit morbo ſamiliaris, ſed imprimis quod* propter peccata noſtra *ipſe vulneratur, ideò morbo dicitur familiaris. Quòd etiam dicitur affectus doloribus, eſt, quia propter iniquitates noſtras percuſſus eſt,* & plaga affectus propter defectiones noſtras. *Hæc ratio eſt, quod adeò ſit contemptus, nam* caſtigatio pacis noſtræ ſuper ipſo eſt, *non enim alio fine ipſe dolore eſt affectus propter peccata noſtra, & percuſſus propter iniquitates noſtras, quàm vt ipſius caſtigationes à nobis prohibeantur.* Vt autem pax noſtra *& felicitas ſtabilis ſit, etiam aliæ caſtigationes requiruntur, quæ etiam ſuper ipſo, cum dicitur depreſſus,* ſcil. *ad tenuiſſimam conditionem. Atque ita caſtigatio pacis noſtræ ſuper ipſo, quæ caſtigatio ipſi ſuperaddita eſt, vt omnimodo nobis pax ſit, & felicitas. Etenim vt tollatur malum à carne noſtra, ne nobis ſuperueniat, ecce doloris, & plagæ ipſius ſit curatio nobis, vt ſit nobis pax.*

Meſſiæ patriam indicauit Michæas, initio capitis 5. prædicens : *Mich. 5. 2.*

Vulgata. Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.

ואתה בית-לחם אפרתה צעירלהיות באלפי יהודה ממך לי יצא להיות מושל בישרבל ומוצאתיו מימי עולם ׃ *Et tu Bethlechem Ephrathah, paruulus ad exiſtendum in millibus Iehudah. Ex te mihi egredietur ad exiſtendum dominatorem in Iſrael, & egreſſiones eius ab antiquo, à diebus ſeculi.* Hic autem *Dominator* non alius eſt quàm Rex Meſſias, vt Ionathan, & Chaldæus Paraphraſtes reddunt : ואת בית לחם אפרתת כזעיר הויתא לאתמנאה באלפיא דבית יהודה מנך קדמי יפוק משיחא למהוי עביד שולטן על ישראל די שמיה אמיר מלקדמין מיומי עלמא *Etu Bethlechem Ephrathah quaſi minima fuiſti, vt computareris inter millia domus Iehudæ, ex te coram me prodibit Meſſias, vt ſit dominium exercens in Iſrael, cuius nomen dictum eſt ab æternitate, à diebus ſæculi.* Neque aliter R. Salomon Iarchì exponit : ראוי היית להיות צעיר במשפחות יהודה מפני פסולת רות המואבית שבך ממך יצא לי משיח בן דוד וכן הוא אומר אבן מאסו הבונים היתה לראש פנה ׃ *Meruiſti eſſe minima inter familias Iehudæ, propter profanationem Ruth Moabitidis, quæ in te fuit : Ex te egredietur mihi Meſſias filius Dauidis, & ſic ipſe dicit,* Lapis, quem reprobauerunt ædificantes, fuit in caput anguli. Huic conuenit Matthæus in Euangelica hiſtoria narrans, Herodem Iudæorum Regem, cum Magi ex Oriente Hieroſolymam regni Metropolim veniſſent, percunctantes, vbi nam rex Iudæorum recens natus eſſet, conuocaſſe Sacerdotum principes, cum populi Scribis, atque ab eis ſciſcitatum

Chriſtus Ieſus in Bethleem naſcitur.

Digitized by Google

Matth. 2. 4. tatum eſſe, ποῦ ὁ Χριστὸς γεννᾶται, *vbi Chriſtus naſceretur?* hos verò reſpondiſſe: Ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας· οὕτω γὰρ γέγραπται διὰ τοῦ προφήτου. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. In Bethleem Iudææ. *Sic enim ſcriptum eſt per prophetam, Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es inter principes Iudæ: Ex te enim exibit dux, qui paſcet populum meum Iſrael*. Idem ex Iudæorum verbis, quæ Ioannes refert colligitur. Cum enim de Ieſu, cuius ſermonem audierant mirificum, quidam dicerent, Οὗτός

Ioan. 7. 41. 42. ἐστιν ὁ Χριστός, *Hic eſt Chriſtus*, alij repoſuerunt: Μὴ γὰρ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; Οὐχὶ ἡ γραφὴ εἶπεν ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαβίδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαβίδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται *Nunquid è Galilæa Chriſtus venit; Nonne Scriptura dicit, quod ex ſemine Dauidis, & è vico Bethleem, vbi Dauid erat, Chriſtus veniet*. Quod ſi Iudæus opponat, ex his præmiſſis ſolum concludi

Iudæorum obiectioni occurritur. Meſſiam debuiſſe in Bethleem naſci, non verò quod realiter & de facto ipſe natus ſit, vt exinde ſequatur ipſum iam aduenisse; reſpondebitur, quod cum ex præfato Michææ vaticinio liquidè intelligatur Meſſiam fore ſimul Deum & hominem; per hoc enim quod dicit ipſum egreſſurum de Bethleem, oſtendit eius humanitatem, & per illa verba: *Et egreſſiones eius ab antiquo, à diebus ſæculi*, eiuſdem diuinitatem, æternitatemque cum Patre demonſtrat; Et cum Chriſtianorum Meſſias ſit ſimul Deus & homo, & in Bethleem natus, ſequitur ipſum eſſe Meſſiam à Michæa prænunciatum. Igitur perperam alium Meſſiam Iudæi expectant, cum Prophetiæ omnes de ipſo, in Ieſum Chriſtum adimpletæ ſint, vt oſtenſum eſt, & infra clarius patebit in *Corollario*.

Iudæorum obiectiones, Aduentum Meſſiæ impugnantes, diluuntur.

§. V.

NIl haberet Iudaica peruicacia quod contra Meſſiam opponeret, ſi verum ſacrarum Scripturarum ſenſum admitteret; ſed

Prima Iudæorum obiectio procedit de liberatione à captiuitate, tempore Meſſiæ. quia carnalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei, ideò obijciunt *Primò*, Meſſiam fuiſſe à Deo promiſſum ad ſaluandum, liberandumque Iſraelem de captiuitate, vt pluribus in locis Prophetæ prænunciarunt: vndè ſecundum hoc erat expediens, quod tempore ſui aduentus, Iudæi poſiti eſſent in captiuitate, de qua ipſe Meſſias trahere debebat eoſdem; ſed iſte quem dicis fuiſſe Meſſiam, fecit

Digitized by Google

contrarium, quia quando venit, Iudæi erant in Iudæa & Ieruſalem in bona tranquillitate: & paulò poſt eius aduentum, fuerunt ab eorum inimicis expugnati, victi, & deſtructi, à patria expulſi, & per diuerſas mundi partes diſperſi, ac poſiti in captiuitate, quia ſtatim poſt eius aduentum venerunt Romani, & Regnum eorum deſtruxerunt, ciuitatem & templum, ac magnam partem populi gladio interemerunt, reſiduum verò in hodiernam captiuitatem poſuere: ergo ille non erat verus Meſſias in lege promiſſus.

Reſpondetur, Prophetas omnes his locis loqui de ſaluatione ſpirituali à peccatis, & de liberatione à captiuitate, qua omnes ſub communi humani generis hoſte detinebamur, vt diximus ſupra §. 2. pag. 77. & ſicut ſcriptum eſt Hoſ. 13. v. 14. מיד שאול אפדם ממות אגאלם׃ *E manu inferni vindicabo eos, à morte redimam eos*. Zach. 9. v. 11. גם את בדם בריתך שלחתי אסיריך מבור אין מים בו׃ *Etiam tu in ſanguine fœderis tui: emiſiſti vinctos tuos de ciſterna, non aqua in ea*. Pſal. 49. v. 16. אך אלהים יפדה נפשי מיד שאול כי יקחני סלה׃ *Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum ſuſceperit me perpetuò*. Et Pſal 68. v. 19. עלית למרום שבית שבי לקחת מתנות באדם ואף סוררים לשכן יה אלהים׃ *Aſcendiſti ad altum, prædatus es prædam, accepiſti dona in Adam: & etiam deuiantes ad habitandum cum Domino Deo tuo*. Reprobatio autem, exprobatio, atque repulſio veri Meſſiæ fuerunt cauſa, ob quam Deus expulit illos de Ieruſalem, & ſunt in captiuitate, ſicuti de illis prædixit Hoſ. c. 9. v. 7. ימאסם אלהי כי לא שמעו לו ויהיו נדדים בגוים׃ *Abjciet eos Deus meus, quia non audierunt illum, & erunt vagi in gentibus*. Item in *Targum*: ירחיקון אלהו ארי לא קבילו למימריה ויהון מטלטלין בעממיא׃ *Abjciet eos Deus meus, quia non receperunt verbum eius, & erunt vagi in Gentibus*. Et Ionathan interpres poſuit, *Non audierunt Verbum eius*. Hoc *Verbum* eſſe *Meſſiam* patet ex pluribus ſac. Scripturæ locis. Similia vaticinatus eſt

Reſponſio. Prophetæ de liberatione ſpirituali loquuntur.

Hoſ. 13. v. 14. Vulgata. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.*

Zachar 9. v. 11. Vulgata. *Tu quoq; in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.*

Pſalm. 48. v. 16. Vulgata. *Veruntamen Deus redimet animam meam de manu Inferi, cùm acceperit me.*

Pſal. 67. v. 19. Vulgata. *Aſcendiſti in altum, cæpiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus: Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.*

Digitized by Google

Ierem. c. 5. v. 11.
Vulgata.
Præuaricatione enim præuaricata eſt in me domus Iſrael, & domus Iuda ait Dominus. (v. 12.) Negauerunt Dominum & dixerunt: Non ipſe, neque veniet ſuper nos malū: gladium & famem non videbimus. (v. 13.) Prophetæ fuerunt in ventū locuti, & reſponſum non fuit in eis: hæc ergo euenient illis. (v. 14.) Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Quia locuti eſtis verbum iſtud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in ligna, & vorabit eos. (v. 15.) Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo domus Iſrael, ait Dominus: gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

eſt Ieremias c. 5. v. 11. 12. 13. 14. 15. כי בגוד בגדו בי בית
ישראל ובית יהודה נאם יהוה : כחשו ביהוה ויאמרו
לוא הוא ולא תבוא עלינו רעה וחרב ורעב לוא
נראה : והנביאים יהיו לרוח והדבר אין בהם כה
יעשה להם : לכן כה אמר יהוה אלהי צבאות יען
דברכם את הדבר הזה הנני נתן דברי בפיך לאש
והעם הזה עצים ואכלתם : הנני מביא עליכם גוי
ממרחק בית ישראל נאם יהוה גוי איתן הוא גוי מ
מעולם הוא גוי לא תדע לשונו ולא תשמע מה
ידבר : *Quia præuaricando præuaricati ſunt in me domus Iſrael, & domus Iuda, ait Dominus.* (verſ. 12.) *Negauerunt Dominum, & dixerunt: Non ipſe, & non veniet ſuper nos malum, & gladium, & famem non videbimus.* (verſ. 13.) *Et prophetæ erunt in ventum, & ſermo non in eis.* (verſ. 14.) *Propterea ſic dixit Dominus Deus exercituum; pro eo quòd locuti eſtis vos verbum hoc: Ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum hunc ligna, & comedet eos.* (verſ. 15.) *Ecce ego adducens ſuper vos gentem de longinquo domus Iſrael, ait Dominus, gens robuſta ipſa, gens à ſæculo ipſa, gens, non cognoſces linguam eius, nec audies quid loquatur.* Hæc autem gens, cuius linguam ignorabant Iudæi, Romani erant, quos Deus miſit ad eorum deſtructionem. Concluditur ergo, quod propter ingratitudinem, quam contra Meſſiam habuerunt, ad hanc præſentem captiuitatem fuerunt rationabilitèr, & iuſtè condemnati; nec vnquam tàm longam captiuitatem, annorum videlicèt 1693. paſſi ſunt, patienturque vſque ad conſummationem ſæculi, in qua ex diuina miſericordia & bonitate reliquiæ Iſrael ſaluæ fient.

Ingratitudo contra Meſſiam fuit cauſa hodiernæ captiuitatis.

Secunda obiectio; de ædificatione templi à Meſſia facienda.

Zach. 6. v. 12.
Vulgata.
Ecce vir oriens nomē eius: & ſubter eum orietur, & ædificabit templum Domino. (v. 13.) & ipſe extruet templum Domino: & ipſe portabit gloriam, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo: & e-

II. *Obijciunt*: Meſſias debuit ædificare templum Domini, vt de ipſo expreſsè loquitur Zacharias 6. 12. הנה איש צמח שמו
ומתחתיו יצמח ובנה את היכל יהוה : והוא יבנה את
היכל יהוה והוא ישא הוד וישב ומשל על כסאו והיה
כהן על כסאו ועצת שלום תהיה בין שניהם :
Ecce vir germen nomen eius, & ſubter eum germinabit, & ædificabit templum Domini, & ipſe extruet templum Domini, & ip-

ſe

Digitized by Google

ſe portabit gloriam, & ſedebit & dominabitur ſuper ſolio ſuo: & erit Sacerdos ſuper ſolio eius, & conſilium pacis erit inter ambos ipſos, Et ideò ſecundùm hoc, in tempore ſui aduentus, templum debebat eſſe deſtructum, ſicut eſt hodie, vt ipſe veniens reædificaret illud; ſed vice verſa, quando iſte, quem tu aſſeris Meſſiam, venit; templum in tranquillo ſtatu florebat, & mox, & poſt 40. annos ab eius paſſione combuſtum eſt, & omninò deſtructum: Ergo ille non fuit verus Meſſias.

rit Sacerdos ſuper ſolio, & conſilium pacis erit inter illos duos.

Reſpondetur, Etiam hunc Prophetam loqui non de reædificatione templi Salomonis materialis, ſed ſpiritualis, puta de Eccleſia Chriſtiana. Vnde id ipſum iterata affeueratione confirmat, dum ſubdit: *Et ipſe extruet*, q. d. Omninó ipſe vti incipiet, ita perficiet ædificium templi, ideſt Eccleſiæ Dei. Hanc ædificationem fore ſpiritualem, cenſuit etiam R. Moſes Alſciech magni inter Iudæos nominis, dicitque hoc notum eſſe ex Sapp. veteribus: כי הגאולה העתידה שעמה בית המקדש השלישי רוחני מעשה אלוה אינה כגאולות הקודמות׃ *Quod liberatio futura, cum qua etiam domus Sanctuarÿ tertia*, ſit *ſpirituale opus Dei, non ſicut priores liberationes*. Ad verba autem iſta: *Et replebo* את הבית *domum banc gloria*, annotat: כי גם הוא רוחניות וריבה במלת את הכותלים יהיו רוחניים׃ *Eſt ſpiritualis* (gloria ſcilicèt) *atque multiplicatio in vocula* את, *indicat etiam muros fore ſpirituales.* Et paucis interiectis: כי גם כל עצמו יהיה רוחני שגם הבנוי שהוה שני יתהפך לאחרון רוחני׃ *Quia etiam tota ſubſtantia eius erit ſpiritualis, atque etiam ædificium ſecundi* (templi) *mutabitur in vltimum ſpirituale*. Nil manifeſtiùs dici poteſt ad euertendum regni terreni atque carnalis expectationem. R. Iuda Bitzeleel in Nitzèah cap. 37. hunc in modum de Meſſia ſuo diſſerit: המשיח הוא מחולק מן העולם כי המשיח יהיה שכלי לגמרי ואלו העולם זה הוא גשמי׃ *Meſſias bic ſeparatus eſt à mundo; quoniam Meſſias erit penitus intellectualis, vel Spiritualis, mundus autem bic eſt corporalis*. In eundem quoque ſenſum pergit cap. 38. ואיך יהיה המשיח בעולם הזה שהוי עולם גשמי שכל עניין המשיח הוא אלקי לא גשמי׃ *Et quomodo erit Meſſias in boc mundo, cum mundus ſit corporalis, omne verò negotium Meſſiæ ſit diuinum, non corporale &c.* Hiſce conſona habet R. Samuel Iatzo in Eſtherem, vbi ad locum Iſaiæ 42. 7. *Ad aperiendum oculos cæcorum*, annotat: הכוונה בזה להורנו לזו תכלית המשיח שאינו כמו שחשם הסכילים שהוא לאכול ולשתות ולהיות איש תחת גפנו ותחת תאנתו׃ *Intentio bic indicare nobis finem* (aduentus) *Meſſiæ; qui non eſt, vt ſtulti exiſtimant ad edendum, potandum, atque vt ſit quilibet ſub viti & ficu ſua*, Additque hunc eſſe finem, vt Meſſias liberet mortales à ſtultitia vel inſipientia ſua. Cum opinione R. Samuelis conuenit Maimon, cuius hæc ſunt verba: ואין אנו מתאוים ומקוים

Reſponſio. Non de ædificatione materiali, ſed ſpirituali, h. e. de Eccleſia Chriſtiana, loquitur Propheta.

R. Moſes in Comment. in Hag. 2. 7. 8. 9. relat. à Vorſt. in Not. ad R. Iſaac Abran. de Cap. Fid.

R. Samuel in Iad Hamelech. p. 94.

Maimon in cap. 10. Sanbedrin.

לימות המשיח לרוב התבואות והעושר לא שנרכב על סוסים ולא לשתות יין במיני הזמר כמו שמחשבים מבול בלי הדעת אבל התאוו הנביאים והחסידים ימות המשיח ורבתה תשוקתם אלין למה שיהיה בו מקבוץ הצדיקים והתנהגת הטובה והדעת והמלך ורוב יושרו והפלגת חכמתו וקרבתו אל האלהים כמו שנ׳ ה׳ אמר אלי בני אתה אני היום ילדתיך :

Hoc eſt : *Neque nos deſideramus & expectamus diebus Meſſiæ amplos reditus & diuitias, neque vt vehamur equis, nec vt vinum bibamus inter muſices genera, prout exiſtimant peruertentes vel infatuantes intellectum : Sed Prophetæ ac iuſti expetiuerunt dies Meſſiæ, & vehemens fuit eorum deſiderium ad illos; quia tunc congregaturus eſt iuſtos, & bonum regimen atque iuſtus rex, & magna eius poſſeſſio, ac diſtributio ſapientiæ eius, atque appropinquatio eius ad Deum, prout dicitur : Dominus locutus eſt ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Stat igitur ex ipſorum Rabbinorum mente, talem templi ædificationem à Prophetis prænunciatam fore ſpiritualem, & non materialem, vt Iudæi nunc in caſſum expectant; quę ædificatio adimpleta eſt in extructione Eccleſię Chriſtianæ.

Pſal. 2. 7.

Tertia obiectio: de mutatione Moſaicę legis.

III. *Vrgent* : Chriſtianorum Meſſias operam dedit, vt legem nouam perhiberet, per quam quidem plurima mutauit Moſaicæ legis, quæ lex & eius mandata vſque in ſempiternum ſeruari debuerunt, atteſtante Malachia : זכרו תורת משה עבדי אשר צויתי אותו בחרב על כל ישראל חקים ומשפטים : *Mementote legis Moyſis ſerui mei, quam mandaui ei in Choreb ſuper omnem Iſrael, ſtatuta, & iudicia.* Ex quibus verbis apparet, quòd illa lex minimè debuit immutari; cum talis mutatio repugnet infinitæ ſapientiæ legiſlatoris, omnia ob fixum, & certum finem agentis : Ergo non erat ille Meſſias.

Malach. c. vlt. v. 4. Vulgata. *Mementote legis Moyſi ſerui mei, quã mandaui ei in Horeb ad omnem Iſrael, præcepta & iudicia.*

Reſponſio. Lex vetus non fuit data in ſempiternũ: ideóq; debebat mutari tempore Meſſiæ.

Reſpondetur, Legem veterem non fuiſſe datam in ſempiternum, ſed tantum, vt habet Apoſtolus ad Gal. 4. Donec veniret plenitudo temporis. Ergo adueniente plenitudine temporis per Chriſtum, qui natus eſt in medio temporum, lex antiqua continuò ceſſauit. Quod ſi aliquando in Scripturis vocetur fœdus ſempiternum & perpetuum; id dicitur, eo quod ex natura ſua indiſſolubile erat, nec ſolui poterat niſi per cauſas extrinſecas, & ſupremam Dei authoritatem; qualitèr etiam res aliqua, quæ per ſolam vitam hominis durat, dici ſolet perpetua, vt vinculum matrimonij, profeſſio religioſa &c. Sic igitur pactum veteris legis dicitur fœdus ſempiternum, quia diſſolui non poterat, donec impleretur. Neque lex illa erat abroganda niſi per rerum poſitionem quas præfigurabat, & quibus poſitis, iam ſignificare, & præſignare deſijt. Quinimò in eiſdemmet

Abrogatio legaliũ & cæremonialium.

Scri-

Scripturis prædictum fuit, quòd Meſſias abrogaret legem Moſaicam, ſaltem quo ad legalia, & cæremonialia, & quod nouum Teſtamentum, ſeu nouam legem erat in mundo allaturus. Hoſeæ cap. 2. v. 11. habetur: והשבתי כל משושה חגה חדשה ושבתה וכל מועדה ׃ *Et ceſſare faciam omne gaudium eius, ſolemnitatem eius, neomeniam eius, & Sabbathum eius, & omnem feſtiuitatem eius*. Ierem. 31. v. 31. &c. הנה ימים באים נאם
יהוה וכרתי את בית ישראל ואת בית יהודה ברית
חדשה ׃ לא כברית אשר כרתי את אבותם ביום
החזיקי בידם ׃ להוציאם מארץ מצרים אשר המה
הפרו את בריתי ואנכי בעלתי בם נאם יהוה ׃ כי זאת
הברית אשר אכרת את בית ישראל אחרי הימים
ההם נאם יהוה נתתי את תורתי בקרבם ועל לבם
אכתבנה והייתי להם לאלהים והמה יהיו לי לעם ׃
Ecce dies venientes, dixit Dominus, & excidam cum domo Iſrael & cum domo Iehudah fœdus nouum. (v. 32.) Non ſecundùm fœdus quod excidi cum patribus eorum in die apprehendere me in manum eorum ad educendum eos è terra Aegypti, quia ipſi irritum fecerunt pactum meum, & ego dominatus ſum in eos dixit Dominus. (v. 33.) Sed hoc fœdus quod excidam cum domo Iſrael poſt dies ipſos, dixit Dominus: dabo legem meam in interiori eorum, & ſuper corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Malach. 1. 10. &c. אין לי חפץ בכם
אמר יהוה צבאות ומנחה לא ארצה ׃ כי ממזרח
שמש ועד מבואו גדול שמי בגוים ובכל מקום מקטר
מגש לשמי ומנחה טהורה כי גדול שמי בגוים אמר
יהוה צבאות ׃ *Non* (eſt) *mihi voluntas in vobis, dixit Dominus exercituum, & munus non volam de manu veſtra. (v. 11.) Nàm ab ortu ſolis, & vſq; ad occaſum eius, magnũ nomen meũ inter Gentes; & in omni loco offertur incenſum nomini meo, & oblatio munda: quia magnum nomen meum inter Gentes, dixit Dominus exercituum*. Quibus verbis apertè prædicitur totum illum cultum ſacrificiorum veteris legis abijciendum eſſe à Deo, & in aliud puriſſimum

Hoſ. 2. v. 11.
Vulgata.
Et ceſſare faciã omne gaudium eius, ſolemnitatem eius & neomeniam eius, ſabbatum eius, & omnia feſta tempora eius.

Ierem. 31. v. 31.
Vulgata.
Ecce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum. (v. 32.) Non ſecundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum, vt educerem eos de terra Aegypti; pactũ quod irritum fecerũt & ego dominatus ſũ eorum, dicit Dominus. (v. 33.) Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populũ.

Malach. 1. v. 10.
Vulgata.
Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituũ: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. (v. 11.) Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meũ in Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio mũda: quia magnum eſt nomen meum in Gẽtibus, dicit Dominus exercituum.

com-

commutandũ. Siue ergo intelligatur de nouo ſacrificio ſpirituali, *Sacrificium Deo Spiritus contribulatus*, vt ait Tertull. ſiue de Euchariſtico, vt explicat Lyranus; ſemper ex verbis Prophetæ ſequitur abrogandum fore ſacrificium legale, beſtiarum immolatione, & nouum inſtituendum. Idem ſignificauit Amos 5. v. 21. &c. שנאתי מאסתי חגיכם ולא אריח בעצרתיכם׃ כי אם תעלו לי עולות ומנחתיכם לא ארצה ושלם מריאיכם לא אבית׃ הסר מעלי המון שריך וזמרת נבליך לא אשמע׃ *Odiui, reprobaui ſolemnitates veſtras: & non odorabo oblationes cœtuum veſtrorum.* (v. 22.) *Quia ſi obtuleritis mihi aſcenſiones, & munera veſtra non volam, & pacificationem pinguium veſtrorum non reſpiciam.* (v. 23.) *Remoue deſuper me multitudinem canticorum tuorum, & cantica lyrarum tuarum non audiam.* Clariſſimis verbis idem prædixit Iſaias cap. 1. v. 11. &c. למה לי רב זבחיכם יאמר יהוה שבעתי עלות אילים וחלב מריאים ודם פרים וכבשים ועתודים לא חפצתי׃ כי תבאו לראות פני מי בקש זאת מידכם רמס חצרי׃ לא תוסיפו הביא מנחת שוא קטרת תועבה היא לי חדש ושבת קרא מקרא לא אוכל און ועצרה׃ חדשיכם ומועדיכם שנאה נפשי היו עלי לטרח נלאתי נשא׃ וכפרשכם כפיכם אעלים עיני מכם גם כי תרבו תפלה אינני שמע ידיכם דמים מלאו׃ *Vt quid mihi multitudo victimarum veſtrarum, dicit Dominus? Satur ſum aſcenſionibus arietum, & adipe pinguium, & ſanguinem iuuencorum, & agnorum, & hircorum non volui.* (v. 12.) *Cum veneritis conſpici faciebus meis, quis quæſiuit hoc de manu veſtra, conculcare atria mea?* (v. 13.) *Ne addatis afferre ſacrificium mendax: ſuffimentum abominatio* (eſt) *ipſa mihi: menſem & ſabbathum, vocare conuocationem, non potero* (ferre) *iniquitatem, & retentionem.* (v. 14.) *Calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odio habuit anima mea: fuerunt ſuper me ad defatigationem, laboraui ſuſtinendo.* (v. 15.) *Et in expandendo vos volas veſtras, occultabo oculos meos à vobis: etiam quando multiplicabitis orationem, non ego audiam: manus veſtræ ſanguinibus ſunt plenæ.* Hæc omnia prænunciata eſſe Iudæis pro tempore

Pſal. 50.
Tertull. lib. aduer. Iudæos. Lyr. in cap. 1. Malach.

Amos 5. v. 21.
Vulgata.
Odi, & proieci feſtiuitates veſtras: & non capiam odorem cœtuum veſtrorum. (v. 22.) *Quòd ſi obtuleritis mihi holocauſtomata, & munera veſtra, non ſuſcipiam: & vota pinguium veſtrorum non reſpiciã.* (v. 23.) *Aufer à me tumultum carminum tuorum: & cãtica lyræ tuæ non audiam.*

Iſaias 1. 11.
Vulgata.
Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? plenus ſum, holocauſta arietum, & adipem pinguium & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum, nolui. (v. 12.) *Cùm veniretis ante conſpectum meum, quis quæſiuit hæc de manibus veſtris, vt ambularetis in atrijs meis?* (v. 13.) *Ne offeratis vltrà ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam, & ſabbatum, & feſtiuitates alias non feram, iniqui ſunt cœtus veſtri.* (v. 14.) *Calendas veſtras & ſolemnitates veſtras, odiuit anima mea: facta ſunt mihi moleſta, laboraui ſuſtinens.* (v. 15.) *Et cùm extenderitis manus veſtras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiã: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.*

Digitized by Google

Meſſiæ, & iam adimpleta, clarè oſtendit Tertullianus. Meſſiam debuiſſe condere nouam legem, fuit in confeſſo etiam apud ipſos Synagogæ Magiſtros; In Ialkuth ad Eſai. 2. 7. habetur: והקב״ה יושב ודורש תורה חדשה שעתיד ליתן על יד משיח: *Et Deus Sanctus Benedictus conſidet, atque expendit nouam legem; quam daturus eſt per manum Meſſiæ*. Idem ad Pſal. 2. 7. vbi de Meſſia etiam ſermo: עתיד אומר הקב״ה בה עלי לכרות לו ברית חדשה: *Dicturus eſt Deus adſcende vt nouum fœdus cum eo percutiam*. Item in Schebaòth cap. 2. legitur: כל הקרבנות בטלות לעתיד לבא התודה אינה בטלת שנ׳ תשלם תודות לך: *Omnes oblationes ceſſabunt in futuro ſæculo; confeſſio verò, aut gratiarum actio non ceſſabit*: Conſtat igitur tàm ex ſac. Scripturis quàm ex Rabbinorum gloſſis, Meſſiam allaturum nouam legem, & abrogaturum veterem; & licèt Chriſtus Dominus in Euangelica lege tradenda non addiderit aliqua verba formalia, quibus expreſsè ſignificet, ſe præcepta veteris legis abrogare & reuocare; nihilominus reuerà illam veterem legem ſua noua lege abrogauit. Neque fuit neceſſaria expreſſa reuocatio, vt benè notauit *Suarez lib. 9. c. 10. 2. 15.* quia opera illarum legum licèt non videantur formalitèr repugnare; nihilominus leges ipſæ inter ſe pugnant. *Primò*, quia lex noua traditur à Chriſto, vt per ſe ſufficiens ad ſalutem & neceſſaria, ſubindèque ipſi repugnat obligatio & neceſſitas prioris legis. *Deinde*, obſeruantiæ legis Moſaicæ tantùm erant figuræ & ſigna futurorum myſteriorum Meſſiæ. Sacramenta autem legis nouæ, maximè Baptiſmus & Euchariſtia ſignificant redemptionem per Meſſiam non eſſe amplius faciendam, ſed factam, ac proinde ſubſiſtere non poſſunt cum illis ſignis, quæ redemptionem futuram præſignabant. *Denique* prior lex tantùm vni populo data eſt, qua diſtingueretur, & ſegregaretur ab alijs nationibus: poſterior verò data eſt cunctis Gentibus, vt Eccleſia habens perfectam vnitatem ex omnibus hominibus congregaretur. Ex dictis colligi poteſt veterem legem deſijſſe non ſolùm quo ad præcepta cæremonialia, & iudicialia, ſed etiam moralia, quæ licet aliqua adhuc vigeant, puta præcepta Decalogi: attamen non amplius vigent, quatenus à Moſaica lege præſcribuntur, ſed quatenus, vel ſunt præcepta legis naturæ, vel pro ut per legem Euangelicam reſtaurantur. Interrogans enim Legis Doctor Dominum, quodnam eſſet mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primum. Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ.*

Tertull. lib. aduerſ. Iudæos cap. 5.

Ipſi Rabbini fatentur aliam legem Deum allaturum tempore Meſſiæ.

Talmud tract. Schebaòth.

Lex vetus à Chriſto Domino fuit abrogata.

Non fuit neceſſaria expreſſa reuocatio.

Quo ad omnia præcepta etiam cæremonialia, lex Moſaica perfectè deſijt.

Matth. 22. 37. & ſeqq.

IV. *Inſtant*: Iſaias loquens de Meſſia, inquit: ושפט בין הגוים

Quarta obiectio de ceſſatione armorũ. *Iſa. 2. 4.* Vulgata.

Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos, & conflabũt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non leuabit gens contra gentẽ gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium.

Kimchi hoc loco Talmud in Maſſechet שבת *cap. 6.*

הגוים והוכיח לעמים רבים וכתתו חרבותם לאתים וחניתותיהם למזמרות לא ישא גוי אל גוי חרב ולא ילמדו עוד מלחמה : *Et iudicabit inter gentes, & arguet populos multos: & contundent gladios ſuos in ligones, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, & non diſcent vltrà bellum.* Cum enim fatente *Kimchio*, nec diſſentiente *Talmud*, intelligenda ſint verba hæc de Meſſia, ex ipſis textus verbis, quòd nondum venerit, ſic arguunt: Quocumque tempore durant adhuc bella, adeòque lanceæ non poſſunt conflari in falces, & gladij in vomeres aut ligones, eo tempore nondum venit Meſſias. Atqui hodie adhuc durant bella &c. Ergo Meſſias nondum venit.

Reſponſio.

Reſpondetur, vtique verum eſſe Iſaiam hìc loqui de Meſſia, ſed non ſunt verba illa ità ſtrictè ſumenda, neque ſola attendenda eſt litera. Nàm prò vt dicit: *Et iudicabit intèr gentes*, quadrupliciter hìc accipi poteſt vox *iudicabit*. Primò, q. d. Chriſtus iuſtam ſententiam proferet pro Gentibus contra calumniatorem diabolum, & eas abſoluet iuſto ſuo iudicio. Secundò, *iudicabit*, h. e. vindicabit gentes à tyrannide diaboli. Sic enim Gedeon, Samſon, Iephte, & alij vocantur Iudices, ideſt, vindices Iſraelis. Tertiò *iudicabit*, h. e. reget & dominabitur. Sic rurſum Gedeon, Iephte, Samſon, & alij vocantur Iudices, ideſt Principes & Rectores Iſrael. Per *iudicare* ergo hìc ſignificatur plenum imperium Chriſti in omnes Gentes. Quartò *iudicabit inter Gentes*, ideſt lites & odia inter Gentes iuſto iudicio dirimet, & componet; eoſque qui lites & bella mouent *arguet*, & compeſcet. Et ſic Chriſtus per legem Euangelicam charitatis faciet vt in eadem Eccleſia amicè verſentur quaſi fratres, Romani, & Græci, Iudæi, & Gentiles &c. vt explicat D. Athanaſius. *Et contundent gladios ſuos in ligones, & lanceas ſuas in falces*; ceſſantibus nempè diſcordijs & bellis, ex militibus fient agricolæ, armaque ſua conuertent in ligones, vt canit Martial.

Iudicat Deus quadrupliciter.

Chriſtus gentium diſſidia componit.

D. Athanaſ. lib. 1. de Incarnat. Verbi.

Martial. lib. 14. Epigr. 34.

Pax me certa ducis placidos conflauit in vſus,
Agricolæ nunc ſum: militis ante fui.

Hæc pax per totum orbem fuit in natiuitate Chriſti. *Reuoluamus*, inquit S. Hieron. *veterum hiſtorias, & inueniemus vſque ad 28. annum Auguſti Cæſaris, cuius 41. anno natus eſt Chriſtus in Iudæa, in toto terrarum orbe fuiſſe diſcordiam, & ſingulas nationes contra vicinas gentes arſiſſe ſtudio præliandi, ita vt cæderent & cæderentur. Orto autem Domino Saluatore, quando ſub præſide Syriæ Cyrino prima eſt in orbe terrarum facta deſcriptio, & Euangelicæ*

Digitized by Google

doctrinæ pax Romani Imperij præparata; tunc omnia bella ceſſauerunt, & nequaquam per oppida & vicos ad prælia, ſed ad agrorum cultus exercebantur.

Quod ſequitur ולא ילמדו עוד מלחמה *Et non diſcent vltrà bellum*, ſeu vt Vulgata, *Nec exercebuntur vltrà ad prælium*. Illa vox עוד *vltrà* non ſemper ſignificat *in ſæculum*, ſed aliquando ſignificat longum tempus, & aliquando breue. Sic enim tradit *R. Dauid Kimchì in rad.* עוד quod לא עוד interdum idem ſit, atque לעולם, interdum autem notet זמן מעט *tempus breue*. Confirmatur exemplis Geneſ. 35. 10. ſcriptum eſt: ויאמר לו אלהים שמך יעקב לא יקרא עוד שמך יעקב כי אם ישראל יהיה שמך: *Et dixit ei Deus, Nomen tuum Iacob, non vocabitur nomen tuum vltrà Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum*. Qui tamen conſequentèr in eodem capitulo octies vocatus eſt *Iacob*, & non niſi ter *Iſrael*. Ezechiel. 32. 13.: ולא תדלהם רגל אדם עוד *Et non calcabit eas pes hominis vltrà*, ideſt longo tempore. I. Samuel. 7. v. 13. de Philiſtæis dicitur: ויכנעו הפלשתים ולא יספו עוד לבוא בגבול ישראל ותהי יד יהוה בפלשתים כל ימי שמואל: *Et humiliauerunt ſe Philiſtijm, & non addiderunt vltrà venire in terminum Iſrael: & fuit manus Domini in Philiſtijm omnibus diebus Samuel*: hoc eſt pro longo, vel pro illo tempore, quod colligitur ex capite 13. eiuſdem Sam. v. 5. vbi dicitur: ופלשתים נאספו להלחם עם ישראל שלשים אלף רכב וששת אלפים פרשים ועם כחול אשר על שפת הים לרב ויעלו ויחנו במכמש קדמת בית און: *Et Philiſtijm congregati ſunt ad pugnandum cum Iſrael, triginta millia curruum, & ſex millia equitum, & populus ſicut arena, quæ (*eſt*) ſuper labium maris in multitudine: & aſcenderunt, & caſtrametati ſunt in Michmas ad orientem Bethauen*. Vnde ſicut in præcitatis locis, vox עוד *vltrà*, non ſignificat æternitatem, aut perpetuitatem, ſed tempus aliquod certum, quo pax hominibus in terris concedatur: ſic in præſenti completum eſt illud Iſaiæ, *Et non diſcent vltrà bellum*. Quid ſuper hoc ſcripſerint eorum Magiſtri, hic referre minimè pigeat. In Talmud habetur:

Geneſ. 35. v. 10. Vulgata. *Non vocaberis vltrà Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum.*

I. Samuel. 7. v. 13. Vulgata. *Et humiliati ſunt Philiſthijm, nec oppoſuerunt vltrà vt venirent in terminos Iſrael. Facta eſt itaque manus Domini ſuper Philiſthæos, cunctis diebus Samuelis.*

Eiuſdem c. 13. v. 5. Vulgata. *Et Philiſthijm congregati ſunt ad præliandum contra Iſrael, triginta millia curruum, & ſex millia equitum, & reliquum vulgus, ſicut arena quæ eſt in littore maris plurima. Et aſcendentes caſtrametati ſunt in Machmas ad orientem Bethauen.*

Cod. Sciabbath. Di-

Digitized by Google

ſtinct. quæ incipit Bemah Iſchah Ietzeath.

תנו לא יצא האיש בסיף וכו׳ ר׳ אליעזר אומר תכשיטין הן לו תנא. אמרו לו לר׳ אליעזר
וכי מאחר דתכשיטין הן לו מפני מה בטילין לימות המשיח אמר להן לפי שאינן צריכין להן
שנ׳ ולא ישא גוי אל גוי חרב ולא ילמדו עוד מלחמה וניתנו לנוי בעלמא אמר אביי מדי דהוה
אשרגא בטיהרא ופליגא דשמואל דאמר שמואל אין בין העולם הזה לימות המשיח אלא ש־
עבות מלכיות בלבד שנ׳ כי לא יחדל אביון מקרב הארץ מסייע ליה לר׳ חייא דאמר ר׳
חייא א״ר יוחנן כל הנביאים כלם לא נתנבאו אלא לימות המשיח אלא לעולם הבא עין לא
ראתה אלהים זולתך ואיכא דאמרי אמרו לו לר׳ אליעזר וכי מאחר דתכשיטין הן לו מפני
מה בטלין לימות המשיח אמר להן לימות המשיח אין בטילין אבל בטילין הן לעתיד לבא וכו׳

Tradentes fuerunt Magiſtri; Non egredietur vir in die Sabbathi cum enſe &c. *R. autem Eliezer dixit*, *ornamenta ſunt ei* ſcilicèt arma. *Dixerunt ei*; *Et poſtquam ornamenta ſunt ei*, *quamobrem ceſſabunt in diebus Meſſiæ? Dixit eis*, *quia non erunt illis neceſſaria*, *ſicut dictũ eſt Iſai.* 2. *v.* 4. Et non leuabit gens contra gentem gladium, & non diſcent vltrà bellum. *Dixerunt ei*, *ſint ſaltem ad ornamentum*. *Dixit R. Abbai*, *Ad quid? Ex quo eſſent ſicut lucerna in meridie? Horum verò contrarium opinatus eſt Samuel*: *Ait enim Samuel*, *Non eſt* (differentia) *inter ſæculum iſtud*, *& dies Meſſiæ niſi ſubiectio Regnorum tantùm*, *ſicut ſcriptum eſt Deut.* 15. *v.* 11. Quia non deerit pauper de medio terræ. *Iuuatur autem iſtud per id quod dixit R. Chià*, *ait enim R. Chià*, *dixit R. Iochanan*, *Omnes Prophetæ*, *& vniuerſi non prophetarunt niſi ad dies Meſſiæ*: *de ſæculo verò futuro oculus non vidit*, *niſi tu Deus*: *Et fuerunt qui dicerent*, *dixerunt ei* (ſcilicèt) *R. Eliezeri*, *Ex quo ſunt ornamenta homini arma*, *cur ceſſabunt in diebus Meſſiæ? Dixit eis*, *Etiam in diebus Meſſiæ non ceſſabunt arma*; *ſed ceſſabunt in futuro aduentu*, *ſiue in vita futuri ſæculi*. Hucuſque Talmud. Et notare docet *Raymundus*, quòd ille idem Rabbi qui paulò ante videbatur aſſerere, quod tempore Meſſiæ arma ceſſarent, hìc reuocat quod dixerat, exponendo ſeipſum.

Quinta obiectio: de Meſſiæ miraculis.

Iſai. 35. 5. 6.

Vulgata.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.

V. *Dicunt*: De Meſſiæ tempore ſcriptum eſt Iſai. 35. אז תפקחנה עיני עורים ואזני חרשים תפתחנה׃ אז ידלג כאיל פסח ותרן לשון אלם׃ *Tunc aperientur oculi cæcorum*: *& aures ſurdorum patebunt*. *Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus*, *& præconia ducet lingua muti*. Hoc Chriſtiani ad literam explicant de ſuo Meſſia, quem talia miracula feciſſe aſſerunt. Sed verus Meſſias non debet edere miracula. Ergo ille, quem Chriſtiani colunt, non fuit verus Meſſias. Min. probatur, ex eo quod euulgatum reliquit Maimon in *tract. Melachim*, dicens: אל יעלה על

רעתך שהמלך משיח צריך לעשות אותות ומופתים ומחדש דברים בעולם או מחייה מתים
וכיוצא

וכיוצא בהן שחטפשים אומרים הרי ר׳ עקיבא חכם גדול נושא כליו של בן כוזיבא ורמדה הוא וכל חכמי דורו שהוא המלך המשיח עד שנהרג נודע שאינו ולא שאלו ממנו חכמים ולא אות ולא מופת : ואם יעמד מלך מבית דוד הוגה בתורה ועוסק במצות כדוד אביו ויכוף כל ישראל לילך בה וילחם מלחמות ה׳ אם הצליח ונצח כל האומות שסביביו ובנה מקדש במקומו הרי זה משיח בודאי ואם לא הצליח או נהרג בידוע שאינו זה שהבטיחה עליו תורה ולא העמידו הקב״ה אלא לנסות בו רבים שנ׳ ומן המשכילים יכשלו לצרוף בהן ולברר וללבן עד עת קץ כי עת למועד : *Noli exiſtimare, quod rex Meſſias debeat ſigna & miracula edere, vel innouare naturam, aut mortuos viuificare, vel ſimilia, prout opinãtur ſtolidi. Ecce R. Akiba celeberrimus ille ſapiens, armiger erat Ben-Cozbe, habens illũ vna cum ſapiẽtibus coętaneis pro vero Meſſia, donec occideretur; tunc agnitus fuit. Neq; rogarunt ſapientes ab illo ſignũ, nec prodigium in confirmationem. Verùm ſi rex ſurget de familia Dauid, eruditus in theoria legis, & exercitatus in pręceptis ſicut Dauid pater eius, qui populum coget ad obſeruationem legis, & pręliabitur bella Domini, ſi proſperum habebit ſucceſſum, & vincet cunctas gentes circumquaque, item ędificabit ſanctuarium ſuo loco debito; ecce is demum certò erit Meſſias. Sin verò ſuccumbat, vel interficiatur, conſtabit non fuiſſe genuinum illum, in quem nos ſperare Lex iuſſit. Permittit verò Deus, venire tales ad tentandum plurimos, ſicut dicitur* (Dan. 11. v. 35.) *inter intelligentes offendentur aliqui, vt conflentur, purificentur, & dealbentur vſque ad conſtitutum tempus.* Ex R. Moyſe Barmaimonide, Meſſias non debet edere miracula.

Reſpondetur primò: Iudæi vt plurimum ita materialiter, & ad literam ſolent verba ſacri Textus accipere, vt de ſpirituali ſenſu, nil penitus attendere velint, aſſerentes commune eſſe inter ipſos adagium: אין מקרא יוצא מידי פשוטו *Non egreditur Scriptura è ſenſu literali.* Quia verò præfata Iſaiæ verba, in Chriſto Domino fuiſſe ad literam adimpleta, negare haud poſſunt; reſpondens enim Ieſus ijs quos Ioannes miſerat, dixit illis: Πορευθέντες ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ ἃ εἴδετε καὶ ἠκούσατε ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, χωλοὶ περιπατοῦσι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκούουσι, νεκροὶ ἐγείρονται, πτωχοὶ ουαγγελίζονται. *Euntes renuntiate Ioanni quę vidiſtis, & audiſtis: Quia cęci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur.* Hinc à magnitudine, multitudine, excellentia, certitudine, & miraculorum claritate conuicti, à litera recedentes, ad myſticum ſenſum confugiunt, & hanc reddunt explicationem, quam refert *Kimchius*, breuitèr omnia comprehendens או תפקחנה ישראל שהם בגלת בעורים וכחרשים וכפסחים וכאלמים : Tunc aperientur, *nempe oculi Iſraelitarum, qui in captiuitate vel exilio potius ſimiles ſunt cęcis, ſurdis, claudis, & mutis.* R. Salom. verò prolixiùs commentatur: Dictum illud de *oculis cęcorum* (inquit) *eos ſpe-*

Reſponſio. Luc. 7. 22. Vt Meſſiæ negent miracula, myſticè verba Iſaiæ exponunt Rabbini.

ſpectat, qui ita hactenus extitere cæci, vt recipere in ſe agnitionem timoris mei noluerint (Apoc. 3. 17. 18.) *Surdis quoque aurium apertio annunciatur, eò quòd voci Prophetarum meorum huсuſque obedire detrectarunt; dabo enim eis Spiritum gratioſum, quo me reuereantur: & de Iſrael dicit, quem* cæcum ſurdumque *vocat; ſicut dictum:* Tunc ſaltabit claudus inſtar cerui; *intelliguntur Iſraelitæ, qui adhuc fuere claudi;* ideſt, *debiles: inuenimus quippe, Prophetam infirmos vocare* claudos, *ſicut dictum eſt*, Iſai. 33. 23. *claudi diripuerunt predam. Et quod porrò ait*, exultabit, *ſupple, in ſalute mea*, lingua muti, *hoc eſt Iſraelitarum, qui medios inter inimicos ſe habent inſtar mutorum, ad opprobrium, quod auribus percipiunt, nihil reſpondentes.* Deprauationis huius initium factum eſt à *Chaldęo*, qui ſimilitudinis præfixum inſeruit, adeòque עורים reddidit כסמן ac חרשים quoque כחרשין: quam eandem ſententiam *Maimonides* amplectitur in מורה נבוכים *Par. I. cap.* 2. vbi dicit verbum illud *Aperiendi, Pakach* פקח quod ibi vſurpatur, tantùm dici de reuelatione cognitionis, vel ſcientiæ, non verò de apertione viſus ſenſibilis ſiue corporalis: vt תפתחנה *Aperientur &c.* Sed vtinam ſecundùm hanc myſticam expoſitionem, eorum cæcitatem captiuitatemque agnoſcerent, ac nouiſſima præuiderent.

Ex eodem Maimonide, Meſſias erit miraculorum patrator.

Reſpondetur ſecundò: Inconſtantiæ, & contradictionis meritò culpari debere Maimonidem, qui *in tract. Sanhedrin c.* 10. agnoſcit Meſſiam miracula patraturum, his verbis: ויעבדוהו כל הארצות לצדקו הגדול ולנפלאות שיהיו על ידו *Et ſeruient illi omnes terrę propter iuſtitiam eius magnam, & mirabilia vel miracula, quę fient per eius manum.* Igitur præfatum Iſaiæ vaticinium, *Tunc aperientur oculi cęcorum &c.* In Chriſto Domino adimpletum fuit tùm literaliter ob multitudinem miraculorum, quæ nemo alius fecit; tùm ſpiritualiter, & myſticè, quia Gentes antea mentis oculis captæ, & verſantes in tenebris infidelitatis, fuerunt per lucem & ſplendorem Euangelij illuminati: & qui antea fuerunt ſurdi ad verba, & legem Dei excipiendam, iam illam audire, eique obedientiam præſtare, non timuerunt.

Iſai. 53. v. 8. Vulgata. *De anguſtia, & de iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viuentium: propter ſcelus populi mei percuſſi eum.*

Ionathan Chald. in illud Iſai. 53. v. 8. מעצר וממשפט לקח ואת דורו מי ישוחח כי נגזר מארץ חיים מפשע עמי נגעלמו; *De clauſura, & iudicio ſublatus eſt, & generationē eius quis enarrabit? Quoniā abſciſſus eſt de terra viuentiū propter pręuaricationem populi mei, plaga ei.* Inquit: מיסורין ומפורענו יקריב גלותנא ופרישן דיתעכדן לנא ביומוהי מן יכול לאשתעאה ארי יעדי שולטן עממיא מארעה דישראל חובין דחבו עמי עד לותהון ימטו; *A caſtigationibus, & à pœna adducet captiuitatem noſtram, & miracula quę fient nobis in diebus ipſius, quis pote-*

poterit enarrare? Nam auferet dominationem gentium è terra Iſraelis, delicta quę commiſit populus meus, ipſis (ſcilicet Gentibus) *ſuperuenient*. Idcircó cum hic ſermo ſit de Meſſia, conſtat ipſum plurima miracula editurum.

VI. *Obijciunt*: Geneſ. cap. 15. v. 18. 19. &c. habetur hæc promiſſio facta Abrahamo: ביום ההוא כרת יהוה את אברם ברית לאמר לזרעך נתתי את הארץ הזאת מנהר מצרים עד הנהר הגדול נהר פרת : את הקיני ואת הקנזי ואת הקדמני : ואת החתי ואת הפרזי ואת הרפאים : ואת האמרי ואת הכנעני ואת הגרגשי ואת היבוסי : *In die ipſo pepigit Dominus cum Abram fœdus, dicendo: Semini tuo dabo terram hanc, à flumine Aegypti vſque ad flumen magnum, flumen Perath. Chenęum, & Chenizęum, & Chadmonęum, & Chitthęum, & Perizęum, & Raphaim, & Emorręum, & Chenabanęum, & Ghirgbaſęum, & Iebuſęum*. Ex quo ſic arguunt: Quocumque tempore terra X. populorum complete non fuit data poſteris Abræ, eo tempore nondum venit Meſſias. Sed noſtro tempore terra X. populorum non fuit data poſteris Abræ, ergo nondum venit Meſſias. Minorem probat *R. Salomon*, quia decem populi hic fuere promiſſi, nec tamen dati niſi ſeptem, idque commemorat D. Paulus *Act.* 13. 19. Hinc in diſtributione terræ, & in bello, quod eam præceſſit, Cinæorum, Cenizęorum, & Cadmonæorum nulla extat mentio.

Sexta obiectio: de promiſſionibus Abrahæ factis, adimplendis antequam veniat Meſſias.

Geneſ. 15. v. 18. 19. &c.

Vulgata.

In illo die pepigit Dominus fœdus cũ Abram, dicens: Semini tuo dabo terrã hanc à fluuio Aegypti vſq; ad fluuium magnum Euphraten, Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, & Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque, & Amorrhæos, & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

Antequàm difficultatis nodum ſoluamus, videndum eſt, quinam fuerint illi Cinæi, Cenizæi, & Cadmonæi, de quibus eſt quæſtio, an horum gentium terra fuerit Iudæis data, vel non? De harum gentium ratione multum inter ſe diſcrepant Rabbini. Alij dicebant, quod eſſent Arabes, Salmæi, & Nuthæi: nonnulli de Damaſco, Aſia, & Hiſpania accipiebant: quidam de Aſia, & Turcia, & Cartagine: communiter tamen viſum eſt illis, intelligi Edomitas, Moabitas, & Ammonitas, hoc quidem ordine, & modo, vt *Cinæi* ſint Ammonitę, *Cenizæi* Moabitę, & *Cadmonæi* Edomitę. Hoc duplici probant ratione; I. ex Iſai. 11. 14. vbi dicitur: ארום ומואב משלוח ידם ובני עמון משמעתם: *Edom, & Moab, miſſio manus eorum, & filij Hammon auditus eorum*. II. ex Deut. 11. 6. 7. vbi prohibentur Iſraelitæ hoſtiliter incurrere in terram filiorum Eſau, quia mons Seir in poteſtatem datus ſit Eſau; iubentur quoque

Cinæi, Cenizæi, & Cadmonęi, quinam fuerint.

Iſai. 11. v. 14.

Vulgata.

Idumæa, & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammõ obedientes erunt.

cibos

cibos & aquam pecunia redimere. Item v. 9. interdictum ipſis fuit impugnare Moabitas, ac v. 19. Ammonitas, quia terra illorum diuinitus iam data ſit in poſſeſſionem filijs Lot; & ſic relinqui putant futurum aliquando aduentante Meſſia, vt terra Eſau, Lotique poſteris promiſſa, nomine Cinæorum, Cenizæorum, & Cadmonæorum, in eius poteſtatem tradatur. Vrgent hoc argumentum *R. Salomon Iarchi*, *R. Ioſua aben Sueb*, & alij, qui itidem in executione promiſſionis non vident mentionem fieri, niſi ſeptem populorum.

Reſponſio. *D. Auguſt. lib. 6. Quæſt. 21. in Ioſue.*

Reſpondetur, diſtinguendo cum D. Auguſtino duplicem terram promiſſam: primam in qua ſeptem illæ gentes Chananæorum habitabant; & in hac voluit Deus Hebræos habitare, deletis penitus illis ſeptem gentibus, antiquis eius terræ habitatoribus. Alteram terram Hebræis promiſſam putat Auguſtinus fuiſſe, quæ vltrà modò dictam terram Chanaan extendebatur vſque ad Euphraten: ſed hanc ita promiſſam eſſe Hebræis, vt eam illi ſuo imperio ſubijcerent, & habitatores eius tributarios ſibi facerent; non autem vt eam ipſi, veteribus eius incolis exterminatis, deletiſque incolerent. Hanc diſtinctionem terræ à Deo Hebræis promiſſæ elicit Auguſtinus ex

Terra promiſſa duplex.

Deuter. cap. 20. v. 10. & ſeqq.

Vulgata.

Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primùm pacem. (v. 11.) Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. (v. 12.) Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellũ, oppugnabis eam. (v. 13.) Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis maſculini eſt, in ore gladij, (v. 14.) abſque mulieribus & infantibus, iumentis & cæteris, quæ in ciuitate ſunt. Omnem prædam exercitui diuides, & comedes de ſpolijs hoſtium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. (v. 15.) Sic facies cunctis ciuitatibus, quæ à te procul valde ſunt, & non ſunt de his vrbi-

cap. 20. Deuteronomij, vbi ſic ſcriptum eſt: כי תקרב אל עיר
להלחם עליה וקראת אליה לשלום : והיה אם
שלום תענך ופתחה לך והיה כל העם הנמצא בה
יהיו לך למס ועבדוך : ואם לא תשלים עמך ועשתה
עמך מלחמה וצרת עליה : ונתנה יהוה אלהיך בידך
והכית את כל זכורה לפי חרב : רק הנשים והטף
והבהמה וכל אשר יהיה בעיר כל שללה תבז לך
ואכלת את שלל איביך אשר נתן יהוה אלהיך לך :
כן תעשה לכל הערים הרחקת ממך מאד אשר לא
מערי הגוים האלה הנה : רק מערי העמים האלה
אשר יהוה אלהיך נתן לך נחלה לא תחיה כל
נשמה : כי החרם תחרימם החתי והאמרי הכנעני
והפרזי החוי והיבוסי כאשר צוך יהוה אלהיך : *Cum appropinquaueris ad ciuitatem ad pugnandum ſuper eam, & clamaueris ad eam in pacem. Et erit, ſi pacem reſponderit tibi, & aperuerit tibi; & erit omnis populus repertus in ea, erunt tibi in*

tributum, & ſeruient tibi. Et ſi non fecerit pacem tecum, & fecerit tecum prælium, & arctabis ſuper eam. Et dabit eam Dominus Deus in manu tua: & percuties omnem maſculum eius ad os gladij. Tantum mulieres, & paruulos, & quadrupedem, & omne quod erit in vrbe, & omne ſpolium eius prædaberis tibi; & comedes ſpolium inimicorum tuorum, quæ dederit Dominus Deus tuus tibi. Sic facies omnibus vrbibus longinquis à te valde, quæ non (ſunt) *de ciuitatibus gentium iſtarum ipſæ. Tantum de ciuitatibus populorum iſtorum, quos Dominus Deus tuus dat tibi* (in) *hæreditatem, non viuificabis omnem animam. Quia exterminando exterminabis eos, Chittæum, & Emorræum, Chenabanæum, & Perizeum, Chiuæum, & Iebuſæum, quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus.* Cum igitur in mandatis datum fuiſſet Iſraelitis, promiſſionem de populis extirpandis ita executioni mandandam, vt, qui ſponte in deditionem Iſraelitarum cederent, quales fuerunt Cinæi, Cenizæi, & Cadmonæi, non extirparentur, ſed inter eos habitare poſſent, ita tamen vt eſſent tributarij; propterea quando Scriptura ſeptem tantum populorum meminit, de his intelligitur, qui fuerunt armis ſubacti, erantque proximi, non verò remotiores, cum tamen certum ſit Salomonis tempore, omnes decem illas nationes fuiſſe ſub eius Imperio; non quaſi Hebræi ſub Salomone omnem illam terram armis expugnauerint, ſed quod tota eis fuerit ſubdita, & vectigalis. Id enim innuit quod lib. 3. Reg. 9. 20. de Salomone dicitur, nempè: כל העם הנותר מן האמרי החתי הפרזי החוי והיבוסי אשר לא מבני ישראל המה: בניהם אשר נתרו אחריהם בארץ אשר לא יכלו בני ישראל להחרימם ויעלם שלמה למס עבד עד היום הזה: *Omnem populum reſiduum de Amorræo, Chittæo, Perizæo, Chiuuæo, & Iebuzæo, qui non de filijs Iſrael erat. Filios eorum qui remanſerant poſt eos in terra, quos non potuerunt filij Iſrael occidere eos, & aſcendere eos fecit Salomon in tributum ſeruile vſque ad diem hanc.* Cumque legimus, tempore Dauidis & Salomonis, Imperium Iudaicum ad Euphraten vſq; productum, ac dilatatum eſſe, omneſque illos populos Iſraelitis ſubdi, neceſſariò ſequitur diuinum illud promiſſum adimpletum eſſe, nihilque ſuper hoc remanere, quod Iudaica perfidia contra Ieſu Chriſti veri Meſſiæ aduentum, opponat. Ipſiſſima tamen D. Auguſtini verba, quæ non parum hæc illuſtrare poſſunt, ſubijciam.

bus, quas in poſſeſſionem accepturus es. (v. 16.) *De his autem ciuitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omninò permittes viuere:* (v. 17.) *ſed interficies in ore gladij, Hethæum videlicèt, Pherezæū & Heuæum, & Iebuſæum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus.*

Lib. 3. Reg. cap. 9. v. 20.

Vulgata.

Vniuerſum populū, qui remanſerat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebuſæis, qui non ſunt de filijs Iſrael: (v. 21.) *horum filios, qui remanſerant in terra quos ſcilicèt non potuerant filij Iſrael exterminare: fecit Salomon tributarios, vſque in diem hanc.*

Digitized by Google

Ad hunc igitur modum ſcribit ille: *De Salomone ſic ait ſcriptura*: Et erat dominans in omnibus regibus à flumine vſque ad terram Philiſtijm, & vſque ad fines Aegypti. *Ecce adimpletum eſt, quod in Geneſ. cap.* 15. *Deus ad Abram loquens, promittenſque prædixerat. A flumine quippe hìc intelligitur ab Euphrate: magnum enim flumen in illis locis, etiam proprio nomine non addito, poteſt intelligi. Neque enim de Iordane hoc accipi poteſt; cum ante regnum Salomonis multàs & citra & vltra Iordanem terras iam Hebræi obtinuiſſent. Ergo à flumine Euphrate ex parte Orientis, vſque ad fines Aegypti quæ Hebræis erat ad Occidentem, Scriptura dicit regnum Salomonis fuiſſe porrectum. Tunc ergo amplius ſubiugatum eſt, quàm ſeptem illæ gentes tenebant, ac per hoc tunc in ſeruitutem redactæ ſunt, non ſeptem, ſed vndecim gentes. Quod autem dictum eſt tertio Regum* 4. A flumine vſque ad fines Aegypti: *idem ſignificatum eſt in Geneſi cap.* 15. *cum dictum eſt*: A fluuio Aegypti vſque ad flumen Euphratem. *Flumen verò Aegypti determinans regnum Iſrael ab Aegypto, non eſt Nilus, ſed alius, & non magnus fluuius, qui fluit per Rhinocoluram ciuitatem, vnde iam ad Orientem verſus incipit terra Promiſſionis. Sic ergo fuerat conſtitutum filijs Iſrael, vt ſeptem gentium terras, exterminatis & perditis illis gentibus, ipſi inhabitarent: alijs autem regnarent ſubditis atque tributarijs vſque ad Euphratem. Et quamuis in hoc, Deo non obtemperaſſent; quia etiam ex illis quas penitus exterminare debuerant, obedientes ſibi aliquas fecerant: Deus tamen tempore Salomonis, fidem ſuæ promiſſionis impleuit.* Hactenus D. Auguſtinus.

Cæterùm nota, D. Auguſtinum inter populos, quos Deus Abræ promiſit Geneſ. 15. ponere etiam *Heuæos*, ideòque dicit, non ſeptem, ſed vndecim gentes in ſeruitutem redactas eſſe. Attamen *Heuæos* hoc loco nec Hebræi, nec Latini Codices habent; ideò puto D. Auguſtinum deceptum fuiſſe ex aliquibus Græcis Codicibus, qui vndecim gentes numerant, Raphaìm & Chiuæos diſtinguentes, cum ijdem populi fuerint, vt habet conſtans Iudæorum ſententia, quam etiam videre poſſumus in *Bereſchith rabbà, ſect.* 44. *circa fin.*

Septima obiectio: de bello Gog, & Magog.

VII. Iudæorum *obiectio*, in qua maximè tripudiant, ſibique Meſſiam alium pollicentur, eſt *Bellum Gog & Magog*, quod in primordijs Iudaicæ redemptionis, quam carnalem per Meſſiam credere cœperunt, debere incidere, ſperant. Bellum hoc deſcribitur in libro אבקת רוכל *Puluis Aromatarij*, his verbis: ואמרו רז״ל כי קודם לכן יבא משיח בן יוסף ויקבוץ הגליות ואחרו יהיו מלחמות גוג ומגוג ודרשינן בפ׳ ה׳ הרואת והמתנשא לכל לראש זו מלחמת גוג ומגוג שנא׳ הנני אליך גוג נ׳

Iudæi ʒ quomodo bellum hoc deſcribant.

נשיא ראש משך ותובל ובפ׳ החליל דרשינן מקרא משניהם בזכריה הנביא וספדה הארץ מ
משפחות משפחות לבד וגו׳ על משיח בן יוסף שיהרג ובפ׳ קטה דמגלה נמי דריש ליה מ
מדבריה ביום ההוא יגדל המספד בירושלם וגו׳ : H. e. Dicunt autem Rabbini b. m. priùs venturum Meſſiam Ben Ioſeph ad colligendas captiuitates, & tum fore bella Gog & Magog, prout exponunt cap. *Haroèb, exaltatus ſuper omnia in caput*. (Ex I. Par. 29. 11.) *Exaltatus in caput*, hæc ſunt bella Gog & Magog, iuxta illud c. 1. *Ezech*. 38. 3. *Ecce me contra te Gog Princeps primarie Meſchechi & Tbubalis*. Sic cap. *Hachalèl* (c. 2.) de iſto tempore exponunt Scripturam de ambobus quæ extat apud *Zachariam Prophetam* (12. 11.) *Et planget terra, quæque familia ſeorſim &c.* propter mortem ſcilicet Meſſiæ Ben Ioſèph qui occidetur. Et cap. 1. cod. Megillà ad eundem refertur id quod dicitur verſ. 11. *Die illo magnus erit planctus Hieroſolymis &c.* Hoc idem confirmat Maimonides Hal. Melach. cap. 12. §. 2. ſcribens : יראה מפשוטן של הנביאים שבתחילת ימות המשיח תהיה מלחמת גוג
ומגוג ושקודם מלחמת יעמד נשיא לישראל להכין לבם שנ׳ הנה אנכי שולח את אליהו וגו׳
לשים שלום בעולם שנ׳ והשיב לב אבות על בנים יש מן החכמים שאמרין שקודם ביאת ת
המשיח יבא אליהו : *Apparet è textu Prophetico, quod initio dierum Meſſiæ futurum ſit bellum Gog, & Magog* (Ezech. 38. & 39.) *anteà tamen ſurrecturus quidam Princeps Iſraelis, qui præparet corda eorum, quia dicitur* (Malach. 4. v. 5.) *Ecce mitto vobis Eliam. Is pacem faciet in mundo, quoniam additur : vt conuertat corda Patrum ad filios. Sunt inter ſapientes, qui putant, ipſummet Eliam venturum*.

Abarbanel ad cap. 30. Ieremiæ, multum à veteribus differt in belli huius deſcriptione, dicit enim : במדרש אגדה דרשו הנבואה הזאת על Deſcriptio belli Gog, & Magog iuxta Abarbanel.
מלחמת גוג ומגוג ולזה נטו רב המפרשים ואני כבר פרשתי בספר מעייני הישועה בענין גוג
ומגוג ועתה אפרש זאת הפרשה על פי דרכו הנה רבים מהנביאים נבאו על חרבן האומות
בזמן הגאולה ואולם איך יהיה זה רואה אני מכח הנבואות שבאחרית הימים יעורר הקב״ה ל
לרב אומת הנוצרים הנקראי׳ היום אדום לעלות לכבוש ארץ ישראל כי שם עיניה׳ ולבם כל
הימים כי שם נקבר אלהיהם ויבאו על הארצות ההם ויעשו בישמעלים מכת הרב והרג ואבדן
רב ובשמוע הישמעאלים שבכל ארצות המזרח והצפון מהרעות שעושים הנוצרים באנשי ד
דתם ובהיותם הולכים לכבוש העיר הקדושה שהיא גם אצל הישמעאלים שער השמים ומקום
קדושה רבה יתקבצו ויבאו נגדם ויבאו אלו ואלו למלחמה על ירושלם ואז תהיה ביניה׳ ה
הריגה עצומה ונקמת ה׳ עליה׳ ואותם הבאים ממזרח הם הנקראים גוג ומגוג ולא יבואו ל
להלחם בישראל כי אם באדום העולים על ארץ ישראל לקחת אותה מיד הישמעאלים והו
המשפט שיעשה ה׳ בכל האומות בעמק יהושפט והיות ירושלם כף רעל לכל העמים ושאר
הנבואות שנאמרו על זה ועליו אמר ירמיהו כאן קול חרדה שמענו פחד ואין שלום ויהיה זה
על האומות וגם לישראל אשר ישמח תהיה עת צרה כי הם יפחדו מן העמים ההם אבל ממנו
יושע ישראל רוצה לומר שמן היום ההוא והלאה לא יהיה עוד עול גבר מהאומות על ישראל
ויהודה

Digitized by Google

ויהודה ועבודתם תהיה את השם אלקיה' ואת דוד מלכם אשר אקים להם והוא מלך המשיח שימלוך מבית דוד : *In Midraſc Aggadàb referunt hanc prophetiam ad bellum Gog & Magog, iſtaque expoſitione nituntur multi interpretes, & ego ſic expoſui in libro Maienè Haieſcuàb loquendo de Gog, & Magog, & nunc denuò hanc ſectionem de eodem ſubiecto intelligo. Multi ex prophetis de deſtructione gentium tempore redemptionis vaticinati ſunt, quam ex ſenſu vaticiniorum tum fore colligo, quando in fine dierum ingentem Chriſtianorum multitudinem (qui hodie vocantur Edom) ad terram Iſraelis ſubiugandam impellet Dominus Deus Benedictus, quia enim ibi ipſorum Deus ſepultus eſt, ideò corda ſua, & oculos perpetuò eò conuertunt. Venient autem in iſtas oras & ingentem ſtragem edent in Iſmaelitis* (Turcis). *Iſmaelitæ autem qui per totum tractum orientalem & ſeptentrionem versùs habitant, nunciata Chriſtianorum in gentibus ſuæ religioni addictis cæde, & vrbem ſanctam, portam cœli, locum ſanctitatis magnæ, qui in Iſmaelitarum potentia eſt, occupandi conatu, vires ſuas omnes contra ipſos colligent, & obuiam procedent, initoque prope Hieroſolymam prælio, horrenda in vtraque gente cædes erit, & vltio diuina ipſis incumbet. Qui ex oriente venient, vocantur Gog, & Magog, illique non venient contra Iſraelem pugnaturi, ſed contra Idumæos qui aſcendent ad arripiendam terram Iſraelis è manu Iſraelitarum. Et hoc eſt iudicium illud, quod Deus tum exercebit in omnibus gentibus in valle Ioſaphat, eritque Hieroſolyma peluis hororis* (Zach. 12. 2.) *omnibus gentibus, & inter alia vaticinia eò ſpectantia, eſt hoc Ieremiæ vbi dicit:* Vocem trepidationis audiuimus, pauoris, nuliiuſque pacis, cap. 30. 5. *Erit iſta trepidatio in gentibus, imò etiam Iſraelitis qui aderunt, erit tempus anguſtiæ, ſiquidem ſibi à gentibus iſtis metuent.* Verùm ſeruabitur ex eo Iſrael, verſ. 7. *i. e. ab iſta die & deinceps nullius viri ex gentibus iugum erit ſuper Iſrael, & Iuda,* ſed ſeruient Domino ſuo & Dauidi regi ſuo quem excitabo ipſis, verſ. 9. *hic eſt rex Meſſias qui regnabit de domo Dauid.* Hactenus Abarbanel.

Edom nomine non veniunt *Chriſtiani.*

Ludit hìc Iudæorum magiſter, cum in fabuloſa huius belli deſcriptione, duos fingit aduerſarios, Edom videlicet, & Iſmael; per primum Chriſtianos, per ſecundum Turcas, intelligens, qua ratione, & authoritate fultus, haud apparet. Præcipua horum nominum Gog, & Magog mentio extat in Ezechiel integris capitibus 38. & 39. vbi duo examinanda veniunt. I. De qua gente loquatur Propheta? II. An quæ iſti genti toto hoc conteſtu euentuia prædicit,

adim-

adimpleta ſint, necne? In primis negari non poteſt, quod nomina virorum propria apud Hebræos, tria denotare ſolent, 1. perſonam, 2. gentem, 3. regionem, vt *Iſrael* modò notat patrem Iacobum, modò populum Iſraeliticum ab eo oriundum, modò terram quam gens illa incolit. Sic in Ezechiele, Gog, princeps terræ Magog eſſe dicitur; Apocalypſis verò Gog, & Magog nationes eſſe commemorat, quæ de quatuor terræ angulis egrediuntur. Et ſicut à Iacob, qui poſtea appellatus eſt Iſrael, omnis populus Hebræorum, Iſrael ſortitus eſt nomen: ſic & à principe Gog omnes, qui ei ſubditi ſunt, Magog appellantur. Huic expoſitioni adhæret Kimchius, qui ait:

Viroru m nomina apud Hebræos, tria ſignificant.

Apoc. 20.

גוג הוא מלך מגוג ומלך שתי האומות האלה משך ותובל ובאמרו נשא ראש הר ענין כפול. כמלות שונות והאו סמיך על סמוך וכן מנבחר ומוב לבנון מספר מפקד העם:

Gogum fuiſſe regem Magog, regemque duarum iſtarum gentium Meſchech, & Tubal, illudque princeps primarius, rem eandem eſſe duabus vocibus propoſitam, duplex nempe conſtructum, vbi alterutrum ſufficere potuiſſet, iuxta illud: Delectus & præſtantia Libani, *Ezech.* 31. 16. Numerus cenſus populi. 2. *Sam.* 24. 9.

Fabulantur Iudæi, gentes per Gog, & Magog ſignificatas, eſſe Scythicas innumerabiles, quæ latent inter montes Caſpios, & venient cum Antichriſto contra Meſſiam, ſed ab eo cædentur in Palæſtina. Vnde conſequenter inferunt Meſſiam necdum veniſſe, quia necdum venit Gog, qui ab eo ſit cæſus. Alij Gog, & Magog, Getas, & Maſſagetas eſſe volunt. Alij cum Theodoreto aſſerunt prophetiam hanc complementum ſuum reperiſſe poſt captiuitatem Babylonicam ante Meſſiæ aduentum, ſub Alexandro magno, eiuſque ſucceſſoribus; vna cum regibus Syriæ, ac Aegypti, qui quos quantaſque clades Iudæis intulerint, & viciſſim Deo populi ſui vindice receperint, teſtantur libri Maccabæorum, & Danielis vaticinium. Quicquid ſit, nos dicimus hæc nomina *Gog*, & *Magog*, myſticè, & non ad literam eſſe intelligenda, hancque Danielis prophetiam conſummandam eſſe in ſecundo aduentu Meſſiæ, quando iudicaturus erit viuos, & mortuos; & ſic prælium Gog erit prælium Antichriſti contra Eccleſiam, & nouiſſima perſecutio. Huiuſmodi opinionis fuerunt Sancti illi præclariſſimi Eccleſiæ Patres, Auguſtinus, & Hieronymus. Primus ait: *Quod in Apocalypſi dicit Ioannes Gog, & Magog Eccleſiam Dei perſecuturos, non ſic intelligendum eſt, quaſi ſint aliqua parte terrarum barbari conſtituti, ſed per interpretationem nominum* Gog *tectum*, Magog *de tecto, diabolus eſt, qui procedit de domo*. Secundus ſcripſit: *Iudæi, & Iudaizantes noſtri putant* Gog, & Magog *gentes Scythicas eſſe innumerabiles, & immanes, quæ trans Caucaſum montem, & Mæotidem paludem, &*

Per Gog, & Magog, Gentes Scythicas nonnulli intelligunt.

Alij Getas, & Maſſagetas.

Gog, & Magog nomina, myſticè intelligenda ſunt.

Prælium Gog, & Magog erit tempore Antichriſti in fine mundi.

S. Auguſt. lib. de Ciuit. Dei lib. 20. c. 11.

S. Hieronymus ſuper Ezechiel cap. 38.

Ca-

Digitized by Google

Caſpium mare ad Indiam vſque tenduntur: Et has poſt mille annorum regnum, eſſe à diabolo commouendas, vt veniant in terram Iſrael, & pugnent contra Sanctos, gentibus multis ſibi coniunctis: primùm Moſoch, *quos Ioſephus Cappadoces dicit: deinde* Tubal, *quos idem Iberos, vel Hiſpanos; Hebræi verò Italos ſuſpicantur, habentes ſecum Perſas, & Aetyopes, & Tarſis, ideſt Carthaginenſes. Et hoc eſſe dictum quod Ioannes ait Apoc.* 20. *v.* 7. Et cum finiti fuerint mille anni, ſoluetur ſatanas vt ſeducat gentes, in quatuor terræ angulis Gog, & Magog, &c. *Et non intelligunt totum librum Ioannis, qui reuelationis titulo prænotatur, eſſe myſticum.* Hucuſque D. Hieronymus. Sicut enim propheta præuidit atque prædixit remunerationem Sanctorum, atque iuſtorum in viſione templi, & diſtributione terræ; ita hìc præuidit atque prædixit ſub figura *Gog*, & *Magog* perſecutionem iuſtorum, quæ quotidie fit per hæreticos Antichriſti præcurſores, & maximè fiet tempore eiuſdem Antichriſti, & ideò dictum eſt Ezechiel 38. v. 16. *In nouiſſimis dierum, &c.* Et tunc poſt cædem Antichriſti, Gog, & Magog, Iudæi ad Chriſtum conuertentur; hoc eſt enim quod dicitur Ezechiel 39. v. 25. *Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miſerebor omnis domus Iſrael, & aſſumam zelum pro nomine ſancto meo, &c.*

De Pſeudo-Meſsijs à Iudæis poſt Ieſu Chriſti aduentum receptis.

§. VI.

ANtequàm ſceptrum de Iuda recederet, quemquam apud Iudæos pro Meſſia ſe venditaſſe, nulla prodit hiſtoria. Poſtquam autem Herodes Aſcalonita, Idumæus, Gentilis, ac proſelytus, Iudæorum regnum vſurpauerat, ſublatoque ſceptro de tribu Iuda, Chriſtum à Prophetis prænunciatum venturum eſſe, apud omnes Iudæos fuit in confeſſo. Hac occaſione arrepta, adulandi ſtudio, ipſum Herodem Chriſtum eſſe dixere, qui Herodianorum ſectam ab eius nomine appellari, paſſus eſt. Chriſtos poſtea ſe profeſſi ſunt vecordes illi Samaritani, Doſitheus & Simon, vt narrat Origenes lib. 1. contra Celſum, vbi ait: Μετὰ τὸς τῶ Ἰησῶ χρόνυς ἠθέλησε καὶ ὁ Σαμαρεὺς Δοσίθεος πεῖσαι Σαμαρεῦσιν, ὅτι αὐτὸς εἴν πεφοφοντοσυόμενος ὑπὸ Μωϋσέως Χριστὸς· καὶ ἔδοξε τινῶν τῇ ἑαυτῦ διδασκαλίᾳ κεκρατηκέναι· *Poſt Ieſu tempora voluit Samaritanus Doſitheus perſuadere Samaritis ſuis, ſe eſſe Chriſtum illum, de quo Moſes olim erat vaticinatus. Et viſus eſt nonnullos ſua doctrina captiuos cepiſſe.* Quapropter ſpernentes

Herodes creditur Chriſtus.

Ioſeph Antiq. lib. 17. *c.* 1. *& de bello Iud. lib.* 1. *c.* 18.

Baronius in Appar.

Iu-

Iudæi Chriſtum pro expectato Meſſia agnoſcere, quotquot ſub eius nomine deinceps venerunt, pro ipſo recipere non dubitarunt, iuxta eiuſdem Filij Dei obiurgationem Ioan. 5. v. 47. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me. Si alius veniat in nomine proprio, illum accipietis.*

Bar Cochàu. *Baronius. Euſeb. in Chronic. an. 17. Hadrian. Iuſtin. Mart. in Orat. ad Ant. Pium. Hieron. in Catalogo Script.*

Ierem. cap. 5. v. 3. & ſeq. יהוה עיניך ה, הלוא לאמונה הכיתה אתם ולא חלו כליתם מאנו קחת מוסר חזקו פניהם מסלע מאנו לשוב ׃ ואני אמרתי אך דלים הם נואלו כי לא ידעו דרך יהוה משפט אל אלהיהם ׃ אלכה לי אל הגדולים ואדברה אותם כי ה המה ידעו דרך יהוה משפט אלהיהם אך המה יחדו ש שברו עול נתקו מוסרות ׃ *Domine oculi tui nonne ad veritatem? Percuſſiſti eos, & non doluerunt: conſumpſiſti eos, renuere accipere diſciplinam : roborauerunt facies ſuas præ petra; renuerunt reuerti.* (v. 4.) *Et ego dixi, Veruntamen tenues ipſi : ſtulti facti ſunt, quia non nouerunt viam Domini, iudicium Dei ſui.* (v. 5.) *Ibo mihi ad magnates, & alloquar eos; quippe ipſi cognouerunt viam Domini, iudicium Dei ſui. Veruntamen ipſi ſimul confregerunt iugũ, euulſerunt vincula.* Item cap. 6. 16. & ſeq. capite 12. 7. 8. capite 31. 31. 32. Dan. 9. 26.

Hoſe. cap. 2. 11. והשבתי כל משושה חגה חדשה ושבתה וכל מועדה ׃ *Et ceſſare faciam omne gaudium eius, ſolemnitatem eius, neomeniam eius, & ſabbatum eius, & omnem feſtiuitatem eius.* Vid. cap. 3. v. 4.

Eiuſd. cap. 4. v. 6. 7. נדמו עמי מבלי ה הדעת כי אתה הדעת מאסת ואמאסך מכהן לי ותשכח תורת אלהיך אשכח בניך גם אני ׃ כרבם כן חטאו לי כבודם בקלון אמיר ׃ *Succiſus eſt populus meus abſque ſcientia : quia tu ſcientiam*

t *repu-*

ſunt auferre peccata. Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedit in dextera Dei: reliquum expectans, donec ponantur inimici eius ſcabellum pedum eius. Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

repuliſti, & reprobabo te à ſacerdotio fungendo mihi: & (quia) *oblitus es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum etiam ego. Secundùm multitudinem eorum, ſic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo.* Amos 5. 18. & ſeq. Zach. 11. 9. & Malach. 1. 10. 11.

Excidium Hieroſolymitanum, eiuſdemque Templi euerſio.

MAtth. 24. 1. 2. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ· καὶ προσῆλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομὰς τοῦ ἱεροῦ. ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, οὐ βλέπετε ταῦτα πάντα; ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε λίθος ἐπὶ λίθον, ὃς οὐ καταλυθήσεται· *Et egreſſus Ieſus ibat de templo: & acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ædificationes templi. At Ieſus dixit illis: Non intuemini hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hìc lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.*

Luc. 19. 41. & ſeq. Καὶ ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ, λέγων, ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καίγε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου· ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπί σε, καὶ περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν, καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί, καὶ οὐκ ἀφήσουσιν ἐν σοὶ λίθον ἐπὶ λίθῳ· ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως τὸν καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου· *Et vt appropinquauit* (Ieſus) *videns ciuitatem, fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in die tua hac, quæ ad pacem tuam: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt inimici tui vallum tibi, & circum-*

PSal. 69. 25. & ſeq. שפך עליהם זעמך ו וחרון אפך ישיגם׃ תהי טירתם נשמה באהליהם אל יהי ישב׃ כי אתה אשר הכית רדפו ואל מכאוב ח חלליך יספרו׃ *Effunde ſuper eos iram tuã: & furor iræ tuæ comprehendat eos.* (v. 26.) *Sit palatium eorum deſolatum: in tentorijs eorum ne ſit inhabitans.* (v. 27.) *Quoniam tu quem percuſſiſti, perſecuti ſunt: & ad dolorem vulneratorum tuorum narrabunt.*

Iſai. cap. 6. v. 11. ואמר עד מתי אדני ויאמר עד אשר אם שאו ערים מאין יושב ובתים מאין אדם ו והאדמה תשאה שממה׃ *Et dixi: Vſquequò Domine? Et dixit: Donec deſolentur ciuitates abſque habitatore, & domus abſque homine, & humus deſoletur deſolatione.*

Eiuſd. 25. 1. 2. יהוה אלהי אתה ארוממך אודה שמך כי עשית פלא עצות מרחק אמונה אמן׃ כי שמת מעיר לגל קריה בצורה למפלה ארמון זרים מעיר לעולם לא יבנה׃ *Domine Deus meus tu, exaltabo te, confitebor nomini tuo, quoniam feciſti mirabilia conſilia à lõge, veritas, firmitas. Quia poſuiſti ciuitatem in ruinam: palatium alienorum à ciuitate in ſæculum non reædificabitur.*

Ierem. 19. 10. 11. ושברת הבקבק לעיני האנשים ההלכים אותך׃ ואמרת אליהם כה אמר יהוה צבאות ככה אשבר את העם הזה ואת העיר הזאת כ באשר

Digitized by Google

circumcingent te, & coanguſtabunt te vndique & ſolo æquabunt te, & filios tuos in te: & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eò quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ.

כאשר ישבר את כלי היוצר אשר לא יוכל לתרפה עור ובתפת יקברו מאין מקום לקבורך : *Et conteres lagenam in oculis virorum euntium tecum. Et dices ad eos: Sic dixit Dominus exercituum: ſic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut conterit* (quiſpiam) *vas figuli, quod non poteſt ſanari vltrà, & in Topheth ſepelientur, eò quòd non erit locus ad ſepeliendũ.*

Dan. 9. 26. 27. ואחרי השבעים ששים ושנים יכרת משיח ואין לו והעיר והקדש ישחית עם נגיד הבא וקצו בשטף ועד קץ מלחמה נחרצת שממות : והגביר ברית לרבים שבוע אחד וחצי השבוע ישבית זבח ומנחה ועל כנף שקוצים משמם ועד כלה ונחרצה תתך על שומם : *Et poſt hebdomadas ſexaginta & duas excidetur Meſſias, & non erit ei: & ciuitatem, & ſanctuarium corrumpet populus ducis venturi, & finis eius in inundatione, & vſque ad finem belli, deciſæ ſunt deſolationes. Et roborabit pactum multis hebdomada vna: & dimidio hebdomadis ceſſare faciet ſacrificium, & oblationem; & ſuper alam abominationum ſtupefaciens, & vſque ad conſummationem, & deciſam effundet ſe ſuper obſtupeſcentem.*

Hoſ. 3. 4. כי ימים רבים ישבו בני ישראל אין מלך ואין שר ואין זבח ואין מצבה ואין אפוד ותרפים : *Quia dies multos manebunt filij Iſraël ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine ſtatua, & ſine Ephod, & Theraphim.*

Zach. 14. 1. 2. הנה יום בא ליהוה וחלק שללך בקרבך : ואספתי את כל הגוים אל ירושלם למלחמה ונלכדה העיר ונשסו הבתים והנשים תשגלנה ויצא חצי העיר בגולה ויתר העם לא יכרת מן העיר : *Ecce dies venit Domini, & diuidetur ſpolium tuum in interiori tuo. Et congregabo omnes gentes ad Ieruſalem in prœlium, & capietur ciuitas, & diripientur domus, & mulieres violabuntur. Et egredietur dimidium ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non ſuccidetur ex vrbe.*

Vrbis in Templi inſtaurandi ſpes omnis Iudæis adempta.

MAtth. 23. 38. Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.*

ISai. 5. 25. על כן חרה אף יהוה בעמו ויט ידו עליו ויכהו וירגזו ההרים ותהי נבלתם כסוחה בקרב חצות בכל זאת לא שב אפו ועוד ידו נטויה : *Ideò iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum, & contremuerunt montes, & fuit morticinium eorum, ſicut exciſum in medio platearum. In omni hoc non auerſus eſt furor eius, & adhuc manus eius extenta.* Item cap. 25. 2. Ierem. 19. 11. Dan. 9. 26. 27.

Amos 5. 1. 2. שמעו את הדבר הזה אשר אנכי נשא עליכם קינה בית ישראל : נפלה לא תוסיף קום בתולת ישראל נטשה על אדמתה אין מקימה : *Audite verbum hoc, quod ego leuo ſuper vos lamentum domus Iſrael. Cecidit, non addet ſurgere virgo Iſrael: derelicta eſt ſuper humum ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam.*

DISSERTATIO II.

DE

ADVENTV MESSIAE

AB HAERETICORVM CALVMNIIS VINDICATO.

ΚΑΙ Ο ΛΟΓΟΣ ΣΑΡΞ ΕΓΕΝΕΤΟ ΚΑΙ ΕΣΚΗΝΩΣΕΝ ΕΝ ΗΜΙΝ. Ἰωα. α.

ΙΔΩΜΕΝ ΤΟ ΡΗΜΑ ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΓΕΓΟΝΟΣ. Λουκ.ϛ.

Et Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ioa. 1. 14.

Videamus hoc Verbum, quod factum eſt. Luc. 2. 15.

האזינו השמים ואדברה ותשמע הארץ אמרי פי Deuteron. 32. 1.
Auribus percipite Cœli, & loquar, & audiat terra eloquia oris mei. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν· *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum.* Et nunc Verbum factum eſt caro, quod non erat aſſumendo, quod erat non deſerendo. *Quis non miretur?* exclamat lacteus Doctor. *Naſcitur Altiſſimi filius, Deus de Deo, genitus ante ſæcula: naſcitur Verbum infans. Quis vel ſatis miretur? Hæc ſanè ocioſa natiuitas, aut infructuoſa dignatio maieſtatis.* Inſpiciamus quod erat, videamus quod factum eſt. Erat Deus, factus eſt homo. An vna, eademque natura erit homo Deus? Abſit: *Vnus omninò non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ,* docet cum Eccleſia Athanaſius. Videamus quod factum eſt: At! En Apoſtolus nos admonens non plus ſapere, quàm oportet ſapere. Quapropter non audet infirmus homo ponere os in cælum, dum de tali, ac tanto ineffabili, atque humanæ mentis oculis abſcondito myſterio loquatur. *Aenigma ſacratiſſimum,* ait Cyrillus Alexandrinus, *quod ſumma veneratione ſuſcipiendum eſt, quàm humani iudicij trutinæ ſubiciendum.* Igitur ne plus ſapiam, quàm oporteat, non alijs mihi fas ſit loqui linguis, quàm ſacrarum Scripturarum, Conciliorum, ac ſanctorum Patrum. Eia videamus hoc Verbum, quod factum eſt; ſed quomodo factum eſt, quod in principio erat? Sacras Conciliorum linguas audiamus.

Ioann. 1. 1. — *S. Bernard. Serm.* 1. *in Vig. Nat. Domin.* — *Athanaſius in Symbolo fidei.* — *Rom.* 12. 3.

Ex

Digitized by Google

Ex doctrina Sacrorum Conciliorum oſtenditur, quomodo Verbum factum ſit Caro, contra Hæreticos.

§. I.

Arnaldus Albertinus in rubr. de Hæreticis in 6. quæſt. 13. n. 48. Farinacc. de Hæreſi quæſt. 178. §. 1. n. 10.

NVllum hæreticorum Meſſiæ Aduentum vmquam negaſſe, vnicuique compertum eſſe arbitror. Ex ipſo enim nomine ipſos eſſe Chriſtianos pluſquàm ſatis dignoſcitur: quòd ſi Chriſtiani non eſſent, neque Hæretici dici poſſent; vndè Hæreticus definitur *credens in Chriſtum, & pertinaciter errans in aliquo fidei articulo.* Quomodo ergò errare poteſt circa fidem, qui fidem non habet? Quapropter licèt Meſſiæ Aduentum non negarint, de modo vnionis Verbi cum carne peſſimè tamen loquentes, varij in varios impegerunt errores, quos ſingillatim in ſequentibus paragraphis Deo adiuuante debellabimus. Nunc autem pro dignitate ſufficiat ex ſacris Oecumenicis Concilijs oſtendere, quomodo Verbum factum ſit Caro.

Concilium Nicænũ I. Generale I.

In Concilio Nicæno I. Oecumenico I. celebrato anno Chriſti 325. ſub D. Syluestro P. per ſuos Legatos Hoſium, Victorem, & Vincentium ſub aſſidentia Conſtantini Magni Imperatoris. pro defenſione Verbi diuini contra hæreſim Arij, de quo ſuo loco, conuenientibus 318. Epiſcopis inter cætera hæc habentur. Ὁμολογοῦμεν οὖν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς κατὰ πνεῦμα πρὸ αἰώνων γεννηθέντα, ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν ἐκ παρθένου κατὰ σάρκα τεχθέντα, ἓν πρόσωπον σύνθετον ἐκ θεότητος οὐρανίου, καὶ ἀνθρωπίας σαρκὸς καθὸ ἄνθρωπος ἓν καὶ ὅλον Θεὸν, καὶ ὅλον ἄνθρωπον· ὅλον Θεὸν καὶ μετὰ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐχὶ καθὸ σῶμα Θεόν· καὶ ὅλον ἄνθρωπον μετὰ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐχὶ κατὰ τὴν θεότητα ἄνθρωπον. *Confitemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex Patre quidem ſecundùm ſpiritum ante ſæcula genitum, nouiſſimis verò diebus ex Virgine ſecundùm carnem natum; vnam perſonam compoſitam ex cæleſti diuinitate, & humana carne; ſecundùm quod homo eſt, vnum, & totum Deum, & totum hominem: totum Deum etiam cum corpore, ſed non ſecundùm corpus Deum: totum etiam hominem cum diuinitate, ſed non ſecundùm diuinitatem hominem.*

Definitio Epiſcoporum, qui in Nicæna Synodo conuenerant de Incarnatione Verbi diuini, & Filij Patris; pariter hic locus citatur à Concilio Epheſino part. 3.

Concilium Conſtantinopolit. I. Generale II.

In Concilio Conſtantinopolitano I. Oecumenico II. celebrato anno Chriſti 381. ſub Damaſo Papa (nec per ſe, nec per ſuos Legatos præſente corpore, ſed animo) ſub aſſidentia Theodoſij Magni ſenioris Imperatoris pro ſuſtinenda diuinitate Spiritus ſancti contra

Mace-

Macedonium, & Apollinarem, conuenientibus 150. Epiſcopis, in rem noſtram nihil in particulari diſcuſſum fuit, niſi quod can. 1. confirmata fuit Nicæna fides his verbis: Μὴ ἀθετεῖσθαι τὴν πίστιν τῶν πατέρων τῶν τριακοσίων δέκα ὀκτὼ τῶν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας συνελθόντων, ἀλλὰ μένειν ἐκείνην κυρίαν, καὶ ἀναθεματισθῆναι πᾶσαν αἵρεσιν. *Non ſpernendam eſſe fidem Patrum 318. qui in Nicæa Bithyniæ conuenerunt, ſed manere eam ratam oportet, & anathematizari omnem hæreſim &c.*

In Concilio Epheſino, Occumenico III. celebrato anno Chriſti 431. ſub Cæleſtino Papa per Cyrillum Epiſcopum Alexandrinum ſub aſſidentia Theodoſij iunioris Imperatoris, pro ſuſtinenda in Maria Virgine maternitate Dei, ac vnitate perſonæ Chriſti, contra Neſtorium nepotem Pauli Samoſateni, cuius hæreſim ferè ſopitam ſuſcitauerat, conuenientibus 200. Epiſcopis, multa in rem noſtram decreta fuere, de quibus infrà cum Neſtorianam hæreſim debellabimus. Sed quia in toto hoc Concilio de hac re agitur, aliqua hìc non prætermittenda eſſe exiſtimaui, præſertim quod dicitur in homilia Procli Epiſcopi, habita ſedente Neſtorio in magna Eccleſia Conſtantinopolitana, in incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, videlicèt: Ὁ γὰρ λόγος σὰρξ ἐγένετο, συνῆλθον αἱ φύσεις, καὶ ἀσύγχυτος ἔμεινεν ἡ ἕνωσις· ἦλθε σῶσαι, ἀλλ᾽ ἔδει καὶ παθεῖν· πῶς δυνατὸν ἑκάτερα; ἄνθρωπος ψιλὸς σῶσαι οὐκ ἴσχυε· Θεὸς γυμνὸς παθεῖν οὐκ ἠδύνατο· τί οὖν; αὐτὸς ὢν Θεὸς ὁ Ἐμμανουὴλ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ὃ μὲν ἦν, ἔσωσεν, ὃ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν. *Verbum enim caro factum eſt, duæque in vnum ſimul coierunt naturæ: at id citra vllam omninò confuſionem. Venit quidem ad ſaluandum, ſed & pati quoque illum oportuit. At quomodo vtraque hęc fieri potuerunt? Homo purus ſaluare non poterat: Deus ſolus pati nequibat. Quid igitur? Ipſe Emmanuel Deus factus eſt homo; & id quidem quod erat, ſaluauit; quod verò factum eſt, paſſiones ſubijt.* Pariter idem Concilium loquens de Filio Dei ex Euangelio ſecundùm Ioannem ſic diſcurrit: Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε λέγων· οὗτος ἦν ὃν εἶπον, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. Ἰωάννης φησὶ περὶ τοῦ Χριστοῦ· ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, τουτέστι, ὁ μετ᾽ ἐμὲ φανερούμενος, ὃν αὐτὸς ἐκήρυξε δηλονότι, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, τουτέστι, πρωτεύων κατὰ τὴν δόξαν. καὶ γὰρ ἦν ὑπάρξει πρῶτος ὡς Θεός. πῶς οὖν μετ᾽ αὐτὸν πρὸ αὐτοῦ κατὰ χρόνον; ὅτι Θεὸς ἦν ὁ λόγος, καὶ γέγονε σάρξ· ἔχων μὲν τὸ πρωτεύειν, καθὸ λόγος ἐστί, δευτερεύων δὲ κατὰ τὴν σάρκα. *Ioannes teſtimonium perhibet de ipſo, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi: Qui poſt me venturus eſt, ante me factus eſt, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes*

Conciliū Epheſinum Generale III.

Part. 1. eiuſdem Concilij Græc. & Lat.

acce-

accepimus. Ioannes de Chriſto ait: Qui poſt me venit, hoc eſt, poſt me in lucem prodit nempe quem ipſe prædicauit, is prior me eſt, hoc eſt, dignitate, & gloria me præſtat. Sed & ipſa quoq; exiſtendi ratione, vt Deus, prior erat. Quomodo ergo idē Ioannes prior, & poſterior ſecundum tempus extitit? Quia Verbum Deus erat, & factum eſt caro. Priùs proinde erat vt Verbum, poſteriùs verò vt homo.

Quomodo intelligendum ſit dictum Ioann. 1. *Verbum caro factum eſt, &c.* Concilium Epheſ. explicat.

Idem Concilium quærens quomodo oporteat intelligere: *Verbum Caro factum eſt, & habitauit in nobis*, & quomodo mittitur Verbum, quod Deus eſt? ſic loquitur: *Quoties igitur audimus carnem factum eſſe Verbum, hominem intelligimus ex anima, & corpore factum. Eſt autem Verbum, cum ſit Deus, homo perfectus, corpus accipiens animatum, & rationale; idque ſibi adunauit, (quomodo, ipſe ſcit: noſtris enim ſenſibus huiuſmodi cogitationes percipi non poſſunt), & nuncupatus eſt filius hominis.* Et paulò poſt ſic ſequitur Græcè.

Idem part. 3. cap. 15. & hic locus citat. etiam à S. Leone, epiſt. 97. & à Conc. Chalced. act. 2. in fine.

Νοεῖται γὰρ πάντως, ὡς ἕτερον ἐν ἑτέρῳ τὸ κατοικοῦν, τουτέστιν, ἡ θεία φύσις ἐν ἀνθρωπότητι, καὶ οὐ παθοῦσα φυρμὸν, ἢ ἀνάχυσίν τινα, καὶ μετάστασιν, τὴν εἰς ὅπερ οὐκ ἦν· τὸ γὰρ ἐνοικεῖν ἑτέρῳ λεγόμενον, οὐκ αὐτὸ γέγονεν, ὅπερ ἐστὶ τοῦτο, ἐν ᾧ κατοικεῖ· νοεῖται δὲ μᾶλλον ἕτερον ἐν ἑτέρῳ. ἐν δέ γε τῇ φύσει τοῦ λόγου, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, μόνην ἡμῖν σημαίνει διαφορὰν τῶν φύσεων τὸ διάφορον· εἷς γὰρ ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται Χριστός· οὐκοῦν τὸ ἀσύγχυτον αὖ μάλα τετηρηκώς φησι ἐν ἡμῖν ἐσκηνωκέναι τὸν λόγον· ἕνα γὰρ υἱὸν οἶδε μονογενῆ τὸν σάρκα γενόμενον, καὶ ἀνθρωπήσαντα. *Intelligitur namque certè, tamquam aliud in alio inhabitare, ideſt, diuina natura in humanitate, non perpeſſa commixtionem, aut confuſionem, aut commutationem, vt eſſet quod non erat: Quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipſum fit tale, quale eſt id, in quo inhabitat, ſed aliud in alio magis intelligitur. At verò in Verbi natura, & humanitatis, ſolam nobis differentiam deſignat diuerſitas naturarum. Vnus enim ex vtraque intelligitur Chriſtus. Ergo inconfuſione, vt antea dixi, ſeruata, inhabitaſſe ait Verbum in nobis. Scit enim, vnum eſſe filium vnigenitum, carnem factum, & hominem.*

Quomodo ſtant ſimul duæ naturæ in Chriſto, explicat idem Concil.

S. Cyrillus Archiep. Alexand. de Incarnatione Verbi in Concil. Epheſ. part. 3. cap. 5.

Rurſum Beatus Cyrillus in quadam diſputatione ſic interrogat: Ἐρώτησις. Πῶς ἐν ἀνθρώποις κατελογίσθη, καὶ ἄνθρωπος γέγονε, ἄτρεπτός τε, καὶ ἀναλλοίωτος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος; Ἀπόκρισις. Τὸ ἀνθρώπου γένος σῶσαι βουλόμενος, εὐδόκησε* δι᾽ ἡμᾶς ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκονομικῶς, καὶ ὁμοιωθῆναι ἡμῖν κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας. Interrogatio. *Cur inalterabile, & immutabile Dei Verbum inter homines computatum, & homo factum eſt?* Reſponſio. *Ob id Dei Verbo diſpenſatiuè propter nos in humanis verſari, nobiſque per omnia, ſolo peccato excepto, aſſimilari placuit, quia humanum genus ſaluare voluit.*

In

Digitized by Google

Concil. Chalcedon. Generale IV.

In Concilio Chalcedonenſi Oecumenico IV. celebrato anno Chriſti 451. ſub Leone Pap. I. ſub aſſidentia Valentiniani, & Marciani Imperatorum pro ſuſtinenda duplicitate naturæ diuinæ videlicèt & humanæ in Chriſto contra Euthychen Abbatem, & Dioſcorum, de quibus ſuo loco, conuenientibus 230. Epiſcopis, multa de Incarnatione dixere, vbi oſtendere volentes, quomodo Filius Dei factus ſit homo, hæc inter cætera: Ἄνθρωπος ὠνόμασται, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεός, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγος, ὡς μετεσχηκὼς αἵματος, καὶ σαρκὸς παραπλησίως ἡμῖν· ὤφθη γὰρ οὕτω τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ οὐ μεθεὶς ὅπερ ἦν, ἀλλ' ἐν προσλήψει γεγονὼς τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρωπότητος, τελείως ἐχούσης κατὰ τὸν ἴδιον λόγον. *Homo nominatus eſt, cum ſit natura Deus, Dei Patris Verbum, quoniam ſimiliter vt nos ſanguini communicauit, & carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, ſed aſſumens humanitatis noſtrę naturam in ſua ratione perfectam.*

Par. 2. act. 2. Græc. & lat. è Scholijs Cyrilli Archiepiſc. Alexand. de Incarnatione Vnigeniti.

Item alio in loco hæc habentur: Εἷς γάρ, καὶ αὐτὸς ἀληθῶς υἱὸς Θεοῦ, καὶ ἀληθῶς υἱὸς ἀνθρώπου τυγχάνει· Θεὸς μὲν κατὰ τοῦτο καθὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος· ἄνθρωπος δὲ κατὰ τοῦτο, καθὸ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. καὶ Θεὸς μὲν κατὰ τοῦτο, καθὸ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν· ἄνθρωπος δὲ κατὰ τοῦτο, καθὸ γέγονεν ἐκ γυναικὸς ὑπὸ νόμον. καὶ ἡ μὲν τῆς σαρκώσεως γέννησις ἀνθρωπίνης ἐστὶ δήλωσις φύσεως, ὁ δὲ τοκετὸς τῆς παρθένου, μήνυμα τῆς θείας ὑπάρχει δυνάμεως. *Vnus enim idemque eſt (quod ſępè dicendum eſt) verè Dei filius, & verè hominis filius: Deus per id, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Homo per id, quòd Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Deus per id, quòd omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil: homo per id, quod factus eſt ex muliere, factus eſt ſub lege. Natiuitas carnis manifeſtatio eſt humanæ naturæ: partus Virginis diuinæ eſt virtutis indicium.* In alio loco eiuſdem Epiſtolæ ad Flauianum, ſic: Τὸ μὲν γὰρ γόνιμον τῇ παρθένῳ τὸ ἅγιον πνεῦμα παρέσχεν, ἡ δὲ τοῦ σώματος ἀλήθεια προσελήφθη ἐκ σώματος, καὶ τῆς σοφίας οἰκοδομούσης ἑαυτῇ οἶκον, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, τουτέστιν ἐν τούτῳ τῷ σώματι, ὅπερ ἔλαβεν ἐξ ἀνθρώπου, καὶ ὃν πνεύματι ζωῆς λογικῆς ἐνεψύχωσε. *Fœcunditatem enim Virgini Spiritus ſanctus dedit; veritas autem corporis ſumpta de corpore eſt: & ædificante ſibi Sapientia domum, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, hoc eſt, in ea carne, quam ſumpſit ex homine, & quam Spiritu vitæ rationis animauit.*

Idem Concil. par. 2. act. 2. in Epiſtola Synodica ſanctiſſimi Leonis Papæ ad Flauianum Archiepiſc. Conſtantinopolitan. contra Eutychetis hæreſim.

Concil. Conſtantinopolit. II. Gener. V.

In Concilio Conſtantinopolitano II. Oecumenico V. celebrato anno Chriſti 553. ſub Vigilio Papa ſub aſſidentia Iuſtiniani Imperatoris pro deſtruendis tribus libellis editis à Theodoro Mopſueſte-

no

no hęretico, Theodoreto, & Iba, ac ineptijs Origenis in vndecim propoſitionibus, conuenientibus 160. Epiſcopis de Verbi diuini Incarnatione ſic effati ſunt: Εἴ τις ἐν δυσὶ φύσεσι λέγων, μὴ ὡς ἐν θεότητι, καὶ ἀνθρωπότητι τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τοῦ θεοῦ λόγον σαρκωθέντα ὁμολογεῖ, μηδὲ ἐπὶ τῷ σημᾶναι τὴν διαφορὰν τῶν φύσεων, ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, ἀλλ' ἐπὶ διαιρέσει τῇ ἀνὰ μέρος τὴν τοιαύτην λαμβάνει φωνὴν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ μυστηρίου, ὡς κεχωρισμένας, καὶ ἰδιοϋποστάτους εἶναι τὰς φύσεις, καθὼς Θεόδωρος, καὶ Νεστόριος βλασφημοῦσιν, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis in duabus naturis dicens, non tanquam in deitate, & humanitate, vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Dei Verbum incarnatum confitetur, nec ad ſignificandam differentiam naturarum, ex quibus compoſitus eſt, ſed pro diuiſione per partem excipit vocem in myſterio Chriſti, quaſi ſeparatim, vnaquaque natura ſuam habente ſubſiſtentiam, ſicut Theodorus, & Neſtorius blaſphemauerunt, talis anathema ſit.*

Idem can. 7.

Chriſtus quomodo dicatur compoſitus.

Hinc apparet, Chriſtum dici compoſitum compoſitione impropriè dicta, quia compoſitio verè, & propriè dicta debet eſſe ex actu, & potentia, ſicut compoſitio ex materia, & forma, vel ex duobus potentialibus, qualia ſunt iſta, quæ apud Philoſophum dicuntur elementa, & integrantia naturam totalem, vt loquitur Doctor Angelicus. Chriſtus autem non componitur vllo ex his modis, qui à natura diuina nequit habere neque rationem actus, neque potentiæ, quia eſſe potentiale repugnat Deo, qui eſt ens actualiſſimum, & neceſſariò exiſtens. Repugnat etiam ratio actus, quia hoc eſt proprium formæ creatæ. Dicendum eſt igitur, repugnare in Chriſto compoſitionem verè, & propriè dictam. Hanc repugnantiam egregiè probat ſupracitatus Doctor. Quia omnis compoſitio verè, & propriè dicta fit ex partibus. Sed natura diuina in Chriſto non poteſt habere rationem partis, quia omnis pars eſt ens incompletum dicens ordinem ad alteram compartem, vt ab vnione cum ipſa compleatur. Hinc Sanctus Auguſtinus contra Maximinum Arianum negat, Deum eſſe partem Chriſti his verbis: *Porrò autem Chriſtus vna perſona eſt geminæ ſubſtantiæ, quia & Deus, & homo eſt, nec tamen Deus pars huius perſonæ dici poteſt, alioquin filius Dei Deus, antequàm ſuſciperet formam ſerui, non erat totus; & creuit, cum homo diuinitati eius acceſſit.* Rurſum omne compoſitum perfectè ſecundùm ſe eſt nobilius, & præſtantius quocumque ex componentibus ſeorſum ſumptis. Ergo cum Chriſtus non ſit quid perfectius natura diuina, aut perſonalitate Verbi, nec etiam eſt quid compoſitum ex natura diuina, & humana, ſeu ex humanitate, & ſubſiſtentia Verbi. Igitur ſtat, quòd quando Chri-

S. Thom. in 3. diſtinct. 6. quæſt. 3. num. 2.

S. Auguſt. contra Maximinum c. 10.

u ſtus

ſtus dicitur compoſitus ex humanitate, & ſubſiſtentia, ita debet intelligi, ſicut exponit S. Doctor, ſcilicet, quod ita verè eſt ibi tam natura humana, & diuina, ac ſi componerent perſonam: ſed non componunt, nec ex eis fit aliquod tertium; ſed diſtinctæ manent, vt ait Sanctus Damaſcenus his verbis: *Si ſecundùm hæreticos vnius naturæ compoſitæ Chriſtus extitit, ex ſimplici natura verſus eſt in compoſitum, & neque Deus vocatur, neque homo: quemadmodum ex anima, & corpore hominem dicimus, vel ex quatuor elementis corpus, & neutrum componentium eſt.*

S. Damaſcenus lib 3. cap. 3.

In Concilio Conſtantinopolitano III. Oecumenico VI. celebrato anno Chriſti 680. indicto à Dono Papa, incepto ab Agathone, & terminato à Leone ſub aſſidentia Conſtantini IV. dicti Pogonati pro ſuſtinenda duplicitate voluntatis Chriſti, diuinę videlicet, & humanæ quoad vtramque actionem contra Monothelitas, conuenientibus 125. Epiſcopis, vt ait Baronius, cuius auctoritatem ſemper in his ſequimur, licèt alij velint fuiſſe 289. Igitur in hoc Concilio hæc inter cætera ad noſtram diſſertationem pertinentia decreta fuere, videlicet loquendo de Chriſto ſic: Ὡς μὲν γὰρ λόγος, ὁμοούσιός ἐστι, καὶ συναΐδιος τῷ θεῷ καὶ γεννήτορι, ὡς δὲ σάρκα λαβὼν ἐκ τῆς ἀχράντου παρθένου, καὶ θεοτόκου Μαρίας, ἄνθρωπός ἐστι τέλειος ὁμοούσιος ἡμῖν, καὶ ὑπὸ χρόνον γενόμενος. τέλειον οὖν ἐν θεότητι, καὶ τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν ἀνθρωπότητι κατά τε τὰς πατρικὰς ἄνωθεν παραδόσεις, καὶ τὸν ἐν Χαλκηδόνι θεῖον ὅρον κηρύττομεν. *Vt enim Verbum conſubſtantialis eſt, & conſempiternus Deo genitori: vt autem carnem ſumens ex intemerata Virgine Deique Genitrice Maria, homo perfectus eſt, conſubſtantialis nobis, factuſque ſub tempore. Perfectum igitur in Deitate, & perfectum eundem in humanitate, ſecundùm priſcas Patrum traditiones, & Chalcedonenſem diuinam definitionem prędicamus.*

Sexta Synodus Conſtantinop. in ſermone acclamatorio, qui proſphoneticus dicitur à Sancto & Vniuerſali Concilio ad Conſtantinum Imperatorem.

Pariter actione 13. cap. 6. hæc habentur: Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ ἐκ δύο φύσεων, τουτέστι, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, ἕνα Υἱὸν, μίαν τοῦ θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, κατὰ τὸν ἐν ἁγίοις Κύριλλον, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀναλλοιώτως, ἤγουν μίαν ὑπόστασιν σύνθετον, ὅπερ ἐστὶν αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἷς ὢν τῆς ἁγίας ὁμοουσίου τριάδος, ὁ τοιοῦτος ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis non confitetur ex duabus naturis, hoc eſt, diuinitate, & humanitate, vnum Chriſtum, vnum Filium, vnam Dei Verbi naturam incarnatam, ſecundùm Sanctum Cyrillum inconfuſè, inconuertibiliter, immutabiliter, ſiue vnam ſubſiſtentiam compoſitam, quod eſt ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui vnus eſt de ſancta conſubſtantiali Trinitate; talis anathema ſit.* Notat Sanctus Ephrem, nomen naturæ à Cyrillo pro hypoſtaſi vſurpatum fuiſſe, frequens enim erat apud Patres Græcos vſurpatio vocabuli

Nomen naturæ aliquando ſumitur pro hypoſtaſi.

φύσις

Digitized by Google

φύσις loco ὑποστάσεως : cui concordat Anaſtaſius Sinaita in Ὁδηγῷ cap. 10. ſcribens Cyrillum alibi ſeipſum explicantem, docere *vnam Chriſti naturam incarnatam ſic accipi, vt ſit vna perſona Sanctæ Trinitatis incarnata*. Et ſanè ita exponenda eſt,& exponitur mens Cyrilli. Vnde dici etiam poteſt, vnam tantùm in Chriſto naturam eſſe incarnatam, ideſt,diuinitatem, quia humanitas non fuit incarnata, ſed aſſumpta.

Concil. Nicæn. II. Generale VII.

In Concilio Nicæno II. Oecumenico VII. celebrato anno Chriſti 787. ſub Adriano Papa I. per Legatos Petrum Archipresbyterum Eccleſiæ S. Petri, & Petrum Abbatem S. Sabæ ſub aſſidentia Conſtantini IV. Imperatoris ac Irenes eius matris pro ſuſtinendo cultu ſanctarum Imaginum contra Iconoclaſtas, conuenientibus 350. Epiſcopis, legitur quoddã exemplar litterarum,quæ miſſæ ſunt ad Summos Pontifices, & Sacerdotes Antiochiæ, Alexandriæ, & Sanctæ Ciuitatis, à Taraſio ſanctiſſimo, & beatiſſimo Patriarcha Conſtantinopolitano. Incipit: *Multa, & magna prouidentia*. Ibi dum Catholicæ fidei confeſſionem pronunciat,hæc inter cætera:

S. Synod. Nicæn. II. Gener. VII. actione 3. in exemplari litterarum, &c.

Ὁμολογῶ δὲ καὶ τὴν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἐκ τῆς ἀληθῶς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ὁμουσιωθέντος μὲν ἡμῖν ὁλικῶς χωρὶς ἁμαρτίας, μὴ ἐκστάντος δὲ οὗπερ ἦν, ὡς τῶν δύο φύσεων ἀσυγχύτων μεμενηκυιῶν μετὰ καὶ τῶν ἐν αὐταῖς δύο θελημάτων τε καὶ ἐνεργειῶν. *Confiteor autem factam propter ſalutem noſtram in nouiſſimis diebus ſecundùm carnem natiuitatem vnius Sanctæ Trinitatis, Filij ſcilicèt Dei, & Domini Ieſu Chriſti, ex veraciter Sancta Dei Genitrice ſemperque Virgine Maria, conſubſtantialem quidem factum nobis omnibus abſque peccato, non autem deſinentem eſſe quod erat: ſed duabus naturis inconfusè manentibus, vnà cum conſiſtentibus in ſe duabus voluntatibus, & operationibus*. Et in exemplari Synodicorum Theodori ſanctiſſimi Patriarchæ Hieroſolymitani, hæc:

Idem Concil. in exemplari Theodori. act. 3.

Δύο τοιγαροῦν φύσεις ἀτρέπτως ἀλλήλαις ἑνωθεῖσαι ἐν μιᾷ τῇ τοῦ θεοῦ λόγου ὑποστάσει ἕνα Υἱὸν καὶ κύριον ἡμῖν ἐγνώρισαν ὁρατὸν καὶ ἀόρατον, θνητὸν καὶ ἀθάνατον, περίγραπτον τὸν αὐτὸν, καὶ ἀπερίγραπτον, θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐν δύο φύσεσι γνωριζόμενον, καὶ ἐν δυσὶν αὐτεξουσίοις ἐνεργείαις προσκυνούμενον καὶ θελήσεσιν· οὐ γὰρ ἂν ἐνήργησε θεϊκῶς οὐκ ὢν φύσει θεὸς, οὐδ' αὖ πάλιν ἀνθρωπίνως, εἰ μὴ φύσει γέγονεν ἄνθρωπος. *Duæ igitur naturæ inconuertibiliter inuicem adunatæ in vna Dei Verbi ſubſiſtentia, vnum Filium, & Dominum nobis demonſtrauerunt, viſibilem, & inuiſibilem, mortalem, & immortalem, circumſcriptum eumdem, & incircumſcriptum, Deum perfectum, & hominem perfectum, in duabus naturis agno-*

ſcendum, & in duabus liberis operationibus, & voluntatibus adorandum. Nam non vtique operaretur diuinè, niſi eſſet natura Deus: neque rurſus humanè, niſi natura fieret homo.

,, In libello Leporij Presbyteri, *Emendationis, &c.* ita legitur: ,, Et hac intelligentia Verbum factum ſit caro, non vt conuerſio- ,, ne, aut mutabilitate aliqua cœperit eſſe quod non erat, ſed vt po- ,, tentia diuinæ diſpenſationis, Verbum Patris nunquam à Patre ,, diſcedens, homo propriè fieri dignaretur, incarnatuſque ſit Vni- ,, genitus ſecreto illo myſterio, quod ipſe nouit. Noſtrum nam- ,, que eſt credere, illius noſſe. *Et paulò infrà*: Caro igitur profi- ,, cit in Verbum, non Verbum profecit in carnem. Et tamen ve- ,, riſſimè Verbum caro factum eſt. *In Epiſtola decretali Hormi-* ,, *ſdæ Papæ ad Iuſtinum Imperatorem*, hæc inter cætera: Proprium ,, quoquè Filij Dei, vt iuxta id quod ſcriptum eſt, in nouiſſimis tem- ,, poribus Verbum caro fieret, & habitaret in nobis, ita intra vi- ,, ſcera Sanctæ Mariæ Virginis, & Genetricis Dei, vnitis vtriſque ,, ſine aliqua confuſione naturis, vt qui ante tempora erat filius Dei, ,, fieret filius hominis, & naſceretur in tempore, hominis more ma- ,, tris vuluam natus non aperiens, & virginitatem matris deitatis ,, virtute non ſoluens. *In Epiſtola Leonis P.I. ad Leonem Augu-* ,, *ſtum hæc verba leguntur*: Non ille eguit homo effici, per quem ,, homo factus eſt: ſed nos eguimus, vt Deus caro fieret, & habi- ,, taret in nobis, ideſt, aſſumptione carnis vnius membra vniuerſę ,, carnis incoleret. S. Fulgentius ait: *In vnitate perſonæ, in qua Deus, & homo vnus eſt Chriſtus, inconfuſibilem, atque inſeparabilem vtriuſque veritatem naturæ commendans, verum ſe Deum diuinis operibus, verumq; hominem humanis paſſionibus demonſtrauit.*

Tom. 5. ſupplement. Concil. Galliæ.

Epiſt. decret. Hormiſdæ P. ad Iuſtin. Imperat.

Leo P. I. ad Leonem Auguſtum.

S. Fulgentius ad Thraſimundum lib. 1. cap. 7.

En igitur, quomodo Verbum caro factum eſt, & in principio erat. Vtique in principio erat, quia erat ipſum principium de principio, ſine principio. Quòd ſi filius principium eſt, qui habet Patrem: quanto faciliùs Deus Pater intelligendus eſt principium? Sic Pater erit principium, lumen, & Deus: Filius verò Deus de Deo, lumen de lumine, & principium de principio. Vnde S. Hilarius: *Fit in principio quod creatur; Verbum autem non tempore aliquo concluditur, vt cœperit, erat enim, non fiebat.* Et paulo poſt: *Infinitum eſt, per quod fit omne quod factum eſt, & cum ab eo ſint omnia, etiam tempus ab eo eſt.* In principio quidem fecit Deus cælum, & terram, & per hoc ſunt quid creatum ætatem continens. At Verbum non fuit factum in principio, quia in principio erat, ideoque nondum erat cœlum, quandò in principio erat Verbum: nam & ſi cœlum habet principium, Verbum non habet, quia à ſæculo,

S. Hilarius 2. de Trinitate.

Pſalm. 89.

culo, & vſque in ſæculum tu es Deus. Et licèt nunc caro factum, ſit filius Abraham, non tamen reſpectu eius naturæ, quia in principio erat. Quod enim in principio erat, ſemper erat. At quomodò non mentiebatur Veritas dicens ad Iudæos: *Amen dico vobis antequàm Abraham fieret, ego ſum?* Non mentiebatur quia *in principio erat*, & quæ mens vnquam poterit vltrà illud *erat* conuolare? Merito igitur exclamat Iſaias: *Generationem eius quis enarrabit?* Et D. Ambroſius hanc generationem conſiderans ſic loquitur: *Mihi quidem impoſſibile eſt generationis ſcire ſecretum: mens deficit, vox ſilet, non mea tantùm, ſed & Angelorum.* Cum enim generatio Verbi ſit quaſi intelligibilis conceptio, ſicut non poteſt mens eſſe ſine conceptu & cogitatione, ita non potuit, neque poteſt Pater eſſe ſine Verbi generatione. Hinc eſt, quòd in Concilio Bracarenſi primo canone 2. anathemate feriuntur dicentes *Filium Dei Dominum noſtrum, antequàm ex Virgine naſceretur, non fuiſſe*, ſicut Paulus Samoſatenus, Photinus, & Priſcillianus dixerunt. Tandem melleo flumine ſic excurrit lacteus Doctor: Verbum caro factum eſt, caro infirma, caro infantilis, caro tenera, caro impotens, omnis operis, omnis laboris impatiens. *Et mox*: Dum eſſet in principio apud Deum, lucem habitabat inacceſſibilem, & non erat qui caperet illud. Quis enim inueſtigauit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Carnalis homo non percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei, ſed iam capiat, & carnalis, quia Verbum caro factum eſt. Audiat illud vel in carne. O homo in carne tibi exhibetur Sapientia illa quondam occulta; ecce iam trahimur de occultis, & ipſis ſeſe inſerit ſenſibus carnis tuæ carnaliter (vt iam dixerim) prædicatur tibi, fuge voluptatem, quia poſita eſt mors ſecus introitum delectationis.

Ioann. 8. — *Iſai. 53.* — *D. Ambroſius lib. 1. de Fide cap. 3.* — *Concil. Bracaren. I. ſub Honorio P. I. can. 2.* — *S. Bernardus ſerm. 3. de Natiuitate.*

De his, qui circa Diuinitatem Chriſti Domini errauerunt.

§. II.

HAereſeon inuentores Chriſti Domini diuinitatem impugnantes tredecim apud antiquos numerari ſcribit *Claudius Fraſſen*, cuius ſeriem ſequimur. Horum primus fuit *Carpocrates*, qui cæteris exitij barathrum aperiens, vnà cum ipſis ad tartara ſe pertraxit. Hic Apoſtolorum tempore, vt narrat Irænæus lib. 1. cap. 4. præcipuus fuit Gnoſticorum author, perinde ac Simon ille Samarites

Fraſſen in Scoto Academico ſeu Theologia Scoti tom. 3. de Incarna. Vnigeniti. — *Tertull. lib. de Anima cap. 25.* — *Epiphanius lib. 1. de hæreſibus cap. 5. & Auguſt. ibid. cap. 7.*

tes magus, & fornicarius, qui inter cætera affirmabat, *Ieſum ex Ioſephi, & Mariæ coniugio cæterorum more progenitum eſſe, in quem poſt baptiſmum Chriſtus illapſus eſt; ac talem animã accepiſſe dicebat, quæ ſciret ea, quæ ſuperna eſſent, atque nuntiaret.* Vnde Sanctus Ignatius hanc hæreſim ſic debellat in epiſt. ad Trallianos:
,, Verè natus ex vulua, qui omnes homines in vulua fingit, & cor-
,, pus ſibi fabricauerit ex ſanguinibus Virginis, hoc ſolum excepto,
,, quod nulla viri conſuetudo interceſſerit. In vtero geſtatus eſt,
,, ſicut & nos certis menſium circulis; & verè natus eſt, ſicut &
,, nos; & verè lacte paſtus eſt, & cibo potuque communi nobiſcum
,, vſus eſt, ſicut & nos. Et expletis tribus annorum decadibus ve-
,, rè baptizatus eſt à Ioanne, non autem opinione hominum, aut
,, phantaſia: & vbi triennium prædicauit Euangelium, ſigna, &
,, prodigia patrauit, &c. Pariter in Concilio Epheſino hęc habẽtur.
Μόνη δὲ παρ᾽ ἐκείνας ἡ ἁγία παρθένος χριστοτόκος τε ὁμοῦ καὶ θεοτόκος νοεῖταί τε καὶ λέγεται· γεγέννηκε γὰρ οὐ ψιλὸν ἄνθρωπον καθ᾽ ἡμᾶς, σαρκωθέντα δὲ μᾶλλον, καὶ ἐνανθρωπίσαντα τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον· ὠνομάσμεθα μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς κατὰ χάριν θεοί, πλὴν οὐχ οὕτως θεὸς ὁ υἱός, φύσει δὲ μᾶλλον καὶ ἀληθείᾳ, κἂν εἰ γέγονε σάρξ. *Sola namque inter cæteras omnes ſacra Virgo Chriſtipara ſimul & Deipara appellatur, & eſſe dignoſcitur: quandoquidem vna hæc non merum hominem, vt cæteræ ſolent, ſed Dei Patris Verbum incarnatum, & hominem factum peperit. Rurſum licèt nos propter Dei gratiam Dij interdum nominemur; non ita tamen id ſumus, aut dicimur, vt Filius; hic enim, quamquàm corpus induit, natura, & re ipſa Deus eſt.* Ex quibus verbis clariſſimè apparet, Mariam Virginem eſſe, & fuſiùs probabitur infrà, cum de eius virginitate contra Iudæos ſermo erit. Si ergò Virgo, vt de fide tenendum eſt, falſum eſt, Ieſum ex Ioſephi, & Mariæ coniugio progenitum eſſe. Si quod concepit, natura, & re ipſa Deus eſt: ergo non in illum poſt baptiſmum Chriſtus illapſus eſt.

Carpocratiani.

Hanc eſſe Epiſtolam S. Ignatij Martyris refert *D. Emanuel à Schelſtrate in lib. Antiquitatis illuſtratæ part. 2. diſſert. 3. cap. 4. p. 432.*

Conc. Epheſ. part. 1. in Epiſt. Cyrilli Epiſcopi Alexand. ad Monachos Aegypti.

Sola Virgo Maria, mater ſimul θεοτόκος & χριστοτόκος eſt.

Dei appellatio aliter Sanctis, aliter Chriſto tribuitur.

Cerinthus Carpocratis diſcipulus præter errores Magiſtri aſſeuerabat, *Ieſum non reſurrexiſſe, ſed reſurrecturum eſſe*, vt refert Auguſtinus. Sed & quænam, obſecro, eſt ratio huius tam falſi dogmatis? Credis Euangelio? Nonne poſt eius paſſionem ſtetit in medio diſcipulorum ſuorum? exiſtimantibus autem illis ſe ſpiritum vi-
,, dere dicit eis: Videte manus, & pedes meos, quia ego ipſe ſum.
,, Palpate, & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut
,, me videtis habere. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus, &
,, pedes. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ
,, gaudio dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi ob-
,, tulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis. Et cum mandu-

Cerinthiani.

Aug. de Hæreſ. cap. 8.

Luc. 24.

caſſet

caſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. *Et paulò infrà: Nonne dixit eis*: Quoniam ſic ſcriptum eſt,& ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis die tertia? Teſtis huius reſurrectionis eſt Thomas, qui dicitur Didymus, qui poſtquam poſuit digitum ſuum in latus eius,dixit: *Dominus meus, & Deus meus*. At audi ò Cerinthe, audi queſo, quid eis reſpondit Ieſus? *Quia vidiſti me Thoma, & credidiſti, beati qui non viderunt, & crediderunt*. Fides etenim eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Vnde dicit D. Gregorius: *Quæ etenim apparent, iam fidem non habent, ſed agnitionem*. Quid ad hæc reſpondes ò Cerinthe? Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra,inanis eſt fides noſtra.

Apoſt. 1. Cor. 15.

Ebionitæ.

Diſcipulus Cerinthi fuit *Ebion*, qui pariter putabat Chriſtum de Ioſephi ac Mariæ conſortio eſſe genitum, ac ante Mariam non fuiſſe, quidquid ſit de Origine referente lib. 2. duo fuiſſe Ebionitarum genera. Vnde S. Hieronymus aſſerit Sanctum Ioannem hoc impium dogma debellaſſe; quapropter de eo ſic retulit: *Nouiſſimus omnium ſcripſit Euangelium aduersùs Cerinthum, alioſque Hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt, Chriſtum ante Mariam non fuiſſe: vnde & compulſus eſt diuinam eius natiuitatem edicere*. Per hoc impium dogma tollitur à Filio conſubſtantialitas cum Patre, error ab omnibus ſacris Concilijs, & ſanctis Patribus ſummoperè deteſtationi habitus. Quapropter in Concilio Epheſino hæc habentur: Ὁμολογοῦμεν δὲ εἶναι φῶς ἐκ φωτὸς, θεὸν ἐκ θεοῦ κατὰ φύσιν, ἰσοκλεᾶ τε καὶ ἰσουργὸν, χαρακτῆρά τε, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσομέτρως ἔχοντα, κατ᾽ οὐδένα τρόπον μειονεκτούμενον. Ἐπαριθμουμένου μὲν γὰρ οὕτω τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἡ ἁγία τε καὶ ὁμοούσιος τριὰς εἰς μίαν θεότητος ἑνοῦται φύσιν. *Confitemur item eumdem illum lumen eſſe de lumine, Deum de Deo, eiuſdem cum Patre potentiæ & gloriæ, paternæque ſubſtantiæ figuram, ac ſplendorem; per omnia, & in omnibus Patri æqualem, nulla autem ex parte inferiorem, aut imparem. His autem Spiritu ſancto adnumerato, ſacra illa, & conſubſtantialis Trinitas abſoluitur, & in vna eademque diuinitatis natura conſociatur*. Et S. ille Athanaſius ab eodem Concilio ſummoperè commendatus, qui totos quadraginta ſex annos Alexandrinæ Eccleſiæ Pontificatus egregia cum laude geſſit, loquacibuſque impurorum, nefariorumque hæreticorum commentis, inuicta planèque Apoſtolica ſapientia reſtitit, quique ſcriptis ſuis, veluti fragrantiſſimo quodam vnguento totum hunc orbem mirificè recreauit, & ob dogmatum abſolutam integritatem, fideique rectitudinem magna apud omnes exiſtimatione, & autho-

S. Hieronymus lib. de Script. Eccleſiaſt. cap. 19.

Concil. Epheſ. Græc. & Lat. part. 1. in Epiſt. Cyrilli Epiſc. Alexand. ad Monachos Aegypti.

Digitized by Google

& authoritate fuit, in libro de ſancta & conſubſtantiali Trinitate conſcripto oratione quarta hæc habet inter cætera: Σκοπὸς τοίνυν οὗτος καὶ χαρακτὴρ τῆς θείας γραφῆς, ὡς πολλάκις εἴπομεν, διπλῆν εἶναι τὴν περὶ τοῦ σωτῆρος ἐπαγγελίαν ἐν αὐτῇ· ὅτι τε ἀεὶ θεὸς ἦν, καὶ ἔστιν ὁ υἱός, λόγος ὤν, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ σοφία τοῦ πατρός· καὶ ὅτι ὕστερον δι' ἡμᾶς σάρκα λαβὼν ἐκ παρθένου τῆς θεοτόκου Μαρίας ἄνθρωπος γέγονε. *Itaque diuinæ Scripturę ſcopus ac character, vt ſępè monuimus, eiuſmodi eſt, vt vtrumque de Chriſto Saluatore noſtro pronuntiet; puta Deum illum eſſe, & nunquam non hoc ipſum extitiſſe: vt qui Patris ſit Verbum, eiuſdemque ſplendor, & ſapientia, tum eumdem rurſum nouiſſimis hiſce temporibus corpore ex Deipara Virgine ſumpto, noſtri cauſa hominem factum eſſe.* Vnde Ebionitarum dogma cohærentiam habet cum Ario presbytero Alexandrino docente, *Filium Dei eſſe creaturam, non eſſe coęternum Patri, non eſſe coëſſentialem Patri.* Epiphanius, Auguſtinus, Theodoretus. Eius Sectatores fuerunt Achillas, Aithalas, Carponas, Arius alter, Sarmates, Euzoius, Lucius, Iulianus*, Menas, Helladius, Caius: Secundus item, & Theonas, qui duo olim Epiſcopi dicti ſunt. Quæ verò iſti contra Scripturas excogitarint, temerèque effutiuerint, ex Concilio Nicæno I. colligi poſſunt. Hinc poſtquàm enumerati ſunt tam impij errores in eodem Concilio, ſic ſequitur: *Ario igitur, & eius fautoribus, qui iſta aſſerunt* (agit de erroribus ſuprà recenſitis) *& de eiſdem tam impudenti ore loquuntur, vnà cum illis, qui eius opinioni aſſentiuntur, nos cum alijs ferè centum Ægypti, & Libyę Epiſcopis, in vnum conuenientes, anathema denunciauimus.* Pariter in expoſitione Fidei ab eodem Concilio hæc habentur: Τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. *Eos autem qui dicunt: Erat aliquando, quando non erat, & antequàm naſceretur, non erat, & quia ex non extantibus factus eſt; aut ex alia ſubſiſtentia, vel ſubſtantia dicunt eſſe, aut conuertibilem, aut mutabilem Filium Dei; anathematizat Eccleſia Catholica, & Apoſtolica.* Hinc de Arij erroribus exclamant ſacroſancti Concilij Nicæni Patres: Quis enim vmquam talia audiuit? Aut quis eſt, qui ſi iam audiret, non ea tamquam inſolita, & peregrina deſpiceret, aureſque occluderet, ne eiuſmodi verborum ſordes in eas illaberentur? Aut quis eſt, qui cum Ioannem audiat dicentem: *In principio erat Verbum*, non iſtos condemnauerit dicentes, *Erat tempus aliquando, cum non eſſet*? Aut quis eſt, qui cum audiat in Euangelio, *Vnigenitus filius*: &, *Per ipſum facta ſunt*

S. Athanaſius de SS. Trinit. Orat. 4. & hic locus citatur à Concil. Epheſ. loc. ſuprà cit. ſed ex orat. 3.

Dogma Ebionitarum cohæret cum Ario.

Epiph. hęreſ. 69. Auguſt. hæreſ. 49. Theodoret. lib. 4. de fabulis hæretic.

* *al.* Ilius.

Concil. Nicæn. I. in Epiſt. Alexandri Epiſcopi Alexandriæ.

Concil. Chalcedon. part. 2. act. 2. Græc. & Lat. in Expoſit. fidei Concilij habit. in Nicæa.

Tunc ſubſiſtentiæ nomen & hypoſtaſis cum ſubſtantia confundebatur.

Ioann. 1.

ſunt omnia; non iſtos vituperauerit affirmantes vnam eſſe ex creaturis? Aut quis poterit illis rebus, quæ per ipſum factæ ſunt, omninò par eſſe; aut ſi (vt illorum fert opinio) cæteris rebus vniuerſis connumeretur, eſſe Vnigenitus? Aut quomodo ex nihilo factus eſt, cum Pater dicat: *Eructauit cor meum Verbum bonum*: &, *Ex vtero ante Luciferum genui te?* Aut qua ratione eſſentia Patri diſpar, ac diſſimilis, erit perfecta imago, & ſplendor Patris; cumque ipſe dicat: *Qui vidit me, videt & Patrem?* Aut quo pacto ſi Verbum,& ſapientia ſit Dei Filius,erat tempus aliquando cum non eſſet? Nam perinde eſt, ac ſi diceret, Deum aliquando & Verbo, & ſapientia caruiſſe. Aut quo pacto verti, mutariue poteſt, cum ita loquatur ipſe de ſe: *Ego in Patre,& Pater in me eſt*: &,*Ego & Pater vnum ſumus*; & per Prophetam etiam: *Videte me, quòd ego ſum Deus, & non mutor?* Et quamquàm hoc dictum ad ipſum Patrem referri poteſt, tamen aptiùs, & magis propriè de Filio Verbo iam dicitur, quod etiam homo factus, non mutatus eſt: ſed,vt Apoſtolus ait, *Ieſus Chriſtus heri, & hodie; idem ipſe & in ſæcula*. Quid igitur illos in hanc perduxit ſententiam, vt eum ſcilicet propter nos factum eſſe dicerent, cum tamen Paulus ſcribat: *Propter quem omnia, & per quem omnia?* Quod autem falsò calumniati ſunt, Filium non plenè, & perfectè Patrem nouiſſe, nemini mirum videri debet. Nam cum ſemel oppugnare ſtatuiſſent Chriſtum, reiecerunt penitùs voces ipſius Domini dicentis: *Sicut cognoſcit me Pater, & ego cognoſco Patrem*. Quòd ſi ex parte Pater cognoſcit Filium; conſtat, quòd & Filius ex parte cognoſcit Patrem. Quòd ſi hoc nefas eſt dicere, ſed perfectè Pater nouit Filium; perſpicuum eſt, quòd ſicut Pater cognoſcit ſuum ipſius Verbum, ſic & Verbum ſuum ipſius Patrem, cuius eſt Verbum. *Hactenus ſacroſanctum Concilium Nicænum.*

Baronius tom.4. an. 380.
Iuſtina Auguſta fauet Arianis.
Sirmium Ciuitas poſita in Illyrico.
Ammian. lib. 15.& 16.
Socrat. lib.5.cap.2.
Paulinus in vita S. Ambroſij.

Eodem planè tempore, quo hæc hæreſis Ariana graſſabatur, contigit, vt refert Eminentiſſimus Baronius, Mediolanenſem Eccleſiam perturbari à Iuſtina Auguſta Valentiniani ſenioris Imperatoris coniuge,Ariana fœmina audaciſſima. Hæc quidem hæreſi patrocinatura, cum accepiſſet Sirmienſem Eccleſiam deſtitutam eſſe Paſtore, illuc properauit, quò Arianum illi Antiſtitem præfici procuraret. Ambroſius etiam illuc ſe contulit, vt Eccleſiæ Sirmienſi ſuæ diœceſis conſulturus præficeret Catholicæ communionis Epiſcopum. Quænam autem tunc ibi contigerint, Paulinus ita deſcribit: Cum Ambroſius Sirmium ad creandum Epiſcopum Anemium perrexiſſet, ibique Iuſtinæ tunc temporis Reginæ potentia, & multitudine coadunata, de Eccleſia pelleretur, vt non ab ipſo,

ſed ab hæreticis Arianis Epiſcopis in eadem Eccleſia ordinaretur; eſſetque conſtitutus in tribunali, nihil curans eorum, quæ à muliere excitabantur: vna de virginibus Arianorum impudentior cæteris tribunal conſcendens, apprehenſo veſtimento Sacerdotis, cum illum attrahere vellet ad partem mulierum, vt ab ipſis cæſus de Eccleſia pelleretur, audiuit, (vt ipſe ſolitus erat referre) *Et ſi ego indignus tanto Sacerdotio ſum: tamen te non conuenit, vel profeſſionem tuam, in qualemcumque Sacerdotem manus inijcere: vnde debes vereri Dei iudicium, ne tibi aliquid eueniat*. Quod dictum exitus confirmauit: nam alio die mortuam ad ſepulchrum vſque deduxit; gratiam pro contumelia rependens. Sed hoc factum non leuem aduerſarijs incuſſit metum, pacemque magnam Eccleſiæ Catholicæ in ordinando Epiſcopo tribuit. Hæc Paulinus. Quapropter Ambroſius Mediolanenſis Eccleſiæ Epiſcopus, acerrimus Arianorum extitit impugnator, fideique Catholicæ defenſor. In *lib. de fide* interrogat Arianos, vtrùm idem putent eſſe genitum, quod

Ambroſius quid in petulantem Arianam fœminam.

Ambroſio ab Ariana fœmina iniuria facta, diuinitus vindicatur.

Ambroſius Arianorum impugnator *lib. 1. de fide cap. 7.*

„ creatum. Si enim, ait, idem dicunt, nihil vtique diſtat inter
„ generare, & creare. Ergo quoniam & nos creati ſumus, inter
„ nos, & Chriſtum, & elementa nulla diſtantia eſt. Sed quamuis
„ amentes ſint, id tamen non audebunt dicere. Poſtremò vt inſi-
„ pientiæ eorum, quod verum non eſt, indulgeam: ſi nihil, vt pu-
„ tant, diſtat in Verbo: cur non eum quem colunt, meliore appel-
„ lant nomine? Cur Verbo non vtuntur Patris? Cur abijciunt
„ quod honorificentiæ eſt, aſſumunt quod iniuriæ? Si autem di-
„ ſtat inter creatum, & genitum, vt ego arbitror, cum legerimus
„ genitum, non vtique idem & genitum intelligimus, & creatum.
„ Dicant igitur generatum ex Patre, ex Virgine procreatum: aut
„ dicant, quomodo Dei Filius & genitus, & creatus. Vna natura,
„ & maximè Deus diuerſitatem non recipit. Certè faceſſat noſtra
„ ſententia, Paulum interrogemus, qui Spiritu Dei plenus has præ-
„ uidens quæſtiones, generaliter contra Gentes, ſpecialiter con-
„ tra Arianos locutus ait, diuino iudicio eſſe eos damnatos, qui ſer-
„ uirent creaturæ potiùs, quàm Creatori. Denique ſic habet: *Rom. 1.*
„ *Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, vt contumelijs*
„ *afficiant corpora ſua inter ſemetipſos, qui commutauerunt veri-*
„ *tatem Dei in mendacium, & coluerunt, & ſeruierunt creatu-*
„ *ræ potiùs, quàm Creatori, qui eſt Deus benedictus in ſæcula.*
„ Prohibet itaque me Paulus creaturæ ſeruire, ſed Chriſto admo-
„ net ſeruiendum. Non ergo creatura Chriſtus. Ita concludit Ec-

cleſiæ lumen Ambroſius. Et cap. 9. eiuſdem libri ſic: Arius ergo dicit: *Erat quando non erat*. Sed Scriptura dicit, *Erat*: non dicit,

Non

Digitized by Google

Ioann. 1.

Non erat. Denique Ioannes ſcripſit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum*. Ecce quoties *erat*, & nuſquam dixit, quòd *non erat*. Cui ergo credimus? Ioanni in Chriſti pectore recumbenti, an Ario inter effuſa ſe ſua viſcera volutanti? Vt agnoſceremus ſimilem Iudæ proditoris Arij quoquè fuiſſe perfidiam, quem ſimilis pœna damnauit. Effuſa ſunt enim & Arij viſcera (pudet dicere vbi) atque ita crepuit medius, proſtratus in faciem, ea quibus Chriſtum negauerat, fœda ora pollutus. Crepuit enim, ſicut etiam de Iuda Petrus Apoſtolus dixit, quia poſſedit agrum de mercede iniuſtitiæ, & in faciem proſtratus crepuit medius, & effuſa ſunt omnia viſcera eius. Non eſt fortuita mors, vbi in ſacrilegio pari pœna parile proceſſit exemplum: vt idem ſubirent ſupplicium, qui eundem Dominum negauerunt, & qui eundem Dominum prodiderunt. Hactenus *S. Ambroſius loc. cit.*

Arius ſimilis Iudæ proditori, eiuſque pœna.

S. Auguſt. in Euāg. Ioann. tract. 1. cap. 1. in medio.

S. Auguſtinus ſuper illa verba *In principio erat Verbum &c.* ait: „ Et quando audis, In principio erat Verbum, ne vile aliquid putares, quale conſueuiſti cogitare, cum verba humana ſoleres audire; audi quid cogites: Deus erat Verbum. Exeat nunc neſcio quis infidelis Arianus, & dicat, quia Verbum Dei factum eſt. Quomodo poteſt fieri, vt Verbum Dei factum ſit, quando Deus per Verbum fecit omnia? Si & Verbum Dei ipſum factum eſt, per quod aliud Verbum factum eſt? Si hoc dicis, quia (hoc) eſt Verbum Dei, per quod factum eſt illud, ipſum dico ego vnicum Filium Dei. Si autem non dicis Verbum Verbi, concede non factum, per quod facta ſunt omnia. Non enim per ſe ipſum fieri potuit, per quod facta ſunt omnia. Crede ergò Euangeliſtæ. Poterat enim dicere, In principio fecit Deus Verbum: quomodo dixit Moyſes, In principio fecit Deus cœlum, & terram; & omnia ſic enumerat: Dixit Deus, Fiat, & factum eſt. Si dixit, quis dixit? Vtique Deus. Et quid factum eſt? Creatura aliqua. Inter dicentem Deum, & factam creaturam quid eſt, per quod factum eſt, niſi Verbum, quo dixit Deus, Fiat, & factum eſt?

S. Auguſtin. contra Manichæos, & Arianos in lib. contra 5. hoſtium genera.

Idem diſputat cum Ariano, eumque apertè confundit.

„ Interrogat *Auguſtinus* Arianum: Quid ergo dicis de Patre? Deus eſt. Quid Filius? Deus eſt. Coæternus eſt Patri Filius? Non. Ergo erat tempus, quando non erat Filius ſecundùm ſe. Si erat tempus, quando non erat Filius: ergo fuit tempus, quod non fecit Filius. Si fuit tempus, quod non fecit Filius, non omnia per ipſum facta ſunt: iam enim erat tempus, quando non erat Filius. Si erat

 „ tem-

Digitized by Google

,, tempus, quando non erat Filius, Ioannes Euangeliſta non de- *Ioann. 1.*
,, buerat dicere, In principio erat Verbum, ſed In principio erat
,, tempus. Ioannes dicit, Omnia per ipſum facta ſunt: ſed Aria-
,, nus contradicit. Dic Ariane; vnde ſcis, quia erat tempus, quan-
,, do non erat Filius? An fortè dicturus es: Et Ioannes vnde ſcit, quia
,, in pripcipio erat Verbum? Quia ſuper pectus Domini diſcum-
,, bebat, & inde hauriebat, quod in conuiuio Chriſti bibebat,
,, quia in principio erat Verbum. Tamen dic mihi, quando in
,, principio erat Verbum, vel quando Ioannes ſuper pectus Domini
,, recumbebat, & à Verbo Domini diſcebat, quia Verbum erat in
,, principio, & Verbum Deus erat; Arius vbi erat? Neſcio, ſi audes
,, dicere, Ibi erat. Notum eſt enim, & legitur, quo tempore natus
,, eſt, meritoq; ſit damnatus. Notum eſt etiam, quomodo vixerit,
,, quomodo mortuus fuerit: & ideò non audes dicere de Ario, ſicut
,, de Verbo, Et fuit, & eſt: quia nec tunc fuit Arius, nec modò eſt.
,, Sed vt in omnibus excludatur Arianus, audi quid per Salomonem
,, dicatur: *Dominus fecit regiones, & fines inhabitabiles ſub cœlo.*
,, *Cum pararet cœlum, aderam illi.* Et poſt pauca, *Eram apud il-*
,, *lum cuncta diſponens.*

S. Athanaſius ſcripſit Orationes quinque aduerſus Arium, & in Epiſtola de ſententia Dionyſij contra Arianos ait: Ὅτι γὰρ πρὸς τὴν μανίαν Ἀρείου λέγοντος ἄλλον εἶναι τὸν ἐν τῷ θεῷ λόγον, καὶ ἄλλον, περὶ οὗ φησιν ὁ Ἰωάννης ὁ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· καὶ ἄλλον μὲν ἰδίαν σοφίαν εἶναι ἐν τῷ θεῷ, ἄλλον δὲ, περὶ ἧς φησιν ὁ ἀπόστολος· Χριστὸς θεοῦ δύναμις, καὶ θεοῦ σοφία. Πάλιν ὁ Διονύσιος ἀνθίσταται, καὶ διαβάλλει τὴν τοιαύτην κακοδοξίαν, ὅρα πάλιν, πῶς ἐν τῇ δευτέρᾳ γραφῇ περὶ τούτων οὕτως· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος· ἀλλ᾽ οὐκ ἦν λόγος ὁ τὸν λόγον προϊέμενος· ἦν γὰρ ὁ λόγος πρὸς τὸν θεόν· σοφία γεγέννηται ὁ κύριος, οὐκ ἦν οὖν σοφία ὁ τὴν σοφίαν ἀνείς· ἐγὼ γὰρ ἤμην, φησὶν, ᾗ προσέχαιρεν· *S. Athanaſ. in epiſt. de ſententia Dionyſij aduerſus Arianos.*
,, ἀλήθειά ἐστιν ὁ Χριστός. Porrò aduerſus illam Arij inſaniã, qua dicit,
,, aliud eſſe in Deo Verbũ; aliud, de quo locutus eſt Io; Euang. dum
,, diceret, *In principio erat Verbum*: & aliam ſapientiam eſſe, quæ
,, eſt in Deo; & aliam, de qua Apoſtolus mentionem facit ſub his
,, vocibus, *Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia.* Iterum pro-
,, deat in certamen Dionyſius, & redarguat iſtiuſmodi prauam
,, opinionem; ac vide quid denuò de iſtis opinionibus in ſecundo
,, ſuo volumine ſcribat. *In principio*, inquit, *erat Verbum*, ſed
,, non erat aliud Verbum, quod hoc verbum proferret: erat enim
,, Verbum apud Deum. Sapientia eſt Dominus, non tamen alia
,, ſapientia erat, quæ hanc ſapientiam produceret. *Ego*, inquit, *eram*
,, *in qua oblectabatur.* Veritas eſt Chriſtus.

S. Maximus in Opuſculo Theologico, & Polemico explicat il- *S. Maximus.*
lud

lud verbum ὁμοούσιον, hoc pacto: τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἄλλῳ τυγχάνον, διάφορον δὲ πρὸς τὸ αὐτὸ κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὄν, ὡς ἐπί τε ἀνθρώπου, καὶ τῶν ἄλλων ἔχει εἰδῶν. εἴ τι οὖν ἄλλῳ ταὐτὸν ὑπάρχει κατὰ τὴν οὐσίαν, οὐ ταὐτὸν ὑπάρχει τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν· καὶ εἴ τι ἕν, καὶ ἡνωμένον ἄλλῳ τυγχάνει κατὰ τὴν οὐσίαν, οὐχ ἕν, οὔτε ἡνωμένον τῷ αὐτῷ τυγχάνει καὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν· καὶ εἴ τι διαφορὰν ἔχει πρὸς ἄλλο κατὰ τὴν ὑπόστασιν, τοῦτο ἕνωσιν ἔχει πρὸς τὸ αὐτὸ κατὰ τὴν οὐσίαν. Ideſt. *Quod eiuſmodi cum alio ſubſtantiæ eſt, differtque ab eo ea diſtinctione, quæ eſt ſecundum hypoſtaſim, vt ſe res in homine, ac reliquis ſpeciebus habet. Si quid igitur idem cum alio eſt ſecundùm ſubſtantiam, non etiam idem eſt cum illo ſecundùm hypoſtaſim. Nec ſi quid vnum eſt, ac vnitum eſt alteri ſecundùm ſubſtantiam, vnum, ac vnitum eſt eidem ſecundùm hypoſtaſim. Et ſi quid cum alio diſtinctionem habet, quæ eſt ſecundùm hypoſtaſim, cum eodem vnionem habet, quæ eſt ſecundum ſubſtantiam.*

Rationes ex Scripturis, quibus probatur diuinitas, & equalitas Filij cum Patre contra Arianos.

Solent Theologi omnes probare diuinitatem & æqualitatem Filij cum Patre contra Arianos, alioſue Hæreticos, rationibus deſumptis ex authoritatibus ſacræ Scripturæ. In primis volens Chriſtus probare, diuinitatem ſuam eſſe veram, & Patri æqualem, quia de hoc dubium erat apud Iudæos, ipſi dicebant, eum blaſphemare, quòd faceret ſeipſum Deum, Ioann. 10. & iterum Ioann. 5. *Proptereà magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non ſolùm ſoluebat ſabbathum, ſed & Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo.* Ergo intelligebant loqui de vero Deo, & de vera diuinitate, Nam ſi non faceret ſe verum Deum, ſed creaturam, licèt excellentem, blaſphemia non eſſet, nec æqualem ſe faceret Deo. Vnde non deſunt plura teſtimonia tam in veteri, quàm in nouo teſtamento, Pſalm. 109. נאם יהוה לאדני שב לימיני *Dixit Dominus Domino meo: ſede ad dexteram meam*, vbi Dauid eodem, & pari modo vocat Dominum illum, (qui vtique eſt Pater) & illum cui dicit, nempe Filium. Ergo ſi tam Dominus eſt qui dicit, quàm cui dicit, tàm verus Deus eſt Pater, quàm Filius, quia poteſtas illa ſupremi dominij in deitate fundatur. Hoc loco vſus eſt Chriſtus Dominus ad probandam ſuam diuinitatem, Matth. 22. Petrus Apoſtolus Actorum 2. Paulus ad Heb. 1. & Paulus optimè ponderat illam particulam, *ſede ad dexteram meam*, quæ contraponitur omni creaturæ quantumcumque excellentiſſimæ: nulla enim ſedet ex propria dignitate, & meritis, ſed miniſtrat. *Ad quem*, inquit, *Angelorum dicit, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi? &c.* Ex quo ſic arguitur. Ille qui eſt Dominus, & ſedens à dextris Dei, non reputatur reſpectu Dei vt miniſter, & inferior,

Vulgata: *A dextris meis.*

ferior, quia miniſter reſpectu eius, cuius eſt miniſter, non poteſt Dominus nominari. Sed Filius non dicitur miniſter reſpectu Dei, ſed Dominus. Ergo non eſt creatura. Min. conſtat, quia creatura quantumcumque excellentiſſima, eſt miniſtra Dei, quia dependet ab illo vt effectus, vt ex nihilo facta, vt non habens eſſe à ſe, nec operationem: ergo non poteſt nominari Dominus coram Deo. Ad idem deſeruit ille locus Geneſ. 19. ויהוה המטיר על סרם ועל עמרה גפרית ו ואש מאת יהוה מן השמים : *Et Dominus pluit ſuper Sodomam, & Gomorram ſulphur, & ignem, à Domino de cælo.* Vbi vtraque perſona Dominus eodem modo vocatur: ac notandum eſt poni illud nomen יהוה *Adonai*, quod ſignificat ſummum Deum, & non niſi de eo dicitur. Idem habetur ex Pſalm.44. vbi ad litteram eſt ſermo de Chriſto, & vocatur Deus in illis verbis: כסאך אלהים עולם ועד שבט מישר שבט מלכותך : *Solium tuum Deus æternum, & perpetuum: Virga rectitudinis, virga regni tui.* Pſalm. 44. 7. Quem locum adducit Paulus ad Hebręos 1. ad probandam diuinitatem Chriſti. Et poſt pauca additur כי הוא ארניך והשתחוי לו : *Quoniam ipſe Dominus tuus, & incurua te ei*; Verſ. 12. ſeu vt vulgata, *Quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.* Nuſquam autem in Scriptura ponitur adoratio facta ad Deum, niſi ſit verus, & proprius Deus, non participatiuè tantum. Vnde & Apoſtolus ad Hebręos 1. probat diuinitatem Chriſti ex eo, quòd de Filio Dei dicitur Pſalm. 96. *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Pſalm. 96. 7. Quem enim omnes Angeli adorant, vtique verus, & ſummus Deus eſt: nec enim ipſi habent ſupra ſe creaturam aliquam, quam adorent, quia ſupra omnes Angelos non reſtat aliquis alius creatus ſpiritus.

Quòd autem Filius ſit verus Deus, ſicut Pater, probatur ex eo quia eſt æqualis illi. Si enim non haberet veram diuinitatem, ſed participatam, non eſſet illi æqualis, ſed multò minor. Quòd ſit ei æqualis, patet, quia dicitur ad Philip. 2. *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemeptipſum exinaniuit.* Philip. 2. Ergo licèt in forma hominis Chriſtus ſit minor Patre, & exinanitus; tamen in forma Dei æqualis Deo eſt, ſine vlla Dei iniuria. Item ille eſt æqualis alteri, in quo totum quod in alio eſt, plenè inuenitur in iſto. Sic enim nihil minus eſt in iſto, quàm in illo, quod eſt eſſe illi æqualem, ſeu non minorem. Sed quidquid in vero, & ſummo Deo eſt, eſt in Filio. Ergo eſt ei æqualis. Min. probatur. Nam quidquid eſt in ſummo Deo, eſt plenitudo ipſius diuinitatis, ſunt omnes diuitiæ, & theſauri eius, ſunt omnia, quæ ad ipſum pertinent, & ſua ſunt, nihil enim ampliùs in alio excogitari poteſt. Quòd ſit plenitudo ipſius diuinitatis, habetur ad Coloſſ.

Coloſ. 2. 2. *In Chriſto inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, ideſt, verè, & ſubſtantialiter, non vmbraticè, non accidentaliter. Quòd in eo ſint omnes diuitiæ, habetur ibidem: *In Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi*.

Iſti autem ſunt theſauri, & diuitiæ diuinitatis: vbi ſunt omnes theſauri ſapientiæ, eſt totalis, & perfecta comprehenſio Dei, quia ſi non eſſet comprehenſio, non omnes theſauri eſſent ſapientiæ, ſed multæ deeſſent diuitiæ, ſcilicèt quidquid ſciendum reſtat vſque ad comprehenſionem, quod vtique eſt infinitum. Vbi autem comprehenſio Dei eſt, quia omnes theſauri ibi ſunt, ſumma diuinitas ibi eſt, & æqualitas cum Deo. Denique Ioann. 16. *Omnia, quæ habet Pater, mea ſunt*: & ibid. ipſe Filius ad Patrem dicit, *Omnia mea tua ſunt, & tua mea ſunt*. Ergo quidquid eſt Patris, quidquid ſuum eſt, totum eſt in Filio. Sed Patris eſt eſſentia diuina; hæc enim eſt natura ſua. Ergo natura diuina, quæ Patris eſt, in Filio eſt, & in illo inuenitur, alioquin non verificatur, quòd omnia, quæ habet Pater, ſunt Filij. Vbi autem totum, quod eſt in aliquo, inuenitur, & capi poteſt in alio, ibi æqualitas eſt, nec vnum eſt minus alio. Filius autem habet totum, quod eſt Patris, & omnia, quæ ſunt in Patre: ergo æqualis ipſi eſt; & ſic non eſt Deus participatiuè, & metaphoricè, ſed Deus eſſentialiter, & conſubſtantialiter, ideſt, eiuſdem ſubſtantiæ, & naturæ, cum diuina natura diuidi non poſſit.

Arguitur diuinitas Filij ex eius virtute, & poteſtate, quæ diuina eſt.

Rurſum diuinitas Filij arguitur ex eius virtute, & poteſtate, quæ diuina eſt. Hoc eſt euidens, quia eſt omnipotens, & ſumma virtus; facit enim omnia, quæ Pater, & eodem modo, quo Pater. Ergo habet virtutem diuinam. Antecedens probatur, quia in omnipotentia, ſeu virtute diuina conſideratur & extenſio ad obiecta infinita, ideſt ad omnia factibilia, nullo excepto, & modus faciendi, ſcilicet tanquam cauſa principalis, & ſuprema, non vt inferior, & inſtrumentalis. Quoad extenſionem conuenit Verbo diuino omnipotentia, Ioann. 1. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*: vbi ly *omnia* comprehendit vniuerſaliſſimè quidquid creatum eſt, ſeu fit, aut factibile eſt à Deo, ſiquidem quod ſine ipſo factum eſt, nihil eſt. Ioann. 5. *Quæcumque ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter facit*.

Hæreticorum inſtantia.

Hæreticorum, Arianorumque pertinacia adhuc inſtat dicendo, Filium quidem facere omnia, quæ Pater, ſed vt inſtrumentum eius, & conſequenter vt creatura eius ſubſtituta, & ſubordinata voluntati eius.

S. Thom. 4. contra Gent. c. 7. num. 16.

Huic tamen reſponſioni ſubtiliſſimè occurrit *D. Thomas* lib. 4. co. Gentes. Nam in primis dicitur, quòd ea, quæ facit Pater, Filius ſimi-

Digitized by Google

ſimiliter facit. Si ſimiliter; ergo eodem modo quo Pater, non vt inſtrumentum eius : inſtrumentum enim diſſimiliter à principali agente operatur. Deinde quia eoſdem effectus, quos operatur Pater, operatur & Filius, quia facit quæcumque facit Pater. Quando autem duo agentia producunt, & attingunt eundem effectum, aut eſt, quia virtus operatiua congregatur, & conflatur ex diuerſis virtutibus ipſorum agentium, quarum quælibet eſt inſufficiens, ſed coniuncta cum alia fit perfecta, ſicut plures trahentes nauim faciunt eundem effectum, quem ſinguli non poſſunt, & in animalibus ex mare, & fœmina colligitur vna virtus elaboratiua fœtus, & generatiua. Aut eſt, quia virtus eſt perfecta, & ſufficiens in vno, ſed in alio ſolùm inuenitur inſtrumentaliter, & participatiuè: & ſic valdè diſſimiliter, atque in principali. Aut tandem in vtroque agente inuenitur æquè perfecta, & ſufficiens virtus, licèt diuiſa, & diſtincta, ita tamen quòd quidquid operatur vna, eodem modo, & ſimili poteſtate faciat altera. Hoc tertium dici non poteſt, niſi ponendo ſuperfluitatem in altero iſtorum agentium: quia ſi totum quod operatur vnum agens, operatur & aliud, eodem prorsùs modo alterum ſuperfluit. Quia illud eſt ſuperfluum, ſine quo æquè bene effectus fieri poteſt. Si autem iſta virtus idem operatur, & eodem modo quo alia; ergo etiam ſi iſta non eſſet, æquè bene fieret effectus; & hoc eſt eſſe ſuperfluam. Dicere autem, quòd Deus ad omnia quæ facit, adhibet virtutem ſuperfluam, abſurdiſſimum eſt. Si dicatur ſecundum, erit imperfecta virtus in Filio, & valdè diſſimilis Patri, vtpote cum inſtrumentaliter agere dicatur, & Pater principaliter. Vnde quæcumque facit Pater, non facit Filius ſimiliter, ſed diſſimiliter. Item non facit Filius verbo virtutis ſuæ, ſed verbo virtutis paternæ, quia inſtrumentum, & miniſter non operatur in vi proprij Verbi, ſed in Verbo hoc imperante. Dicit autem Apoſtolus ad Hebr. 1. *Portans omnia verbo virtutis ſuæ*. Item inſtrumentum, & miniſter non operatur vt vult, ſed ſecundùm diſpoſitionem alterius voluntatis ſibi imperantis; vnde nec ſimilis, nec tantus honor defertur miniſtro, ſicut domino imperanti. Dicitur autem Ioann. 5. quòd, *ſicut Pater mortuos viuificat, ita & Filius, quos vult, viuificat, & Pater omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem*. Ergo non operatur vt miniſter, ſed ex proprio iudicio, & arbitrio, & voluntate, & cum pari honore, atque Pater; quod nullo modo conuenit miniſtro, & inſtrumento. Si verò dicatur primum, ſequitur, quòd virtus Filij ſecundum ſe, & Patris ſeorſum, & ſecundùm ſe ſint virtutes imperfectæ, quia ex illis conflatur vna virtus integra, & perfecta. Ergo

Filius non eſt inſtrumẽtum Patris.

Ergo etiam virtus Patris non erit diuina, ſed creata, quia imperfecta ex ſe, & inſufficiens. Et hæc eſt doctrina communiter recepta in ſcholis.

Arianorum argumẽtum refellitur.

Totum igitur Arianorum argumentum, quòd Filius ſit inſtrumentum Patris, minor illo, creatura facta ab illo, licèt cæteris excellentior, & nobilior, ex eo reuincitur; quia talis creatura vel eſt facta à ſolo Patre, vel non eſt facta ab ipſo. Si non eſt facta ab ipſo, aſſignent à quo facta eſt. Non eſt facta à ſe, quia repugnat aliquid ſe ipſum producere: non ab alio, cum præter Patrem non ſit alius Deus, qui talem, & tam excellentem creaturam (vt ipſi dicebant) crearet, cum ipſe Pater omnipotens ſit. Si ergo Verbum creatum eſt, vtique à Patre creatum eſt, & à ſolo Patre, quia ab ipſo Verbo non poterat fieri, aliàs fieret à ſe ipſo, & eſſet antequam fieret, quod implicat. Si autem à ſolo Patre factum eſt; ergo aliquid facit Pater, quod non facit Filius, ſcilicet ipſum Filium, ſeu Verbum factum, & non omnia per ipſum Verbum facta ſunt, ita vt ſine ipſo factum ſit nihil, ſiquidem aliquid factum eſt, & non per ipſum, ſed ſine ipſo, ſcilicèt ipſum Verbum, ſeu ipſe Filius. Quæ ſunt propoſitiones ſacræ Scripturæ contradictoriè oppoſitæ.

Arianorum figmẽtum.

Inſtant. Omnia ſunt quidem facta per Verbum internum, quod eſt ipſa Dei ſapientia, non per Filium, qui eſt aliquid procedens à Deo, & extra Deum. Per hunc enim non ſunt facta omnia, quia ipſe non eſt factus à ſe; ſed præter ſe facta ſunt alia per Filium tanquam per inſtrumentum. Per Verbum enim internum omnia ſimpliciter facta ſunt. Ecce igitur ex ipſis verbis Arianorum, plura Verba ab ipſis diſtingui, intelligentibus nimirũ aliud Verbum, aliud Filium. Vnde S. Ambroſius inquit; *Nonnulli etiam aliud Dei Verbum, alium verum Dei Filium crediderunt*. Quod eſt diligenter notandum, ne ex ignorantia eorum, quæ ipſi docent, ſacræ Scripturæ teſtimonia, in arguendo deludant. Hæc autem ſunt inſanientium figmenta, quibus eorum impietas tegere, nec ſe defendere poteſt. Scriptura enim illud ipſum Verbum, per quod dicit omnia facta eſſe, Vnigenitum vocat, ſeu Filium. Nam de eodem Verbo, quod Ioannes dixerat eſſe apud Deum, & Deum eſſe Verbum, & omnia per ipſum facta eſſe, ſubdit immediatè: *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre*. Illud ergò Verbum genitum eſt: ergo & Filius: ergo illud Verbum, per quod facta ſunt omnia, Filius eſt. Rurſum Ioann. 5. dicitur, quod *quæcumque facit Pater, hæc & Filius ſimiliter facit*. Ergo idem dicit Scriptura de Verbo, & de Filio, quòd *omnia per ipſum facta ſunt*.

S. Ambroſius lib. de Incarn. Domini c. 6.

Ioann. 1.

Digitized by Google

Denuò inſurgunt, explicando quòd quando Scriptura dicit per Verbum facta eſſe omnia, creata eſſe omnia, portari omnia, non eſſe ſermonem de creatione rerum facta à ſolo Deo, ſed de reſtauratione Eccleſiæ, & redemptione hominum facta per Chriſtum hominem. Contra enim eſt, quia Paulus expreſsè affirmat ad Coloſs. 10. *Omnia condita eſſe in ipſo, & creata per ipſum in cœlo, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia, ſiue Throni, ſiue Dominationes, ſiue Principatus, ſiue Poteſtates.* Creatio autem iſtorum non eſt renouatio, & redemptio hominum; de hac enim poſteà ſubiungit Paulus: *Quia per ipſum placuit reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cœlis*. Ergo cum dicit, in ipſo eſſe condita omnia, & creata, de creatione loquitur, non de reconciliatione: ſic enim idem repeteret. Nec ex iſta reſtauratione rectè probaret Paulus, quòd ipſe eſt ante omnes, quia omnia creauit, ſi ly *creauit* eſt idem quod *reſtaurauit*, cum poſſint etiam reſtaurari quæ ante nos fuerunt, non verò creari, cum creatio ſit tranſitus de non eſſe ad eſſe, & influat totam entitatem, nihil præſupponendo, ſed totum faciendo. Sed audiamus quid ipſi contra nos reponant, vt ex obiectionum ſolutione, atque ſacræ Scripturæ explicatione, magis Catholicæ aſſertionis veritas inconcuſſa, & firma remaneat. *Coloſſ. 10.*

In primis obijciunt illud Ioann. 4. *Quia Pater maior me eſt.* Et Apoſtolus dicit de Filio 1. Corinth. 15. *Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia.* Quod certè non poteſt intelligi de humana natura aſſumpta: nàm in hac multo magis fuit illi ſubiectus ante glorificationem ſuam, quàm cum omnem poteſtatem ſibi datam oſtendet. Vnde ſi debet eſſe ſubiectus ei, qui ſubiecit ſibi omnia, debet eſſe ſubiectus Patri, ideoque ipſi inferior. Item dicitur creatura, Eccleſiaſtici 1. *Prior omnium creata eſt ſapientia.* Et capite 24. *Creator omnium, & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Et rurſum: *Ego ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.* Et Apoſt. ad Coloſſen. 1. *Qui eſt primogenitus omnis creaturæ.* Quibus locis ſermo eſt de Filio, non ratione Incarnationis, ſed ſecundùm ſe, & vt procedens à Deo, & tamen nominatur creatura. Igitur ſic arguunt Hæretici. Ex eo quòd Filius nominatur Deus, debet intelligi de Deo vero. Ergo ex eo quòd nominatur creatura, debet intelligi de vera creatura, ſecundùm omnem proprietatem creaturæ. *Audiuntur Hæretici.*

Confirmant primò, quia Scriptura ſoli Patri tribuit diuinitatem. Ergo excludit ab illa Filium, & ſic ſolùm dabitur vna Perſona

na

na diuina. Probant hoc ex eo, quia Ioann. 17. dicitur, *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum*. Ibi enim ſolus Pater nominatur verus Deus, etiam comparatione Ieſu Chriſti miſſi. Ergo excluditur ille à ratione veri Dei. Item Apoſtolus loquens de Chriſto comparatione ad Patrem, inquit: *Quem ſuis temporibus oſtendit beatus, & ſolus potens Rex Regum, & Dominus Dominantium; qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inaceſſibilem*. Ergo qui alium facit Deum præter Patrem, contradicit Scripturæ.

1. ad Timoth. vlt.

Confirmant ſecundò, quia Filio tribuitur ignorantia diei iudicij Marci 13. *De die autem illa nemo ſcit, neque Angeli in cœlo, neque Filius, niſi Pater*. Tribuitur etiam impotentia Matth. 20. *Sedere ad dexteram, vel ad ſiniſtram non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo*. Et Ioann. 5. *Non poteſt Filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit Patrem facientem*. Ergo ipſe in ſe non eſt Deus: ſic enim faceret à ſe. Inde ſequitur, Filium audire à Patre, & Patrem ei demonſtrare, & tradere omnia. Quod vtique ſupponit non eſſe Deum, ſed in ſe eſſe indigentem, & carentem eo, quod ſibi datur à Patre. Nec iuuat dicere, Filium facere, & creare, & operari id quod Pater: quia hoc non facit modo diuino, ſed inſtrumentali, & inferiori; vt cum dicitur per ipſum fieri ſæcula, per ipſum eſſe omnia, ſed non ex ipſa. Vbi particula *per* deſignat miniſterium, & inferioritatem.

Tela ignea Hæreticorum extinguũtur.

Reſpondeo, authoritates illas, quæ Filium Patre minorem eſſe dicunt, intelligi debere de Filio in natura aſſumpta, in qua minoratus eſt, non ſolùm reſpectu Patris, ſed etiam paulò minùs ab Angelis, ſcilicet in natura paſſibili, & mortali, & hoc modo debet intelligi, quando dicitur obedire Patri, & ab eo mandatum accipere, &c. Ex ipſo enim textu conſtat, in hoc ſenſu loqui Chriſtum, cum dicit: *Pater maior me eſt*; præmiſerat enim: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me eſt*. Ire autem ad Patrem ſolùm conuenit Filio in natura aſſumpta, in propria enim non vadit, quia in illo ſemper eſt, & non poteſt non eſſe. Quando verò Apoſtolus dicit: *Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia, &c.* tunc manifeſtè loquitur de Filio vt homine, quia antecedenter locutus fuit de reſurrectione Chriſti, quæ vtique conuenit illi vt homini. Et poſtea addit: *Cum tradiderit Regnum Deo, & Patri*. Et oſtendit, quale ſit hoc Regnum, quia ſcilicet oportet ei omnia eſſe ſubiecta; conſequenter ſubiungit: *Cum ſubiecta illi fuerint omnia, tunc ipſe Filius ſubiectus erit illi, qui ſibi ſubiecit omnia*. Vndè dicit D. Thomas, quòd ipſe contextus literæ oſtendit

hoc de Chriſto debere intelligi ſecundùm quod eſt homo; ſic enim mortuus eſt,& reſurrexit. Nam ſecundum diuinitatem, cum omnia faciat, quæ facit Pater, vt oſtenſum eſt, etiam ipſe ſibi ſubiecit omnia. Vnde & Apoſt. dicit ad Philippenſ. 3. *Saluatorem expectamus Dominum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ ſecundùm operationem, qua poſſit ſibi ſubijcere omnia*. Illa ergo operatio ſubijciens omnia Chriſto vt homini, erit operatio diuina, non humana. Quando verò omnia ſic ſubijciuntur Chriſto, tunc & ipſe Filius in eadem natura humana, in qua reſurrexit, & in qua omnia ſibi ſubiecta erunt, etiam ipſi Deo ſubiectus erit, quia manifeſtabitur, operationem illam non procedere ab humanitate Chriſti, niſi vt ab inſtrumento diuinitatis. Quòd ſi inſtrumentum eius eſt, ergo & ſubiectum. Tanta igitur apparebit claritas Chriſti vt hominis, quòd oſtendetur ipſam humanitatem eſſe inſtrumentum coniunctum diuinitati ad vniuerſalem adminiſtrationem omnium, quatenus ſubijcit ſibi omnia: & ſic Filius vt homo ſubiectus erit ei, qui ſubijcit ſibi omnia, vt inſtrumentum principale, vt ſit Deus omnia in omnibus, ideſt vt omnia tribuantur Deo, vt diſertè explicat Schola D. Thomæ. *D. Thom. l. 4. cont. Gent. cap. 8.*

Ad id quod dicitur, Sapientiam eſſe creatam, reſpondeo iuxta doctrinam *D. Thomæ* loco ſupracitato: primò quidem poteſt intelligi non de Sapientia, quæ eſt Filius Dei, ſed de ſapientia, quam Deus indidit creaturis, de qua dicitur Eccleſiaſtici 1. *Ipſe creauit eam, &c.* ſcilicet ſapientiam, *in Spiritu ſancto, & effudit illam ſuper omnia opera ſua*. Poteſt ſecundò referri ad naturam creatam aſſumptam à Filio; vt ſit ſenſus: *Ab initio & ante ſæcula creata ſum*, ideſt præuiſa ſum creaturæ vniri. Quod verò dicitur: *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*; per tabernaculum Creatoris intelligitur humanitas Chriſti, & corpus. Vt autem inquit *D. Thom.* proceſſio Verbi vocatur generatio, aliquando creatio, vt ex vtroque ſumatur aliquid perfectionis ad integrè explicandam generationem illam, quia in generatione quod generatur, accipit naturam generantis, quod perfectionis eſt: ſed in generationibus, quæ ſunt apud nos, generans ipſe mutatur; quod imperfectionis eſt. In creatione verò creans non mutatur, ſed creatum non recipit naturam creantis. Dicitur ergo ſimul Filius creatus, & genitus, vt ex creatione accipiatur immutabilitas Patris, ex generatione vnitas naturæ in Patre, & Filio. Et ſic huiuſmodi Scripturæ intellectum Synodus expoſuit, vt per Hilarium patet. *Hilarius in lib. de Synodis, vt refert D. Thom. loc. cit.*

Quòd verò Filius dicitur primogenitus creaturæ, non ex hoc

eſt,

eſt, quòd Filius ſit in ordinatione creaturarum; ſed quia Filius eſt à Patre, & à Patre accipit, à quo ſunt, & accipiunt creaturæ. Sed Filius accipit à Patre eandem naturam, non autem creaturæ; vnde & Filius non ſolùm primogenitus dicitur, ſed etiam Vnigenitus, propter ſingularem modum accipiendi. Vnde referendo hoc ad Filium in natura diuina, dicitur primogenitus omnis creaturæ, quia ipſe eſt Filius, & non eſt creatura. Si enim reſpectu omnis creaturę primogenitus eſt, vtique extra omnem creaturam eſt. Ad paritatem, quòd ſicut quando Filius nominatur Deus, debet intelligi de Deo vero, ergo etiam quando nominatur creatura, debet intelligi de creatura cum omni proprietate; Reſpondeo, diſparitatem eſſe, quia ſi natura propria Filij eſſet creatura, non poſſet verificari, quòd eſſet Deus. Sed ſi eſt Deus, neceſſariò & ab æterno eſt Deus. Ergo oportet, quòd ſi dicitur Deus, & creatura, hoc ſecundum dicatur in natura aſſumpta, non in propria: ſic enim falſificaretur, quòd eſſet Deus.

Ad primam Confirmationem reſpondeo, quòd in illo loco, *vt cognoſcant te ſolum verum Deum*, ly *ſolum* ſumi poſſe vel aduerbialiter, vel adiectiuè. Si ſumatur aduerbialiter, non eſt difficultas, quia facit ſenſum, quòd Pater tantùm eſt Deus, Chriſtus autem quem miſit, non ſolùm eſt Deus, ſed etiam homo. Pater autem nihil aliud eſt, quàm Deus. Si adiectiuè ſumatur, adhuc ſtat in robore, & ſenſus eſt facilis, & ſumitur ex Chryſoſtomo, & Ambroſio, cognoſcant te ſolum verum Deum cum Chriſto, quem miſiſti quaſi oſtendere volens, quòd ipſe ſolus cum Chriſto miſſo ſit verus Deus, non ipſe ſolus ſine Chriſto. Nota, quod in ly *miſſo* ſubintelligitur etiam Spiritus ſanctus, quia ipſe miſit Chriſtum vt hominem iuxta illud Iſai. 48. *Et nunc Dominus miſit me, & Spiritus eius*. Quando verò dicitur, quòd ſolus habet immortalitatem, quòd ſolus ſit potens &c. ly *ſolus* non excludit perſonas diuinas à conſortio immortalitatis, & potentiæ, ſed perſonas creatas.

Chryſoſt. in Ioann. 17. Ambroſ. lib. 5. de fide cap. 2.

Ad ſecundam Confirmationem occurrit *D. Thomas* loco ſupracitato, *De die autem illa nemo ſcit, &c.* non poteſt intelligi quòd Filius horam aduentus ſui ignoret: cum in eo ſint omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi, vt Apoſtolus dicit; & cum id, quod maius eſt, perfectè cognoſcat, ſcilicet Patrem: ſed hoc intelligendum eſt, quia Filius inter homines homo conſtitutus, ad modum ignorantis ſe habuit, dum diſcipulis non reuelauit. Eſt enim conſuetus modus loquendi in Scripturis, vt Deus dicatur aliquid cognoſcere, ſi illud cognoſcere facit: ſicut habetur Geneſ. 22. *Nunc cognoui, quòd timeas Dominum*, ideſt nunc cognoſcere feci. Et ſic

per

Digitized by Google

per oppoſitum Filius neſcire dicitur, quod non facit nos ſcire. Ad id quod dicitur, *Sedere autem ad dexteram meam non eſt meum dare vobis*, ex quo arguunt impotentiam Filij, dico ſciendum eſſe ſecundum doctrinam traditam à D. Thoma in textu præmitti, quòd mater filiorum Zebedæi acceſſerat ad Ieſum, petens vt vnus filiorum eius ſederet ad dexteram eius, & alius ad ſiniſtram: & ad hoc petendum mota videbatur ex quadam fiducia propinquitatis carnalis, quam habebat ad Dominum Chriſtum. Dominus ergo ſua reſponſione non dixit; quòd ad eius poteſtatem non pertineret dare quod petebatur, ſed quòd ad eum non pertinebat illis dare, pro quibus rogabatur. Non enim dixit: Sedere ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare alicui: quin potiùs oſtendit quod ſuum erat hoc dare illis, quibus erat paratum à Patre ſuo. Non enim hoc dare ad eum pertinebat ſecundùm quod erat Filius Virginis, ſed ſecundùm quod erat Filius Dei. Vnde Matthæi 25. dicitur, quòd *Filius hominis ſtatuet oues à dextris, & hædos à ſiniſtris*, per quod denotatur poteſtas filij Dei in diſtributione ſedium cæleſtium, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Igitur ſtat, quòd ly *vobis* determinat perſonas petentes, in quantum tales, quia propinqui erant. Quibus verò paratum eſt à Patre, & ſimiliter à ſe, dare illis ſuum eſt, qui reddet vnicuique ſecundùm opera ſua, & ſic ſedes illæ à dextris, & à ſiniſtris ex prædeſtinatione Dei dependent. Quod verò dicitur Ioann. 5. *non poſſe filiũ facere quidquam à ſemetipſo, &c.* ita debet intellegi, quòd id quod Filius operatur, & habet, per generationem accipit à Patre, non à ſe; nam nec ipſam eſſentiam, & diuinitatem habet à ſe, ſed per generationem accipit, non per creationem. Et ſic Filium non poſſe facere quidquam à ſemetipſo, ſed quòd viderit Patrẽ facientem, non debet intelligi, quòd non faciat propria, & diuina virtute, quę tota eſt à ſe, videlicèt increata, & non ab alio extrinſeco participata; ſed ſolùm quòd non poteſt facere à ſe vt perſona ingenita, ſed vt nata & orta à Patre, & cõſequenter prout viderit Patrem facientem. Quod verò dicitur, Filium audire à Patre, ab eoque accipere, ex hoc non ſequitur Filium eſſe ignorantem, & aliqua diſcere à Patre, quia, vt ait *D. Thom.* intelligere & eſſe in Deo idem ſunt. Vnde communicatio diuinæ naturæ eſt etiam intelligentiæ communicatio: *lib. 1. contra Gent.* communicatio autem intelligentiæ, demonſtratio, vel locutio, ſiue doctrina poteſt dici. Per hoc ergò, quòd Filius ſua natiuitate à Patre naturam diuinam acceperit, dicitur vel à Patre audiuiſſe, vel Pater ei demonſtraſſe, vel ſi quid aliud ſimile legitur in Scripturis, non ita debet intelligi, quòd Filius prius ignorans, aut neſciens fuerit, & poſtmodùm eum Pater docuerit. Et confitetur Apoſtolus 1. Cor. 1.

Chri-

Digitized by Google

Chriſtum Dei virtutem, *& Dei ſapientiam*. Non eſt autem poſſibile, ait ſupracitatus Doctor, quòd ſapientia ſit ignorans, neque

Hebr. 1.

quòd virtus infirmetur. Vnde qui portat omnia verbo virtutis ſuæ, habet etiam in ſe virtutem faciendi, quæ facit. Virtus verò creandi eſt virtus infinita, nec poteſt eſſe in inſtrumento, ſed ſolùm in ſummo

Vide Irenæum lib. 1. cap. 22. Athanaſium ſerm. 3. contra Arian. Auguſt. lib. 12. Ciuit. Dei c. 24. & 25. Cyrillum 2. in Iulianum. Damaſcenum lib. 2. cap. 3.

& infinito artifice. Quarè omnes Patres numerant Baſilidem, & alios quoſdam inter hæreticos, quia dicebant, mundum creatum per Angelos. Nec iuuat dicere, Filium habere virtutem creandi, ſed non principalem, quia Pater ſuo arbitratu agit, Filius alieno. Contra enim eſt Ioann. 5. *Sicut Pater quos vult viuificat, ita & Filius quos vult viuificat*. Item Spiritus ſanctus liberè, & ſua voluntate agit, 1. Cor. 12. *Diuidit omnibus prout vult*. Denique

Bellarminus tom. 1. Controu. lib. 1. de Chriſto cap. 9.

ſic arguit Bellarminus: Si Filius habet virtutem creandi, vel eandem numero, quam Pater habet, vel diuerſam. Si eandem, ergo ſunt vnus Creator, & vnum eſt opus, vna voluntas, vna eſſentia vtriuſque. Si diuerſam, ergo falſum eſt illud 1. Reg. 2. *Non eſt fortis ſicut Deus noſter*. Et illud Exodi 15. *Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* Nam inuenitur alius æquè fortis, nimirum Chriſtus. Quòd ſi dicatur omnia per ipſum facta eſſe, ly *per* denotat medium, ſeu aliquem ordinem in proceſſione, ſeu actione alicuius rei. Vnde propoſitio *Ex* tribuitur Patri, *Per* Filio, *In* Spiritui ſancto, non quia vna perſona ſit inſtrumentum alterius, ſed ad denotandas eorum proprietates. Vnde vt notat nuper citatus Auctor ex

Baſilius lib. de Spiritu ſancto cap. 4.

Baſilio, Patri tribuitur *Ex*, ad denotandum, quòd ipſe ſit principium ſine principio, cum illa particula ſit nota cauſæ efficientis. *Per*, tribuitur Filio, quia *Per* eſt ſignum cauſæ mediæ, & Filius eſt principium de principio, habet enim à Patre, vt ſit principium. Denique *In* ſignificat continentiam, & tribuitur Spiritui ſancto, qui eſt nexus Patris, & Filij; tamen hæc omnia conuenire eidem Deo, oſtendit Apoſtolus, cum dicit:

Rom. 11.

O altitudo diuitiarum, ſcientiæ, & ſapientiæ Dei, &c. Quoniam ex ipſo, per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Et hæc de Ariana hæreſi dicta ſufficiant.

Hæreſis Elxaitarũ cœpit ann. 249.

Elxai, qui præter errorem Carpocratis de Incarnatione Verbi, inter alias blaſphemias in quodam libro conſcriptas, quem ipſe, & eius ſectatores è cælo delapſum eſſe finxerunt: dicebat Chriſtum eſſe puram creaturam, cuius hæreſim ſecuti ſunt *Helceſſei*, *& Alcibiades Apameenſis*, vt narrat Theodoretus, qui etiam refert hanc

Theodoretus lib. 2. cap. 4.

hæreſim ab initio ſtatim repreſſam, & extinctam, reſtauratam fuiſſe per Artemonem, ſiue Artemam, qui Ieſum Chriſtum merum eſſe hominem aſſeruit, ex Virgine procreatum, & Prophetis excellentiorem.

Theodo-

Digitized by Google

Theodotus Byzantinus prædicabat, Chriſtum non eſſe Deum, ſed nudum hominem, ac cæterorum more genitum, vt notat Auguſtinus de Hæreſ. 33. vbi eum Theodotionem appellat ad differentiam à Theodoto argentario, vel trapezita, qui & ipſe, inquit Tertullianus, introduxit alteram ſectam, & ipſum Chriſtum, hominem tantummodò dicit ex Spiritu Sancto, & Virgine Maria conceptum pariter, & natum, ſed hunc inferiorem eſſe, quàm Melchiſedech. **Theodotiani.** *Auguſt. Hæreſ. 33.* *Tertullianus hæreſ. 55.*

Paulus Samoſatenus Antiochenus Epiſcopus, Ebionitarum hæreſim inſtaurauit. Eius errorem de Incarnatione Verbi refert **Paulianiſtarum hæreſis cœpit ann. 265.**
,, Auguſtinus hæreſi 44. vbi dicit: Pauliani à Paulo Samoſateno, *Auguſt. hæreſi 44.*
,, Chriſtum non ſemper fuiſſe dicunt, ſed eius initium, ex quo de *Vide Speculũ Chronographicum Eccle-*
,, Maria natus eſt, aſſerunt: nec eum aliquid ampliùs quàm ho- *ſiæ Catholicæ Frat. Matthiæ Cheſneux*
,, minem putant. Hæc hæreſis aliquando cuiuſdam Artemonij *Sæcul. prim. cap. 8.*
,, fuit, ſed cum defeciſſet, inſtaurata eſt à Paulo, & poſtea ſic à *pag. 201. Leodij.*
,, Photino confirmata, vt Photiniani, quàm Pauliani celebriùs
,, nuncupentur. Aduersùs hoc impium dogma celebratæ ſunt
,, duæ Synodi Antiochiæ, & Paulus Samoſatenus de ſua Sede
,, deiectus eſt.

Sanctus Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus contra omnes hæreſes, de eo ſic diſcurrit: Εἴπωμεν καὶ πρὸς τὸν ἀτυχέστατον Σαμοσατία Παῦλον, τὸν λέγοντα, ὅτι ἀφ' οὗ προῆλθεν ἀπὸ τῆς ἀπειρογάμου παρθένου, ἀπὸ τότε υἱὸς ἐχρημάτισεν. Ἄφρον οὐκ ἤκουσας αὐτοῦ τοῦ κυρίου λέγοντος πρὸς τοὺς ἰουδαίους· ὁ πατὴρ ὑμῶν Ἀβραὰμ ἠγαλλιάσατο ἰδεῖν τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη. τῶν ἀχαρίστων ἰουδαίων εἰπόντων κυρίῳ· οὔπω τεσσαράκοντα ἔτη ἔχεις, καὶ λέγεις ἑωρακέναι τὸν Ἀβραάμ; ἀπεκρίθη πρὸς αὐτοὺς καὶ ἔλεγεν· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι· εἰ πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι αὐτός ἐστι, πῶς λέγεις, ὅτι μετὰ τὴν ἔνσαρκον αὐτοῦ παρουσίαν υἱὸς ἐχρημάτισεν; οὐκ ἤκουσας, ἐν τῷ παροιμιαστῇ αὐτὴ ἡ σοφία πῶς ἔλεγεν; ἐγὼ ἤμην, ᾗ προσέχαιρε, καθημέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ. καὶ πάλιν, (λέγει ὁ μέγας παροιμιαστὴς) ὁ θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν. ἰδοὺ ἀεί ἐστιν ἐν τῷ πατρί. καὶ ὁ (μέγας) Ἀπόστολος· Χριστὸς θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία. Verba igitur faciamus *S. Athanaſius. Serm. co. omnes hæreſes.*
,, ad Paulum Samoſatenſem, qui ita loquitur: Ex quo prodijt ex
,, intacta Virgine, iam inde illum eſſe Filium factum. Demens
,, qui non audiuiſti Dominum ad Iudæos dicentem: *Et Abraham*
,, *exultauit vt conſpiceret diem meum, quo conſpecto gauiſus eſt:*
,, ibi Iudæis dicentibus, *Nondum quadraginta annorum es, &*
,, *Abraham vidiſti?* reſponſum eſt à Chriſto: *Antequam Abra-*
,, *ham eſſet, ego ſum.* Si priuſquàm Abraham naſceretur, ipſe ex-
,, titit; qua ratione dicit, eum à ſuo carnali aduentu, oraculorum,
,, diuinitatiſque participem eſſe factum? Quum rurſus Prouerbio-

,, rum

Digitized by Google

,, rum author dicat in ſua Sapientia: *Ego ſum,cum qua gaudebat:*
,, *quotidie exbilarabar in præſentia eius* : *quum Mundum ædifi-*
,, *caret,aderam illi*. Ac rurſum: *Deus ſapientia fundauit terram*.
,, Vides quàm in perpetuum exiſtat in Patre. Item quoquè Apo-
,, ſtolus: *Chriſtus Dei potentia*, *Dei Sapientia*.

Sabelliani. Eodem fermè tempore erupit impium Sabellianorum dogma, authore *Sabellio*, vnde Sabelliani: ab illo Noëto, qui dicebat Chriſtum eundem ipſum eſſe Patrem, & Spiritum Sanctum, defluxiſſe dicitur; nam & diſcipulum eius quidam perhibent fuiſſe Sabellium.

Auguſtinus hæreſi 41. Epiphanius.
,, Sed qua de cauſa, dicit Auguſtinus, duas hæreſes Epiphanius
,, computet, neſcio; cum fieri potuiſſe videamus, vt fuerit Sabel-
,, lius iſte famoſior, & ideò ex illo celebrius hæc hæreſis nomen
,, acceperit. Noëtiani enim difficillimè ab aliquo ſciuntur, Sabel-
,, liani autem ſunt in ore multorum. Nam & Praxianos à Praxea
,, quidam vocant, & Hermogeniani vocari ab Hermogene potue-
,, runt, qui Praxeas, & Hermogenes eadem ſentientes, in Africa
,, fuiſſe dicuntur. Nec tamen iſtæ plures ſectæ ſunt, ſed vnius ſe-
,, ctæ plura nomina ex his hominibus, qui in ea maximè innotue-
,, runt, ſicut Donatiſtæ, ijdem Parmenianiſtæ; ſicut Pelagiani,
,, ijdem Cæleſtiani. Vnde ergo ſit factum, vt Noëtianos, & Sa-
,, bellianos, non vnius hæreſis duo nomina, ſed tanquam duas hę-
,, reſes ſupradictus Epiſcopus poneret, liquidò inuenire non po-
,, tui: quia ſi quid inter ſe differunt, tam obſcurè dixit, ſtudio for-
,, ſitan breuitatis, vt non intelligam. Impius igitur Sabellius, cum vnicam in Deitate perſonam agnoſceret,etiam negabat Verbum diuinum fuiſſe incarnatum, ſed volebat vnicam in Deo perſonam homini fuiſſe intimè coniunctam. Epiphanius hæreſi 62. refert, illos hæreticos hac ſimilitudine ſuum impium dogma declaraſſe, dicendo,Deum eſſe velut Solem, cuius vna eſt hypoſtaſis, in qua tria diſcernuntur, illuminandi vis, nec non calefaciendi, & orbis ſeu globus: ſic in vna & ſingulari perſona Dei dicebant Patrem appellari formam totius hypoſtaſis; Filium verò eſſe vim quandam illuminandi; Spiritum verò Sanctum velut ardorem & fouendi, & calefaciendi inſitam facultatem. Vnde de Chriſto pronunciarunt ipſum eſſe emiſſum Filium, hoc eſt radium diuinitatis, qui omnia illa perfecit, quæ ad illuſtrandas hominum mentes lumine, ac veritate Euangelica ſpectabant.

S. Auguſtinus contra Sabellianos ſic diſcurrit: Accedat Pa-
,, ganus, accedat Sabellianus, videat Arianus: contemplentur lu-
,, cernam, in ipſa videant, quod in Deo videre non poſſunt. Non
,, facio iniuriam, ſi aliqua parte tanti Creatoris cupiens oſtendere

 ,, pote-

Digitized by Google

„ poteſtatem, ignis ſiue lucernæ afferam tantillam ſimilitudinem.
„ Scriptum eſt enim: *Lucerna pedibus meis Verbum tuum Do-*
„ *mine, & lumen ſemitis meis*. Et de Deo dictum eſt *Ignis con-*
„ *ſumens*. Accedite ergo, & lucernam diligenter conſiderate,
„ veſtraſque fatuas tenebras remouete. Paganus intueatur, & illic
„ ſine coniugio eſſe Patrem diſcat, & Filium, & quomodo natus
„ eſt Filius: & ſi cæcus non es, ibi vide. Inter ignem, & ſplen-
„ dorem quære medium. Si nullum eſt medium, nullum eſt con-
„ iugium. Noli velle ſcrutari medium, ne magnum patiaris in-
„ cendium. Accedat Sabellianus, videat duos in vnum, ignem,
„ & ſplendorem: nunquid rectè dicere poteſt ſplendor, Ego in
„ igne, & ignis in me: ſicut & Filius dicit: *Ego in Patre, & Pa-*
„ *ter in me?* Accedat Arianus, videat & ipſe alterum ex altero,
„ nec tamen naſci poſſe alterum ſine altero: nemo eorum prior,
„ nemo poſterior. Coæui ſunt Pater, & Filius, & ſplendor, &
„ ignis; nec ignis ſine ſplendore, nec ſplendor ſine igne eſſe po-
„ teſt. Aut certè ſi placet, mitte manum, diuide alterum ab al-
„ tero: oſtende mihi ignem ſine ſplendore, vel ſplendorem ſine
„ igne. Abſit, abſit: ardere tantummodo poteris, ſeparare alterum
„ ab altero non poteris. Sicut enim ignis, & ſplendor alter ex al-
„ tero eſt, vt eſſe alter ſine altero non poſſit: ita Deus Pater, &
„ Filius Deus, alter ex altero eſt, nec tamen ſine altero eſſe poteſt.
Hactenus Eccleſiæ Doctor, & lumen Auguſtinus.

Hinc apparet, Sabellij errorem cum Ario ex diametro pugnare. Ille ſiquidem naturam vnam, & hypoſtaſim vnam, ſeu perſonam vnam trinominem aſſeruit, quæ tribus vocabulis enunciaretur. Quamuis enim Filium, & Spiritum Sanctum ex Patre produceret, tamen in Patris rurſum perſonam has duas perſonas reſoluebat, haud ſcilicet vnicuique ſeiunctim hypoſtaſim tribuens, verùm nuda dumtaxat nomina, rebuſque vacua eſſe aſſerens: ex quo vnum, & nihil vnumquemque horum eſſe, nugator ille colligebat. Arius è contrà vnam, & eandem diuinitatem in tres perſonas, & in tres diuerſas naturas diſtinguebat: atque Ingenito ſoli deitatis vocabulum tribuens, Filium, & Spiritum Sanctum tum à Paterna eſſentia, tum à diuina potentia ſubmouebat. Hinc Baſilius Magnus in ea epiſtola, quam ad Maximum ſcribit, agricolæ cuipiam comparat, qui plantam quandam plus æquo inflexam, & propendentem nimiùm in alteram partem inflectendo peruertit. Eodem enim modo dum Arius Sabellianam perſonarum confuſionem acriùs oppugnaret, ac tres hypoſtaſes aſſereret, in contrarium errorem prolapſus eſt, ac ſubſtantiarum diſſimilitudinem induxit. De hac materia fuſiùs tra-

Error Sabellij Ario opponitur.

ctat

ctat Nazianzenus in Orationibus de Theologia, & alijs locis, vt videre in Commentario Eliæ Cretenſis in Orat. 1. eiuſdem Gregorij Nazianzeni.

S. Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus in Oratione de æterna ſubſtantia Filij, & Spiritus Sancti cum Deo, contra gregales Sabellij ſic loquitur: Τίσιν οὖν πιστεύομεν, πότερον τοῖς εὐαγγελιζομένοις ἡμῖν παρὰ πατρὸς ἐπιδεδημηκότα, ἢ τοῖς ἓν πρόσωπον ἅμα τῷ λόγῳ τὸν πατέρα φάσκουσιν εἶναι; εἰ γὰρ ἓν πρόσωπον, πῶς τὸ μὲν ἀποστέλλει, τὸ δὲ ἀποστέλλεται, καὶ θεωρεῖται διὰ σαρκός; θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, καὶ παραγεγονὼς αὐτὸς φθέγγεται τῇ ἁγίᾳ φωνῇ παρέχων τὴν ἑαυτοῦ θεωρίαν, καὶ διὰ ταύτης τὴν τοῦ πατρὸς ἐπίγνωσιν ὑποτιθέμενος, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα, οὐχ ἑαυτὸν εἶναι τὸν πατέρα φάσκων, πῶς γὰρ τὸν ἀόρατον; ἀλλὰ τοιοῦτον οἷον τὸν πατέρα. προειρήκει γὰρ, εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἂν ᾔδειτε, τὴν δυάδα τῶν προσώπων ἄντικρυς ἡμῖν ἐξηγούμενος, ἀπαραλλάκτῳ γνωριζομένην θεότητι· διόπερ ὁ τοῦ υἱοῦ καταξιούμενος θεωρίας οὐκ ἀποστέρηται τοῦ πατρὸς· οὐ γὰρ ἀλλοῖον ὁ γεννήτωρ ἐγέννα, ἀλλὰ τοιοῦτον οἷος αὐτός. εἰ γοῦν ἕν τι μόνον εἶναι πρᾶγμα νομίζεις, δύο δὲ ὄντα κατὰ ἀλήθειαν, ἀγνοεῖς τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱόν· τίς οὖν σοι πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν διδασκαλίαν ἐστὶ κοινωνία; πῶς δὲ τὰς τοῦ δεσπότου δέξῃ φωνάς, ἐγώ φησι καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ πάλιν περὶ τοῦ πατρὸς διαλεγόμενος, παρ' αὐτοῦ εἰμι, φησὶ, κἀκεῖνός με ἀπέστειλε. προστίθησι δὲ καὶ τὸ τρίτον· ἐγὼ, φησὶ, παρακαλέσω τὸν πατέρα μου, καὶ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν. ὅταν οὖν περὶ μὲν ἑαυτοῦ λέγῃ, τὸ, ἐγώ· περὶ δὲ τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος· περὶ δὲ τοῦ πνεύματος, ἄλλος· πῶς οὐκ ἀποστάσια σαφῶς ἀρνεῖσθαι τὰ τρία, καὶ μόνον εἶναι λέγειν τὸν φάσκοντα, οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πέμψας με πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστι. Quibus
,, ergo potiùs crediderimus? illiſne, qui Filium à Patre non aduenisse prædicant; an ijs, qui vnam perſonam Verbum cum Patre
,, exiſtere aſſeuerant? Si enim vna perſona eſt, cur vna emittit, &
,, altera emittitur, & per carnem conſpicitur? quum Deum nemo
,, viderit vnquam, ſed Vnigenitus Filius, qui eſt in ſinu Patris,
,, ipſe enarrarit, & acceſſerit ad nos, ſuiſque verbis ſui conſpectum
,, exhibuerit: quique ob iſtam ex ſe Patris cognitionem inter lo-
,, quendum ſubiunxerit: *Qui videt me, videt & Patrem meum*,
,, non ſcipſum Patrem dicens: qui enim id fieri poſſet, cum pater
,, ſit inuiſibilis? ſed talem ſe dicit, qualis Pater eſt. Nam ſuperiùs
,, dixerat: *Si cognouiſſetis me, etiam Patrem cognouiſſetis*, duali-
,, tatem perſonarum expreſſis verbis nobis declarans, quæ ex in-
,, commutabili deitate agnoſci poterat. Quocircà qui dignus ha-
,, betur conſpectu Filij, non fraudatur conſpectu Patris. Non
,, enim genitor alienum, diſſimilemque de ſe genuit, ſed ſibi con-

,, ſimilem. Si igitur vnum exiſtimas, cum reuera duo ſint, Pater,
,, & Filius, quæ tibi cum Eccleſiaſtica doctrina communio ſuper-
,, eſt? Quomodo voces Domini excipies? *Ego & Pater*, inquit,
,, *vnum ſumus*. Ac rurſum de Patre loquens, *Ab eo*, inquit, *ſum*,
,, *& ille me emittit*. Addit & tertium. *Ego rogabo*, inquit, *Pa-*
,, *trem, & alium Conſolatorem dabit vobis*. Cum igitur de ſe
,, loquitur, *Ego*, inquit; cum de Patre, *ille*, dicit: cum de Spiri-
,, tu Sancto, *alium*, ſubiungit: cur non planè defectionis, & apo-
,, ſtaſiæ crimen ſit, negare tria, & ſolum illum, qui iſta loquutus
,, eſt, vnum eſſe dicere? *Non ſum ſolus, quoniam qui me miſit,*
,, *Pater mecum eſt*.

S. Dionyſius contra Sabellium.

Inſuper Dionyſius Alexandriæ Epiſcopus contra Sabellium ſcribens, & Saluatoris miniſterium in carne pluribus verbis exponens, ijſque conuincens Sabellianos refellenſque, Patrem non fuiſſe carnem factum, ſed Verbum eius fuiſſe, quod carnem induerat, quemadmodùm à Ioanne dictum fuit; in ſuſpicionem raptus, quòd Filium creaturam nominaſſet, eumque factum eſſe, & conſubſtantialem Patri dixiſſet; ad Dionyſium Epiſcopum Romanum eiuſdem ſecum nominis pro defenſione criminis ſcribit, *ſe non dixiſſe, Filium eſſe factum, quem Patri conſubſtantialem confiteatur*. Illius autem forma loquendi talis eſt: *Et in alia Epiſtola ſcripſi, qua demonſtraui, falſum eſſe crimen, quod mihi obijciunt, quaſi dixiſſem, Chriſtum non eſſe conſubſtantialem Deo. Etſi hoc nomen conſubſtantialitatis dixerim non inueniri vſpiam in ſacris litteris; tamen argumenta mea, quæ ipſi tacita omiſerunt, à re ipſa ſignificationeq; vocabuli non abludunt.*

Dionyſius Epiſcopus Alexand. ad Dionyſ. Epiſcop. Rom. refertur à D. Athanaſio in Decret. Synodal. Nicæn. contra hæreſim Arianam.

Sabellij dogmatis ſectator fuit *Marcellus Ancyranus*, qui dum Arianos, vt diximus, vehementiùs inſectatur, & vnitatem diuinæ ſubſtantiæ aduersùs eos acerrimè propugnat, in contrarium lapſus eſt errorem, eandemque vnitatem ad hypoſtaſes ipſas, perſonaſque tranſtulit. Huius diſcipulus fuit *Photinus* Sirmij Epiſcopus, qui dicit, Deum ſingulum eſſe, & ſolitarium, & more Iudaico confitendum; Trinitatis plenitudinem negat, neque vllam Dei Verbi, aut vllam Spiritus Sancti putat eſſe perſonam: Chriſtum verò hominem tantummodò aſſerit, cui principium adſcribit ex Maria, & hoc omnimodis dogmatizat, ſolam nos perſonam Dei Patris, & ſolum Chriſtum hominem colere debere. Hæc ergo Photinus. Sed quia tam Photinus, quàm Sabellius intendunt confirmare ſuos errores auctoritatibus ſacræ Scripturæ, explicabimus eas ſecundùm catholicum ſenſum, & ſecundùm doctrinam nobis à ſanctis Patribus traditam.

Marcellus Ancyranus.
Euſebius Cæſarienſ. Theodor. lib. 2. cap. 10.

Photinani.

Vincentius Lirinēſ. Commonit. 1. cap. 17

In

Argumenta Sabellij & Photini ex ſacra Scriptura deſumpta. Rom. 1.

In primis nobis obijciunt illud Matth. vlt. vbi dicitur: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra*. Ergo accepit illam de nouo. Secundò Apoſtolus ad Rom. 1. de Filio loquens dicit: *Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid*. Ergo Filius eſt factus, non genitus. Tertiò idem Apoſt. ad Philipp. dicit, quòd *Deus Chriſtum propter paſſionis meritum exaltauit*. Ergo debemus aſſerere ipſum fuiſſe tantummodò hominem, ſed propter eius merita exaltatum. Quartò Petrus dicit, quod *Deus Ieſum Chriſtum, & Dominum fecit*. Quintò Sabellius pro vniuerſitate Deitatis adducit illud Deuter. 6. 4. שמע ישראל יהוח אלהינו יהוה אחד *Audi Iſraël Dominus Deus noſter, Dominus vnus*. Et cap. 32. 39. ראו עתה כי אני אני חוא ואין אלהים עמדי : *Videte nunc, quòd ego ego ipſe; & non Dij mecum*.

Philipp. 2. 9.

Deuter. 6. v. 4.

Deuter. 32. v. 39.

Reſpondetur ad argumenta & oſtēditur, auctoritates Scripturæ non repugnare Catholicæ veritati.

Reſpondeo, has auctoritates non repugnare veritati, quam fides Catholica confitetur. Igitur ad primum dico illud Matth. *Data eſt mihi, &c.* non ideò dici quaſi tunc de nouo hanc poteſtatem acceperit: ſed quia poteſtas quam Filius Dei ab æterno acceperat, in eodem homine facto apparere incœperat per victoriam, quam de morte habuerat reſurgendo.

Ad ſecundum dico, illam auctoritatem eſſe contra aduerſarium, quia ibi non dicitur, quòd Filius Dei ſit ſimpliciter factus ex ſemine Dauid; ſed additur *ſecundùm carnem*, per aſſumptionem humanæ naturæ; ſicut & Ioann. 1. dicitur: *Verbum caro factum eſt*. Vnde etiam patet, quòd hoc quod ſequitur, *Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute*, de natura humana aſſumpta intelligendum eſt. Quòd enim humana natura Filio Dei vniretur, vt ſic homo poſſet dici Filius Dei, non fuit ex humanis meritis, ſed ex gratia Dei prædeſtinantis, vt docet D. Thomas.

Ad tertium pariter dico, quòd illud Apoſtoli ad Philipp. &c. ad humanam naturam referendum eſt, in qua fuit humilitas paſſionis: & ſic qui erat humilis, exaltatus eſt; & qui erat Altiſſimus, ſeipſum humiliauit. Non ergo ea accepit, quæ non priùs habebat, ſed accepit vt homo, quæ habebat vt Deus. Vnde & quòd ſubditur: *Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, ad hoc referendum eſt, quòd nomen conueniens Filio ex natiuitate æterna manifeſtandum eſſet in fide populorum, hoc conuenire Filio incarnato.

Per quod patet ad quartum, vbi quando dicit Petrus, quòd Deus Ieſum Chriſtum, & Dominum fecit, de Filio intelligendum eſt ſecundùm humanam naturam, in qua incœpit habere id ex tempore, quod in natura diuinitatis habuit ab æterno.

Ad quartum dico, quod benè dicitur, Deum eſſe vnum, quia cum ſit ens ſimpliciſſimum, & abſolutiſſimum, & perfectiſſimum,

debet

Digitized by Google

debet neceſſariò eſſe vnum. Si enim eſſent duo dij, vnus haberet aliquam perfectionem, quam non haberet alter, & conſequenter aliquid perfectionis vtrique deeſſet, & ſic neuter eſſet abſolutè perfectiſſimus, nec Deus, cum Deus contineat in ſe omnium rerum perfectiones. Vnde eſt axioma ab omnibus receptum: *Vnus Deus, vna Fides, vnum Baptiſma.* Immò ipſi Mahometani habent in ſuo Symbolo: *Non eſt Deus niſi vnus, & Mahomet Apoſtolus eius*, vt nuper videre eſt in Vexillo à Poloniæ Rege Ioanne III. de Turcarum manibus Viennam in Auſtria obſidentium erepto, & ab Innocentio XI. P. M. in Eccleſia Sancti Petri de Vrbe poſito, vtque meis oculis conſpexi, hic verſus bis repetitus legitur, videlicet

لا اله الا الله محمد رسول الله   لا اله الا الله محمد رسول الله

Non eſt Deus niſi Deus : Mahomet Legatus Dei.
Non eſt Deus niſi Deus : Mahomet Legatus Dei.

Quinimò per illud Deuteronomij *Audi Iſrael, &c.* expreſsè habetur myſterium Trinitatis, & Incarnationis, quia ibi ter repetitum inuenitur hoc nomen *Deus*, videlicet *Deus, Deus noſter, Deus vnus eſt*. Idem etiam inuenitur in Iſaia c. 6. 3. vbi Seraphim clamant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum*: Quod totum ſignificat, tres eſſe perſonas in vnitate eſſentiæ, immò veteres Rabbini per hoc dictum Iſaiæ 6. 3. exponunt ſignificare Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, vt fuſiùs infrà, cum ſupra hoc ſermo erit contra Iudæos. Hinc refert Suidas, quòd Aegyptij ab Hebræis myſterium hoc acceperunt. Vnde apud Aegyptios hoc Serapidis Oraculum ad Regem Thulem habetur: *Suidas in voce Thulis.*

Πρῶτα θεὸς μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς.
Σύμφυτα πάντα, καὶ εἰς ἓν ἰόντα.

Primum Deus; deinde Verbum, & Spiritus cum illis:
Illa autem congenita, & in vnum coëuntia.

Quod autem dicitur, *Pater in me manens ipſe facit opera : & ego in Patre, & Pater in me eſt*, non oſtendit vnitatem perſonæ, vt volebat Sabellius, ſed vnitatem eſſentiæ, quam Arius negabat. Si enim eſſet vna perſona Patris, & Filij, non congruè diceretur Pater eſſe in Filio, & Filius in Patre, cum non dicatur propriè idem ſuppoſitum in ſeipſo eſſe, ſed ſolùm ratione partium; quia enim partes in toto ſunt, & quod conuenit partibus, ſolet attribui toti, quandoque dicitur aliquod totum eſſe in ſeipſo. Hic autem modus loquendi non competit in diuinis, in quibus partibus eſſe non poſſunt, vt oſtendit *D. Thomas*. Relinquitur igitur, cum Pater in Filio, & Filius in Patre eſſe dicatur, quòd Pater, & Filius non ſint idem ſuppoſitum. Sed ex hoc oſtenditur, quòd Patris, & Filij ſit vna eſſentia.

Hoc

Digitized by Google

eſſentiæ, non habet eſſentiam deriuatam ab alia eſſentia, ſed habet illam vnam eſſentiam, à qua pendent omnes eſſentiæ. Vnde ſicut dicitur Deus de Deo, & principium de principio, ſic etiam poteſt dici fons eſſendi de fonte eſſendi. Addit Bellarminus loco citato, tam Patrem, quàm Filium poſſe dici αὐτόθεον, ſed alio ſenſu, quàm acceperint Valentinus, & Caluinus hoc vocabulum. Nam ſi αὐτόθεος ſignificaret eum, qui eſt Deus à ſeipſo, vt illi exiſtimant, certè nec Pater, nec Filius poſſet dici αὐτόθεος. Nam Filius non eſt Deus à ſe, ſed à Patre, Pater etiam non eſt Deus à ſe, ſed à nullo: eſſe enim à ſe eſt productum à ſe eſſe. Pater autem eſt ſimpliciter ingenitus, & improductus. Nec probanda eſt forma loquẽdi Lactantij, qui dicit, Deum à ſeipſo eſſe procreatum. At poteſt αὐτόθεος ſignificare eum, qui eſt ipſe Deus, ideſt veriſſimè Deus, quomodo dicimus, hæc eſt *ipſa veritas*, & Græci dicunt αὐτοαλήθεια, item αὐτάδελφος, *proprius*, ſeu germanus *frater*, αὐτεξούσιος *proprij iuris*, & in hac ſignificatione Epiphanius hęreſi 69. vocat Filium Dei αὐτοτέλειον, & αὐτόθεον, ideſt *verè perfectum*, & *verè Deum*. Hæc Bellarminus. Igitur vt certa ab incertis cognoſcantur, hęc de fide tenenda ſunt. In Deo vna eſt ſubſtantia, ſed tres perſonæ: in Chriſto duæ ſubſtantiæ, ſed vna perſona: in Trinitate alius atque alius, non aliud, atque aliud: in Saluatore aliud atque aliud, non alius, atque alius. Quomodo in Trinitate, inquit *Vincentius Lirinenſis*, alius atque alius, non aliud, atque aliud? Quia ſcilicet alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti. Sed tamen Patris, & Filij, & Spiritus Sancti non alia atque alia, ſed vna eademque natura, vna eademque diuinitas. Quomodo in Saluatore aliud atque aliud, non alius atque alius? Quia videlicet altera ſubſtantia diuinitatis, altera humanitatis; ſed tamen deitas, & humanitas non alter, & alter, ſed vnus idemque Chriſtus, vnus idemque Filius Dei, & vnius eiuſdemque Chriſti, & Filij Dei vna eademque perſona. Sicut in homine aliud caro, & aliud anima, ſed vnus idemque homo caro, & anima. In Petro, vel Paulo aliud anima, aliud caro; nec tamen duo Petri caro, & anima, aut alter Paulus anima, & alter caro, ſed vnus idemque Petrus, vnus idemque Paulus, ex duplici diuerſaque ſubſiſtens animi corporiſque natura. Ita igitur in vno eodemque Chriſto duæ ſubſtantiæ ſunt, ſed vna diuina, altera humana: vna ex Patre Deo, altera ex Matre Virgine: vna coæterna, & æqualis Patri, altera ex tempore, & minor Patre: vna conſubſtantialis Patri, altera conſubſtantialis Matri: vnus tamen idemque Chriſtus in vtraque ſubſtantia.

Quomodo Filius poteſt dici αὐτόθεος.

Lactantius lib. 1. cap. 7.

Beryllus Boſtrenſis in Arabia Epiſcopus aſſeuerabat, Chriſtum ante Incarnationem non habuiſſe propriam Diuinitatis ſubſiſtentiam,

Beryllus *an. 232.*

Sanctus Epiphanius hæc refert de Irenæo contra Baſilidem : *S. Epiphanius aduerſus Hæreſes lib. 1. tom. 2. Græc. & lat. hæreſi 24.*
Εἰ Σίμων ἐσταυρώθη ὁ Κυρηναῖος, ἄρα οὐ διὰ Ἰησοῦ ἡ σωτηρία ἡμῶν γεγένηται, ἀλλὰ διὰ Σίμωνος, καὶ οὐκέτι ὁ κόσμος ἐλπίσειε διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ σώζεσθαι τοῦ μὴ παθόντος· οὔτε γὰρ Σίμων δύναται σώζειν, ἄνθρωπος ὢν ψιλὸς, καὶ οὐδὲν ἕτερον· ἅμα δὲ καὶ συκοφαντίας καταψηφίζῃ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ θεοῦ, εἰ ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ παραδέδωκεν ὁ ἀγαθὸς κύριος βιασάμενος εἰς φόνον· καὶ ἔσται λοιπὸν ὄναρ, μᾶλλον δὲ κακοηθείας καὶ κυβείας ἔργον τὸ τοιοῦτον, ὅτι ὁ κύριος κυβείᾳ τινὶ ἑαυτὸν κρύψας, ἄλλον ἀντ' αὐτοῦ παραδέδωκε· καὶ ἔσται ἡ παρά σου μωρολογία συκοφαντοῦσα μὲν τὴν ἀλήθειαν, μὴ δυναμένη δὲ, ἀλλ' ἐλεγχομένη ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀσυστάτως
,, τὸ ποίημα τοῦτο εἰσηγουμένη. Si in crucem Simon ille Cyrenæus eſt
,, ſublatus, non igitur per Chriſtum parta nobis eſt ſalus, ſed per
,, Simonem: nec iam per Chriſtum mundus ſaluum fore ſe ſperare
,, debeat, vtpote qui minimè ſit paſſus. Neque enim ſalutis eſſe
,, cauſa Simon poteſt, purus vtique ac putus homo, neque quic-
,, quam amplius. Ad hæc vnigenitum Dei Filium calumniæ con-
,, demnas, ſi alterum bonus Dominus violentèr ad necem ſuo lo-
,, co tradiderit. Nec aliud tota res præter ſomnium erit, imò ma-
,, lignitatis præſtigiarumque ſpecimen, cum ſemetipſum Dominus
,, fraudulentis artibus ſubducens ſui vicarium alterum ſubſtituat.
,, Sicque tua illa ſtultiſſima cauillatio veritati quidem calumniam
,, ſtruet, nec quod volet tamen aſſequi poterit, ſed de figmento
,, illo temerè ac ſine vlla ſtabilitate propoſito vel ab ipſa veritate
,, redarguetur. *Et paucis interiectis ait:* Ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ἐν μήτρᾳ παρθένου γενέσθαι καταξιώσας, εἰς ἑαυτόν τε σῶμα ἀναπλασάμενος, καὶ γεννηθεὶς ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνανθρωπήσας ἐν βεβαιώσει, ἵνα ἐν αὐτῇ πάθῃ ὑπὲρ ἡμῶν τῇ σαρκὶ, καὶ τὴν ψυχὴν δῷ ὑπὲρ τῶν ἰδίων προβάτων· ὡς ἐλέγχει τούτους λέγων· ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται, καὶ ἀποκτανθήσεται, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται· τοῖς τε υἱοῖς Ζεβεδαίου φήσας· δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον, ὃ μέλλω πίνειν; ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει Πέτρος· θανατωθεὶς σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. καὶ πάλιν· ὡς ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί. πάλιν δὲ Ἰωάννης λέγων· εἴ τις οὐ λέγει τὸν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι, οὗτος Ἀντίχριστός ἐστιν. ὁ δὲ ἅγιος Παῦλός φησι· γευσάμενος θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ὡς καὶ Μωϋσῆς προαναφωνῶν ἔλεγεν· ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἀπέναντι ὑμῶν ἐπὶ ξύλου. ,, Qui poſtremis temporibus in Virginis vtero for-
,, mari voluit, ſibique corpus effinxit, ac reuerà genitus, & homo
,, ſine vllo fuco factus eſt, vti pœnas in ea, quam ſuſceperat, carne
,, pro nobis experiretur, ac pro ouibus ſuis animam traderet. In
,, quo Hæreticos illos perſpicuè refellit, dum ita loquitur: *Ecce* *Matth. 20.*
,, *aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur, & oc-*

,, *cide-*

Digitized by Google

,, *cidetur*, *& tertia die reſurget*. Tum inſuper cum Zebedæi filijs
Ibid. ,, ait: *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Quò illa
1. Petri 3. ,, Apoſtoli Petri verba pertinent: *Mortificatus carne, viuificatus*
,, *autem ſpiritu*. Ac rurſum: *Qui pro nobis in carne paſſus eſt*.
Ioann. 2. ,, Sed & Ioannes ita ſcribens: *Si quis negat Chriſtum in carne ve-*
Phil. 2. ,, *niſſe, hic eſt Antichriſtus*. Ad hæc S. Paulus: *Qui mortem* (in-
,, quit) *guſtauit, mortem inquam crucis*. Id quod Moyſes diù an-
,, tè prænuncians dicebat: *Videbitis vitam veſtram coram vobis*
,, *è ligno ſuſpenſam*.

Valentinianorum hæreſis. *Euſeb. lib. 4. hiſtor. cap. 10. Epiph. tom. 2. lib. 1. hæreſ. 31. Multas fabulas de Valentino refert Theodoret. lib. 1. de fabul. hæretic.*

Idem nefarium dogma docuit *Valentinus*, qui eodem tempore, vt obſeruat Euſebius viguit ſub Pio, hoc eſt anno Chriſti 158. & permanſit vſque ad Anicetum, nempe ad annum 167. Valentinianorum deliria de Ieſu polluto ore prolata recẽſet Epiphanius his verbis: Λέγει δὲ αὐτός τε καὶ οἱ αὐτοῦ, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς ἔφην, καὶ σωτῆρα καὶ Χριστὸν, καὶ λόγον, καὶ σταυρὸν, καὶ μεταγωγέα, καὶ ὁροθέτην, καὶ ὅρον. φασὶ δὲ ἄνωθεν κατενηνοχέναι τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος ὕδωρ, διὰ Μαρίας τῆς παρθένου διεληλυθέναι, μηδὲν δὲ ἀπὸ τῆς παρθενικῆς μήτρας εἰληφέναι, ἀλλὰ ἄνωθεν τὸ σῶμα ἔχειν, ὡς προεῖπον· μὴ εἶναι δὲ αὐτὸν τὸν πρῶτον λόγον, μηδὲ τὸν μετὰ τὸν λόγον Χριστὸν, τὸν ἄνω ὄντα ἐν τοῖς ἄνω Αἰῶσι· τοῦτον δὲ φάσκουσι προβεβλῆσθαι δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ μόνον εἰς τὸ ἐλθεῖν, καὶ * ἀνασώσασθαι τὸ γένος τὸ ἄνωθεν πνευματικόν. Eſt au-

* γρ. ἀνασῶσαι.

,, tem hæc illorum opinio; Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum
,, Saluatorem eſſe, vti diximus, ac Chriſtum, & Verbum, ac tra-
,, ductorem, & finitorem, ac terminum. Eundem corpus è cœlo
,, detuliſſe, ac tanquam aqua per fiſtulam, ſic illum per Mariam
,, tranſiſſe Virginem, neque quicquam ex eius vtero ſumpſiſſe, ſed
,, è cœlo traxiſſe corpus. Neque verò primum illud Verbum eſſe
,, cenſent, neque proximum ab eo Chriſtum, qui in cœlo ſupre-
,, mus inter Aeones reſidet; ſed eius vnius cauſa productum, vt in
,, terras delapſus ſpiritale genus, quod è cœlo duxit originem,
,, liberaret.

En igitur tales ſunt illorum fabulæ, vt cohærere nullo modo poſſint, cum neque in ſacris Litteris, nec in Moſis lege, neque apud recentiores Prophetas illarum extet vlla mentio; neque à Saluatore quicquam, vel eius Euangeliſtis, aut denique Apoſtolis de ijs proditum ſit. Nam ſi veritati illa conſentanea forent, certè Dominus, qui ad illuminandum Orbem venerat, & ante illum Prophetæ, tum Apoſtoli, qui falſorum Deorum ſuperſtitionem, ac flagitiorum ſcelerumque genus omne redarguerunt, nec impiam omnem contrariamque doctrinam ſcriptis ſuis profligare ſunt veriti, illi inquam apertè nobis illa ſignificaſſent: præſertim cum Salua-

tor ita ipſe dixiſſet : *Cæteris quidem in parabolis, vobis autem parabolæ ad regni cæleſtis enarrationem ediſſerendæ ſunt*. Quocirca quæcumque in Euangelio parabolæ ab eo propoſitæ ſunt, ſtatim illarum ſenſum aperuiſſe videtur. Plura de his apud Irenæum, & Epiphanium loco citato. Strenuus etiam horum impugnator fuit Cyrillus Hieroſolymitanus, qui contra hos tales ſcribens ait: *Non opinione, non phantaſia humanitatem aſſumpſit, ſed in veritate, non tamquam per canalem tranſiens per Virginem, ſed verè incarnatus ex ipſa, lacte nutritus verè, verèque comedens, ſicut nos. Si enim phantaſma erat illa incarnatio, phantaſma & ſalus*. Luc. 8. Cyrill. Hieroſol. Catech. 4. de generat. filij.

Intendebat impius hæreſiarcha ſuum corroborare errorem aliquibus ſacræ Scripturæ verbis; dicitur enim Ioann. 3. *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui de cælo deſcendit, filius hominis, qui eſt in cælo. Qui de cælo venit, ſuper omnes eſt*. Et Ioann. 6. dicit Dominus: *Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed eius qui miſit me*. Et primæ ad Corinth. 15. *Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo cæleſtis*, quæ omnia ſic intelligi volunt, vt Chriſtus de cælo etiam ſecundùm corpus deſcendiſſe credatur. Ioann. 3. Ioann. 6. 1. Corinth. 15.

Quæ omnia quàm ſint futilia, oſtendit *D. Thom.* Non enim, ait, Chriſtus deſcendit de Cælo ſecundum corpus aut animam, ſed ſecundùm quod Deus, & hoc ex ipſis verbis Domini accipi poteſt. Cum enim diceret Ioann. 3. *Nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo*, adiunxit, *filius hominis, qui eſt in cælo*: in quo oſtendit ſe ita deſcendiſſe de cælo, quod tamen in cælo eſſe non deſierit. Hoc autem proprium deitatis eſt, vt ita in terris ſit, quòd & cælum impleat, ſecundùm illud Hieremiæ: *Cælum, & terram ego impleo*. Non ergo Filio Dei, in quantum Deus eſt, deſcendere de cælo competit ſecundum motum localem; nam quod localiter mouetur, ſic ad vnum locum accedit, quod ab altero recedit. Dicitur igitur Filius Dei deſcendiſſe ſecũdùm hoc, quòd terrenam ſubſtantiã ſibi copulauit, ſicut & Apoſtolus eum exinanitum dicit, in quantum formam ſerui accepit, ita tamen quod diuinitatis naturam non perdidit. Rurſum corpus cæleſte ſecundum ſuam naturam eſt incorruptibile, & inalterabile, & extra ſuum vbi non poteſt transferri. Non autem decuit, quod Dei filius dignitati naturæ aſſumptæ aliquid detraheret, ſed magis quòd eam exaltaret. Non igitur corpus cæleſte, aut incorruptibile ad inferiora portauit, ſed magis aſſumptum terrenum corpus & paſſibile, incorruptibile reddit, & cæleſte. Item Apoſtolus dicit ad Rom. 1. de Filio Dei, quòd factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, ſed corpus Dauid terrenum Hierem. 23. Rom. 1.

Digitized by Google

Galat. 4. renum fuit, ergo & corpus Chriſti. Idem Apoſt. ad Galat. 4. dicit *Matth.* 1. quòd Deus miſit filium ſuum natum ex muliere. Et Matth. 1. dicitur, quod Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. Non autem vel ex ea factus, vel ex ea natus diceretur, ſi ſolùm per eam ſicut per fiſtulam tranſijſſet, nihil ex ea aſſumens. Ex ea igitur Corpus aſſumpſit. Hinc concludit Gregorius Nazianzenus orat. 51. his verbis: Εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς παρθένου δραμεῖν, ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγοι θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς, θεϊκῶς μὲν, ὅτι χωρὶς ἀνδρὸς, ἀνθρωπικῶς δὲ, ὅτι νόμῳ κυήσεως, ὁμοίως ἄθεος. *Si quis Chriſtum per Virginem tanquam per canalem fluxiſſe, non autem in ea diuino modo, quia abſque viri opera: humano, quia iuxta pariendi conſuetudinem, formatum ſe dixerit, æquè atheus eſt.*

Valentino annumerandi ſunt plures alij, qui non minùs inſanè, quàm ineptè de Chriſti Domini corpore ſenſerunt, præ cæteris verò

Cerdonianorum hæreſis. Duo Dij. (a) *Epiph. tom. 3. lib. 1. hæreſ. 21. vel 41. Auguſt. de hæreſ. ad Quoduult Deum hæreſ. 87. Theodoret. de fabul. hæretic. lib. 1.*

eminent *Cerdoniani* à *Cerdone*, qui vt *Eccleſiaſtici Scriptores* referunt, (*a*) duos Deos eſſe aſſerebat, vnum qui in Lege, & Prophetis locutus eſſet, quem hic impius homo, Creatorem malum, notumque vocabat; alterum verò Deum bonum, & ignotum omnibus affirmabat. Primus inquit, iubet oculum pro oculo, dentem pro dente exſcindere; hic verò bonus iubet in Euangelijs, ei qui maxillam dextram pulſauit, aliam quoquè obuertere, & ei qui vult accipere tunicam, pallium quoquè dare. Et hic quidem in Lege iuſſit diligere amicum, odio habere inimicum: ille verò iuſſit etiam inimicos diligere. Et non animaduertit ſtolidus, ait *Theodoretus*, quòd etiam in Lege errantem inimici bouem reducere, & quod ceciderit iumentum erigere, & inimicum auxilio indigentem non deſpicere: & quòd qui ab eo ſolus bonus vocatur, ei qui fratrem ſtultum vocat, minatur gehenam, & ſeipſum iuſtum oſtendens dixit: *Qua menſura metimini, remetietur vobis*. Sed hoc confutare non eſt præſentis temporis, maximè cum ab ijs, qui diuinas Scripturas legerunt, facilè poſſit deprehendi maledictum, & euidēs blaſphemia.

Marcioniſtæ.

Huius impijſſimæ ſectæ propagator fuit *Marcion* Sinopenſis, qui cum virginem quandam circumueniſſet, & conſtupraſſet, eiectus à patre, atque eodem perſequente fugatus eſt. Cum ergo Romam

Marcion Romam venit poſt obitum Hygini Papæ, qui à Petro Pauloque nonus Eccleſiæ præfuerat. Tres Dij.

perueniſſet, ibique qualis erat innotuiſſet, nec à quoquam ad ſynaxim admitteretur, Cerdonis hæreſis diſſeminator extitit, immò non ea contentus, impietatem ad impietatem auxit. Cerdo duos Deos admittebat, hic tres introducebat; vnum quidem ſupernum, eundemque innominabilem, inuiſibilem, & bonum, quique nihil in mundo creaſſet: alterum verò viſibilem, creatum, & mundi opificem:

Digitized by Google

ficem : tertium denique, qui inter hos duos, inuiſibilem, inquam, & viſibilem medius eſſet, nempe Diabolum. Idem inſuper Chriſtum ab inuiſibili, innominabili, & bono Patre proceſſiſſe, atque eundem ad inferos deſcendiſſe dicebat, non quidem vt iuſtos ſanctoſque Patres, vt Abrahamum, Iſaacum, &c. liberaret, ſed Cainum potiùs, & cæteros, qui Deum non nouerant. Vnde, vt ait Tertullianus, veram Chriſti Domini natiuitatem negabat, & vt eam negaret, negauit & carnem. *Tertull. lib. 1. de Carne Chriſti.* Multos libros conſcripſit, in quibus varij ſacræ Scripturæ loci deprauati ſunt, vt refert Epiphanius, qui poſtquàm omnes Marcioniſtarum errores confutauit, ſic concludit: *S. Epiph. tom. 3. lib. 1. hæreſ. 42.*

οὔτε γὰρ τρεῖς ἀρχαί, οὔτε ἄλλος Πατὴρ Χριστοῦ, οὐδὲ κακίας ἐστὶ γέννημα, μὴ γένοιτο. Φησὶ γάρ, ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· καὶ εἰ μὲν νόθως λέγει πατέρα ἔχειν, οὐ δύναται αὐτοῦ ὁ νόθος Πατὴρ καλούμενος ἐν αὐτῷ εἶναι, οὐδὲ αὐτὸς ἐν τῷ Πατρί· ὁ δὲ κατὰ φύσιν αὐτοῦ πατέρα ἀεὶ ἀγαθόν, καὶ θεὸν ἀεί, καὶ πάντων δημιουργὸν ἑαυτῷ δὲ ὄντα καὶ σὺν αὐτῷ ὑπάρχοντα διδάσκων, καὶ ἀληθεύων, κατὰ τοῦ Μαρκίωνος τὴν ἀπειλὴν διεξέρχεται τοῦ * λέγοντος· ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱόν, ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα, ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπ' αὐτὸν μένει. ἤδη δὲ ἐν πολλαῖς μαρτυρίαις ἐδείξαμεν τὸν ἕνα ὄντα θεόν, τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀγαθὸν ὄντα, καὶ ἀγαθὸν γεννήσαντα, ἀγάπην ὄντα, καὶ ἀγάπην γεννήσαντα, πηγὴν ὄντα, καὶ ζωῆς πηγὴν γεννήσαντα· παρὰ σοὶ γὰρ πηγὴ ζωῆς, φησὶν ἡ γραφή· ἀλήθειαν ὄντα, καὶ ἀλήθειαν γεννήσαντα, φῶς ὄντα, καὶ φῶς γεννήσαντα, ζωὴν ὄντα, καὶ ζωὴν γεννήσαντα, ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως καὶ ἀχρόνως. καὶ ἐλήλεγκται κατὰ πάντα ἡ τοῦ Μαρκίωνος πλάνη. *Marcion à D. Epiph. confutatur.*

,, Neq; enim tria ſunt Prin-
,, cipia, nec alius eſt Chriſti Pater, nec ille nequitiæ ſoboles extitit;
,, abſit vt id vnquam exiſtimemus. Ita enim ipſe teſtatur: *Ego* *Ioann. 14. 10.*
,, *in Patre, & Pater in me eſt*. Quòd ſi adulterinum illum Paren-
,, tem intelligeret, non poteſt is, qui adulterinus Pater dicitur, in
,, illo eſſe, nec ille in Patre. Sed cum germanum illum ſuum, ac
,, naturalem Parentem ſemper bonum, ſemperq; Deum, omnium-
,, que conditorem, atque & apud ſemetipſum, & cum Filio exi-
,, ſtentem veriſſimè doceat, idem Marcionem horum verborum
,, comminatione perſtringit: *Qui non honorificat Filium, vt ho-* *Ioann. 5. 23.*
,, *norificat Patrem, ira Dei in illo manet*. Ac nos pleriſque iam
,, teſtimonijs oſtendimus, vnum eſſe Deum, ac Patrem Domini
,, noſtri Ieſu Chriſti, qui bonus eſt, bonumque genuit: charitas
,, item eſt, & charitatem genuit: fons eſt, & fontem vitæ produ-
,, xit. *(Apud te enim eſt fons vitæ*, ait Scriptura) Idem & veritas *Pſ. 35. 10.*
,, eſt, & veritatem genuit: vita eſt, & vitam propagauit; idque
,, ſine vllo principio, ab æterno, citraque tempus. Qua ratione
Marcionis error omnis euertitur.

D. Atha-

Digitized by Google

D. Athanaſius Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus pluribus in locis de Marcioniſtarum hæreſi mentionem facit, vt videre eſt in tract. de Incarnat. contra Apollinarem, & in lib. de ſalutari Aduentu aduersùs eundem.

Manichæorum hęreſis.
(a) *Nicetæ Choniatæ Theſau. Orth. lib. 4. cap. 33.*
(b) *Theodoret. de fabul. hæretic. lib. 2. Epiph. tom. 2. lib. 2. hæreſ. 66.*

Manes, ſiue Manichæus, cuius error omnes in prauitate ſuperat. (*a*) Hæc vox *Manes* Babyloniorum idiomate *Vas*, vel vt quidam volunt, *Dialecticus* aſſignatur. (*b*) Manes autem erat quidam Perſa genere, vt aiunt, longo autem tempore ſeruitutis iugum pertulit. Dum autem ſeruus eſſet, appellabatur Scythianus, qui cum Dominæ ſuæ hæres factus eſſet, non ſatis habuit præter ſpem diteſcere, quin imò nec bonorum donatorem laudauit, ſed ad blaſphemiam, impiarumque fabularum narrationem, linguam ſuam mouit, fuitque perfectiſſimum inſtrumentum inimici veritatis. Hìc omnes eius errores recenſere non eſt locus, ſed tantùm aliqua contra Chriſti corpus polluto ore prolata in medium proferre ſatis ſit. Attendite impium, conſiderate miſerum. Paracletum ſe faciens, Chriſtum ſola phantaſia, ſeu ſimulatione apparuiſſe, atque paſſum eſſe docebat. O monſtrum ſceleſtum, ò execranda perditio, & labes deceptarum animarum, exclamat Auguſtinus. Sed quid de hoc monſtro cęteri Sancti Patres tam Gręci, quā Latini dicant, audiamus.

Auguſt. lib. de natura Bon. aduerſus Manichæos. Pariter hæreſ. 46. & multa alia contra Manichæos in lib. aduerſ. hæreſ.
S. Epiph. hær. 66. poſt Epiſt. Marcelli ad Manichæum.

S. Epiphanius narrat, quòd Archelaus habuit egregiam diſputationem cum Manichæo, & de eo victor euaſit, vndè dicit: Καὶ πολλῶν ῥημάτων εἰρημένων ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τοῦ τε Μάνη τὰ τῆς μυθώδους διδασκαλίας προβαλλομένου, καὶ τοῦ Ἀρχελάου ὥσπερ ἀριστεύοντος ὁπλίτου, ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δυνάμει καθαιροῦντος τὰ βέλη τῶν διεναντίας. τὸ πέρας τὸ ἧττον ἀπενεγκαμένου τοῦ Μάνη, καὶ κρινάντων τῶν κριτῶν τὸ βραβεῖον εἶναι τῇ ἀληθείᾳ· ὅπερ οὐκ ἦν θαῦμα, αὐτοσυστάτης οὔσης τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ δυναμένης καθαιρεῖσθαι; κἄν τε ἀντιστρατεύοιτο ἡ ἀνομία ἀναισχυντίᾳ φερομένη πρὸ τῆς ἀληθείας δεσμῶν, τοῦ ψεύδους μὴ ἔχοντος ὑπόστασιν, μηδὲ βάσιν, ὡς καὶ ἡ σκιὰ τοῦ σκότους καὶ τοῦ ὄφεως τὸ σφαλερὸν τῆς ἐπιβάσεως, καὶ ἀνέρειστον τῆς τῶν ποδῶν στερήσεως.

Archelai cum Manichæo diſputatio.

„ Multa in ea diſputatione vltro citroque „ iactata ſunt; cum hinc Manes fabulas ſuas proponeret, inde „ Archelaus velut egregius miles aduerſarij tela vi ſua, ac virtute „ diſcuteret. Poſtremò victus eſt Manes, ac de Iudicum ſententia „ veritati victoria ceſſit. Quod vtique mirum nemini eſſe debet. „ Veritas enim per ſeipſa conſiſtit, nec deijci poteſt, quantumuis „ improbitas audacia freta firmiſſima, quibus eſt illa constricta, „ vincula diſſoluere conetur. Contrà verò mendacium ſolidi nihil „ habet, neque fundamento vllo nititur: perinde atque vmbra te„ nebrarum, aut lubricus, & inſtabilis, pro eo quod pedibus caret, „ ſerpentis ingreſſus.

S. Atha-

Digitized by Google

S. Athanaſius in Oratione de ſalutari aduentu Ieſu Chriſti aduerſus Apollinarium, ait: Μαρκίων δὲ καὶ Μανιχαῖος, θεὸν ἐπιδημήσαντα ἐν παρθένῳ καὶ ἀθόρως προεληλυθότα, καὶ ἀνεπιδέκτως ἔχοντα κοινωνῆσαι φύσει ἀνθρωπίνῃ τῇ ὑποπεπτωκυίᾳ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ὑποκειμένῃ τῷ ἄρχοντι τῆς κακίας. εἰ γὰρ ταύτην προσηγάγετο, καὶ τῷ ἄρχοντι τῆς κακίας ὑποκείσεται, καὶ οὐκ ἔσται χωρὶς ἁμαρτίας ὁ Χριστός· ἀλλ᾽ ὁμοίαν σάρκα ἐπιδέχθαι ἐξ ἑαυτοῦ καθ᾽ ὁμοίωσιν, ὡς ἠθέλησεν, ἐξ οὐρανοῦ ὀφθεῖσαν, καὶ εἰς οὐρανοὺς χωρήσασαν, καὶ θεότητα ὅλην οὖσαν. ,, Marcion porrò, & Manicheus,
,, Deum in Virginem profectum fuiſſe, & citra tactum inde pro-
,, dijſſe, & incapaciorem fuiſſe, quàm vt communicaret cum hu-
,, mana natura, peccato, & malis obnoxia. Si enim (inquit) iſtam
,, ſibi aſſumpſiſſet, etiam principi malitiæ ſubiectus fuiſſet, & ſine
,, peccato Chriſtus haberi non poſſet: ſed peculiarem carnem eum
,, exhibuiſſe tradit, ea ſimilitudine qua voluit, eamque è cœlo de-
,, lapſam, & in cœlos regreſſam; Deitatemque eius ſolidam, & integram fuiſſe. Et in Epiſtola ad Antiochenſes refert Manichæos damnatos eſſe in Synodo Alexandrina ſub Iuliano.

S. Athan. or. de ſal. aduen. Chriſti aduerſ. Apollin.

S. Maximus in Epiſt. ad Coſmam religioſiſſimum Diaconum Alexandrinum, de eſſentia, & Hypoſtaſi, ſeu Perſona, vocat Verbum ſemen carnis, ſeu loco ſeminis; quod efficienter vim eius ſuppleuit, his verbis: ἐπείπερ αὐτὸς ὁ Λόγος ἀντὶ σπορᾶς, μᾶλλον δὲ σπορά, τῆς οἰκείας θέλων εὑρέθη σαρκώσεως, καὶ γέγονε κατὰ τὴν ὑπόστασιν σύνθετος, ὁ κατὰ τὴν φύσιν ἁπλός καὶ ἀσύνθετος, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐν τῇ μονιμότητι τῶν ἐξ ὧν συνέστη μερῶν διαμένων ἄτρεπτός τε καὶ ἀσύγχυτος· ἵνα ᾖ καθ᾽ ὑπόστασιν μεσίτης τοῖς ἐξ ὧν συνετέθη μέρεσι τὴν τῶν ἄκρων ἐν ἑαυτῷ συνάπτων διάστασιν. ,, Quod nempe Verbum loco ſeminis (ſeu po-
,, tiùs ipſum ſemen) aſſumptæ ab eo carnis inuentum eſt; factumq;
,, eſt perſona compoſitum, quod natura ſimplex, omnique vacans
,, compoſitione eſt: vnum idemque in perennitate earum, ex qui-
,, bus eſt, partium; immutabile perſeuerans, & indiuiſum ac incon-
,, fuſum: quo ſcilicet, perſonali ratione, partibus ex quibus com-
,, poſitum eſt, mediator exiſteret, extremum in ſeipſo nectens di-
,, ſtantiam. Si igitur S. Maximus dicit Verbum ſuæ ipſius Incarnationis ſemen fieri voluiſſe, vt & verè homo fieret; ac tum conceptu ſine ſemine, vt alibi ait, tum partu corruptionis omnis experte innouatam naturam, nec ex innouatione vllam diminutionem paſſam, oſtenderet; quomodo pertinaces Manichæi, & quo temerario auſu aſſerere poſſunt, Chriſtum ſola ſimulatione, & phantaſia apparuiſſe, atque paſſum eſſe?

S. Max. Græl. & lat. tom. 2.

S. Ephrem (Græco Codice careo) ſic contra Manichæos loquitur
,, aduerſus Marcionem porrò hæreticum loquor, talia falſo apud
,, ſuos

Digitized by Google

S. Ephrem in Margaritam pretioſam, Gerrardo Voſſio interprete.

,, ſuos hallucinantem : & contra Manen diſſero deteriora adhuc
,, Marcione, de humanæ naturæ aſſumptione ſentientem. Ecce
,, Margarita nobis proponitur. Dicant hæretici, vnde illa ſit, &
,, quomodo fiat? In ea enim demonſtrationis theſaurum habet: &
,, pro ſcripturis, illam iniquis debitoribus oppono. Dicant, di-
,, cant nobis, quænam ſit Margaritæ generatio : oſtendantque no-
,, bis, figuram dumtaxat ei eſſe, & non hypoſtaſin. Noui quid
,, dicant : ſed & ego aliquam aduerſus illos interrogationem fa-
,, ciam. Abſque corporum (inquiunt) coniunctione natus, ne-
,, quit eſſe homo, & ſiquidem natus eſſet vt Adam, haberet(aiunt)
,, hypoſtaſin hominis : cum autem ex Virgine ſit natus, ſine con-
,, greſſu viri, figuram ſolum hominis aſſumpſit. Silebo equidem,
,, ò hæretici : at habeo, qui vobis pro me reſpondeat. Ego quie-
,, ſco : nam vobis pro me Margarita ipſa loquitur. Ediſſere igitur

Margaritæ generatio.

,, quomodo nata ſit ò Margarita. Tuam nobis expone naturam,
,, & hæreticos confunde; oſtende naturam tuam, & vanas, friuo-
,, laſque opiniones deſtrue. Conchæ loquantur generationem
,, margaritæ, conceptionemque ipſius recenſeant. Doctores ho-
,, minum, qui ſe in cœlo verſari putant, fiant qui ſub aquis ſunt
,, murices; & à rationis expertibus, immo & ab inanimatis eru-
,, diantur, qui cœleſtes naturas permutando mercantur : & ab ijs,
,, qui neque lege, neque ritu vtuntur, qui leges alijs perſcribunt,
,, legem accipiant. Hæreſum enim dedecus, probrumque non
,, fero, quia rationem à diuina potentia repetunt, & modum diui-
,, niſſimæ illius actionis curioſè nimis inquirunt. Rationem à
,, Deo repoſcunt, cum ſint ipſi peccato debitores, animumque
,, intendere conantur in rationem & ortum ineffabilis naturæ;dam-
,, nantque qui rei ſunt Iudicem, neſcientes ipſi pro ſe reſpondere.
,, Si incomprehenſibilia comprehenderitis, non iam amplius in-
,, comprehenſibilia erunt: & ſi quæ diuina ſunt, intellexeritis, non
,, amplius erunt diuina, ſed communia quædam, &c. Proſequitur
ſupracitatus ſanctus comparationem Margaritæ cum Verbo, vt vi-
dere eſt in Tomo tertio, & vltimo ſuorum operum. Vnde paucis in-
,, teriectis exclamat : Quomodo igitur figuram tantummodo ſu-
,, ſcepit, qui & naturam, & eſſentiam, & tempus generationis par-
,, ticipauit? Quo pacto igitur homo prodijt, qui omnem creaturæ
,, præbet experientiam,abſque corruptione ac partus dolore? Ne-
,, que enim paſſa eſt Maria, vt mulier: neque partus dolorem ſen-
,, ſit, vt virgo, neque aliena à genito erat. Nam propter naturam
,, quæ nutriuit, communicationem, ſocietatemque habebat : &
,, mater Filij Dei erat, propter aſſumptionis munus.

Digitized by Google

S. Gregorius Nazianzenus oratione quinquageſima prima explicans illud Ioannis *Verbum caro factum eſt &c.* ait: Τὸ οὖν ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἴσον δοκεῖ μοι δύνασθαι τῷ καὶ ἁμαρτίαν αὐτὸν γεγονέναι λέγεσθαι καὶ κατάραν, οὐκ εἰς ταῦτα τοῦ κυρίου μεταποιηθέντος· πῶς γάρ; ἀλλ' ὡς διὰ τοῦ ταῦτα δέξασθαι τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀναλαβόντος, καὶ τὰς νόσους βαστάσαντος. *Itaque hic locus, Verbum caro factum eſt, eandem vim, & ſignificationem mihi habere videtur, cum eo, quòd peccatum quoquè ipſum, & maledictum factus eſſe dicitur: non quod Dominus in hæc immutatus ſit (qui enim id fieri poſſet?) ſed quia per id quod hæc ſuſcepit, iniquitates noſtras ſuſtulit, & morbos portauit.* Quid igitur ò pertinaces Manichæi? Quomodo poteſt morbos, ac iniquitates noſtras portare, ſi Chriſtum ſola phantaſia, ſeu ſimulatione apparuiſſe dicitis?

S. Hieronymus ad cap. 14. Matthæi: *Si iuxta Marcionem, & Manichæum Dominus noſter non eſt natus ex Virgine, ſed viſus in phantaſmate; quomodo nunc Apoſtoli timent, ne phantaſma videant, &c. Qui putant Domini corpus non ideò eſſe verum, quia ſuper molles aquas molle & aëreum inceſſerit; reſpondeant, quomodo ambulauerit Petrus, quem vtique verum hominem non negabant.*

Ad cap. 4. Epiſt. ad Galat. *Diligenter attendite, quòd non dixerit* factum per mulierem, *quod Marcion, & cæteræ hæreſes volunt, quæ putatiuam Chriſti carnem ſimulant: ſed* ex muliere, *vt non per illam, ſed ex illa natus eſſe credatur.*

S. Ambroſius lib. 1. de Sacram. cap. 5. *Memento quod dixerim; Chriſtus carnem ſuſcepit, non ſicut carnem, ſed carnis iſtius veritatem, verè carnem Chriſtus ſuſcepit.*

S. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 2. *Sic Chriſtum verum hominem crede, vt eius carnem non cœleſtis, non aëreæ, non alterius cuiuſquam putes eſſe naturæ, ſed eius, cuius eſt omnium hominum caro, ideſt quam ipſe Deus homini primo de terra plaſmauit & cæteris hominibus plaſmat, quos per propagationem ex hominibus credat. Sed licèt caro Chriſti, & omnium hominum vnius eiuſdemque naturæ ſit: hæc tamen, quam Deus Verbum ex Maria Virgine ſibi vnire dignatus eſt, ſine peccato concepta, ſine peccato nata eſt.*

S. Petrus Chryſologus ſerm. 144. Ecce, *inquit*, concipies in vtero. *Propter reuerentiam dixiſſe ſuffecerat*, concipies: *quod exagerat*, in vtero, *quid eſt? Vt conceptus eſſet veritas, non figura: vt partus eſſet proprietas, non imago: vt ſicut de Deo vero, verus Deus natus eſt; ſic de vero conceptu veritas humani corporis naſce-*

naſceretur. In ortu Chriſti humani corporis iniuria ſublata eſt, non natura; nec eſt creatura deleta, ſed culpa damnata. Eſt ergo hæreſis, quæ Chriſtum aëreum corpus aſſumpſiſſe mentitur, nec habuiſſe carnem, ſed hominem ſimulaſſe confingit.

S. Proſper ſentent. 64.

Quiſquis conſilio æterno contraria ſentis,
Et Verbum in noſtra carne manere negas:
Diuinæ pietatis opus diſſoluere quæris,
Speque ſua mundum diſpoliare cupis.
Nam quis ventura quenquam ſaluabit ab ira?
Quiſue hominis primi crimine liber erit?
Si Deitas Verbi non noſtræ eſt inſita carni,
Aut Chriſtus falſi corporis vmbra fuit:
Qui genitus puer eſt intactæ Virginis aluo?
Quæ natura annis creuit, & aucta cibis?
In qua prole patrem mundi ſe credidit Abram?
Quiſque eius ſtirps eſt, omnia ſanctificans?
Quod regale genus ſimul eſt & pontificale?
Quiue idem Dauid filius, & Dominus?

Serm. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.

Tandem Mellifluus noſter Doctor Bernardus dulci ore ſic effatur: *Quis enim, etiamſi linguis hominum Angelorumque loquatur, explicare queat, quemadmodum ſuperueniente Spiritu, obumbrante virtute Altiſſimi, caro factum ſit Verbum Dei, per quod facta ſunt omnia; & Dominus Maieſtatis, quem non capit vniuerſitas creaturæ, intra virginea ſeſe clauſerit viſcera, factus homo?* Et homilia infra Octauam Epiphaniæ: *Ne ideo aut reſurrectionem, aut mortalitatem, aut paſſibilitatem abrogamus, cum eum non phantaſticè, ſed verè hominem eſſe confiteamur, & veram hominis fuiſſe naturam, in qua potuit proficere.*

S. Thomas cum omnibus Theologis intendit reprobare Manichæorum errorem circa incarnationem, ex eo quod fallax eſſet Scriptura dicens, Verbum caro factum eſt, ſi ſolum phantaſtica caro fuit. Nec valet reſpondere, fuiſſe in ſimilitudinem carnis. Quia ſimilitudo carnis non eſt caro. Rurſum ex conſequenti eſt etiam falſum, Ieſum Chriſtum ambulaſſe, comediſſe, mortuum fuiſſe, & ſepultum, ſi hæc in ſola phantaſtica apparitione contigerunt. Quia ſicut ſimilitudo carnis, vt dictum eſt, non eſt caro; neque ſimilitudo ambulationis eſt ambulatio &c. Vndè aduertit *D. Thomas* quod ſi in modica auctoritate ſacræ Scripturæ derogetur, iam nihil

Digitized by Google

fixum in fide noſtra eſſe poterit, quæ ſacris Scripturis innititur ſecundùm illud Ioan. 20. *Hæc ſcripta ſunt vt credatis*: Quod autem dicit Apoſt. *In ſimilitudinem carnis peccati*: notat hìc Auguſt., Paulum non dicere filium Dei miſſum eſſe in ſimilitudinem carnis, (hoc quippe Manichæorum dogma eſt, Chriſtum non veram carnem, ſed ſpeciem ac ſimilitudinem carnis tantum aſſumpſiſſe) ſed *in ſimilitudinem carnis peccati* ideſt habentem ſpeciem carnis peccato obnoxiæ; nempe in eo, quia mortalis natus eſt, ac miſerias, & mortem paſſus, quæ debentur peccatoribus. Vnde & per æneum ſerpentem à Moyſe erectum præfiguratus eſt. *Num.* 21. vt qui videretur habere venenum peccati, reuera tamen non haberet. Eadem obſeruatio eſt Græcorum interpretum. Hinc porrò colligit idem Auguſtinus ſerm. 31. ſupracit. cap. 8. omnem reliquam carnem eſſe carnem peccati. *Non enim*, inquit, *pro magno commendaretur in Chriſto ſimilitudo carnis peccati, niſi omnis cætera caro eſſet caro peccati*. Vnde per hoc quod dicitur *in ſimilitudinem hominum factus*, non ideò intelligendum eſt, itaut verè non ſit factus homo, quia dicitur formam ſerui accipiens. Manifeſtum eſt autem ait *D. Thomas*, formam pro natura poni, & non pro ſimilitudine, ex hoc quod dixerat, *qui cum in forma Dei eſſet*: vbi pro natura ponitur forma, non enim ponitur, quod Chriſtus fuerit ſimilitudinariè Deus.

Rom. 8. 3.

Auguſt. ſerm. 6. & 31. de verbis Apoſt.

Chriſtus venit in ſimilitudinem carnis peccati, non vt omnes alij, in carne peccati.

Alijs rationibus etiam reprobatur Manichæorum hæreſis. Quia ſi verum corpus non habuit, nec verè mortuus eſt, ergo nec verè reſurrexit. Sunt igitur Apoſtoli falſi teſtes Chriſti, prædicantes mundo ipſum reſurrexiſſe. Rurſum ad Romanos tertio dicitur, *quod iuſtificati ſumus in ſanguine Chriſti*. Et Apocalypſis quinto habetur: *Redemiſti nos Domine in ſanguine tuo*. Si igitur Chriſtus non habuit verum ſanguinem, neque verè pro nobis ipſum fudit; neque igitur verè iuſtificati, neque verè redempti ſumus. Paritèr ſi non niſi in phantaſia intelligendus eſt aduentus Chriſti in mundum, nihil nouum in Chriſti aduentu accidit. Nam etiam in veteri teſtamento Deus apparuit Moyſi, & Prophetis ſecundùm multiplices figuras, vt etiam Scriptura noui teſtamenti teſtatur; hoc autem totam doctrinam noui teſtamenti euacuat. Igitur cum omnibus Catholicis dicamus Filium Dei non phantaſticum corpus, ſed verum & reale aſſumpſiſſe. Et hæc de Manichæorum hæreſi dicta ſint ſatis. Quòd ſi omnes illorum fabulas ad verbum exponere ac ſingulis reſpondere velim, ero in hac hæreſi confutanda prolixior: cum præſertim, vt ait S. *Epiphanius* loco ſupracit. à magnis viris admirabiles ad illorum refutandos errores lucubrationes ſint editę, nempe

ab

Digitized by Google

ab Archelao Epiſcopo, vt antea dictum eſt, Origene, Euſebio Cæſarienſi, & altero Emeſeno, Serapione Thumenſi, Athanaſio Alexandrino, Georgio Laodiceno, Apollinario item Laodiceno, Tito, ac pleriſque alijs, qui aduerſus illum ſcripſerunt, inter quos egregius impugnator fuit Auguſtinus.

Apollinariſtarum hæreſis.

Apollinaris Laodicenus vir eruditus, noua dogmata ſuis diſcipulis tradidit, ſeu vt melius dicam Dimæritorum hæreſis propagator, ac diſſeminator extitit. Hic tripliciter circa Incarnationem Domini errauit. In primis dicendo naturam hominis in Chriſto eſſe ſemiplenam, hoc eſt anima carentem, cuius vicem ſupplebat corpori Verbum ipſum caro factum. Secundus error, vt corrigeret primum, vtique admittebat animam à Verbo aſſumptam, ſed ea parte tantum, qua vegetamur, & ſentimus, & communia cæteris animantibus officia præſtamus; non autem ea parte, qua rationalis eſt. Vnde Auguſtinus tractat. 47. in Ioannem ſic in eos declamat. *Videte abſurditatem, & inſaniam non ferendam. Animam irrationalem eum habere voluerunt, rationalem negauerunt: dederunt ei animam pecoris, ſubſtraxerunt animam hominis*. De his duobus erroribus ſermo erit infra in §. de his qui errauerunt circa animam Chriſti, &c. Tertius denique error ſpectans ad præſentem quæſtionem eſt, quòd carnem Chriſti diſſimilem, nec de B. Virginis carne ſumptam edocuit, ſed partem ipſius ſubſtantiæ Dei è cœlo delapſam, in carnem, oſſa, capillos conuerſam, & à ſuapte natura mutatam. Poſſem hic plures auctoritates, tàm S. Scripturæ, quàm Sanctorum Patrum contra hanc hæreſim in medium proferre, præſertim Athanaſij, Epiphanij, Gregorij Nazianzeni, Theodoreti, Hieronymi, Auguſtini, & aliorum, qui de hæreſibus diſertè ſcripſerunt, quas omnes breuitatis cauſa omitto; non aliud agendo, niſi fundamenta, quibus ſuum cogantur defendere errorem, funditus euertere.

Obiectiones Hæreticorum contra veram Verbi Diuini Incarnationem ſoluuntur.

§. IV.

PRæcipuum fundamentum Apollinaris dicentis aliquid Verbi conuerſum, & mutatum fuiſſe in carnem, deſumebatur ex eo quòd Ioann. 1. dicitur: *Verbum caro factum eſt*, quod impius ſic interpretabatur, videlicèt, Verbum in carnem eſſe conuerſum, & dedu-

deducebat paritatem ex eo quòd in eodem Ioanne 2. dicitur. *Vt guſtauit Architriclinus aquam vinum factam*, quod ſicut hìc intelligitur aquam conuerſam in vinum, ita debet intelligi Verbum conuerſum in carnem. Pariter ex pluribus SS. Patribus præſertim Iræneo, & Cypriano appellatur Incarnatio mixtura Dei, & hominis, ideſt vnio in natura. S. Athanaſius in ſymbolo, *Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo; ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus.* Sed anima, & caro conſtituunt vnam integram hominis naturam. Ergo etiam Deus & homo per vnionem hypoſtaticam in vnam coaleſcunt naturam.

Reſpondeo. *Ad primum*; Vnum fieri aliud non ſemper ſignificare vnum conuerti in aliud, quia ſicuti per hoc quod Geneſ. dicitur: *Factus eſt homo in animam viuentem*, non rectè infertur quòd homo ſit conuerſus in animam viuentem; ita per hoc quod Verbum factum eſt caro, non rectè infertur Verbum eſſe conuerſum in carnem. Vndè S. Epiphanius aduersùs Apollinarem ſic ſcribit: Τὸ γὰρ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ λεγόμενον, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν, καθὼς καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου τοῦτο δυνατὸν εὑρεῖν· γέγραπται γὰρ ἐν τῷ Παύλῳ, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε κατάρα· καὶ ὥσπερ οὐκ αὐτὸς κατάρα γέγονεν· ἀλλ᾽ ὅτι τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο κατάραν, εἴρηται κατάρα γεγονέναι· οὕτω καὶ σὰρξ ἐγένετο, οὐ τραπεὶς εἰς σάρκα, ἀλλ᾽ ὅτι σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἴσον ἐστὶ πάλιν εἰπεῖν, ὅτι ἄνθρωπος γέγονε, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Ἰωὴλ ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· οὐ τῶν ἀλόγων ἦν ἡ ἐπαγγελία, ἀλλ᾽ εἰς ἀνθρώπους ἐστὶν, ὧν ἕνεκα καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ὁ Κύριος. Quod enim à Ioanne ſcriptum eſt: *Verbum caro factum* S. Epiph. tom. 2. lib. 3. hæreſ. 77.
,, *eſt*, hunc habet ſenſum, vt ex ſimili loquendi ratione colligi Ioann. 1.
,, poteſt. Eſt enim à Paulo ſcriptum: *Chriſtus pro nobis factus*
,, *eſt maledictum*. Vt igitur maledictum ille propriè non fuit, ſed Galat. 3. 13.
,, ideò fuiſſe dicitur, quòd illud noſtra cauſa ſuſceperit: *Sic & ca-*
,, *ro factum eſt*, non quod in carnem commutatum fuerit, ſed quod
,, carnem pro nobis aſſumpſerit, *& homo factus ſit*. Etenim hoc
,, ipſum; *Verbum caro factum eſt*, eandem vim habet, ac ſi di-
,, ceretur *Homo factum eſt*. Cuiuſmodi eſt illud à Ioële dictum:
,, *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem*. Quæ quidem de- Ioel. 2. 28.
,, nuntiatio, ac promiſſio non ad pecudes, ſed ad homines perti-
,, net, quorum gratia Dominus eſt homo factus.

S. Gregorius Magnus lib. 4. Epiſt. 61. contra Hæreticos ait, *Verbum carnem dicimus factum, non immutando quod erat, ſed ſuſcipiendo quod non erat: noſtra auxit, ſua non minuit*. S. Athanaſius, *non conuerſione Diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione* S. Athanaſ. In ſymb. Fidei.

huma-

S. Ioannes Chriſoſt. *humanitatis in Deum*. S. Ioannes Chryſoſt. *Non ſubſtantiam vertens in carnem, ſed manens quod eſt, ſerui formam aſſumpſit*. S. Fulgentius: *In vnitate perſonæ, in qua Deus, & homo vnus eſt* *S. Fulgent. ad Traſimund. lib. 1. cap. 7.* *Chriſtus, inconfuſibilem, atque inſeparabilem vtriuſque veritatem naturæ commendans, verum ſe Deum diuinis operibus, verumque hominem humanis paſſionibus demonſtrauit*. Tandem concludit D. *S. August. lib. 15. de Trinit. cap. 11.* Auguſtinus, quod *ſicut Verbum noſtrum vox fit, nec mutatur in vocem, ita Dei Verbum caro factum eſt, non mutatum in carnem*. Dicendum eſt igitur: quod ſi aliquid Verbi Dei eſt conuerſum in carnem, oportet totum Verbum conuerſum eſſe, quia quod conuertitur in aliud, deſinit eſſe quod prius erat. Hinc eſt quod aqua conuerſa in vinum, iam non eſt amplius aqua, ſed vinum. Sic ſi per Incarnationem, Verbum Dei eſt conuerſum in carnem, non amplius eſt Verbum, ſed caro, & tamen poſt Incarnationem adhuc vocatur Verbum Dei, teſte Ioanne Apocalipſ. 19. *Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei*.

Ad ſecundum dico, Sanctos Patres Irenæum, & Cyprianum loqui ſolum de mixtione impropria ad denotandam intimam, & ſingularem vnionem hypoſtaticam naturæ humanæ cum diuina, vt maior cogitari non poſſit inter Deum, & creaturam.

Ad Tertium dico, Exemplum Athanaſij non in omnibus reſpectibus & conſiderationibus verificandum, nec ab eo petendam eſſe omnimodam ſimilitudinem inter vnionem animæ cum corpore, & vnionem naturæ diuinæ cum humana, adeoque hęc non eſſet mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, vt mellitiſſimè loquitur N. S. Doctor. Proinde exemplum illud, *Sicut anima rationalis &c.* tantum valet ad inſinuandum, quod ſicut corpus, & anima, quamuis diuerſæ ſint naturæ, in vnam tamen naturam coeunt, ſic licèt natura diuina longè præcellat humanam, tamen in *Auguſt. Epiſt. 3. ad Voluſianum.* vnitate perſonæ ſociantur in Chriſto, ſeu vt loquitur Auguſtinus, ſicut in vnitate perſonæ anima vnitur corpori, vt homo ſit, ita in vnitate perſonæ, Deus vnitur homini, vt Chriſtus ſit. Solent Hęretici alias obiectiones contra ſacroſanctum Incarnationis myſterium reponere, quas ſigillatim hìc cum ſua reſponſione, iuxta Angelici Doctoris doctrinam recenſere, minimè ſuperfluum eſſe videtur.

1. Sic arguunt, Omne quod nouam naturam acquirit, ſubſtantiali mutationi ſubijcitur. Sed Verbum diuinum nouam naturam acquirit. Ergo mutationi ſubijcitur. Sed contra eſt, quia per hoc quod Verbum diuinum, naturam humanam aſſumpſit nulla in eo facta eſt mutatio, ſed ſolum in humana natura, quæ eſt à Verbo aſſum-

Digitized by Google

ficem : tertium denique , qui inter hos duos , inuiſibilem , inquam , & viſibilem medius eſſet, nempe Diabolum. Idem inſuper Chriſtum ab inuiſibili , innominabili , & bono Patre proceſſiſſe , atque eundem ad inferos deſcendiſſe dicebat , non quidem vt iuſtos ſanctoſque Patres , vt Abrahamum , Iſaacum , &c. liberaret, ſed Cainum potiùs , & cæteros, qui Deum non nouerant. Vnde,vt ait Tertullianus,veram Chriſti Domini natiuitatem negabat , & vt eam negaret , negauit & carnem . Multos libros conſcripſit, in quibus varij ſacræ Scripturæ loci deprauati ſunt, vt refert Epiphanius, qui poſtquàm omnes Marcioniſtarum errores confutauit , ſic concludit : *Tertull. lib. 1. de Carne Chriſti.* *S.Epiph. tom.3. lib. 1.hæreſ.42.*

οὔτε γὰρ τρεῖς ἀρχαὶ , οὔτε ἄλλος Πατὴρ Χριστοῦ , οὐδὲ κακίας ἐστὶ γέννημα , μὴ γένοιτο . Φησὶ γὰρ , ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ , καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί · καὶ εἰ μὲν νόθως λέγει πατέρα ἔχειν , οὐ δύναται αὐτοῦ ὁ νόθος Πατὴρ καλούμενος ἐν αὐτῷ εἶναι , οὐδὲ αὐτὸς ἐν τῷ Πατρί · ὁ δὲ κατὰ φύσιν αὐτοῦ πατέρα ἀεὶ ἀγαθὸν , καὶ θεὸν ἀεὶ , καὶ πάντων δημιουργὸν ἑαυτῷ δὲ ὄντα καὶ σὺν αὐτῷ ὑπάρχοντα διδάσκων , καὶ ἀληθεύων , κατὰ τοῦ Μαρκίωνος τὴν ἀπειλὴν διεξέρχεται τοῦ * λέγοντος · ὁ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν , ὡς τιμᾷ τὸν πατέρα , ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπ' αὐτὸν μένει . ἤδη δὲ ἐν πολλαῖς μαρτυρίαις ἐδείξαμεν τὸν ἕνα ὄντα θεὸν , τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ , ἀγαθὸν ὄντα , καὶ ἀγαθὸν γεννήσαντα , ἀγάπην ὄντα , καὶ ἀγάπην γεννήσαντα , πηγὴν ὄντα , καὶ ζωῆς πηγὴν γεννήσαντα · παρὰ σοὶ γὰρ πηγὴ ζωῆς , φησὶν ἡ γραφή · ἀλήθειαν ὄντα , καὶ ἀλήθειαν γεννήσαντα , φῶς ὄντα , καὶ φῶς γεννήσαντα , ζωὴν ὄντα , καὶ ζωὴν γεννήσαντα , ἀνάρχως καὶ ἀϊδίως καὶ ἀχρόνως . καὶ ἐλύλεκται κατὰ πάντα ἡ τοῦ Μαρκίωνος πλάνη . *Marcion à D. Epiph.confutatur.*

„ Neq; enim tria ſunt Principia, nec alius eſt Chriſti Pater, nec ille nequitiæ ſoboles extitit;
„ abſit vt id vnquam exiſtimemus. Ita enim ipſe teſtatur: *Ego* *Ioann. 14. 10.*
„ *in Patre, & Pater in me eſt*. Quòd ſi adulterinum illum Paren-
„ tem intelligeret, non poteſt is, qui adulterinus Pater dicitur, in
„ illo eſſe, nec ille in Patre. Sed cum germanum illum ſuum , ac
„ naturalem Parentem ſemper bonum, ſemperq; Deum,omnium-
„ que conditorem , atque & apud ſemetipſum , & cum Filio exi-
„ ſtentem veriſſimè doceat , idem Marcionem horum verborum
„ comminatione perſtringit: *Qui non honorificat Filium, vt ho-* *Ioann. 5. 23.*
„ *norificat Patrem , ira Dei in illo manet*. Ac nos pleriſque iam
„ teſtimonijs oſtendimus, vnum eſſe Deum , ac Patrem Domini
„ noſtri Ieſu Chriſti, qui bonus eſt , bonumque genuit : charitas
„ item eſt , & charitatem genuit : fons eſt , & fontem vitæ produ-
„ xit. *(Apud te enim eſt fons vitæ*, ait Scriptura) Idem & veritas *Pſ. 35. 10.*
„ eſt , & veritatem genuit : vita eſt , & vitam propagauit ; idque
„ ſine vllo principio , ab æterno , citraque tempus. Qua ratione
Marcionis error omnis euertitur.

D. Atha-

D. Athanaſius Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus pluribus in locis de Marcioniſtarum hæreſi mentionem facit, vt videre eſt in tract. de Incarnat. contra Apollinarem, & in lib. de ſalutari Aduentu aduersùs eundem.

Manichæorum heresis.

(a) *Nicetæ Choniatæ Theſau. Orth. lib. 4. cap. 33.*

(b) *Theodoret. de fabul. hæretic. lib. 2. Epiph. tom. 2. lib. 2. hæreſ. 66.*

Manes, ſiue Manichæus, cuius error omnes in prauitate ſuperat. (*a*) Hæc vox *Manes* Babyloniorum idiomate *Vas*, vel vt quidam volunt, *Dialecticus* aſſignatur. (*b*) Manes autem erat quidam Perſa genere, vt aiunt, longo autem tempore ſeruitutis iugum pertulit. Dum autem ſeruus eſſet, appellabatur Scythianus, qui cum Dominæ ſuæ hæres factus eſſet, non ſatis habuit præter ſpem diteſcere, quin imò nec bonorum donatorem laudauit, ſed ad blaſphemiam, impiarumque fabularum narrationem, linguam ſuam mouit, fuitque perfectiſſimum inſtrumentum inimici veritatis. Hìc omnes eius errores recenſere non eſt locus, ſed tantùm aliqua contra Chriſti corpus polluto ore prolata in medium proferre ſatis ſit. Attendite impium, conſiderate miſerum. Paracletum ſe faciens, Chriſtum ſola phantaſia, ſeu ſimulatione apparuiſſe, atque paſſum eſſe docebat. O monſtrum ſceleſtum, ò execranda perditio, & labes deceptarum animarum, exclamat Auguſtinus. Sed quid de hoc monſtro cęteri Sancti Patres tam Gręci, quã Latini dicant, audiamus.

Auguſt. lib. de natura Bon. aduerſus Manichæos. Pariter hæreſ. 46. & multa alia contra Manichæos in lib. aduerſ. hæreſ.

S. Epiph. hær. 66. poſt Epiſt. Marcelli ad Manichæum.

S. Epiphanius narrat, quòd Archelaus habuit egregiam diſputationem cum Manichæo, & de eo victor euaſit, vndè dicit: Καὶ πολλῶν ῥημάτων εἰρημένων ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τοῦ τε Μάνη τὰ τῆς μυθώδους διδασκαλίας προβαλλομένου, καὶ τοῦ Ἀρχελάου ὥσπερ ἀριστεύοντος ὁπλίτου, ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δυνάμει καθαιροῦντος τὰ βέλη τῶν ἐναντίας. τὸ πέρας τὸ ἧττον ἀπενηνεγμένου τοῦ Μάνη, καὶ κρινάντων τῶν κριτῶν τὸ βραβεῖον εἶναι τῇ ἀληθείᾳ· ὅπερ οὐκ ἦν θαῦμα, αὐτοσυστάτης οὔσης τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ δυναμένης καθαιρεῖσθαι; κἂν τι ἀντιστρατεύοι ἡ ἀνομία ἀναισχυντίᾳ φερομένη πρὸ τῆς ἀληθείας δεσμῶν, τοῦ ψεύδους μὴ ἔχοντος ὑπόστασιν, μηδὲ βάσιν, ὡς καὶ ἡ σκιὰ τοῦ σκότους καὶ τοῦ ὄφεως τὸ σφαλερὸν τῆς ἐπιβάσεως, καὶ ἀνέρειστον τῆς τῶν ποδῶν στερήσεως.

Archelai cum Manichæo diſputatio.

„ Multa in ea diſputatione vltro citroque
„ iactata ſunt; cum hinc Manes fabulas ſuas proponeret, inde
„ Archelaus velut egregius miles aduerſarij tela vi ſua, ac virtute
„ diſcuteret. Poſtremò victus eſt Manes, ac de Iudicum ſententia
„ veritati victoria ceſſit. Quod vtique mirum nemini eſſe debet.
„ Veritas enim per ſeipſa conſiſtit, nec deijci poteſt, quantumuis
„ improbitas audacia freta firmiſſima, quibus eſt illa conſtricta,
„ vincula diſſoluere conetur. Contrà verò mendacium ſolidi nihil
„ habet, neque fundamento vllo nititur: perinde atque vmbra te-
„ nebrarum, aut lubricus, & inſtabilis, pro eo quod pedibus caret,
„ ſerpentis ingreſſus.

S. Atha-

Digitized by Google

S. Athanaſius in Oratione de ſalutari aduentu Ieſu Chriſti aduerſus Apollinarium, ait: Μαρκίων δὲ καὶ Μανιχαῖος, θεὸν ἐπιδημήσαντα ἐν παρθένῳ καὶ ἀθιγῶς περιεληλυθότα, καὶ ἀνεπιδέκτως ἔχοντα κοινωνῆσαι φύσει ἀνθρωπίνῃ τῇ ὑποπεπτωκυίᾳ τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ὑποκειμένῃ τῷ ἄρχοντι τῆς κακίας. εἰ γὰρ ταύτην προσηγάγετο, καὶ τῷ ἄρχοντι τῆς κακίας ὑποκείσεται, καὶ οὐκ ἔσται χωρὶς ἁμαρτίας ὁ Χριστός· ἀλλ᾽ ὁμοίαν σάρκα ἐπιδέχθαι ἐξ ἑαυτοῦ καθ᾽ ὁμοίωσιν, ὡς ἠθέλησεν, ἐξ οὐρανοῦ ὀφθεῖσαν, καὶ εἰς οὐρανοὺς χωρήσασαν, καὶ θεότητα ὅλην οὖσαν. ,, Marcion porrò, & Manicheus,
,, Deum in Virginem profectum fuiſſe, & citra tactum inde pro-
,, dijſſe, & incapaciorem fuiſſe, quàm vt communicaret cum hu-
,, mana natura, peccato, & malis obnoxia. Si enim (inquit) iſtam
,, ſibi aſſumpſiſſet, etiam principi malitiæ ſubiectus fuiſſet, & ſine
,, peccato Chriſtus haberi non poſſet: ſed peculiarem carnem eum
,, exhibuiſſe tradit, ea ſimilitudine qua voluit, eamque è cœlo de-
,, lapſam, & in cœlos regreſſam; Deitatemque eius ſolidam, &
integram fuiſſe. Et in Epiſtola ad Antiochenſes refert Manichæos damnatos eſſe in Synodo Alexandrina ſub Iuliano.

S. Athan. or. de ſal. aduen. Chriſti aduerſ. Apollin.

S. Maximus in Epiſt. ad Coſmam religioſiſſimum Diaconum Alexandrinum, de eſſentia, & Hypoſtaſi, ſeu Perſona, vocat Verbum ſemen carnis, ſeu loco ſeminis; quod efficienter vim eius ſuppleuit, his verbis: ἐπείπερ αὐτὸς ὁ Λόγος ἀντὶ σπορᾶς, μᾶλλον δὲ σπορὰ, τῆς οἰκείας θέλων εὑρέθη σαρκώσεως, καὶ γέγονε κατὰ τὴν ὑπόστασιν σύνθετος, ὁ κατὰ τὴν φύσιν ἁπλὸς καὶ ἀσύνθετος, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐν τῇ μονιμότητι τῶν ἐξ ὧν συνέστη μερῶν διαμένων ἄτρεπτός τε καὶ ἀσύγχυτος· ἵνα ᾖ καθ᾽ ὑπόστασιν μεσίτης τοῖς ἐξ ὧν συνετέθη μέρεσι τὴν τῶν ἄκρων ἐν ἑαυτῷ συνάπτων διάστασιν. ,, Quod nempe Verbum loco ſeminis (ſeu po-
,, tiùs ipſum ſemen) aſſumptæ ab eo carnis inuentum eſt;factumq;
,, eſt perſona compoſitum, quod natura ſimplex, omnique vacans
,, compoſitione eſt: vnum idemque in perennitate earum, ex qui-
,, bus eſt, partium; immutabile perſeuerans, & indiuiſum ac incon-
,, fuſum: quo ſcilicet, perſonali ratione, partibus ex quibus com-
,, poſitum eſt, mediator exiſteret, extremum in ſeipſo nectens di-
,, ſtantiam. Si igitur S. Maximus dicit Verbum ſuæ ipſius Incarnationis ſemen fieri voluiſſe, vt & verè homo fieret; ac tum conceptu ſine ſemine, vt alibi ait, tum partu corruptionis omnis experte innouatam naturam, nec ex innouatione vllam diminutionem paſſam, oſtenderet; quomodo pertinaces Manichæi, & quo temerario auſu aſſerere poſſunt, Chriſtum ſola ſimulatione, & phantaſia apparuiſſe, atque paſſum eſſe?

S. Max. Græc. & lat. tom. 2.

S. Ephrem (Græco Codice careo) ſic contra Manichæos loquitur
,, aduerſus Marcionem porrò hæreticum loquor, talia falſo apud
,, ſuos

Digitized by Google

S. Ephrem in Margaritam pretioſam, Gerrardo Voſſio interprete.

,, ſuos hallucinantem : & contra Manen diſſero deteriora adhuc
,, Marcione, de humanæ naturæ aſſumptione ſentientem. Ecce
,, Margarita nobis proponitur. Dicant hæretici, vnde illa ſit, &
,, quomodo fiat? In ea enim demonſtrationis theſaurum habet: &
,, pro ſcripturis, illam iniquis debitoribus oppono. Dicant, di-
,, cant nobis, quænam ſit Margaritæ generatio : oſtendantque no-
,, bis, figuram dumtaxat ei eſſe, & non hypoſtaſin. Noui quid
,, dicant : ſed & ego aliquam aduerſus illos interrogationem fa-
,, ciam. Abſque corporum (inquiunt) coniunctione natus, ne-
,, quit eſſe homo, & ſiquidem natus eſſet vt Adam, haberet(aiunt)
,, hypoſtaſin hominis : cum autem ex Virgine ſit natus, ſine con-
,, greſſu viri, figuram ſolum hominis aſſumpſit. Silebo equidem,
,, ò hæretici : at habeo, qui vobis pro me reſpondeat. Ego quie-
,, ſco : nam vobis pro me Margarita ipſa loquitur. Ediſſere igitur

Margaritæ generatio.

,, quomodo nata ſit ò Margarita. Tuam nobis expone naturam,
,, & hæreticos confunde; oſtende naturam tuam, & vanas, friuo-
,, laſque opiniones deſtrue. Conchæ loquantur generationem
,, margaritæ, conceptionemque ipſius recenſeant. Doctores ho-
,, minum, qui ſe in cœlo verſari putant, fiant qui ſub aquis ſunt
,, murices; & à rationis expertibus, immo & ab inanimatis eru-
,, diantur, qui cœleſtes naturas permutando mercantur: & ab ijs,
,, qui neque lege, neque ritu vtuntur, qui leges alijs perſcribunt,
,, legem accipiant. Hæreſum enim dedecus, probrumque non
,, fero, quia rationem à diuina potentia repetunt, & modum diui-
,, niſſimæ illius actionis curioſè nimis inquirunt. Rationem à
,, Deo repoſcunt, cum ſint ipſi peccato debitores, animumque
,, intendere conantur in rationem & ortum ineffabilis naturæ;dam-
,, nantque qui rei ſunt Iudicem, neſcientes ipſi pro ſe reſpondere.
,, Si incomprehenſibilia comprehenderitis, non iam amplius in-
,, comprehenſibilia erunt: & ſi quæ diuina ſunt, intellexeritis, non
,, amplius erunt diuina, ſed communia quædam, &c. Proſequitur
ſupracitatus ſanctus comparationem Margaritæ cum Verbo, vt vi-
dere eſt in Tomo tertio, & vltimo ſuorum operum. Vnde paucis in-
,, teriectis exclamat : Quomodo igitur figuram tantummodo ſu-
,, ſcepit, qui & naturam, & eſſentiam, & tempus generationis par-
,, ticipauit? Quo pacto igitur homo prodijt, qui omnem creaturæ
,, præbet experientiam,abſque corruptione ac partus dolore? Ne-
,, que enim paſſa eſt Maria, vt mulier: neque partus dolorem ſen-
,, ſit, vt virgo, neque aliena à genito erat. Nam propter naturam
,, quæ nutriuit, communicationem, ſocietatemque habebat : &
,, mater Filij Dei erat, propter aſſumptionis munus.

Digitized by Google

S. Gregorius Nazianzenus oratione quinquageſima prima explicans illud Ioannis *Verbum caro factum eſt &c.* ait: Τὸ οὖν ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἴσον δοκεῖ μοι δύνασθαι τῷ καὶ ἁμαρτίαν αὐτὸν γεγονέναι λέγεσθαι καὶ κατάραν, οὐκ εἰς ταῦτα τοῦ κυρίου μεταποιηθέντος· πῶς γάρ; ἀλλ' ὡς διὰ τοῦ ταῦτα δέξασθαι τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀναλαβόντος, καὶ τὰς νόσους βαστάσαντος. *Itaque hic locus, Verbum caro factum eſt, eandem vim, & ſignificationem mihi habere videtur, cum eo, quòd peccatum quoquè ipſum, & maledictum factus eſſe dicitur: non quod Dominus in hæc immutatus ſit (qui enim id fieri poſſet?) ſed quia per id quod hæc ſuſcepit, iniquitates noſtras ſuſtulit, & morbos portauit.* Quid igitur ò pertinaces Manichæi? Quomodo poteſt morbos, ac iniquitates noſtras portare, ſi Chriſtum ſola phantaſia, ſeu ſimulatione apparuiſſe dicitis?

S. Hieronymus ad cap. 14. Matthæi: *Si iuxta Marcionem, & Manichæum Dominus noſter non eſt natus ex Virgine, ſed viſus in phantaſmate; quomodo nunc Apoſtoli timent, ne phantaſma videant, &c. Qui putant Domini corpus non ideò eſſe verum, quia ſuper molles aquas molle & aëreum inceſſerit; reſpondeant, quomodo ambulauerit Petrus, quem vtique verum hominem non negabant.*

Ad cap. 4. Epiſt. ad Galat. *Diligenter attendite, quòd non dixerit* factum per mulierem, *quod Marcion, & cæteræ hæreſes volunt, quæ putatiuam Chriſti carnem ſimulant: ſed* ex muliere, *vt non per illam, ſed ex illa natus eſſe credatur.*

S. Ambroſius lib. 1. de Sacram. cap. 5. *Memento quod dixerim; Chriſtus carnem ſuſcepit, non ſicut carnem, ſed carnis iſtius veritatem, verè carnem Chriſtus ſuſcepit.*

S. Fulgentius de fide ad Petrum cap. 2. *Sic Chriſtum verum hominem crede, vt eius carnem non cœleſtis, non aëreæ, non alterius cuiuſquam putes eſſe naturæ, ſed eius, cuius eſt omnium hominum caro, ideſt quam ipſe Deus homini primo de terra plaſmauit & cæteris hominibus plaſmat, quos per propagationem ex hominibus credat. Sed licèt caro Chriſti, & omnium hominum vnius eiuſdemque naturæ ſit: hæc tamen, quam Deus Verbum ex Maria Virgine ſibi vnire dignatus eſt, ſine peccato concepta, ſine peccato nata eſt.*

S. Petrus Chryſologus ſerm. 144. Ecce, *inquit*, concipies in vtero. *Propter reuerentiam dixiſſe ſuffecerat*, concipies: *quod exagerat*, in vtero, *quid eſt? Vt conceptus eſſet veritas, non figura: vt partus eſſet proprietas, non imago: vt ſicut de Deo vero, verus Deus natus eſt; ſic de vero conceptu veritas humani corporis naſce-*

Digitized by Google

naſceretur. In ortu Chriſti humani corporis iniuria ſublata eſt, non natura; nec eſt creatura deleta, ſed culpa damnata. Eſt ergo hæreſis, quæ Chriſtum aëreum corpus aſſumpſiſſe mentitur, nec habuiſſe carnem, ſed hominem ſimulaſſe confingit.

S. Proſper ſentent. 64.

Quiſquis conſilio æterno contraria ſentis,
Et Verbum in noſtra carne manere negas:
Diuinæ pietatis opus diſſoluere quæris,
Speque ſua mundum diſpoliare cupis.
Nam quis ventura quenquam ſaluabit ab ira?
Quiſue hominis primi crimine liber erit?
Si Deitas Verbi non noſtræ eſt inſita carni,
Aut Chriſtus falſi corporis vmbra fuit:
Qui genitus puer eſt intactæ Virginis aluo?
Quæ natura annis creuit, & aucta cibis?
In qua prole patrem mundi ſe credidit Abram?
Quiſque eius ſtirps eſt, omnia ſanctificans?
Quod regale genus ſimul eſt & pontificale?
Quiue idem Dauid filius, & Dominus?

Serm. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.

Tandem Mellifluus noſter Doctor Bernardus dulci ore ſic effatur: *Quis enim, etiamſi linguis hominum Angelorumque loquatur, explicare queat, quemadmodum ſuperueniente Spiritu, obumbrante virtute Altiſſimi, caro factum ſit Verbum Dei, per quod facta ſunt omnia; & Dominus Maieſtatis, quem non capit vniuerſitas creaturæ, intra virginea ſeſe clauſerit viſcera, factus homo?* Et homilia infra Octauam Epiphaniæ: *Ne ideo aut reſurrectionem, aut mortalitatem, aut paſſibilitatem abrogamus, cum eum non phantaſticè, ſed verè hominem eſſe confiteamur, & veram hominis fuiſſe naturam, in qua potuit proficere.*

S. Thomas cum omnibus Theologis intendit reprobare Manichæorum errorem circa incarnationem, ex eo quod fallax eſſet Scriptura dicens, Verbum caro factum eſt, ſi ſolum phantaſtica caro fuit. Nec valet reſpondere, fuiſſe in ſimilitudinem carnis. Quia ſimilitudo carnis non eſt caro. Rurſum ex conſequenti eſt etiam falſum, Ieſum Chriſtum ambulaſſe, comediſſe, mortuum fuiſſe, & ſepultum, ſi hæc in ſola phantaſtica apparitione contigerunt. Quia ſicut ſimilitudo carnis, vt dictum eſt, non eſt caro; neque ſimilitudo ambulationis eſt ambulatio &c. Vndè aduertit *D. Thomas* quod ſi in modica auctoritate ſacræ Scripturæ derogetur, iam nihil

ſixum in fide noſtra eſſe poterit, quæ ſacris Scripturis innititur ſecundùm illud Ioan. 20. *Hæc ſcripta ſunt vt credatis*: Quod autem dicit Apoſt. *In ſimilitudinem carnis peccati*: notat hìc Auguſt. Paulum non dicere filium Dei miſſum eſſe in ſimilitudinem carnis, (hoc quippe Manichæorum dogma eſt, Chriſtum non veram carnem, ſed ſpeciem ac ſimilitudinem carnis tantum aſſumpſiſſe) ſed *in ſimilitudinem carnis peccati* ideſt habentem ſpeciem carnis peccato obnoxiæ; nempe in eo, quia mortalis natus eſt, ac miſerias, & mortem paſſus, quæ debentur peccatoribus. Vnde & per æneum ſerpentem à Moyſe erectum præfiguratus eſt. *Num.* 21. vt qui videretur habere venenum peccati, reuera tamen non haberet. Eadem obſeruatio eſt Græcorum interpretum. Hinc porrò colligit idem Auguſtinus ſerm. 31. ſupracit. cap. 8. omnem reliquam carnem eſſe carnem peccati. *Non enim*, inquit, *pro magno commendaretur in Chriſto ſimilitudo carnis peccati, niſi omnis cætera caro eſſet caro peccati*. Vnde per hoc quod dicitur *in ſimilitudinem hominum factus*, non ideò intelligendum eſt, itaut verè non ſit factus homo, quia dicitur formam ſerui accipiens. Manifeſtum eſt autem ait *D. Thomas*, formam pro natura poni, & non pro ſimilitudine, ex hoc quod dixerat, *qui cum in forma Dei eſſet*: vbi pro natura ponitur forma, non enim ponitur, quod Chriſtus fuerit ſimilitudinariè Deus.

Rom. 8. 3.

Auguſt. ſerm. 6. & 31. de verbis Apoſt.

Chriſtus venit in ſimilitudinem carnis peccati, non vt omnes alij, in carne peccati.

Alijs rationibus etiam reprobatur Manichæorum hæreſis. Quia ſi verum corpus non habuit, nec verè mortuus eſt, ergo nec verè reſurrexit. Sunt igitur Apoſtoli falſi teſtes Chriſti, prædicantes mundo ipſum reſurrexiſſe. Rurſum ad Romanos tertio dicitur, *quod iuſtificati ſumus in ſanguine Chriſti*. Et Apocalypſis quinto habetur: *Redemiſti nos Domine in ſanguine tuo*. Si igitur Chriſtus non habuit verum ſanguinem, neque verè pro nobis ipſum fudit; neque igitur verè iuſtificati, neque verè redempti ſumus. Paritèr ſi non niſi in phantaſia intelligendus eſt aduentus Chriſti in mundum, nihil nouum in Chriſti aduentu accidit. Nam etiam in veteri teſtamento Deus apparuit Moyſi, & Prophetis ſecundùm multiplices figuras, vt etiam Scriptura noui teſtamenti teſtatur; hoc autem totam doctrinam noui teſtamenti euacuat. Igitur cum omnibus Catholicis dicamus Filium Dei non phantaſticum corpus, ſed verum & reale aſſumpſiſſe. Et hæc de Manichæorum hæreſi dicta ſint ſatis. Quòd ſi omnes illorum fabulas ad verbum exponere ac ſingulis reſpondere velim, ero in hac hæreſi confutanda prolixior: cum præſertim, vt ait *S. Epiphanius* loco ſupracit. à magnis viris admirabiles ad illorum refutandos errores lucubrationes ſint editę, nempe

ab

ab Archelao Epiſcopo, vt antea dictum eſt, Origene, Euſebio Cæſarienſi, & altero Emeſeno, Serapione Thumenſi, Athanaſio Alexandrino, Georgio Laodiceno, Apollinario item Laodiceno, Tito, ac pleriſque alijs, qui aduerſus illum ſcripſerunt, inter quos egregius impugnator fuit Auguſtinus.

Apollinariſtarum hæreſis.

Apollinaris Laodicenus vir eruditus, noua dogmata ſuis diſcipulis tradidit, ſeu vt melius dicam Dimæritorum hæreſis propagator, ac diſſeminator extitit. Hic tripliciter circa Incarnationem Domini errauit. In primis dicendo naturam hominis in Chriſto eſſe ſemiplenam, hoc eſt anima carentem, cuius vicem ſupplebat corpori Verbum ipſum caro factum. Secundus error, vt corrigeret primum, vtique admittebat animam à Verbo aſſumptam, ſed ea parte tantum, qua vegetamur, & ſentimus, & communia cæteris animantibus officia præſtamus; non autem ea parte, qua rationalis eſt. Vnde Auguſtinus tractat. 47. in Ioannem ſic in eos declamat. *Videte abſurditatem, & inſaniam non ferendam. Animam irrationalem eum habere voluerunt, rationalem negauerunt: dederunt ei animam pecoris, ſubſtraxerunt animam hominis.* De his duobus erroribus ſermo erit infra in §. de his qui errauerunt circa animam Chriſti, &c. Tertius denique error ſpectans ad præſentem quæſtionem eſt, quòd carnem Chriſti diſſimilem, nec de B. Virginis carne ſumptam edocuit, ſed partem ipſius ſubſtantiæ Dei è cœlo delapſam, in carnem, oſſa, capillos conuerſam, & à ſuapte natura mutatam. Poſſem hic plures auctoritates, tàm S. Scripturæ, quàm Sanctorum Patrum contra hanc hæreſim in medium proferre, præſertim Athanaſij, Epiphanij, Gregorij Nazianzeni, Theodoreti, Hieronymi, Auguſtini, & aliorum, qui de hæreſibus diſertè ſcripſerunt, quas omnes breuitatis cauſa omitto; non aliud agendo, niſi fundamenta, quibus ſuum cogantur defendere errorem, funditus euertere.

Obiectiones Hæreticorum contra veram Verbi Diuini Incarnationem ſoluuntur.

§. IV.

PRæcipuum fundamentum Apollinaris dicentis aliquid Verbi conuerſum, & mutatum fuiſſe in carnem, deſumebatur ex eo quòd Ioann. 1. dicitur: *Verbum caro factum eſt*, quod impius ſic interpretabatur, videlicèt, Verbum in carnem eſſe conuerſum, & dedu-

Digitized by Google

deducebat paritatem ex eo quòd in eodem Ioanne 2. dicitur. *Vt guſtauit Architriclinus aquam vinum factam*, quod ſicut hîc intelligitur aquam conuerſam in vinum, ita debet intelligi Verbum conuerſum in carnem. Pariter ex pluribus SS. Patribus præſertim Iræneo, & Cypriano appellatur Incarnatio mixtura Dei, & hominis, ideſt vnio in natura. S. Athanaſius in ſymbolo, *Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo; ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus*: Sed anima, & caro conſtituunt vnam integram hominis naturam. Ergo etiam Deus & homo per vnionem hypoſtaticam in vnam coaleſcunt naturam.

Reſpondeo. *Ad primum*; Vnum fieri aliud non ſemper ſignificare vnum conuerti in aliud, quia ſicuti per hoc quod Geneſ. dicitur: *Factus eſt homo in animam viuentem*, non rectè infertur quòd homo ſit conuerſus in animam viuentem; ita per hoc quod Verbum factum eſt caro, non rectè infertur Verbum eſſe conuerſum in carnem. Vndè S. Epiphanius aduersùs Apollinarem ſic ſcribit: Τὸ γὰρ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ λεγόμενον, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ταύτην ἔχει τὴν διάνοιαν, καθὼς καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου τοῦτο δυνατὸν εὑρεῖν· γέγραπται γὰρ ἐν τῷ Παύλῳ, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε κατάρα· καὶ ὥσπερ οὐκ αὐτὸς κατάρα γέγονεν· ἀλλ᾽ ὅτι τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο κατάραν, εἴρηται κατάρα γεγονέναι· οὕτω καὶ σὰρξ ἐγένετο, οὐ τραπεὶς εἰς σάρκα, ἀλλ᾽ ὅτι σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέλαβε, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ γὰρ τὸ εἰπεῖν, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἴσον ἐστὶ πάλιν εἰπεῖν, ὅτι ἄνθρωπος γέγονε, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῷ Ἰωὴλ ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα· οὐ τῶν ἀλόγων ἦν ἡ ἐπαγγελία, ἀλλ᾽ εἰς ἀνθρώπους ἐστίν, ὧν ἕνεκα καὶ ἄνθρωπος γέγονεν ὁ Κύριος. Quod enim à Ioanne ſcriptum eſt: *Verbum caro factum* *S. Epiph. tom. 2. lib. 3. hæreſ. 77.*
,, *eſt*, hunc habet ſenſum, vt ex ſimili loquendi ratione colligi *Ioann. 1.*
,, poteſt. Eſt enim à Paulo ſcriptum: *Chriſtus pro nobis factus*
,, *eſt maledictum*. Vt igitur maledictum ille propriè non fuit, ſed *Galat. 3. 13.*
,, ideò fuiſſe dicitur, quòd illud noſtra cauſa ſuſceperit: *Sic & ca-*
,, *ro factum eſt*, non quod in carnem commutatum fuerit, ſed quod
,, carnem pro nobis aſſumpſerit, *& homo factus ſit*. Etenim hoc
,, ipſum; *Verbum caro factum eſt*, eandem vim habet, ac ſi di-
,, ceretur *Homo factum eſt*. Cuiuſmodi eſt illud à Ioële dictum:
,, *Efundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem*. Quæ quidem de- *Ioel. 2. 28.*
,, nuntiatio, ac promiſſio non ad pecudes, ſed ad homines perti-
,, net, quorum gratia Dominus eſt homo factus.

S. Gregorius Magnus lib. 4. Epiſt. 61. contra Hæreticos ait, *Verbum carnem dicimus factum, non immutando quod erat, ſed ſuſcipiendo quod non erat: noſtra auxit, ſua non minuit*. S. Athanaſius, *non conuerſione Diuinitatis in carnem, ſed aſſumptione huma-* *S. Athanaſ. in ſymb. Fidei.*

huma-

S. Ioannes Chriſoſt. *humanitatis in Deum*. S. Ioannes Chryſoſt. *Non ſubſtantiam vertens in carnem, ſed manens quod eſt, ſerui formam aſſumpſit*. S. Fulgentius: *In vnitate perſonæ, in qua Deus, & homo vnus eſt Chriſtus, inconfuſibilem, atque inſeparabilem vtriuſque veritatem naturæ commendans, verum ſe Deum diuinis operibus, verumque hominem humanis paſſionibus demonſtrauit*. Tandem concludit D. Auguſtinus, quod *ſicut Verbum noſtrum vox fit, nec mutatur in vocem, ita Dei Verbum caro factum eſt, non mutatum in carnem*. Dicendum eſt igitur: quod ſi aliquid Verbi Dei eſt conuerſum in carnem, oportet totum Verbum conuerſum eſſe, quia quod conuertitur in aliud, deſinit eſſe quod prius erat. Hinc eſt quod aqua conuerſa in vinum, iam non eſt amplius aqua, ſed vinum. Sic ſi per Incarnationem, Verbum Dei eſt conuerſum in carnem, non amplius eſt Verbum, ſed caro, & tamen poſt Incarnationem adhuc vocatur Verbum Dei, teſte Ioanne Apocalipſ. 19. *Veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocabatur nomen eius Verbum Dei*.

S. Fulgent. ad Traſmund. lib. 1. cap. 7.

S. Auguſt. lib. 15. de Trinit. cap. 11.

Ad ſecundum dico, Sanctos Patres Irenæum, & Cyprianum loqui ſolum de mixtione impropria ad denotandam intimam, & ſingularem vnionem hypoſtaticam naturæ humanæ cum diuina, vt maior cogitari non poſſit inter Deum, & creaturam.

Ad Tertium dico, Exemplum Athanaſij non in omnibus reſpectibus & conſiderationibus verificandum, nec ab eo petendam eſſe omnimodam ſimilitudinem inter vnionem animæ cum corpore, & vnionem naturæ diuinæ cum humana, adeoque hęc non eſſet mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, vt mellitiſſimè loquitur N. S. Doctor. Proinde exemplum illud, *Sicut anima rationalis &c.* tantum valet ad inſinuandum, quod ſicut corpus, & anima, quamuis diuerſæ ſint naturæ, in vnam tamen naturam coeunt, ſic licèt natura diuina longè præcellat humanam, tamen in vnitate perſonæ ſociantur in Chriſto, ſeu vt loquitur Auguſtinus, ſicut in vnitate perſonæ anima vnitur corpori, vt homo ſit, ita in vnitate perſonæ, Deus vnitur homini, vt Chriſtus ſit. Solent Hęretici alias obiectiones contra ſacroſanctum Incarnationis myſterium reponere, quas ſigillatim hic cum ſua reſponſione, iuxta Angelici Doctoris doctrinam recenſere, minimè ſuperfluum eſſe videtur.

Auguſt. Epiſt. 3. ad Voluſianum.

1. Sic arguunt, Omne quod nouam naturam acquirit, ſubſtantiali mutationi ſubijcitur. Sed Verbum diuinum nouam naturam acquirit. Ergo mutationi ſubijcitur. Sed contra eſt, quia per hoc quod Verbum diuinum, naturam humanam aſſumpſit nulla in eo facta eſt mutatio, ſed ſolum in humana natura, quæ eſt à Verbo aſſum-

Digitized by Google

aſſumpta, ſecundùm quam competit Verbo, & generatum eſſe temporaliter, & natum, non autem ſecundùm ſe ipſum.

2. Rei vnius, & eiuſdem non eſt niſi vnum quod quid eſt, ſubſtantia enim vnius vna eſt. Sed natura cuiuſlibet rei eſt quod quid eſt eius. Ergo implicat vnam hypoſtaſim in duabus naturis ſubſiſtere. Sed contra eſt, quia vnius rei ſubſiſtentis eſt tantum vnum quod quid eſt, ſiue vna natura, per quam ſimpliciter habet eſſe; & ſic Verbum diuinum per ſolam naturam diuinam ſimpliciter habet eſſe, non autem per naturam humanam, cum ab ea tantùm habeat, vt ſit hoc ſcilicet quod ſit homo, ad quod ſufficit vnio naturæ diuinæ cum humana carente propria perſonalitate, ſubſiſtente autem per perſonalitatem Verbi.

3. In his, quæ carent materia, non poteſt eſſe aliud quidditas rei, & aliud res; idemque ſunt quidditas, & ſuppoſitum, natura & hypoſtaſis præcipuè in Deo, qui non ſolùm eſt ſua quidditas, ſed etiam ſuum eſſe; ſed natura humana non poteſt eſſe idem quod diuina hypoſtaſis. Ergo implicat quod diuina hypoſtaſis ſubſiſtat in humana natura. Ma: probatur à D. Thoma lib 1. contra Gent. cap. 21. & 22. Pariter natura eſt ſimplicior, & formalior hypoſtaſi, quę in ea ſubſiſtit. Ergo ſi diuina hypoſtaſis ſubſiſtit in humana natura, ſequitur quod natura humana ſit ſimplicior, & formalior, quàm diuina hypoſtaſis. Quod quàm ſit abſurdum, vnicuique patet. Sed contra eſt, quia eſt impoſſibile, quod natura per quam Verbum ſubſiſtit, ſit aliud, quàm ipſa perſona Verbi, quia Verbum ſubſiſtit per naturam diuinam, non verò per humanam, imò trahit naturam humanam ad ſuam ſubſiſtentiam, vt in ea, & per eam ſubſiſtat. Vnde per hoc non ſequitur quod natura humana ſit idem cum perſona Verbi. Pariter natura eſt ſimplicior, & perfectior hypoſtaſi, quæ in ea ſubſiſtit, quando illa hypoſtaſis emanat ab illa natura, & eſt propria illius naturæ. Cum autem natura humana, vt oſtenſum eſt ſupra, non ſubſiſtat per ſubſiſtentiam propriam, ſed per alienam, nempè Verbi; hinc eſt non eſſe illa perfectiorem, & ſimpliciorem. Hypoſtaſis autem Verbi non conſtituitur ſimpliciter per humanam naturam, vt per eam ſit, ſed habet tantùm vt per eam ſit hic homo: ideò non oportet, vt ſit ſimplicior Verbo, in quantum Verbum eſt, ſed ſolum in quantùm eſt hic homo. Vnde ſciendum eſt, quod naturam conſtituere ſuppoſitum ſimpliciter, eſt eſſe id quo ſuppoſitum habet, vt abſolutè dicatur eſſe & quia hoc non ſit, niſi dando eſſe formaliter ſuppoſito, ideò ad hoc, quod natura dicatur conſtituere ſuppoſitum, oportet vt illi det eſſe formaliter; naturam verò humanam dare ſuppoſito, vt ſit hic homo;

eſt

Digitized by Google

eſt eſſe id, quo ſuppoſitum dicitur hic homo; & quia hoc fit dando ſuppoſito, vt ſit indiuiduum humanum, ideò ipſam facere vt ſuppoſitum ſit hic homo, eſt eſſe id quod ſuppoſitum habet, vt ſit quoddam indiuiduum humanum. Quia ergo humana natura non dat Verbo Dei eſſe per quod ſimpliciter eſt, cum ipſa non habeat proprium eſſe, ſed ſit per eſſe diuinæ perſonæ, dat ipſi Verbo, quod ſit quoddam indiuiduum humanum, eò quòd ipſa ſit indiuidua, & ſingularis; ideò benè dicitur, quòd per ipſam non datur Verbo, quod ſit ſimpliciter, ſed tantum quod ſit hic homo.

4. Chriſtus habuit corpus, & animam eiuſdem virtutis, & perfectionis, ac cæteri homines. Sed in cæteris hominibus, per vnionem animæ, & corporis conſtituitur ſuppoſitum, hypoſtaſis, & perſona. Ergo etiam à pari in Chriſto. Ergo præter ſuppoſitum, hypoſtaſim, & perſonam diuinam, datur in Chriſto ſuppoſitum, hypoſtaſis, & perſona humana. Sed contra eſt, quia per hoc, quod perſonalitas Verbi trahat ad ſe corpus, & animam Chriſti, impediendo perſonalitatem creatam, eamque ſupplendo, non arguitur minor virtus in corpore, & anima Chriſti, ſed hoc pertinet ad maiorem dignitatem, quia vnumquodque meliùs vnitur cum ſuo digniori, quàm exiſtat per ſe: ſic anima ſenſitiua meliùs vnitur cum homine, quàm cum cæteris animantibus, licèt in illis ſit forma principalis, non verò in homine. Vnde natura humana petit ſubſiſtere ſiue per propriam, ſiue per alienam ſubſiſtentiam: ergo quò maior eſt ſubſiſtentia, eò maior, & nobilior eſt dignitas naturæ humanæ ſubſiſtentis per talem ſubſiſtentiam, & ſic ſi naturæ humanæ proponeretur ſubſiſtentia propria, & ſubſiſtentia aliena perfectior, certè potius eligeret ſubſiſtere per ſubſiſtentiam alienam, quam per propriam. Nec refert quod in Chriſto fuerit hæc anima, & hoc corpus, ergo ex eorum vnione conſtituta eſt hæc hypoſtaſis. Quia vtique in Chriſto fuit hæc anima, & hoc corpus, tamen eſt falſum, quod ex eis ſit conſtituta aliqua perſona præter perſonalitatem Verbi, quia Verbum aſſumpſit animam, & corpus, impediendo, vt dixi, perſonalitatem creatam, eamque ſupplendo per propriam.

5. Homo qui dicitur de Chriſto debet eſſe eiuſdem ſpeciei nobiſcum; ſed ſi eſt idem ſuppoſitum naturæ humanæ, & diuinæ, non poteſt dici talis, ergo &c. Probatur mi: quia de intellectu hominis, qui eſt Chriſtus, eſt hypoſtaſis diuina, de intellectu aliorum hominũ eſt hypoſtaſis creata. Ergo diceretur æquiuocè, & non eſſet eiuſdem ſpeciei. Sed contra eſt, quia ea conueniunt æquiuocè, quorum nomen eſt commune, & ratio importata per nomen eſt omninò diuerſa. Videamus modò, quænam eſt ratio importata per hoc no-

men homo. Certè Aduerſarius non negabit hanc eſſe naturam humanam. Sed natura humana eſt omninò eadem in Chriſto, ac in cæteris hominibus; ergo vniuocè, & non æquiuocè conueniunt, cum ea vniuocè conueniant, quorum nomen eſt commune, & ratio importata per nomen eſt eadem, ſicut eſt, in præſenti. Hìc tantum variatur ſuppoſitio. Quod ſi per variationem ſuppoſitionis deberet æquiuocè conuenire, etiam æquiuocè ſumeretur, prout quandoque ſupponit pro Petro, quandoque pro Paulo, quia tunc ſuppoſitio eſſet diuerſa, ſic in caſu hoc nomen *Homo* ſecundùm quod pro Chriſto ſumitur, ſupponit hypoſtaſim increatam; ſecundùm verò quod pro alijs ſumitur, ſupponit hypoſtaſim creatam. Vnde debet rectè intelligi, quomodo hypoſtaſis Verbi dicatur eſſe ſuppoſitum humanæ naturæ, non quaſi hypoſtaſis Verbi conſtituatur in eſſe per naturam humanam, ſed prout hypoſtaſis Verbi trahit naturam humanam ad ſuam ſubſiſtentiam. Neque ſequitur, quod ex eo quod Verbum ab æterno præextiterit, natura humana ei accidentaliter adueniat. Quia id venit accidentaliter alteri, quod eſt iam conſtitutum in eſſe ſubſtantiæ. Verbum autem aſſumpſit naturam humanam, vt eſſet perfectè homo in genere ſubſtantiæ, quod tale non erat ante hypoſtaticam vnionem. Quod ſi natura humana ei accidentaliter adueniret, accidentia conferrent eſſe ſubſtantiale; quod quam ſit falſum, vnicuique patet. Hypoſtaſis Verbi Diuini quomodo dicatur ſuppoſitum humanæ naturæ.

Non deſunt alij plures Hæretici negantes Filium Dei ex Maria Virgine verè carnem ſuſcepiſſe, verum fuiſſe hominem, corpore & anima conſtantem, quos hìc breuitatis cauſa, tantùm recenſeo, nihil immorando in eorum confutatione, cum ad ſupràcitatas hæreſes reducantur. Inter hos ſunt Nouatiani, de quibus S. Bernardus lib. 5. de Conſid. ad Eugenium cap. 10. ait: *Alieni ſint à nobis Nouatiani, qui Chriſti à nobis carnem alienare conantur, nouam creaturam in Virgine, & non de Virgine ſumptam, impiè aſſerentes. Pulchrè propheticus Spiritus longè antè occurrit huic ſententiæ, imò blaſphemiæ impiorum: Egredietur, inquiens, virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. Dixiſſe poterat, & flos de virga; ſed maluit de radice: vt vnde virgam, inde florem duxiſſe originem demonſtraret. Inde igitur ſumpta caro, vnde orta Virgo: nec noua in Virgine, quæ prodijt ex radice.*

Apelles dicebat Chriſtum ipſo deſcenſu aëreā ſibi carnem contexuiſſe, eandemque in aſcenſu ſingulis elementis reddidiſſe. *Tertullianus*, *Epiphanius*, & *Auguſtinus de illius hæreſi*. Apelles an. 160.

Fortunatus, *Felix*, *Fauſtus*, *Secundinus*, & alij Manichæi, negabant Chriſtum eſſe natum, aut in Euangelio ſe vſquam ex homini- Fortunatus a. 400.

minibus natum eſſe dicere. *Auguſtinus lib. 2. cap. 2. contra illos.*

Priſcillianiſtæ. an. 440. *Priſcillianiſtæ* Natalem Chriſti non verè honorant, ſed ſe honorare ſimulant; ieiunantes eodem die, ſicut & Dominico; quod vtique ideò faciunt, quia Chriſtum Dominum in vera hominis natura natum eſſe non credunt, ſed per quandam illuſionem oſtentata videri volunt, quæ vera non fuerint, ſequentes dogma Cerdonis, & Marcionis. *Leo Papa Epiſt. 93. cap. 4.*

Eutyches an. 450. *Eutyches*, prædicabat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum conſubſtantialem nobis eſſe ſecundùm carnem, ſed de cœlo corpus habuiſſe. *Liberatus in breuiario cap. 12.*

Aphthardocitæ anno 530. *Aphthardocitæ* aſſerebant Chriſti corpus ab ipſa conceptione nulli obnoxium fuiſſe internecioni, neque affectionum illarum, quę naturalitèr abſque vlla reprehenſione inſitæ ſint, particeps fuiſſe. *Damaſcenus de hæreſibus. Nicephorus lib. 17. cap. 29.*

Armeni an. 544. *Armeni* dicunt Chriſtum ſuſcepiſſe corpus non eiuſdem eſſentiæ, cuius noſtra ſunt corpora, ſed incorruptibile, & impaſſibile; & tenue, & increatum, & cæleſte, quod & videre, & comedere, & bibere videatur, & alijs muneribus humanis fungi; cum tamen nihil horum faciat. Præterea dicunt carnem in diuinitatem eſſe conuerſam, & eiuſdem factam eſſentiæ, cuius eſt ipſa diuinitas. *Euthymius in Panoplia part. 2. tit. 20.*

Mahometus Azoara an. 630. *Mahometus Azoara* 11. Iudæi Chriſtum Mariæ filium ſe peremiſſe perhibent, ſed nequaquam eum, imò ſui ſimilem ſuſpendentes interfecerunt: profitentes etiam ſe ſuæ cædis auctores, cordibus ſuis non minimam ambiguitatem inde gerunt, ſed eum nullatenus interfecerunt; quia Deus incomprehenſibilis, & ſapiens, eum ad ſe transmigrare fecit.

Bogomili an. 1050. *Bogomili* dicunt Chriſtum deſcendiſſe de cœlis, & per aurem Virginis dexteram influxiſſe, carnem induiſſe, quæ aſpectu quidem videatur ex materia conſtare, & humani corporis eſſe ſimilis, cum tamen reuera materia ſit expers, ac diuina. *Euthimius Panopliæ part. 2. tit. 23. cap. 7.*

Albanenſes a. 1200. *Albanenſes* dicunt quod Filius Dei Chriſtus non aſſumpſit naturam humanam in veritate, ſed ſimilem in beata Virgine: quòd Chriſtus non verè comedit, nec verè bibit, nec verè paſſus eſt, nec verè mortuus eſt, nec verè reſurrexit; ſed putatiuè. *Guido de hæreſibus, Antonius 4. part. ſummæ, tit. 11. cap. 7. §. 5.*

Arnoldus an. 1317. *Arnoldus de Villanoua* docuit, quod humana natura à Verbo aſſumpta eſt æqualis Deo, omnibus bonis ſuis, & quod tantum ſit humanitas in Chriſto, quantum Deitas, & tantum poſſit. *Nicolaus Eymericus part. 2. Directorij, quæſt. 11.*

Digitized by Google

Anabaptiſtæ docent, Chriſtum non habuiſſe veram carnem ex Maria aſſumptam, nec fuiſſe verum hominem, ſed habuiſſe corpus phantaſticum; nec verè, ſed tantum per phantaſma mortuum eſſe. *Cochlæus de erroribus Anabaptiſtarum Monaſterienſium. Caluinus de Libertinis cap.* 17. *Anabaptiſtæ anno* 1530.

Gaſpar Suuenchfeldius tom 2. epiſt. 72. & 77. dicit carnem Chriſti nullo modo ſimilem carni Adami, ſiue ante, ſiue poſt lapſum: atq; hoc dogma æquè inuiolabile ac ſacroſanctum videri vult, ac Chriſtum de Spiritu Sancto conceptum. *Gaſpar Suuenchfeldius an.* 1540.

Anno 1571. prope Heidelbergam publicè facta eſt Anabaptiſtis poteſtas diſputandi illam quæſtionem, *An Chriſtus ex Virgine carnem aſſumpſerit, an aliunde?* Petrus Caniſius lib. 1. de corruptelis Verbis Dei, & plura de hucuſque dictis vide in Theſau. Catholico controuerſiarum Fidei.

Sunt & alij Hæretici, qui dicuntur *Vbiquetarij*, ex eo quia dicebant humanitatem Chriſti eſſe vbique. Hæc opinio repugnat cum Scriptura dicente Matth. vlt. *Non eſt hìc ſed reſurrexit*. Et etiam Ioann. 6. & 11. Reſpondent hi, ſignificari his teſtimonijs Chriſtum non fuiſſe vbique localiter, non autem fuiſſe vbique diui-„ no modo. At ait *Bellarminus*, etiam in cæna Corpus Chriſti „ non eſt localiter, & tamen quia reuera ibi eſt, nemo Lutherano-„ rum auderet abſolutè dicere, Corpus Chriſti non eſt hìc, ideſt „ in Cæna. Item, Deus non eſt in Mundo localiter; & tamen non „ tolleraretur, qui diceret, Deus non eſt in cælo, nec in terra. „ Eodem igitur modo, ſi Chriſti humanitas verè eſt vbique, quo-„ cumque modo ibi ſit, falſum erit abſolutè, quod Scripturæ di-„ cunt: *Non eſt hìc*, *Non eram ibi &c.* Scriptura autem falſa eſ-„ ſe non poteſt. Igitur falſa eſt ſententia aduerſariorum. Præte-„ reà anima Chriſti non erat in Inferno localiter, ſed ſpiritualiter, „ & tamen non ſemper ibi fuit; nam non eſt relicta in Inferno, „ Actorum ſecundo. Ergo reuera non eſt vbique, non ſolùm lo-„ caliter, ſed nec alio modo. Hactenus *Bellarminus*, qui loco citato probat, & oſtendit hanc vbiquitatem repugnare tum Scripturis, tum Symbolo Apoſtolico, tum præſentiæ corporis Domini in Euchariſtia, tum teſtimonijs Patrum; & deinde Hæreticorum argumenta ſoluit.

Vbiquetarij.

Bellarminus tom. 1. de Incarnat. lib. 3. cap. 9. 10. 11. 12, 13. 14. 15.

Brentius defendit vbiquitatem Humanitatis, argumenta ſoluuntur à Bellarmino loco ſupracit. cap. 19.

Ex hucuſque dictis inferes, 1. Verbum diuinum aſſumpſiſſe veram & integram humanitatem animæ rationalis eiuſdem ſpeciei cum noſtra, & humano corpore eiuſdem materiæ, & rationis cum noſtro conſtantem. Et hoc determinatum eſt in varijs Concilijs Generalibus, vt ſupra §. 1. & vetuſtiſſimis ſymbolis poſt Nicænam

Verbum diuinum aſſumpſit veram humanitatem eiuſdem ſpeciei cum noſtra.

Syno-

Digitized by Google

Synodum per Eccleſiam lectis, præſertim in Conſtantinopolitano Concilio 2. In Oecumenica Epiſt. ad Damaſum, & alios in Romana Synodo congregatos. In Chalcedonenſi in decreto fidei act. 3. & in omnibus poſteriorum Conciliorum definitionibus, & Sanctorum Patrum auctoritatibus, vt fuſiùs oſtenſum eſt ſupra.

Sanguis humanitatis Chriſti Domini fuit à Verbo immediatè aſsũptus.

2. Omnem humanitatis Chriſti Domini ſanguinem fuiſſe immediatè à Verbo diuino aſſumptum, & ipſi hypoſtaticè vnitum, ſicut etiam tres alios humores ſanguini coniunctos, & ſpiritus vitales. Et hoc colligitur ex Clement. in Extrauag. *Vnigenitus*. Ratio etiam eſt, quia Verbum diuinum aſſumpſit verum corpus organizatum, & diſpoſitum ad recipiendam animam rationalem, cum his omnibus, quæ neceſſaria ſunt ad conſtitutionem, conſeruationem, & veritatem naturæ humanę, ſed ſanguis, & alij tres humores, pituita ſcilicèt, flauabilis, & atrabilis ſpectant ad veritatem, vel ad conſtitutionem, vel ad conſeruationem naturæ humanæ, cum hæc omnia neceſſaria ſint ad varias operationes præcipuè animales ipſius hominis, ergo &c.

Partes excrementitiæ, non ſunt immediatè aſſumptæ à Verbo.

3. Capillos, vngues, lacrymas, ſudores, & alias partes excremẽtitias non fuiſſe hypoſtaticè à Verbo diuino immediatè aſſumptas, ſed tantummodo, quia erant in natura humana aſſumpta. Ratio eſt, quia illæ partes excrementitiæ ad humani corporis integritatem non pertinent, nec remanebunt in corporibus glorioſis, nec directè, nec indirectè vllatenus conferebant ad finem Incarnationis, nempe hominum ſalutem. Ergo &c.

Pro eodem inſtanti reali temporis, fuit producta humanitas, & vnita Verbo.

4. Pro eodem inſtanti reali temporis, quo humanitas Chriſti producta fuit, etiam vnitam fuiſſe Verbo diuino, itaut nullum fuerit inſtans temporis, in quo de homine, qui eſt Chriſtus dici potuerit, ita eſt homo, vt non ſit Deus, adeòque de fide ſanctum eſt, quod pro eodem inſtanti reali temporis, quo Spiritus Sancti operante virtute perfecta fuit diſpoſitio, & organizatio Corporis Chriſti, fuit etiam producta anima rationalis, eidemque corpori vnita, & humanitas, eiuſque partes omnes fuerunt aſſumptæ à Verbo, ita vt vnio Verbi cum humanitate, & partibus eius, productio animæ rationalis, eiuſdem vnio cum corpore, peracta ſint vnico inſtanti reali temporis, nec inter ea prioritas vlla realis temporis intercceſſerit. Addo, quod partes humanitatis prius intelliguntur vnitæ Verbo, quàm inter ſe, quia pro eodem ſigno naturæ concipitur ſubſiſtentia verbi vnita fuiſſe animæ, & corpori, quo ipſis eiſdem partibus aduenisſet propria ſubſiſtentia, ſed prius concipimus partes ſubſiſtere propria ſubſiſtentia, & deinde vniri inter ſe, ergo cum partes humanitatis, loco propriæ ſubſiſtentiæ ſubſiſtant per ſubſiſtentiam

Partes humanitatis prius intelligũtur vnitæ Verbo, quam inter ſe.

Digitized by Google

tiam Verbi, hinc eſt, quod prius intelliguntur Verbo vnitæ, quam inter ſe; Et hoc patet in triduo mortis Chriſti, quo tempore ceſſauit vnio partium inter ſe, & tamen non ceſſauit vnio earum cum Verbo, & per conſequens vnio partium cum Verbo eſt omninò independens ab vnione partium inter ſe. Rurſum illa vnio corporis cum anima ſolum mediatè aſſumpta fuit à Verbo, quia quod ſemel immediatè aſſumpſit nunquam dimiſit, ſed in triduo dimiſit talem vnionem, ergo non eam immediatè aſſumpſit, ſed mediatè.

5. Duplicem dari exiſtentiam in Chriſto realiter diſtinctam, alteram increatam naturæ diuinæ, alteram creatam naturæ humanæ. Et ratio eſt, quia terminus generationis, ſeu id quod recipit eſſe per generationem, & tranſit à non exiſtente in rerum natura ad eſſe exiſtens, vel eſt ipſamet exiſtentia, vel aliquod habens exiſtentiam. Sed neutrum ex his dici poteſt. Ergo illa humanitas recipit eſſe exiſtentiæ per generationem; quod ante non habebat. Eſſe autem increatum & exiſtentia Verbi non producitur per temporalem generationem. Ergo terminus illius generationis habuit eſſe exiſtentiæ diſtinctum ab exiſtentia Verbi. Pariter per Aduerſarios natura Angelica aſſumpta non perderet propriam exiſtentiam; ergo nec aſſumpta natura humana deberet propriam exiſtentiam perdere. In Chriſto duplex exiſtentia.

6. Corpus Chriſti Domini reuera fuiſſe paſſibile, & obnoxium dolori ſenſitiuo, ac communibus hominum defectibus, non verò aſſumpſiſſe priuatos hominum defectus, vt ſunt morbi, quia hi nihil ad opus redemptionis conducebant. Vnde ipſe non habuit defectum deformitatis, ſed decoratus fuit eximia pulchritudine, & venuſtate, non quidem colorum varietate ad oculos attrahente ſed proportione partium commendabili iuxta illud *Specioſus forma præ filijs hominum*; Neque ipſe quatenus homo nullo prorſus ignorantiæ genere laborauit. Denique in ipſo fuerunt paſſiones humanæ, non tamen cum ea imperfectione, qua ſunt in hominibus. Et hoc determinatum fuit in 6. Synodo act. 4. Differunt tamen à paſſionibus hominum, quoad obiectum, & quoad principium; Quo ad obiectum, quia illi motus animi, plerumque in nobis feruntur ad illicita; In Chriſto verò ſemper tendebant ad bonum honeſtum; quo ad principium, quia tales paſſiones in nobis ſæpè præueniunt iudicium, & vſum rationis, in Chriſto verò fuerunt tantùm ex deliberata voluntate; differunt etiam quo ad effectum, quia in Chriſto nullo modo ad illicita pertrahere potuerunt. Corpus Chriſti doloribus obnoxium. *Pſalm. 44.*

De

Digitized by Google

De his, qui circa Animam Chriſti Domini, eiuſque facultates errauerunt.

§. V.

Ariani an. 315.

HVic falſo dogmati exordium dedit omnium hæreticorum impijſſimus Arius negans animam aſſumptam fuiſſe à Verbo, quem errorem ſecutus eſt Apollinaris, vt aduertimus ſupra §. 3. Hic dicebat carnem ſolam abſque anima rationali ſuſceptam fuiſſe à Filio Dei; aut certè talem in eo fuiſſe animam, cui mens & ratio deeſſet, ipſa verò Verbi diuinitas prò mente eſſet, ſeu mentis adimpleret officia, motiones, & conſilia. Craſsè enim illud Ioann. 1. ſumebat; *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*: *(a)* Neque ſynecdochen ſcripturis familiarem (quà pars ſumitur pro toto) attendens. Huius falſi dogmatis confutatio paſſim habetur in Sacris Euangeliſtarum paginis, his verbis: *Anima mea turbata eſt*. Et, *Triſtis eſt anima mea*. Et, *Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & ſumendi eam*. Item: *Ego ſum Paſtor bonus, qui animam ſuam ponit prò ouibus ſuis*. Rurſum in Cruce ſuſpenſus ſic Patrem eſt allocutus: *In manus tuas comendo Spiritum meum*. Idem aſſerunt omnes SS. PP. Athanaſius, τέλειος Θεός, καὶ τέλειος ἄνθρωπος, ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ ἀνθρωπίνης σαρκὸς ὑποστάς. *Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens*. Idem ſcribens ad Epitetum Corinthiorum Epiſcopum, de blaſphemijs Apollinariſtarum ait: Τὰ γὰρ οὕτως φανερῶς δεικνύμενα φαῦλα γυμνάζειν ἐπιπλέον, ἢ περιεργάζεσθαι οὐ δεῖ· ἵνα μὴ τοῖς φιλονεικοῦσιν, ὡς ἀμφίβολα νομισθῇ. τοῦτο μόνον ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ εἰπεῖν ἀρκεῖ, ὅτι οὐκ ἔστι ταῦτα τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, οὐδὲ ταῦτα οἱ πατέρες ἐφρόνησαν· ἵνα δὲ μὴ ἐκ τῆς τέλεον σιωπῆς πρόφασιν ἀναίσχυντον ἑαυτοῖς οἱ τῶν κακῶν ἐφευρεταὶ πορίσωνται, καλὸν ἐκ τῶν θείων γραφῶν ὀλίγων μνημονεῦσαι· τάχα γὰρ κἂν οὕτως αἰδεσθέντες παύσωνται ἀπὸ τῶν ῥυπαρῶν τούτων ἐπινοιῶν. Quæ verba ſic vertit Dionyſius Petauius Operum omnium D. Epiphanij egregius interpres: *Nàm quæ tam aperta nequitia implicata ſunt, agitare vehementius, ac curioſius perſcrutari non oportet, ne à contentioſis hominibus prò dubijs, & ambiguis habeantur. Quarè id vnum aduerſus eiuſmodi excipere ac reſpondere ſufficit; non eſſe hæc Eccleſiæ Catholicæ dogmata, neque hunc Patrum noſtrorum ſenſum extitiſſe. Verùm ne, ſi omninò diſſimulauero, pernicioſorum dogmatum inuentores iſti impudentiæ ſuæ honeſtum*

(a) *F. Matthias Cheſneux in Speculo Chronographico Eccleſ. Catholicæ.*

Ioa: 12. 27. Matth. 26. 38. Ioann. 10. 18.

Luc. 23. 46.

Athanaſius in Symb. de fide Cathol.

S. Epiphanius hæc refert lib. 3. tom. 2. hæreſ. 77.

neſtum aliquem colorem habeant, pauca ex Sacris litteris expromenda videntur, ex quibus pudore forſitan affecti ab ſordidiſſimis illis inuentis aliquando deſciſcent. En igitur tanta eſt horum hæreticorum dementia, vt quodamodo pudeat aliquid aduersùs illos reſpondere. Tamen ex ore tuo ò Apollinari te iudico ſerue nequam; non ne dicis Verbum Dei, Deum eſſe? Ergo quomodo poteſt eſſe forma corporis? Si Verbum ſolam carnem ſine anima aſſumpſit; quomodo poteſt dici *Et homo factus eſt?* Quis negat animam principaliter eſſe de ratione hominis? Si igitur Chriſtus animam non habuit, nec verus homo fuit. Si non fuit verus homo, cur Apoſt. vocat eum hominem, dicens: *Vnus eſt mediator Dei, & hominum, homo Chriſtus Ieſus.* Paritèr ſi non habuit animam, nec habuit veram carnem, nec cæteras partes corporis, quia hæ ab anima dependent, vnde remota anima, oculus, caro, & os hominis mortui, æquiuocè dicuntur, ſicut oculus pictus, aut lapideus, vt benè obſeruat *D. Thomas*; Quia quid eſt quod facit oculum videntem, os loquens, niſi anima tribuens oculo potentiam viſiuam, &c. Vndè Chriſtus apparens Apoſtolis poſt reſurrectionem, exiſtimantibus autem illis ſe ſpiritum videre, ait: *Palpate & videte, quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere.* Rurſum diximus ſupra, Chriſtum eſſe eiuſdem ſpeciei cum cæteris hominibus, quorum eſt caput. Quod ſi animam non haberet, non poſſet dici eiuſdem ſpeciei, quia differret ſecundum formam, & ſic non poſſet dici Filius Mariæ Viginis, neque Maria Virgo eius Mater. Quando autem dixit, *triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, certè oſtendit habere animam ſenſitiuam, cuius ſunt triſtitia, & cæteræ paſſiones. Ergo hæc anima ſenſitiua ratione carens continetur ſub aliqua ſpecie vel leonis, vel equi, vel alterius animalis ratione carentis, quod quam ſit nefandum dicere, etiam ruſticis patet. Sic enim non habuiſſet membra ita diſpoſita, vt nos habemus, quia corpus comparatur ad animam, ſicut materia ad formam; ergo ſecundum diuerſitatem formarum oportet, & corporum diuerſitatem eſſe, videmus enim in equo, ex eo quod in eo ſit forma equi, reperiuntur tales diſpoſitiones in membris, & ſic de cæteris. Cum autem Chriſtus habuiſſet talem animam ſenſitiuam, conſequenter etiam habuiſſet talem animam; & membra diſposita, & comparata ad illam. Quod ſi dicatur Verbum factum fuiſſe tantùm carnem, ex eo quod dicitur Ioan. 1. *Et Verbum caro factum eſt*, reſpondetur hunc eſſe communem modum loquendi Scripturæ ſumendo carnem prò toto homine: ſicuti dicitur Iſai. 40. *Videbit omnis caro paritèr, quòd os Domini locutum eſt*; Vbi caro pro toto homine intelligitur, ſic in

præ-

1. Timoth. 2.

Luc. 24. 39.

Matth. 26.

præſenti ad exprimendam humanæ naturæ infirmitatem à Verbo aſſumptam, dicitur, *Et Verbum caro factum eſt*.

Gnoſtici an. 160. Non defuerunt hæretici dicentes, Chriſtum non omnia nouiſſe, & aliquo ignorantiæ genere laboraſſe, quem errorem docebant *Gnoſtici*, fingentes Chriſtum fuiſſe ignorantem, & quaſi ſub cuiuſdam pædagogi ferula Alphabetum diſcentem. *Irænæus lib.1.cap.7.*

Agnoitæ an. 520. *Agnoitæ* ideſt Ignorantes, eòquia dicebant Chriſtum vt hominem extremi iudicij diem prorſus ignoraſſe, iuxta illud Marci cap. 13. *De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque Angeli, neque Filius, niſi Pater*. Rurſum dicebant, quod ſicut accepit corruptibile corpus, vt pro nobis moriendo nos à morte liberaret, ita etiam noſtram ignorantiam accepit, ideſt mentem humanam ignorantem, vt nos ab ignorantia liberaret. De quibus Leontius Scholaſticus lib. de ſect. act. 5. Liberatus in Breuiario, Gregorius Magnus l. 8.epiſt.42.Sophronius epiſt. ad Honorium, Iſidorus lib.8.Etymol. Nicephorus lib. 18. cap. 50.

Lutherus an. 1520. Hunc errorem denuò excitauit *Martinus Lutherus* Concione in Natali Domini, explicans lectionem epiſt. ad Hebræos, & Marc. 13. *De die autem illo nemo ſcit, &c.* docuit, quòd ſicut non quolibet tempore omnia vidit, audiuit, atque ſenſit: ita etiam corde non omnia ſemper agnouit, ſed quantum illum duxit, ac docuit Dominus.

Zuinglius a. 1530. *Huldericus Zuinglius* ad cap. 2. Lucæ, docuit Deum non fuiſſe in Chriſto vice animæ, ſed animam creatam, & intellectualem in corpore ſuſcepiſſe, & hoc bene, ſed addidit, quæ in dies profecit, cum ab initio non omnia noſſet.

Martinus Bucerus an. 1550. *Martinus Bucerus* ad cap.24. Lucæ ait: Vt omnia humanæ infirmitatis in ſe recepit, hominibus per omnia ſimilis factus eſt, excepto peccato: ita etiam humanam ſcientiam, & ignorantiam, rationem videlicet, & mentem humanam, quæ per interualla accreſcit, augetur, ſiue diminuitur, aſſumpſit; ſecundum quam nimirum aliquid neſcire dicitur. Ideò alibi habetur: *Proficiebat ſapientia, & gratia*. *Luc.2.52.*

Ioannes Caluinus. *Ioannes Caluinus* in Harmonia Euangelica ad cap. 2. Lucæ v. 40. Primùm creuiſſe dicit, & roboratum ſpiritu, quibus verbis ſignificat vnà cum ætate creuiſſe etiam animi dotes.

Carolus Molinæus an. 1560. *Carolus Molinæus* in Harmonia: Chriſtus, inquit, ab initio non habuit omnem ſcientiam, ſicut ſomniant Papiſtæ, ſed per gradus.

Nicolaus Gallaſius an. 1560. *Nicolaus Gallaſius* in Irenæum lib.2. cap.49. Ita Chriſtus ignorauit, vt diſceret ipſe, atque erudiretur more hominum.

Sunt iſti omnes errores, quia neſcire, vel ignorare aliqua exclu-

dd dit

Digitized by Google

dit ſcientiam illorum quocumque ex capite. Cum ergo anima Chriſti habuerit omnem ſcientiam, nempe beatam, infuſam, acquiſitam, ſpeculatiuam & practicam, non eſt neceſſarium, vt per quamlibet ex iſtis omnia cognoſceret, ſed ſatis erat per alienam.

Cæterum animam Chriſti Domini habuiſſe omnium ſcientiã, aſſerunt Sacræ litteræ pluribus in locis, Ioann. 6. *Sciebat ab initio Ieſus qui eſſent non credentes, & quis traditurus eſſet eum*. Idem 16. 30. *Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi, vt quis te interroget: in hoc credimus, quia à Deo exiſti*. Idem 18. 4. *Ieſus ſciens omnia, que ventura erant ſuper eum*. Interrogans Ieſus Petrum, an ipſum amaret, reſpondit Petrus: *Domine tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te*. Ad Coloſ. 2. 3. *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi*. Idem aſſerunt omnes Sancti Patres, tam Græci, quam Latini. Ioannes Chryſoſtomus Serm. de Trinitate ait: *Nullus ſcit diem illam, vel horam, neque Angeli, neque Filius, niſi Pater*. Et quomodo ergo, inquit, æqualis eſt Patri, qui neſcit diem illam? Qui fecit illam ignorabit ne illam? Et quare igitur dicit, *neque Filius*? Vide theoriam exquiſitiorem. Duas quis ſcientias, & notitias in Scriptura inueniet: Vnam quidem, quæ ex opere ſumitur; alteram verò ex cognitione. *Cognouit* enim, inquit, *Adam Heuam vxorem ſuam*, non quod prius ignorauerit. Aut quomodo ignoraſſet, qui dixerat *Os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea*? Et cognouit Abraham Saram vxorem ſuam; & Iacob Liam, & Rachel. Num ignorabat illas, qui propter illas annos quatuordecim ſeruierat? Sciebat quidem illas agnoſcendo, opere autem poſteà cognouit. Itaque Pater, qui non iudicat quemquam; ſed omne iudicium dedit Filio, ſcit diem tam cognitione, quam opere. Filius autem, qui venit vt ſaluet Mundum, & non vt iudicet, ſcit eam ſpeculatiua notitia: quia autem nondum iudicauit, ideò dixit, ignorat diem, notitiam operatiuam ſignificans. Hactenus Ioannes Chryſoſtomus. Geneſ. 2.

S. Gregorius Nazianzenus Orat. 20. quæ eſt in laudem Baſilij ait: Proficiebat Chriſtus, vt ætate, ita etiam ſapientia: non quod hæc in illo incrementum caperent (quid enim eo quod à principio perfectum erat, perfectius eſſe poſſit?) ſed quod hæc paulatim detegerentur, & elucerent. Quæ intelligi poſſunt de Chriſto etiam vt Dei filio. Sic etiam.

Theophylactus ad cap. 2. Lucæ: Diſputabat cum Scribis, interrogans eos de Lege: & obſtupuerunt omnes. Vides quomodo profecerit in ſapientia, eo quod noſceretur à multis, & in admiratione eſſet. Emicatio enim ſapientiæ eius, profectus ipſe eſt.

S. Ber-

S. Bernardus Homil. 2. ſuper miſſus eſt, &c. Commendans ſapientiam, & intellectum Chriſti ait: Nec te moueat quòd de illo legis: *Ieſus autem proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.* Nam quòd de ſapientia, & gratia hìc dictum eſt, non ſecundum quod erat, ſed ſecundum quod apparebat, intelligendum eſt: non quia videlicèt aliquid ei nouum accideret, quod ante non haberet; ſed quod accidere videretur, quando volebat ipſe vt videretur. Tu homo cum proficis, non quando, nec quantumuis proficis, ſed te neſciente, tuus moderatur profectus, tua vita diſponitur. At verò puer Ieſus, qui diſponit tuam, ipſe diſponebat & ſuam: & quando volebat, & quibus volebat, ſapiens apparebat; quando, & quibus volebat ſapientior; quando, & quibus volebat ſapientiſſimus: quamquam in ſe nunquam eſſet niſi ſapientiſſimus.

Luc. 2.

Neque mireris quòd iſti SS. Patres ita loquantur, vt de Chriſto tamquam Deo poſſint verificari. Reſpiciebant enim Arianorum argumenta ex ijs locis, vbi de Chriſto vt homine ſermo erat intelligendus. Itaque ex abundanti etiam de eodem vt Deo, vel communiter explicarunt.

Humanitas Chriſti ſanctificatur formaliter ſanctitate Verbi.

Dicendum eſt igitur quod ſicut decuit animam Chriſti rationalem creatam quoad voluntatem habere omnem ſanctitatem & gratiam: ita decuit, eandem quoad intellectum habere omnem ſcientiam. Sic igitur quoniam humanitas Chriſti Domini ſanctificata fuit formaliter ſanctitate ſubſtantiali, & increata Perſonæ Verbi, quia Sancti ſunt cæteri homines per filiationem adoptionis, ipſa autem ſancta eſt per filiationem naturalem. Et hæc ſanctitas eſt ſimplicitèr infinita, quia eſt ipſamet ſanctitas Verbi, qua maior excogitari non poteſt: præter iſtam tamen ſanctificationem habuit gratiam habitualem eiuſdem rationis cum noſtra, quia id non eſt denegandum animæ Chriſti, quod non dedecet ſtatum, & gloriam Incarnationis, ſed huiuſmodi eſt gratia habitualis, ergo non eſt deneganda Chriſto. Pariter illa neceſſaria fuit Chriſto vt haberet omnem ſanctitatem poſſibilem, vt ſic diceretur ſimpliciter ſanctus completè, & conſummatè. Fuit quoque illi neceſſaria, vt connaturaliter eliceret actus ſupernaturales, quia licèt humanitas Chriſti Domini conſtituatur principium *quod* ſupernaturale per ſanctitatem perſonalem Verbi, tamen non conſtituitur principium *quo* proportionatum actibus ſupernaturalibus, quod principium neceſſariò exigit omnis actus ſupernaturalis, vt eliciatur modo ſibi proportionato. Ergo debet proportionari per gratiam habitualem in ratione principij *quo*, & quoniam habuit in ſe omnes virtutes morales nullam imperfectio-

Habuit gratiam habitualem.

Chriſtus habuit in ſe omnes virtutes morales.

dd 2 nem

Digitized by Google

nem inuoluentes, quia Chriſtus promptè & expeditè eliciebat actiones morales, puta iuſtitiæ, fortitudinis &c. non potuiſſet autem has elicere tali modo, niſi in ſe habuiſſet habitus ordinatos ad illas; eaſque virtutes morales habuit in gradu heroico per infuſionem, ab inſtanti ſuæ conceptionis. Et rurſus quoniam in Chriſto fuere omnia dona Spiritus ſancti, teſtante Iſaia: *Plenus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus, ſpiritu concilij, & fortitudinis, ſpiritu ſcientiæ & pietatis, & ſpiritu timoris Domini*; Ita planè anima Chriſti Domini adhuc viatoris habuit intuitiuam viſionem Dei ab inſtanti ſuæ conceptionis, & per conſequens ſcientiam beatam. Hoc nobis oſtendit Scriptura Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam; Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit*. Et 3. *quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur*. Quæ & ſimilia loca cum probent Chriſtum ante paſſionem vidiſſe Deum intuitiuè; & non ſit ratio, cur vno tempore potiùs, quam alio, ſequitur quod vidit à primo ſuæ conceptionis inſtanti. Tum quia naturæ eleuatæ ad ſupremum, & perfectiſſimum eſſe cuiuſmodi eſt eſſe diuinum, ſubſtantiale, & hypoſtaticum, debetur ſuprema, & perfectiſſima operatio; ſed hæc eſt viſio Dei; Ergo à primo inſtanti, quo natura humana eleuatur ad eſſe diuinum, debetur hæc perfectiſſima operatio, nempe viſio Dei. Sed à primo inſtanti ſuæ conceptionis eleuata fuit ad eſſe diuinum. Ergò, &c. Tum quia principio intellectiuo ſubſiſtenti debetur cognitio intuitiua perſonæ in qua ſubſiſtit. Huiuſmodi autem cognitio in Chriſto ſaltem de lege ordinaria non poteſt eſſe alia, quàm Dei viſio. Tum quia filio naturali Dei debetur hæreditas ſtatim ac nihil obſtat, quò minus illam conſequatur. Hæc autem hæreditas non eſt niſi viſio intuitiua Dei, ſeu ſcientia beata. Ergo cum Chriſtus ſit verè filius naturalis Dei, & ab inſtanti ſuæ conceptionis nihil obſtet quò minus talem hæreditatem conſequatur, illi ab inſtanti ſuæ conceptionis debetur. Neque obſtat ex aliquibus ſacræ Scripturæ locis ſignificari Chriſtum propter paſſionem, & poſt paſſionem fuiſſe glorificatum, vt habetur act. 12. 3.

Omnia dona Spiritus S. *Iſai*. 11.

Anima Chriſti adhuc viatoris habuit intuitiuam Dei viſionem ab inſtanti ſuæ conceptionis.

Occurritur obiectionibus ex S. Scriptura.

Oportuit Chriſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam! Philip. 2. 9. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*. Hi enim & ſimiles textus intelligendi ſunt de gloria corporis, & exaltatione nominis, quam gloriam corporis non habuit Chriſtus in via, quia hæc non conducebat ad finem redemptionis, immo potius impediebat, quia ſi etiam corpus Chriſti in via fuiſſet beatum, & glorificatum, habuiſſet quatuor dotes proprias Beatorum. Vnde ſi fuiſſet impaſſibilis, quomodo potuiſſet pati? cum impaſſibilitas ſit præcipua ex quatuor dotibus.

Digitized by Google

tibus. Porrò ſcientia hæc beata non eſt increata quæ Verbo vt Deo competebat, ſed creata competens humanitati: idque eſt de fide determinatum in pluribus Concilijs definientibus omnia in Chriſto eſſe duplicia, nempe duas naturas, duos intellectus, duas voluntates, duaſque operationes. Ratio etiam eſt, quia Chriſtus ſine intellectione creata non eſſet verus, & perfectus homo, cum natura humana tunc careret proprio fine. Vnde Chriſtus Dominus per inintellectum diuinum, & vt Deus intelligebat quidem omnia cognitione increata, per intellectum verò creatum, & vt homo, cognoſcebat res cognitione creata, idcircò ratione diuerſæ facultatis, diuerſos habebat actus. Neque tantum beatam viſionem & ſcientiam Chriſti anima habebat, verum etiam ſcientiã infuſam & acquiſitam, ſeu experimentalem. De ſcientia infuſa probatur ex epiſt. ad Coloſ. 2. *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.* Scientia autem infuſa eſt nobiliſſima portio ſcientiæ ſupernaturalis, quæ maximè deſignatur ab Apoſt. nomine ſcientiæ Dei; Vnde Ioann. 7. mirantibus Iudæis ac dicentibus. *Quomodo hic litteras ſcit, cum non didicerit?* reſpondit Ieſus, *Mea doctrina non eſt mea, ſed eius, qui miſit me*: vbi ly *mea doctrina* non tam benè intelligitur de ſcientia beata, quam de ſcientia infuſa, quaſi diceret, vt benè notat *R. P. Ioannes Maria Gabriellius in ſua Theologia* mſc. non illam mea induſtria comparaui, nec ab homine docente didici, ſed à Patre meo mihi fuit indita. De ſcientia acquiſita probatur auctoritatibus Sacræ Scripturæ: Heb. 5. *Et quidem cum eſſet filius Dei didicit ex ijs, quæ paſſus eſt obedientiam.* Et Lucæ 2. *Ieſus proficiebat ætate, & ſapientia, coram Deo, & hominibus.* Iſai. 8. *Antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam*, ibi enim ſermo eſt de Chriſto.

Hæc ſcientia beata eſt creata.

Præter ſcientiam beatam datur in Chriſto ſcientia infuſa, & acquiſita ſeu experimentalis.

Caue autem ne inferas inde Chriſtum Dominum aliquo ignorantiæ genere laboraſſe, quia talis ignorantia valdè Chriſtum dedecebat, cum eius anima debuerit eſſe Deiformis, adeòque repleta luce ſapientiæ, & rectitudine iuſtitiæ. Illud autem Iſaiæ 8. *Antequam ſciat puer, &c.* debet intelligi de vſu tantum eloquentiæ impedito ad inſtar cæterorum infantium, & hoc maximè conducebat ad manifeſtandam veritatem naturæ aſſumptæ, & erat materia exercendæ virtutis patientiæ ac fortitudinis, non tamen habuit defectum ſapientiæ, qui cùm ſit interior, ad nihil omninò deſeruiſſet, imò à virtutis exercitio reuocaſſet. Vnde quando Chriſtus Dominus plura pluries inquiſiuit, & interrogauit, hoc fecit, non quaſi aliquid ignoraret, ſed vt ſe communi modo loquendi hominum conformaret; Quare quando dixit *de die autem illo nemo ſcit, neque Angeli, neque filius, niſi Pater*, non debet intelligi, itaut omni modo

Chriſtus neque vt homo vllo vnquam ignorantiæ genere laborauit.

Digitized by Google

modo ignoraret, ſed tantùm quòd eum ignoraret naturaliter vt
homo, præciſa Dei reuelatione in viſione beata, ſicut etiam dicitur
de ſecretis cordis. Præterea ſcientia ibi accipitur communicabilis.
Inſuper Chriſtus vt homo quædam ignorabat, nempe cognoſcebat
antecedenter per ſcientiam beatam, & infuſam, non tamen illo mo-
do cognoſcebat quo cognoſcitur res per ſenſationem. Deinde
experimento dicitur etiam Deus ipſe cognitionem nouam habere.
Sic Abrahamo dixit: *Nunc cognoui, quod timeas Dominum, & non* Gen. 22.
pepercisti Vnigenito filio tuo propter me; Non quia ſolum tunc co-
gnouerit ſe ab Abrahamo timeri, ſed quia tunc actu, & experimen-
to perhibuit Abrahamo ſe cognouiſſe eum timentem Deum. Pariter
idem Dominus dicit Abrahamo: *Clamor Sodomorum, & Gomor-* Gen. 18.
rhæorum multiplicatus eſt, & peccatũ eorum aggrauatum eſt nimis.
Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere
compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam. Quem locum explicat *Ruper-* Rupert. Tuit. de
tus Tuitienſis dicens, quod erat malum, & peſſimum ſcire volebat, oper. Spir. S. lib. 1.
eòquod prius neſciebat modo, hoc eſt experimento. Alio quoque cap. 29.
modo ſe neſcire oſtendit aliquis, cum tamen optime ſciat, & hoc
in interrogationibus more humano loquendo. Pluries in Teſtamen-
to veteri legimus Deum interrogaſſe homines, ſicuti quando inter-
rogauit Adam dicens: *Adam Adam vbi es?* Interrogauit quoque Gen. 3.
Cain, *Vbi eſt Abel frater tuus?* Quod ſi neſciebat, cur adiunxit, Gen. 4.
Sanguis fratris tui clamat ad me de terra? Chriſtum pariter legimus
in nouo Teſtamento interrogaſſe mulieres de Lazaro, *Vbi poſuiſtis* Ioan. 11.
eum? quod vtique ſciebat; ſed voluit ſe conformare hominibus. In-
terrogauit etiam ter Petrum dicens: *Petre amas me?* Reſpondit au- Ioan. 21.
tem Petrus: *Domine tu ſcis quia amo te.* Non igitur ignorauit ab-
ſolute aliquid Chriſtus Dominus ſiquidẽ Filius Dei erat adeoq; vi-
deretur Verbo Dei fieri iniuria. Idcirco D. Athanaſius orat. 4. contra
Arianos, inquit: ἵνα δὲ καὶ τὸ ἀπαθὲς τῆς τοῦ λόγου φύσεως, καὶ τὰς διὰ τὴν σάρ-
κα λεγομένας ἀσθενείας αὐτοῦ γινώσκειν τις ἀκριβέστερον ἔχῃ, καλὸν ἀκοῦσαι
τοῦ μακαρίου Πέτρου ἀξιόπιστος γὰρ οὗτος γένοιτ' ἂν μάρτυς περὶ τοῦ σωτῆρος·
γράφει τοίνυν ἐν τῇ ἐπιστολῇ λέγων· Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρ-
κί· οὐκοῦν καὶ ὅταν λέγηται πεινᾶν καὶ διψᾶν καὶ κάμνειν· καὶ μὴ εἰδέναι, καὶ
καθεύδειν, καὶ κλαίειν, καὶ αἰτεῖν, καὶ φεύγειν, καὶ γεννᾶσθαι, καὶ παραιτεῖσθαι
τὸ ποτήριον, καὶ ἁπλῶς πάντα τὰ τῆς σαρκός, λεχθείη ἂν ἀκολούθως ἐφ' ἑκάστου·
Χριστοῦ οὖν πεινῶντος καὶ διψῶντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί, καὶ μὴ εἰδέναι λέγον-
τος καὶ ῥαπιζομένου· καὶ κάμνοντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί, καὶ ὑψουμένου πάλιν,
καὶ γεννωμένου, καὶ αὐξάνοντος, καὶ φοβουμένου, καὶ κρυπτομένου σαρκί, καὶ λέ-
γοντος, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, καὶ τυπτομένου
καὶ λαμβάνοντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί· καὶ ὅλως πάντα τὰ τοιαῦτα· καὶ γὰρ καὶ αὐ-

τὸς

τὸς ὁ Ἀπόστολος, ἐξηγεῖ· τοῦτο οὐκ εἴρηκε Χριστοῦ παθόντος θεότητι, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν σαρκί, ἵνα μὴ αὐτοῦ τοῦ λόγου ἴδια κατὰ φύσιν, ἀλλ' αὐτῆς τῆς σαρκὸς ἴδια φύσει τὰ πάθη ἐπιγνωσθῇ. *Vt autem impaſſibilitatem naturæ Verbi, eiuſque ob carnem infirmitates cognoſcamus, operę pretium eſt, vt maiori diligentia audiamus beatum Petrum, is enim dignus teſtis, cui de Saluatore habeatur fides; qui ita ſcribit: Chriſto igitur pro nobis carne paſſo. Quocirca cum dicitur aut eſurire, aut ſitire, aut fatigari, aut neſcire, aut dormire, aut plorare, aut poſtulare, aut fugere, naſci item, & deprecari calicem, & ſimpliciter quæcumque ſunt corporis, tolerare, rectè ea omnia de Chriſto eſuriente, ſitiente pro nobis, colaphis cæſo, laborante, exaltato, naſcente, creſcente, metuente, latente, atque ad iſtum modum loquente: Si poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, calicemque pro nobis, quantum ad carnem attinet, accipiente; ea, inquam, omnia rectè de eo dici ac prædicari poſſunt. Nam & ipſe Apoſtolus propterea ad iſtum modum locutus eſt: Chriſto paſſo non Deitate, ſed carne, idque pro nobis, vt non ipſius Verbi proprias iſtiuſmodi paſſiones, & naturales, ſed carnis eſſe cognoſceremus.* Quòd ſi aliqui Sancti Patres explicantes illud Lucæ 2: *De die autem illo, &c.* dicunt ipſum ignoraſſe diem iudicij quatenus hominem, non quatenus Deum, intelligendi ſunt de ſcientia acquiſita modo humano, quia vtique etiam quatenus homo nouerat talem diem, ſed per ſcientiam infuſam.

Chriſtus nihil ab hominibus vel ab Angelis didicit.

Hinc infertur Chriſtum Dominum nihil prorſus didiciſſe neque ab Angelis, neque ab hominibus. Et eſt communis Theologorum ſententia. Ratio eſt, quia Chriſtus erat hominum, & Angelorum Doctor, & Magiſter, non diſcipulus; ergo non fuit conueniens eum ab illis doceri. Deinde ille propriè diſcit, qui cum aliquid ignoraret, eius notitiam accepit à ſciente, & cum non habeat ex ſe principium ſufficiens acquirit ſpecies dependenter à conceptu Magiſtri per eum ſibi explicato, qui velut quoddam lumen illum illuminat, & determinat. Chriſtus autem non illuminatur ab Angelis, aut ab hominibus, ſed cum ab eis aliquid audiebat, habebat ſe ad inſtar præceptoris, cui diſcipulus ex libro legit ea, quæ ſciebat. Quod ſit Angelorum Magiſter colligitur ex *D. Dionyſio* vbi *de Cœleſti Hierarchia* ait: *Hoc igitur Theologi perſpicuè declarant, &c.* Et poſt pauca: *Nonnullos item circa ipſummet Ieſum hæſitantes, diuinique eius pro nobis ſuſcepti operis ſcientiam diſcentes, ipſumque Ieſum eos per ſe docentem, ac primum eius ſummam in homines benignitatem explicantem.* Quod fuerit hominum Magiſter, expreſſè habetur Iſa. 55. *Ecce teſtem populi dedi eum, ducem ac præceptorem*

D. Dionyſ. de Cœleſt. Hierarch. cap. 7. Extat in Bibliotheca Patrum tom. 2. pag. 150. F.

Digitized by Google

rem gentibus. Ioann. 13. *Vos vocatis me Magiſter, & Domine, & benè dicitis, ſum etenim*. Arriaga *diſp.* 40. *num.* 19. arbitratus eſt non dedecere Chriſtum ſpeciem quandam alieni magiſterij; Quam ſententiam valdè periculoſam exiſtimo. Neque obſtat quod Angelus de Cœlo apparuiſſet, *confortans eum*; Non enim eſt intelligendum ab Angelo additum fuiſſe Chriſto robur, ſed potiùs eius animi virtutem commendaſſe, vt communiter explicant Sancti Patres. Neque valet arguere, ex eo quia Chriſtus accipiat ſcientiam acquiſitam & experimentalem à rebus ſenſibilibus, poſſe etiam ipſam accipere ab hominibus. Quod ſiquidem non magis dedeceat accipere ſcientiam ab irrationabilibus, quam à rationalibus, falsò ſupponit aduerſarius, cum dignius ſit accipere ſcientiam à rebus ſenſibilibus, quàm ab homine; quia creaturæ ſenſibiles ſunt veluti Dei voces, & ab eis abſtrahere ſpecies eſt doceri per Deum. Præterea acceptio à rebus ſenſibilibus fit virtute propria accipientis, rebus ipſis miniſterialiter, & cum ſubiectione ſe habentibus; acceptio verò ſcientiæ ab hominibus, ſiue ab Angelis, fit virtute aliena, principaliter, & cum ſuperioritate ſe habentibus hominibus ipſis, & Angelis. Illud itaque quod ſolet ab aduerſarijs opponi, nempe, magis dedecet accipere ſcientiam ab irrationalibus, quam à rationalibus, eſt tantùm verum, ſi cætera ſint paria, ſecus autem in præſenti, vbi cætera non ſunt paria.

Luc. 22.

Hinc probabile fit quod Chriſtus per ſcientiam beatam cognoſcat omnes creaturas poſſibiles, quia hæc cognitio eſt diuinitus poſſibilis Beatis per ſolum actum viſionis beatificæ, ergo à fortiori non eſt deneganda Chriſto; vndè à primo inſtanti ſuæ conceptionis per talem ſcientiam videt omnia præterita, præſentia, & futura. Neque obſtat, quod in Concilio Baſilienſi *ſeſſ.* 22. damnatur tamquam erronea in fide hæc propoſitio, videlicet; *Anima Chriſti videt Deum tam clarè, & intensè, ſicut Deus videt ſeipſum*; Et in Directorio Inquiſitorum 2. *part. quæſt.* 11. refertur hanc propoſitionem; *Quam citò anima Chriſti fuit vnita diuinitati, ſtatim ipſa anima ſciuit omnia, quæ Deus ſcit*, fuiſſe damnatam Tarraconæ ab Inquiſitoribus contra Arnaldum de Villanoua coactum etiam eam rectractare. Atqui vtraque hæc propoſitio infertur ex eo quod anima Chriſti cognoſcat in Verbo omnia poſſibilia, præterita, præſentia, & futura, ergo, &c. Sed contra eſt, quia vtique ſcientia animæ Chriſti parificatur ſcientiæ viſionis, quam Deus habet in ſeipſo quantum ad numerum ſcibilium, excedit tamen in infinitum quantum ad claritatem, quia cognitio beatifica animæ Chriſti eſt quidem perfecta, atque omnium perfectiſſima, tamen non eſt comprehenſiua, ſicuti cogni-

Chriſtus per ſcientiam beatam cognoſcit omnia poſſibilia, præterita, præſentia, & futura.

Obiectio.

Occurritur obiectioni.

cognitio quam Deus habet de ſeipſo, quia infinitum non comprehenditur à finito, atqui anima Chriſti eſt finita tàm entitatiuè, quàm quoad potentiam intellectiuam, & lumen gloriæ, quo roboratur. Ergo non eſt comprehenſiua. Ad propoſitionem damnatam ab Inquiſitoribus Tarraconæ, in primis dico illam damnationem hucuſque non fuiſſe confirmatam, nec ab vllo Concilio, nec à ſummo Pontifice, vnde non habet tantam auctoritatem, quantam aduerſarius intendit. Tamen præſcindendo ab hoc, dico illam propoſitionem non fuiſſe damnatam in ſenſu ſui Auctoris, quia ipſe ſupponebat animam Chriſti poſſe comprehendere Deum, & ſic non ſolùm ſcire omnia quæ Deus ſcit, ſed etiam eodem omninò modo quo Deus ſcit. Igitur inconcuſſa remanet noſtra propoſitio, nempe Chriſtum Dominum per ſcientiam beatam cognouiſſe omnia tum poſſibilia, tum præſentia, præterita, & futura, vndè Euſebius *in epiſt. ad Damaſum* refert D. Hieronymum morti proximum fuiſſe allocutum Chriſtum Dominum his verbis, *Tua anima, ſtatim vt vnita fuit inſeparabiliter diuinitati, omnia perfectè ſciuit, quæ ipſa ſcit diuinitas.*

Per ſcientiam infuſam cognouit omnes res naturales præteritas præſentes, & futuras. *Matth. cap. 26. v. 26.*

De ſcientia verò infuſa, dico animam Chriſti Domini per talem ſcientiam cognoſcere omnes res naturales, præteritas, præſentes, & futuras, & etiam ſecreta cordium. Probatur auctoritatibus ſacræ Scripturæ ex Matth. 26. Chriſtus in nocte paſſionis dixit Petro; *Antequam Gallus cantet ter me negabis.* Et Lucæ 19. idem Chriſtus clariſſimè præuidit Ieroſolymorum ruinam verbis illis, *Videns ciuitatem, &c.* Et eiuſdem 10. *Væ tibi Corozaim, væ tibi Betſaida, quia ſi in Tyro, & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere ſedentes pœniterent.* Ratio etiam eſt, quia ſunt poſſibiles ſpecies ſupernaturales, & per ſe infuſæ rerum naturalium; Ergo debent dari in Chriſto. Quod hæ ſpecies ſint poſſibiles, patet, quia res naturales vt ſunt in ſe poſſunt attingi clarè & diſtinctè per actum ſupernaturalem, per ſupernaturale lumen. Ergo etiam per ſupernaturalem ſpeciem. Ergo ſunt poſſibiles ſpecies ſupernaturales rerum naturalium. Quod cognouerit ſecreta cordium habetur Matth. 19. *Cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum dixit, vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris?*

Cognouit ſecreta cordium.

Et 12. *Ieſus autem ſciens cogitationes eorum dixit eis, &c.* Pariter D. Thomas hìc artic. 1. loquens de ſcientia per ſe infuſa ait: *Per hanc cognouit Chriſtus omnia illa, quæ per reuelationem diuinam hominibus innoteſcunt, ſiue pertineant ad donum ſapientiæ, ſiue ad donum prophetiæ, ſiue ad quodcumque donum Spiritus Sancti.* Per quę verba colligitur Chriſto Domino innotuiſſe ſecreta cordium,

Digitized by Google

quia per dona Spiritus Sancti, & præſertim per donum prophetiæ plura cordium ſecreta hominibus innoteſcunt. Quapropter licèt cognitio arcanorum cordis ſit ſoli Deo propria, quatenus ei ſoli naturaliter conuenit habere cognitionem liberarum cognitionum, & rerum futurarum, tamen non eſt illi ita propria, vt non poſſit illam communicare etiam alteri intellectui creato, prout exigit illius dignitas, & conditio. Vndè cum dignitas Chriſti Domini ſit omnium maxima non debebat hac perfectione carere. Et licèt hanc cognitionem haberet per ſcientiam beatificam, tamen non ſuperfluum, neque otioſum fuit illam eandem per ſcientiam infuſam habere, quia maximè iuuat rem eandem pluribus medijs, & modis noſſe, dummodo illa cognitionis multiplicitas non officiat præſtantiori cognitioni. Sic ſcientia infuſa non officit cognitioni beatificæ, nec ſtatui hypoſtatico Chriſti, imò maximè conducit ad illuſtrandam illius animam, quamuis cognitio ſecretorum cordis, & futurorum non ſit debita communi ordini gratiæ, ſed tantum extraordinario, & præcellentiſſimo gratiæ, ordini, ac ſtatui. Per talem ſcientiam infuſam etiam cognouit omnia entia per ſe ſupernaturalia, vt ſunt virtutes Theologicæ, gratia, lumen gloriæ, viſio beatifica, &c. quia per ſcientiam infuſam habuit cognitionem illorum omnium, quorum haberi poteſt ſpecies per ſe infuſa. Per habitum ſibi infuſum nouit quidditates rerum naturalium ab inſtanti ſuæ conceptionis, licèt talem habitum potuiſſet proprijs actibus comparare, niſi illum per infuſionem obtinuiſſet, nihilominus aliquid de nouo potuit cognoſcere, cognitione intuitiua, & experimentali. Denique cum Chriſto concedenda ſit per ſcientiam infuſam notitia omnium illorum obiectorum, quæ nullam ſecum important repugnantiam, & maximè conducunt ad illius animæ perfectionem, ideò dicendum eſt Chriſtum Dominum per talem ſcientiam cognouiſſe myſteria diuina, nempe Deum vt vnum, & Trinum, non ſolum quantum ad quæſtionem an ſit, ſed quoad quæſtionem quid ſit.

Cognouit omnia entia per ſe ſupernaturalia per ſcientiam infuſam.

Quidditates rerum naturalium.

Omnia myſteria diuina.

De his, qui circa Voluntatem Chriſti Domini errauerunt.

§. VI.

MOnothelitarum auctorem alij *(a)* Theodorum Pharanitam in Arabia Epiſcopum, alij Macarium Antiochenum Patriarcham fuiſſe tradunt. Monothelitarum nomen ſortitum eſt à Græco

Monothelitæ circa an. 633.

(a) *Sergius Tempranenſis Epiſc. Steph. Dorenſ. Epiſc. in Lateranen. Synod. ſub Mart. I.*

μόνος

μόνος *vna*, & θέλησις *voluntas*, quod vnam dumtaxat in Chriſto voluntatem, & operationem, nempe diuinam, aut Theandricam, ſeu Deiuirilem ponerent: non verò duplicem, iuxta duas ipſius naturas.

S. Maximus.

S. Maximus miſit epiſtolam ſiue librum Dogmaticum ad Stephanum Dorenſem Epiſcopum, fidei Catholicæ cum Archiepiſcopo, & Patriarcha ſuo Sophronio, aduerſus Monothelitas ſtrenuum defenſorem. Hæc epiſt. ſeruatur in Vaticana Bibliotheca inter eius Opuſcula Polemica, ac Dogmatica, & reperitur in notis ad eundem Maximum. Πολεμικός τόμος. Vbi poſt pauca hæc leguntur: *Hanc porrò Epiſtolam habuit etiam Cod. Em. Card. Barberini, ex qua plurima mutuata eſt VI. Synodus, præſertim Agatho in ſua ſuggeſtione, ex cuius ſenſu peracta omnia in illo Concilio, quæ ad Fidei negotium ſpectabant, vt eius triumphi præcipuæ partes Maximi fuiſſe videantur, ac gloria proſtratæ Monothelitarum hæreſis, tum Romæ Martino Papa, tum Conſtantinopoli Aghatone.* Ex quibus verbis clarè conſtat S. Maximum fuiſſe egregium Monothelitharum impugnatorem, ac de eis victoriam retuliſſe.

Macarius an. 677.

Macarius Antiochenus Patriarcha Monotheliſmo ità peruicaciter adhæſit, vt maluerit Sacerdotij honore, Eccleſiæque communione per Patres Oecumenicæ Synodi VI. priuari, quam ad veritatis agnitionem pœnitendo conuerti.

Themiſtius.

Themiſtius ex vna operatione vnam Chriſti inferebat ſcientiam, vti, & vnam voluntatem: in qua vel maximè vim faciebant ſequaces Monothelitæ, tanquam ipſa duplex admitti non poſſet, quin eſſet contraria.

Nilus Theſſalonicenſis.

Nilus Theſſalonicenſis Archiepiſcopus Græcus, & Schiſmaticus in lib. de primatu Romani Pontificis contendit Honorium I. P. Max. fuiſſe hæreticum Monothelitam, & affert plura futilia argumenta, quorum primum eſt; Ex epiſtolis ipſius Honorij extare duas epiſtolas ipſius ad Sergium, vnam in VI. Synodo act. 12. alteram ibidem act. 13. In vtraque Honorium approbare doctrinam Sergij Principis Monothelitarum, iubendo non debere dici Chriſtum duas habere voluntates, aut operationes. Ad hoc argumentum, ſicut & ad cætera reſpondet ſapiens, ac doctiſſimus Bellarminus. In primis dicendo fortaſſe illas epiſtolas eſſe conficťas, & inſertas Concilio Generali ab Hæreticis; quod enim hoc non temerè dicatur patet ex eo quod conſtat in V. Synodo, fuiſſe à ſimilibus hæreticis inſertas epiſtolas fictitias Vigilij Papæ Romani, & Mennæ Patriarchæ Conſtantinopolitani. Id quod deprehenſum fuit in VI. Synodo act. 12. & 13. dum relegerentur acta V. Synodi. Sunt enim inuenti tres

Bellarminus tom. 1. cap. 11. lib. 4. De Romano Pont.

Digitized by Google

quaterniones ab hæreticis inſerti, & in ijs iſtæ epiſtolæ. Quid ergo mirum, ſi ijdem artifices idem fecerunt in VI. Synodo? Deinde in epiſtolis Honorij nullus continetur error, confitetur enim in his epiſtolis, quod ad rem attinet, duas in Chriſto voluntates, & operationes, & ſolum prohibet nomina vnius, vel duarum operationum, aut voluntatum, & hoc prudentiſſimo conſilio, quia tunc initium erat huius hæreſis, & hæc nomina erant inaudita, nec ab Eccleſia aliquid de his nominibus erat definitum. Tunc enim primùm Cyrus Alexandrinus cæperat prædicare vnam in Chriſto operationem: è contrario verò Sophronius Hieroſolymitanus opponens ſe Cyro, prædicabat in Chriſto duas operationes. Retulit Cyrus hanc contentionem ad Sergium Conſtantinopolitanum, & vterque ad Honorium Romanum. Honorius igitur metuens, id quod poſtea euenit, ne iſta contentio in graue aliquod Schiſma creſceret, & ſimul videns, ſine his vocibus poſſe fidem eſſe ſaluam, voluit conciliare vtramque opinionem, & ſimul tollere de medio ſcandali, & contentionis materiam. Itaque ſcripſit in epiſtola prima, ideò abſtinendum eſſe à vocabulo vnius operationis, ne videamur cum Eutychianis vnam naturam ponere in Chriſto: & rurſum à duarum operationum vocabulo, ne videamur cum Neſtorio duas perſonas ponere. Plura de his vide ſupracitatum auctorem, vbi citatos inuenies plures Doctores, qui pro Honorio ſcripſerunt.

Celebratum igitur fuit Concilium Conſtantinopolitanum III. Oecumenicum VI. pro ſuſtinenda duplicitate voluntatis Chriſti, vt diximus ſupra §. 1. pag. 154. In eo omnes vnanimes, & vno ore conclamauerunt anathema Monothelitis omnibus, eorumque auctoribus, & in his Polychronio perditiſſimo homini, qui ad confirmandam, amplificandamque Monothelitarum ſectam, hominem mortuum magicis cantionibus, ac veneficijs vitæ reſtituere conatus fuerat. Deinde Patres omnes ſtatuerunt fidei formulam; qua duas Chriſti voluntates, duas actiones, humanam, ac diuinam, indiuiſè, atque inconfusè prædicant: humanam verò voluntatem non modo diuinæ nihil obluctantem, ſed obſequentem, atque omninò ſubiectam: ad hæc, ea decreta, ſuis quiſque ſubſcriptionibus roborant: quæ fidei formula coram Imperatore iterum lecta eſt. Hæc ſunt verba Concilij: Καὶ δύο φυσικὰς θελήσεις ἤτοι θελήματα ἐν αὐτῷ, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως, ἀμερίστως, ἀσυγχύτως κατὰ τὴν τῶν ἁγίων πατέρων διδασκαλίαν ὡσαύτως κηρύττομεν. καὶ δύο μὲν φυσικὰ θελήματα οὐχ ὑπεναντία, μὴ γένοιτο, καθὼς οἱ ἀσεβεῖς ἔφησαν αἱρετικοί, ἀλλ' ἑπόμενον τὸ ἀνθρώπινον αὐτοῦ θέλημα, καὶ μὴ ἀντιπίπτον, ἢ ἀντιπαλαῖον, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ὑποτασσόμενον τῷ θείῳ αὐτοῦ καὶ πανσθενεῖ θελήματι· ἔδει Sext. Synod. act. 18

γὰρ

γὰρ τὸ τῆς σαρκὸς θέλημα κινηθῆναι, ὑποταγῆναι δὲ τῷ θελήματι τῷ θεϊκῷ, κατὰ τὸν πάνσοφον Ἀθανάσιον. *Et duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes indiuiſiuè, incouertibiliter, inſeparabilitèr, inconfusè ſecundum Sanctorum Patrum doctrinam adæquè prædicamus; & duas naturales voluntates non contrarias, (abſit) iuxta quod impij aſſeruerunt hæretici, ſed ſequentem eius humanam voluntatem, & non reſiſtentem, vel reluctantem, ſed potius & ſubiectam diuinæ eius, atque omnipotenti voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moueri, ſubijci verò voluntati diuinæ, iuxta ſapientiſſimum Athanaſium.*

Theorianus in Dialogo cum Gen. Arm.

Non deſunt quamplurimæ rationes, duplicem voluntatem in Chriſto Domino probantes, quas refert Theorianus in Dialogo cum Generali ſeu Catholico & Patriarcha Armenorum. Vnde de Chriſto dicitur: Cum veniſſet ad locum, ſitire ſe dixit; & obtulerunt ei vinum felle mixtum; quo guſtato non voluit bibere? Secundum quam partem ipſius dixerit eum ſitijſſe? certè quoad humanitatem, & ideò quod naturæ non conueniebat, bibere noluit. Ergo etiam quatenus homo, voluntate præditus erat. Et alibi dicitur: Circumibat in Galilæa Ieſus, non enim Iudæam obire volebat, quòd eum Iudæi ad necem quærerent. Ergo cum circumitio carnis naturæ competit idem in Galilæa circumambulans Iudæam obire non voluit: ergo etiam quatenus erat homo, voluntate præditus erat. Alibi quoque dicitur: Et acceſſere diſcipuli, dicentes: Quò nos abire vis, & paſcha manducandum parare? Si manducatio paſchatis ad ſubiectos legis pertinet, Dominus autem quatenus homo, non quatenus Deus erat, legi ſubiectus fuit: ergo quatenus erat homo, paſcha manducare voluit, & erat idem voluntate præditus, etiam quatenus erat homo. Præterea Ioann. 6. *Deſcendi de Cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.* Matth. 26. *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Luc. 22. *Non mea voluntas, ſed tua fiat.* Quibus verbis Chriſtus profitetur, ſe aliam præter diuinam voluntatem habere, ergo duplicem. Præterea vbicumque datur intellectus, ibi debet dari & voluntas. Sed Chriſtus præter diuinum habuit etiam intellectum humanum. Ergo præter voluntatem diuinam, habuit etiam humanam. Quod habuerit intellectum humanum, liquet, quia Chriſtus fuit verus, & perfectus homo, humanitas verò ſine intellectione creata non poteſt eſſe perfecta.

Datur in Chriſto libertas indifferentiæ, neceſſitati oppoſita.

Hinc Chriſtus Dominus, ſeu voluntas humana Chriſti verè habuit libertatem indifferentiæ, quæ à Theologis vocatur libertas à neceſſitate, prout neceſſitati opponitur; non verò habuit ſolam

ſpon-

ſpontaneitatem, ſeu libertatem complacentiæ, quæ etiam vocatur libertas à coactione, violentiæ oppoſita. Ita D. Thomas *quæſt.* 18. *art.* 4. Et ratio eſt quia ad merendum requiritur libertas indifferentiæ. Atqui voluntas humana Chriſti verè meruit; ergo verè habuit libertatem indifferentiæ. Neque obſtat, quod libertas indifferentiæ opponatur determinationi ad vnum, & cum Chriſtus ſemper fuerit determinatus ad vnum, videlicet ad bonum, hinc non habuerit libertatem indifferentiæ. Contrà enim eſt, quia diſtinguenda eſt duplex determinatio ad vnum; alia eſt ad vnum ex contrarijs; alia ad vnum ex contradictorijs. Vtique Chriſtus habuit intrinſecam determinationem ad bonum, tamen ex hoc ſolum infertur intrinſeca determinatio ad vnum ex contrarijs, excludens libertatem contrarietatis, non verò determinatio ad vnum ex contradictorijs excludens libertatem contradictionis. Vndè cum determinatio in Chriſto ſit ad bonum in genere, excluditur ſolum indifferentia ad malum, non verò indifferentia ad hoc bonum, vel ad omiſſionem eius, quæ eſt eius contradictoria. Immò quoniam remanet adhuc indifferentia ad hoc vel illud bonum in particulari dici poteſt, quod præter libertatem contradictionis detur etiam aliqua libertas contrarietatis, cum non ſolum bonum, & malum ſed etiam diuerſa bona poſſint eſſe inter ſe contraria. Pariter ex verbis VI. Synodi ſuprà recenſitis, videlicèt, *ſed ſequentem eius humanam voluntatem, & non reſiſtentem, vel reluctantem, ſed potius ſubiectam diuinæ eius, atque omnipotenti voluntati*; colligitur, quòd in Chriſto voluntas humana efficax nunquam fuit difformis voluntati diuinæ efficaci, nec de potentia Dei abſoluta potuit eſſe talis, & ex hoc maximè debellantur Monothelitæ humanam Chriſto voluntatem denegantes, potiſſimum ex eo, quod putabant eam non poſſe eſſe diuinæ conformem, nec poſſe Chriſtum vtramque habere ſine interna vtriuſque pugna. Hæc veritas habetur expreſsè in ſacris paginis, Pſalm. 39. *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* Ioann. 4. *Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.* Ioann. 8. *Ego quæ placita ſunt ei, facio ſemper.* Quod non potuerit eſſe difformis nec de potentia abſoluta; patet ex eo quod repugnat Chriſto habere voluntatem vitioſam, & defectuoſam moraliter, qualis eſſet illa; & licèt in horto deprecatus ſit Patrem de calice transferendo, tamen hæc oratio non fuit ſimpliciter, & abſolutè prolata, ſed conditionatè, videlicèt ſuppoſito diuino beneplacito. Vndè dixit: *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte, verumtamen non mea, ſed tua voluntas fiat.* En conformitas cum diuino beneplacito. Quamobrem licèt voluntas humana Matth. 26. 39.

Chri-

Digitized by Google

Chriſti fuerit omninò libera, tamen nec leuiſſimè quidem vnquam peccauit, vt effutiebat impius Caluinus *lib.* 2. *Inſtitutionum*, imò cum ſumma libertate ſtetit ſumma impeccabilitas; à quo verò hæc immediatè, & formaliter orta ſit, Scholaſticis relinquimus; quòd ſi me conſulas, hanc ex viſione beata potiùs, quam ex vnione hypoſtatica oriri fateor.

De his, qui circa vnionem naturæ diuinæ cum humana in Chriſto Domino errauerunt; & præcipuè de Neſtoriana, ac Eutychiana hæreſi.

§. VII.

Hæreſis Neſtoriana cæpit circa ann. 428.

NOn defuerunt qui duplicitatem naturarum in Chriſto profitentes, duplicitatem etiam perſonarum impiè ſomniarunt. Huius nequiſſimi dogmatis diſſeminator, ac ſuſcitator extitit *Neſtorius*, à quo *Neſtoriani*, Pauli Samoſateni nepos, non in ſacrilegio diſpar, nec in praua doctrina diſſimilis. Hic vt narrat Theodoretus lib. 4. de fabulis hæretic. fuit vir inſignis ex Germanicæorum oppidulo ortus; qui neſcio cuiuſmodi ab initio ſtudijs eductus, aliam regionem commutans, vt maſtrix Aegyptiaca, in magnam Antiochiæ Ciuitatem irrupit. In ea cum in liberalibus diſciplinis mediocriter eſſet eruditus, vocemque quam pulcherrimam, & maximam exercuiſſet, in Eccleſia Dei procedente tempore adoptatus, & in numerum presbyterorum relatus eſt, cui cum docendi populum munus eſſet commiſſum, ſtatim in exordio oſtendit, qualis tota vita ſua eſſet futurus. Neque enim generoſum, & genitalem, & qui hominum poſſit animas excolere, dicendi characterem ſecutus eſt. Sed cum ad populi dilectionem ſuam orationem conferret, & inanes plauſus, vt ſi quis alius, aucuparetur, inconſideratum, & iudicio deſtitutum vulgus in ſui deſiderium excitauit, fuſca veſte indutus, triſtis incedens, ſtrepitus forenſes declinans, corporis pallorem, vt continens videretur, aucupans, libris domi vt plurimum animum intendens, & in otio, & quiete ſecum verſans, & habitans. Hoc habitu, & hac ſimulatione multos ineſcans, magnam ætatis ſuæ partem peregit, vt Chriſtianus videretur, magis quam vt eſſet perſequens, & Chriſti gloriæ ſuam præferens. Vndè cum Conſtantinopolita-

politana ſedes ſuo fuiſſet viduata Paſtore, Conſtantinopolim ſe contulit, ibique ſumma omnium gratulatione, ac applauſu, magnum pietatis virum eſſe exiſtimantes, Epiſcopus ordinatus eſt anno Incarnationis Dominicæ 428. die 10. Aprilis. Hinc hypocrita, vt Theodoſij Imperatoris, & omnium animos in ſe conciliaſſet, maximum Catholicæ religionis zelum ſe habere ſimulans, accidit, vt coram Imperatore concionem habens, vt refert Socrates, ſic effatus eſt: *Da mihi Imperator puram ab hæreticis terram, & ego tibi cœlum viciſſim dabo: euerte mecum hæreticos, & ego tecum Perſas euertam*. En lupus ſub ouina pelle decipiens agnos; ſed quia nihil eſt tam occultum, quod non cognoſcatur, neque tam ſecretum, quod non manifeſtetur, paulatim viſus eſt, non ſolum cæterorum hæreticorum fautor, ſed nouæ hæreſis author. Chriſtum ex Maria Virgine hominem tantummodo, & non Deum natum, impiè effutiebat; progreſſu verò temporis, ob vitæ meritum, diuinitatem Chriſto collatam eſſe aſſeuerans; Vnde Mariam non Θεοτόκον, hoc eſt *Deiparam*, ſed Χριστοτόκον, hoc eſt *Chriſtiparam* dici debere. Quinimò cum quidam Athanaſius presbyter, ſuorum conſiliorum ſocius, & particeps, ſermonem ad Populum haberet, hancque vocem impiè protuliſſet: *Deiparam Mariam nullus nominet; nam Maria homo erat, impoſſibile eſt autem, vt homo Deum pariat*; non ſolum errorem non emendauit, ſed impium dogma approbauit. Ex quo ſequitur, duas in Chriſto perſonas poſuiſſe; alteram, quæ eſſet homo, & hominis filius; alteram, quæ eſſet Deus, Deique filius. Proinde ipſe vnà cum ſocijs damnatus fuit in Concilio Epheſino, vbi de Neſtorianis ſic loquitur: Νεστορίου τοίνυν τοῦ τῆς τερατώδους διδασκαλίας ἡγεμόνος κατακεκριμένου, λείπεται τοῖς ὁμογνώμονας αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀσεβείας κοινωνοὺς ὀνόματι περιλαβεῖν κατεγνωσμένῳ ἵνα μὴ τῇ τῶν χριστιηγορίᾳ, τούτῳ ὀνόματι κοσμοῖντο, ὧν τοῦ δόγματος δυσσεβοῦντες ἐξέστησαν. Διὰ ταῦτα νομοθετοῦμεν, τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς Νεστορίου ἀθεμίτου δόξης κοινωνοῖς, Σιμωνιανοῖς ὀνομάζεσθαι. προσήκει γὰρ, τοῖς ἐν τῇ τοῦ θείου ἀποστροφῇ δι' ἐκείνου μιμουμένοις δυσσέβημα, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ κληρωθῆναι προσηγορίαν. *Cum ergo Neſtorius portentoſæ doctrinæ inuentor damnationis ſententiam iam exceperit, supereſt vt opinionis illius ſocios, impietatiſque conſortes damnato nomine comprehendamus; ne Chriſtianorum appellatione abuſi, eorum decorentur vocabulo, à quorum dogmate ſua impietate deſciuerunt. Quamobrem hac lege ſancimus, quotquot vbicumque execrandæ opinionis Neſtorij ſequaces extiterint, eos Simoniacorum nomine appellandos eſſe. Aequum eſt enim, vt qui auerſi à Deo impietatem Simonis æmulantur, eandem cum illo appellationem ſortiantur.*

Matth. 10.

Concil. Epheſ. part. 3. cap. 45. in Exemplo Sacræ legis contrà Neſtorium.

Præter

Præter Conciliorum authoritates ſuperius §. 1. allatas, refellitur Neſtorij hæreſis à Sanctis Patribus, tum Græcis, tum Latinis, inter quos maximè enituit S. Cyrillus, qui duodecim capitula, ſeu anathematiſmos ediderat in Concilio prouinciali Alexandrino contra Neſtorium, quæ à Concilio Epheſino recepta fuere.

Tom. 2. Opuſc. Theol. & Polem.

Maximus *de duabus Chriſti naturis*, ait: Ὥσπερ γὰρ Ἄρειον ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς κηρύττοντα ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὴν καθ' ὑπόστασιν διαφορὰν, ἀλλ' ὡς μὴ λέγοντα τὴν φυσικὴν ἕνωσιν οὕτω καὶ Νεστόριον ἀναθεματίζομεν, οὐχ ὡς γνωρίζοντα τὴν φυσικὴν διαφορὰν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὡς μὴ λέγοντα τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. *Sicut enim Arium anathematizamus, non ea ratione, quod in S. Trinitate diſtinctionem, quę eſt ſecundùm hypoſtaſim prædicet, ſed velut qui non dicat naturalem vnionem: ſic & Neſtorium anathematizamus, non velut, qui naturalem diſtinctionem in Chriſto agnoſcat, ſed, vt qui vnionem ſecundùm hypoſtaſim non dicat.*

Gregorius Neocæſ. In Panoplia part. 2. titul. 15. orat. de ſingulari fide.

Gregorius Neocæſarienſis apud Euthymium: *Eſt Deus verus, qui cum eſſet carnis expers, in carne apparuit; non tamen duas habet perſonas, ſed duas naturas.*

Ioan. Chriſ. in Marcum homil. 11.

Ioannes Chryſoſtomus: *Nemo nos putet diuidere Chriſtum. Hoc enim ſolent æſtimare calumniatores, quod nos in Chriſto duas perſonas faciamus; alium hominem, & alium Deum. Nos in Trinitate credimus, non credimus in quaternitate, duas in Chriſto perſonas. Si enim Chriſtus duas perſonas habet, Pater, & Filius, id eſt Chriſtus, duplex eſt: ergo quatuor perſonæ ſunt. Nos ergo credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. De Patre & Spiritu nulla dubitatio eſt. Non enim aſſumpſerunt corpus, non aſſumpſerunt aliquam vilitatem. Nunc verò de Chriſto dicimus, Deo noſtro, Filio Dei, & Filio hominis, & vno Filio Dei. Ipſe Dei Filius, & Filius hominis: quicquid magnum eſt, refer ad filium Dei: quicquid paruum eſt, refer ad filium hominis: & tamen vnus filius Dei eſt.*

Gregor. Nazian. Orat. 31.

Gregorius Nazianzenus Orat. 31. ſuper illa verba, *Cum conſummaſſet Ieſus hos ſermones*, luculentèr in rem noſtram: Μεταβαίνει τόπων ὁ μηδενὶ τόπῳ χωρούμενος, ὁ ἄχρονος, ὁ ἀσώματος, ὁ ἀπερίληπτος, ὁ αὐτὸς ὃς ἦν καὶ γίνεται, καὶ ὑπὲρ χρόνον ἦν, καὶ ὑπὸ χρόνον ἔρχεται, ἀόρατος ἦν καὶ ὁρᾶται. ἐν ἀρχῇ ἦν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ἦν, καὶ Θεὸς ἦν, τρίτον τὸ ἦν τῷ ἀριθμῷ Βεβαιούμενον, ὃ ἦν ἐκένωσε, καὶ ὃ μὴ ἦν προσέλαβεν· οὐ δύο γενόμενος, ἀλλ' ἓν ἐκ τῶν δύο γενέσθαι ἀναρχόμενος· Θεὸς γὰρ ἀμφότερα, τό τε προσλαβὸν καὶ τὸ προσληφθὲν, δύο φύσεις εἰς ἓν συνδραμοῦσαι, οὐχ υἱοὶ δύο. Quæ verba ſic latinitate donauit *Iac. Billius* Prunæus: *Ex locis in loca tranſit, qui nullo loci ſpatio conti-*

Iacobus Billius.

netur, ille inquam temporis, & corporis, & circumſcriptionis expers. Idem, & erat, & fit: & ſupra tempus erat, & ſub tempus venit: & inuiſibilis erat, & videtur. In principio erat, & apud Deum erat, & Deus erat. Tertiò reperitur hoc verbum, Erat, vt numero ipſo confirmetur. Id, quod erat, exinaniuit: id, quod non erat, aſſumpſit: non duplex factus, ſed vnum ex duplici natura fieri ſuſtinens. Ambo enim Deus, nimirum quod aſſumpſit, & quod aſſumptum eſt: duæ naturæ in vnum concurrentes, non duo filij.

Siud, ſiue Sulakà Patriarcha Neſtorianorum in profeſſione fidei: *Natus eſt à Patre ante omnia tempora, & natus eſt ex Virgine Maria Deus perfectus, & homo perfectus abſque diuiſione: Filius Dei veri in duabus naturis, & ex duabus naturis in vna perſona. Neque paſſio, neque mors accidit diuinitati, ſed humanitati.* *Siud, ſiue Selukà.*

Ex Patribus Latinis, Caius Papa in Epiſt. ad Felicem Epiſcopum, ſic in rem noſtram: *Licèt ergo in vno Domino noſtro Ieſu Chriſto vero Dei, atque hominis filio, Verbi, & carnis vna perſona ſit, quæ inſeparabiliter atque indiuiſè communes habebat actiones, intelligendæ tamen ſunt ipſorum qualitates, & ſinceræ fidei contemplatione cernendum eſt, ad quæ prouehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo Deitatis &c.* *Caius Pontifex in Epiſt. ad Felicem Epiſcopum.*

Damaſus in Profeſſione fidei, quam ſcripſit ad Paulinum Theſſalonicenſem Epiſcopum: *Anathematizamus eos, qui duos filios aſſerunt, vnum ante ſecula, & alterum poſt aſſumptionem carnis ex Virgine.* *Damaſ. in Prof. Fid. ad Paulinum.*

Anſelmus Cantuarienſis: *Ad hoc valuit in Chriſto diuerſitas naturarum, & vnitas perſonæ; vt quod opus erat fieri ad hominum reſtaurationem, ſi humana non poſſet natura, faceret diuina; & ſi diuinæ minime conueniret, exhiberet humana. Et non alius, atque alius; ſed idem ipſe eſſet, qui vtrumque perfectè exiſtens, per humanam ſolueret, quod illa debebat; & per diuinam poſſet, quod expediebat.* *Anſelmus Cantuar. lib. 2. Cur Deus homo cap. 18.*

Denique meus lacteus Doctor Bernardus: *Tantam denique*, inquit, *tamque expreſſam vnionis vim in ſe præfert ea perſona, in qua Deus, & homo vnus eſt Chriſtus, vt ſi duo illa de ſe inuicem prædices, non erraueris. Deum videlicèt hominem, & hominem Deum verè catholicèque pronuncians.* *Lib. 5. de Conſid. cap. 9. de duabus Chriſti naturis.*

Stat igitur inconcuſſum, & firmum, Chriſtum Dominum habere duplicem naturam in vna perſona; dogma fidei, ac inuariabilis veritas, ab omnibus Concilijs tam generalibus, quam prouincialibus,

bus, à Sanctis Patribus tam Græcis, quam Latinis accerrimè defenſa. Tantum remanet ad magis ac magis elucidandam hanc veritatem, ſoluere quædam figmenta à Neſtoriana pertinacia, inuenta. In primis nobis objiciunt: Illud Ioann. 2. Dominus ait: *Soluite templum hoc*, cum loqueretur de ſua humanitate. Ergo Deus Chriſtus, & homo Chriſtus ſunt duę perſonæ; quod ſi eſſet vnica perſona, deberet dici, *ſoluite me*. Secundò ad Hebr. 7. dicitur Filius Dei Chriſtus *eſſe ſine matre, & ſine genealogia*. Ergo alius eſt filius Mariæ, qui Matrem, & genealogiam habet; & alius Filius Dei, qui genealogia caret. Tertiò, Filius Mariæ dixit: *Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Rurſum, *Pater ſaluifica me ex hac hora*. Sed hæc non conueniunt Filio Dei. Alius ergò eſt Filius Dei, & Filius Mariæ.

Lib. 3. de Incarnat. cap. 7.

Reſpondet ad primum *Bellarminus*, argumentum probare contra aduerſarium, eò quòd probat duas eſſe naturas, non verò duas perſonas, quia ſicuti animus noſter dicitur habitare in corpore, vt in ſuo tabernaculo, quia diuerſa eſt natura animi à natura corporis, & tamen vna perſona eſt, quæ ex animo, & corpore conſtat. Ad ſecundum reſpondet rectè *Caſſianus lib. 7. de Incarnat.* relatus ab auctore ſupracitato, poſſe argumentum in aduerſarios retorqueri. Idem enim Apoſtolus qui dixit Chriſtum *eſſe ſine matre, & ſine genealogia*, alio loco dicit ipſum eſſe ſine Patre. Ergo ſi iſte locus intelligitur de Filio Dei, ſequitur, Filium Dei non habere Patrem, quod eſt contra Neſtorium, qui diſtinguit Filium Dei Patris à Filio Virginis Matris. Deinde omnes Sancti Patres explicantes illud Apoſtoli, *ſine matre, & ſine genealogia*, dicunt Apoſtolum loqui de generatione diuina, & æterna, de qua dicitur, *generationem eius quis enarrabit?* Quando verò dicit eſſe *ſine Patre*, intelligendus eſt quo ad humanitatem, quia ſine viri conſortio, ſola Spiritus Sancti operante virtute conceptus eſt in vtero Virginis. Ad tertium dicitur, quod cum Chriſtus ſit perfectus Deus, & perfectus homo hinc multa conueniunt humanitati, quæ non conueniunt diuinitati: ſic quando dicit; *Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*; hæc omnia intelligenda ſunt quoad humanitatem, cum diuinitas non ſit horum capax.

Cyrill. Alex. anathematiſmo 1. in act. Concil. Epheſ. part. 3

Alius error à Neſtorio approbatus de Maria, quòd non ſit appellanda *Deipara*, damnatur à Cyrillo Alexandriæ Archiepiſcopo dicente: Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ, Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ διὰ τοῦτο θεοτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον, γεγέννηκε γὰρ σαρκικῶς σάρκα γεγονότα τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς λόγον, ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis non confitetur, Emmanuelem verè Deum eſſe, & ob id ſanctam Virginem Deiparam;*

ff 2 (genuit

Digitized by Google

(genuit enim illa carnaliter incarnatum Dei Patris Verbum) anathema ſit. Ad rationem autem adductam ab Athanaſio presbytero, Neſtorij ſocio, nempe cum Maria ſit homo, eſt impoſſibile, quòd homo Deum pariat; reſpondeo, vtique eſſe impoſſibile quòd homo Deum pariat, ſecundum quod Deus eſt, ſeu ſecundum diuinitatem: Maria autem peperit Chriſtum, non ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem, & cum Chriſtus dicat vnicam tantum perſonam, hinc rectè dicitur *Mater Dei*; Quod ſi hoc nomen *Dei* abſolutè prolatum non ſignificat Deum humanitati vnitū, non tamen id à ſua ſignificatione excludit. Nota tamen, quod ſi ab aliquibus Sanctis Patribus Chriſtus vocatur *homo Deifer*, piè intelligendi ſunt, videlicèt Chriſtum ratione humanitatis eſſe quodammodo templum diuinitatis, vt rectè exponit *Auguſtinus* in Enchiridio cap. 36. & in lib. de prædeſt. Sanctorum cap. 15. Probata contra Neſtorium vnitate perſonæ in Chriſto, duplicitatem naturæ contra Eutychetem demonſtrabimus.

Eutychiani.

EVtychiani ab *Eutychete* nomen ſortiti ſunt. Hic dum eſſet Monachus ac Abbas ſeu Archimandrita Conſtantinopolitanus audiens impium Neſtorianorum dogma de duabus perſonis in Chriſto, ſtrenuè contra ipſos ſe oppoſuit; tamen volens euitare Scyllam, incidit in Charibdim, eo quod putabat non poſſe defendere vnitatem perſonæ in Chriſto, quin vnitas naturæ in ipſo poneretur. Cuius quidem erroris initium dedit ignorantia, finem verò malitia, ac pertinacia; Vndè de eo dici poteſt *Hæreſis Eutychiana cæpit circa an. 448.*

Dum ſtulti vitant vitia, in contraria currunt.

Præcipuus igitur Eutychetis error ad rem noſtram fuit, quod poſt vnionem, vnam tantùm in Chriſto naturam agnoſceret, vt ipſemet profeſſus eſt coram Patribus in Concilio Chalcedonenſi act. 1. vbi interrogatus, an duas in Chriſto naturas poſt adunationem cognoſceret, reſpondit: ἐκ δύο μὲν φύσεων λέγω τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν πρὸ τῆς ἑνώσεως, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν λέγω φύσιν. Videlicèt, *Ex duabus quidem naturis dico Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ante adunationem; poſt vnionem autem, vnam dico naturam*; Quapropter damnatus, ac anathematizatus fuit ab eodem Concilio Chalcedonenſi, vt patet ex geſtis eiuſdem Concilij Oecumenici act. 1. cuius damnationis tenor eſt: δῆλα, πάντων πεφώραται Εὐτυχὴς ὁ πάλαι πρεσβύτερος, καὶ ἀρχιμανδρίτης, ἔκ τε τῶν ἤδη πεπραγμένων, καὶ τῶν οἰκείων αὐτοῦ νῦν καταθέσεων τὴν Οὐαλεντίνου, καὶ Ἀπολιναρίου κακοδοξίαν νο- *Concil. Chalced. act. 1.*

σῶν

Digitized by Google

σῶν, καὶ ταῖς ἐκείνων δυσφημίαις ἀμεταθέτως ἀκολουθῶν· ὅς γε οὐδὲ τὴν ἡμετέραν αἰδεσθεὶς παραίνεσίν τε, καὶ διδασκαλίαν, συνθέσθαι τοῖς ὀρθοῖς δόγμασι κατεδέξατο· ὅθεν ἐπιδακρύσαντες, καὶ στενάξαντες τῇ παντελεῖ ἀπωλείᾳ αὐτοῦ, ὡρίσαμεν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ὑπ᾽ αὐτοῦ βλασφημηθέντος, ἀλλότριον αὐτὸν εἶναι παντὸς ἱερατικοῦ τάγματος, καὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας, καὶ τοῦ προΐστασθαι μοναστηρίου· εἰδότων ἐκεῖνο πάντων τῶν μετ᾽ αὐτοῦ διαλεγομένων, ἢ συντυγχανόντων αὐτῷ, ὡς ὑπεύθυνοι ἔσονται καὶ αὐτοὶ τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ἐπιτιμίῳ, ὡς μὴ ἀποστάντες τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμιλίας. Quæ verba ſic

Binius.

latinè ſonant apud *Seuerinum Binium*, videlicèt: *Per omnia apparet Eutyches quondam presbyter & Archimandrita, tam ex his, quæ ante acta ſunt, & nunc proprijs eius confeſſionibus, Valentini, & Apollinaris ægrotare perfidia, & eorum blaſphemias incommutabiliter ſequi: qui nec noſtram reuerens perſuaſionem, & doctrinam, rectis voluit conſentire dogmatibus. Vnde lacrymantes & gementes propter perfectam eius perditionem, decreuimus per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ab eo blaſphematum, extraneum eum eſſe ab omni officio ſacerdotali, & à noſtra communione, & primatu monaſterij: ſcientibus illud omnibus, qui poſteà cum eo colloquentur, & ad eum conuenerint, quoniam rei erunt & ipſi pœnæ excommunicationis, vt qui non declinauerint confabulationes eius.* Non deſunt aliæ auctoritates Conciliorum, & Sanctorum Patrum probantes, ac oſtendentes duas eſſe naturas in Chriſto contra Eutychetem, quas omnes conſultò relinquimus, cum auctoritates ſupra allatæ contra Neſtorium deſeruire poſſint etiam contra Eutychetem.

Lib. 3. de Incarnat. cap. 2.

Notat hìc *Bellarminus*, Eutychetem non fuiſſe primum auctorem huius hæreſis, ſed potius eius propagatorem. Idem enim ante docuerat Apollinaris, vt teſtatur *Epiphanius* hæreſi 77. *Auguſt.* hær. 55. Eandem quoquè hæreſim refellunt ſine nomine auctoris, *Athanaſius* in Epiſt. ad Epitectum; *Ambroſius* lib. de Incarnat. &c. Plura de Neſtoriana ac Eutychiana hæreſi apud Bellarminum loco ſupracit. Præter Neſtorium & Eutychetem fuerunt alij Hæræſiarchæ eadem fermè ſentientes, vel affinia. Videlicèt

Monophyſitę a. 517.

Monophyſitę à Græco μόνος *vna*, & φύσις *natura*, eò quòd vnicam Verbi, & carnis naturam in Chriſto agnoſcerent; quorum

Ioannes Philoponus.

defenſor fuit *Ioannes Philoponus* Grammaticus Alexandrinus.

Armeni ann. 544.

Armeni dicunt Chriſti carnem in diuinitatem eſſe conuerſam, & eiuſdem factam eſſentiæ, cuius eſt ipſa diuinitas, rationem huiuſmodi affingentes, Sicut aceti gutta, ſi in mare demergatur, amplius non cernitur, neque ſubſiſtit: ita corpus Chriſti in diuinitatis pelago demerſum, non naturam amplius ſuam, aut proprietatem conſeruat. Vnam igitur eſſe in Chriſto naturam, quæ diuinitatis ſit, dixe-

dixerunt *Euthymius part. 2. Panopliæ tit. 20.*

Raymundus Lullius docuit, quod in Chriſto ſint tres naturæ, ſcilicèt diuina, anima rationalis, & corpus humanum: & propter quamlibet iſtarum naturarum eſt Rex. *Item*, quod tota humana natura Chriſti in paſſione pœnam habebat, & tota diuina natura pœnam eius ſentiebat. *Lullius ann. 1311.* *Nicol. Eymericus part. 2. Directorij.*

Iacobus Faber Stapulenſis ad caput 2. prioris ad Corinth. inquit: Corpus Chriſti, ideſt aſſumpta humanitas Cœlum implet ac terram: Eſt enim vbicumque Verbum Dei eſt; quia Verbum caro factum eſt: quare Verbum nuſquam eſt ſine carne. *Faber ann. 1520.*

Eundem errorem de vbiquitate humanitatis Chriſti aſſerebat *Martinus Lutherus lib. de Sacramento Cœnæ contra Fanaticos*, dicebat enim: Credimus quod Ieſus Chriſtus ſit iuxta humanitatem ſupra omnes cœlos collocatus, & omnia impleat, quemadmodum Paulus ſcribit ad Epheſios: & quod Chriſtus ſit omnium rerum Dominus, non tantùm ſecundùm diuinitatem, ſed etiam ſecundùm humanitatem, & habeat in manu ſua, & ſit vbique præſens. *Lutherus ann. 1530.*

Ioannes Brentius lib. de omnipræſentia, ſeu de Maieſtate Chriſti: Filius Dei ſic ſe habet in filio hominis, vt euehat ipſum vnà ſecum in diuinam maieſtatem, & effundat in eum omnes proprietates. *Ioannes Brentius an. 1550.*

Caſpar Suenckfeldius lib. de duplici ſtatu, artic. 17. & 18. ait: Chriſti corpus in cœlum aſſumptum planè Deum eſſe factum, & ita in cœna adeſſe, quod iam ſit diuina eſſentia: & propterea illum eſſe blaſphemum, qui humanam Chriſti naturam creaturam nominet. *Gaſpar Suenkfeldius ann. 1550.*

Ioannes Caluinus duas in Chriſto perſonas confingit; vnam Dei, alteram hominis & mediatoris. *lib. 1. Inſtitut. cap. 13. §. 9. 23. & 24.* Quando *ait*, ſe velle de Chriſto diſſerere, quatenus eſt perſona diuina, nec adhuc mediatoris attingere perſonam. *Et poſtea*: Reſpondeo, *inquit*, Chriſtum eſſe Dei Filium, quia ſermo eſt à Patre ante ſæcula genitus; nondum enim de mediatoris perſona ſermo eſt &c. Chriſtus Filius Dei vocatur, non tantùm quatenus ante ſæcula genitus ex Patre fuit æternus ſermo, ſed quia mediatoris ſuſcepit perſonam. Sic diſtinguendo perſonam mediatoris, ideſt humanam à Verbo, ſeu perſona Filij Dei, apertè, ac euidenter duas in Chriſto perſonas conſtituit. *Ioannes Caluinus a. 1550.*

Martinus Chemnitius lib. de duabus in Chriſto naturis, cap. 30. dicit: Chriſti humanitatem non ſolum eſſe in Cœna, ſed etiam extra Cœnam in Eccleſia præſentem reipſa. Addit etiam, extra Eccleſiam omnia eſſe ſubiecta Chriſti humanitati, & Chriſti humanitatem omnibus rebus dominari, & omnia regere, non per vicarios, *Martinus Chemnitius ann. 1560.*

quaſi

Digitized by Google

quaſi à rebus diſtet,quomodo Reges gubernant Prouincias per alios, ſed habere omnia præſentia.

Theodorus Beza ann. 1570.

Theodorus Beza in opuſculo, quo ad Brentij argumenta reſpondet, impreſſo Geneuæ 1570. pagina 513.638.& 639.ait: In Chriſto duæ ſunt vniones hypoſtaticæ, vna inter corpus, & animam, dum ſibi perſonaliter iunguntur: altera inter Verbum, & hominem, vt ſimul conueniunt ad vnum conſtituendum Chriſtum. *De hoc reprehenſus à Iacobo Andrea reſpondit*, verè corpus, & animam perſonaliter coniungi, & perſonam conſtituere humanam.

Ioannes Sommerus ann. 1572.

Ioannes Sommerus lib. 1. contra Petrum Carolium cap. 3. Copulatio ſiue vnio hypoſtatica duarum naturarum, vt in Scripturis inaudita, ſic apud Philoſophos portentum eſt ſtuporis, & abſurditatis plenum.

Lib. 2. cap. 12. In vnica Chriſti natura duæ diuerſæ conditiones, formæ, figuræ, imagines conſpiciuntur: altera contemptus, & miſeriarum: altera gloriæ, honoris, dignitatis, & maieſtatis pleniſſima.

Leontius Bizantinus.

Contra hos multi Patres ſcripſerunt, haſque hæreſes egregiè debellarunt, inter quos celebratus fuit LEONTIVS Byzantinus, qui Monaſticam vitam profeſſus in Palæſtina, vt refert *Poſſeuinus*, ſcripſit libros tres contra Eutychianos, & Neſtorianos. Vnum contra Enanthiodocetas; Alterum contra Aphthardocetas; Tertium contra illos qui ſimulabant ſe Chalcedonenſem Synodum recipere, cum eſſent Neſtoriani.

Eiuſdem Leontij liber in fraudes Apollinariſtarum, ſeu in eos, qui proferunt quædam Apollinarij, falſo inſcripta nomine Sanctorum Patrum.

Eiuſdem liber, qui inſcribitur: *Solutiones Argumentationum Seueri*.

Eiuſdem liber, qui inſcribitur: *Dubitationes hypoſtaticæ, & definitiones contra eos, qui negant eſſe in Chriſto poſt vnionem duas veras naturas*.

Authoritates Sanctorum Patrum contra eos, qui diuidunt in duas naturas vnum Dominum Ieſum Chriſtum poſt vnionem, collectæ à Thimoteo hæretico, ſiue quis alius fuerit. Et quidem hæc omnia Græcè M.S. latinè reddidit Franciſcus Turrianus Societatis Ieſu Theologus, quæ denique prodierunt in lucem Ingolſtadij, ann. 1603. in 4. Tomus Antiquæ Lectionis emiſſo ab Henrico Caniſio.

Porrò extat in Bibliotheca Bauarica num. 117. eiuſdem Leontij inſigne Volumen aduerſus Eutychianos, ſeu Seuerianos, & Neſtorianos, in octo libros diſtinctum.

Quo-

Digitized by Google

Quorum primus hanc habet inſcriptionen. *Sexaginta tres* ἀπορία, *ſeu Quæſtiones propoſitæ illis, qui vnam in Chriſto naturam ſtatuebant; huiuſque dogmatis refutatio, & teſtimonia Sanctorum Patrum*.

Secundus. *Aduerſus illos, qui duas in Chriſto hypoſtaſes ponunt, nullamque compoſitionem in illo admittunt*.

Tertius. *Redargutio eorum, qui aſſerunt duas, & non vnam hypoſtaſim in Chriſto, idque ex ipſo Incarnationis myſterio probare contendunt*.

Quartus. *Redargutio eorum, qui duos filios ex Incarnationis myſterio introducunt*.

Quintus. *Redargutio eorum, qui Beatam Virginem* Θεοτόκον, *ſeu Deiparam nominare abnuunt*.

Sextus. *Demonſtratio aduerſus eorum impietatem, qui impudenter naturalem Diuinitatem Chriſti veri Dei noſtri negant*.

Septimus. *Demonſtratio impietatis, qua laborant ij, qui fatentur quidem Chriſtum incarnatum fuiſſe hominem* Θεοφόρον, *Deiferum, ſed non Deum*.

Octauus. *Refutatio eorum, qui ſolent accuſare illos, vnum ex Sancta Trinitate paſſum eſſe in carne*.

Pariter Leontius Conſtantinopolitanus ſcripſit librum *de duplici natura in Chriſto contra hæreſim Monophyſitarum*; *Et diſputationem contra Philoſophum Arianum*, quæ m. ſ. extat in Bibliotheca Imp. Viennæ Auſtriæ. Et hæc de Neſtoriana, ac Eutychiana hæreſi dicta ſufficiant.

De his, qui circa filiationem Chriſti Domini errauerunt.

§. VIII.

EXtincta ac compreſſa Neſtorij hæreſi, Felix Vrgelitanus, & Elipandus Epiſcopi totidem filios in Chriſto Domino ineſſe docuerunt, quot ſunt naturæ; alterum ſcilicèt *naturalem*, qui eſt Deus, & Verbum: alterum *adoptiuum*, qui eſt homo. Error in plurimis Concilijs damnatus, præſertim in *Foro-Julienſi*, & *Ratisbonenſi*. Dico tamen hanc propoſitionem, *Chriſtus quatenus homo non eſt dicendus Filius Dei adoptiuus*, non eſſe certam certitudine fidei, contra *Vaſqueſium*, & alios ipſius ſequaces. *Felix Vrgelitanus. Elipandus Toletanus circa ann. 790. Fraſſen tom. 3. tract. 1. quæſt. proem.* *Vaſqueſius.*

Probatur, quia ſi illa propoſitio eſſet certa certitudine fidei, maxi-

maximè quia cenſeretur definita in ſupracitatis Concilijs. Sed hæc ratio nulla eſt. Ergo non eſt de fide. Probatur minor quia licet in illis Concilijs damnati fuerint Felix, & Elipandus aſſerentes Chriſtum eſſe Filium Dei adoptiuum; tamen hoc non eſt ſufficiens fundamentum ad aſſerendam illam propoſitionem eſſe de fide, quia conſideranda eſt cauſa damnationis Felicis, & Elipandi: nam idcircò hi damnati ſunt in Concilio Francofordienſi, quod Neſtorij hæreſim inſtaurarent, & duas in Chriſto aſtruerent perſonas, ſeu duo ſuppoſita iuxta duas naturas, humanam ſcilicèt, & diuinam, & per hoc dicebant ſecundùm perſonam diuinam eſſe Filium Dei *naturalem*; ſecundùm verò humanam, filium Dei *adoptiuum*. Hunc fuiſſe errorem Elipandi teſtatur *Baronius* ad annum Chriſti 783. vbi inquit: *Error erat Elipandi perditiſſimi hominis non tolerandus, quem Sacroſancta Epheſina Catholica Synodus in Neſtorio condemnarat. Iſte ſiquidem aſſerens Chriſtum Dei Filium, quod ad humanitatem ſpectat, dicendum eſſe adoptiuum, & non proprium ac naturalem, in neceſſariam conſequentiam deducebat, vt duas conſtitueret in Chriſto perſonas, atque aſſereret duos filios, naturalem alterum, atque alterum adoptiuum, ſicque horrendum dictu, damnata olim in Oriente Neſtorij hęreſis, nunc opera miſeri Elipandi reuiuiſceret in Hiſpania*. En cauſa propter quam Elipandus anathematizatus eſt, non quia dicebat Chriſtum quatenus hominem eſſe Filium Dei adoptiuum, ſed quia ex hoc malè deducebat duas eſſe perſonas in Chriſto. Idem colligitur ex Sigeberto in ſuo Chronico ad annum 793. vbi ſic ſcribit: *Feliciana hęreſis condemnata in pręſentia Adriani Papę ab ipſo Felice authore abdicatur. Hęc hęreſis aſſerebat Filium Dei in diuina natura verum Deum eſſe, in humana verò nuncupatiuum. Item in diuina natura verum eſſe Filium Dei, in humana verò adoptiuum, vnam perſonam Dei, & hominis diuidens in duas perſonas, ſcilicet veri filij, & adoptiui*.

Error Elipandi. Baronius. Sigebertus.

Argumenta Vaſqueſij, quibus conatur liberare Elipandum ab hæreſi Neſtoriana, ſoluuntur.

1 Vaſqueſius contendit liberare Elipandum ab hæreſi Neſtoriana. Primò dicendo Elipandum damnatum fuiſſe, non eò quod admittebat duas perſonas in Chriſto, ſed eò quod aſſerendo Chriſtum quatenus hominem non eſſe Filium Dei naturalem, ſed adoptiuum, neceſſariò ex hoc inferebatur error Neſtorij de duabus perſonis in Chriſto. Sed contrà eſt, quia ſi Elipandus verè confeſſus fuiſſet vnam tantum ſubſiſtentiam in duabus naturis, non communi omnium calculo decretum fuiſſet Elipandum Neſtorianiſmum innouaſſe. Ergo dicendum eſt Elipandum ideò ponere Filium adoptiuum, & Filium naturalem in Chriſto, quatenus duas perſonas in ipſo cognoſcebat.

Digitized by Google

Secundò Vaſqueſius cap. 2. refert confeſſionem ipſius Elipandi inſertam in lib. Beati, & Etherij, vbi contendit oſtendere Elipandum vnam in Chriſto perſonam cognouiſſe, ait enim: *Homo interior in vna eademque Dei, & hominis perſona adglomeratus, atque carnis veſtimento indutus*. Reſpondeo: Elipandum vtique confeſſum fuiſſe vnicam eſſe in Chriſto perſonam, ſed quomodo? non alio certè modo, quàm Neſtorius confeſſus eſt. Teſtis eſt D. Thomas 3. part. quæſt. 2. artic. 6. vbi ait: *Si fiat vis in nomine PERSONAE, etiam Neſtorius vtebatur vnitate perſonæ propter vnitatem dignitatis, & honoris*. Vndè in quinta Synodo Conſtantinopolitana anathemate feriuntur qui dicunt vnam perſonam ſecundùm dignitatem, & honorem; dicitur enim: Εἴ τις λέγει κατὰ χάριν, ἢ κατ' ἐνέργειαν, ἢ κατ' ἀξίαν, ἢ κατ' ἰσοτιμίαν, ἢ καθ' αὐθεντίαν, ἢ ἀναφορὰν, ἢ σχέσιν, ἢ δύναμιν, τὴν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, ἢ καθ' ὁμωνυμίαν, καθ' ἣν οἱ Νεστοριανοὶ καὶ τὸν Θεὸν λόγον Χριστὸν καλοῦντες, καὶ τὸν ἄνθρωπον κεχωρισμένως Χριστὸν ὀνομάζοντες κατὰ μόνην προσηγορίαν ἕνα Χριστὸν λέγουσιν· ἢ εἴ τις &c. ἀνάθεμα ἔστω. *Si quis dicit, ſecundùm gratiam, vel ſecundùm operationem, vel ſecundùm dignitatem, vel ſecundùm ęqualitatem honoris, vel ſecundùm auctoritatem, vel relationem, vel affectum, vel virtutem, vnitionem Dei Verbi ad hominem factam eſſe, vel ſecundùm homonymiam, per quam Neſtoriani, & Deum Verbum vocantes Chriſtum & hominem, ſeparatim Chriſtum nominantes, ſolo vocabulo vnum Chriſtum dicunt: aut ſi quis &c. anathema ſit*. Ergo ſicut Neſtorius hanc vnitatem perſonæ poſuit, vt orthodoxos Patres deciperet, ita ſimiliter Elipandus fecit. *V. Synod. can. 4.*

Tertiò. Si Elipandus, & Felix fuiſſent in eodem errore, ac Neſtorius, ad quid tot libros contra eos conſcribere? Nonne ſatis fuiſſent, quæ contra Neſtorium decreta fuere? Ergo error propter quem hi condemnati ſunt, non fuit Neſtorianus de duabus perſonis in Chriſto, ſed quia dicebant Chriſtum vt hominem eſſe Filium Dei adoptiuum. Sed contrà eſt; quia Felix, & Elipandus non diſertis verbis profeſſi ſunt errorem Neſtorij, nec apertè, & expreſsè duas in Chriſto perſonas poſuere, ſed callidè vſi ſunt nomine *adoptionis*, quam adoptionem ita declarabant, vt in re nihil præter Neſtorij errorem ſignificarent. Et hæc eſt hæreticorum fraus inuenta ad facilè decipiendos incautos; ob id Concilium non ſolùm teſtimonia, & definitiones contra Neſtorium factas, ad confundendos illos hæreticos vſurpauit, ſed etiam oſtendere, ac declarare ſtuduit errorem Felicis, & Elipandi, ab errore Neſtorij niſi in verbis differre, vt ex geſtis eiuſdem Concilij patet.

Dico

Digitized by Google

Dico igitur, quod licèt hæc propoſitio: *Chriſtus quatenus homo non eſt dicendus Filius Dei adoptiuus* non ſit de fide, tamen non eſt abſolutè pronuncianda, hoc eſt Chriſtus vt homo non eſt abſolutè dicendus Filius Dei adoptiuus.

Probatur primò auctoritate SS. Patrum. Probat hoc Adrianus ex illo ad Rom. 8. *Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Si igitur *proprium* appellat, ergo non eſt adoptiuus. Hinc Adrianus ad manifeſtandum hìc ſermonem eſſe de Chriſto, ait: *Quia non eſt traditus ſecundùm Diuinitatem, ſed ſecundùm id quod homo erat: illum nimirum, qui traditus eſt hominem, ipſum Apoſtolus proprium Dei Filium proteſtatur*. S. Auguſtinus tract. 2. in cap. 1. Ioann. ad illa verba. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri*, inquit, loquendo dè Chriſto quatenus homo eſt, *Non enim nos nati ſumus de Deo, quomodo ille Vnigenitus, ſed adoptati per gratiam ipſius: ille enim venit Vnigenitus, vt ſolueret peccata: quibus peccatis implicamur, ne non adoptaret nos propter impedimentum eorum*. S. Iſidorus lib. de doctrina, & fide Eccleſiaſticorum dogmatum cap. 2. *Dei Filius*, inquit, *hominis factus eſt filius, natus ſecundùm veritatem naturę ex homine hominis filius, vt veritas Vnigeniti, non adoptione, nec appellatione, ſed in vtraque natiuitate filij nomen naſcendo haberet, vt eſſet verus Deus, & verus homo, vnus filius*. Pariter in actibus Concilij Francofordienſis legitur: *Vnitas perſonæ Chriſti adoptionis tollit iniuriam, adoptio nullam habet ſignificationem, niſi vt Chriſtus filius proprius, vel naturalis non ſit. Si verus Deus, & verus filius; & ſi verus filius; nequaquam adoptiuus, quia adoptiuus non verè, & natura eſt filius. Adoptiuus dici non poteſt niſi is, qui alienus eſt ab eo, à quo dicitur adoptatus. Quid eſt adoptio, niſi charitatis copulatio, qua Pater adoptione ſibi copulat filium, quem proprium non habet.*

Nomine Concilij Francofordienſis comprehenditur liber Sacro Syllabus, eiuſdem Concilij iuſſu editus, & comprehenduntur duæ epiſt. vna Adriani, altera eiuſdem Concilij.

Probatur ſecundò à Theologis vna cum Doctore, hac ratione: quia ad rationem adoptionis requiritur, vt is qui adoptatur, ſit extraneus ad id, ad quod adoptatur, itaut illius generationem non comitetur aliquid tanquam diſpoſitio conferens ius ad hæreditatem. Sed Chriſtus in eodem temporis momento quo conceptus eſt, habuit gratiam habitualem conferentem ius ad hæreditatem. Ergo Chriſtus quatenus homo non fuit adoptatus. Probatur minor, quia Chriſti humanitas in primo conceptionis inſtanti fuit vnita Verbo, & exigebat gratiam ſanctificantem. Ergo Chriſtus Dominus etiam ſecundùm humanitatem non fuit adoptatus. Neque obſtat, quod ſolùm in ſecundo inſtanti naturæ habuerit ius ad hæreditatem, quia

Chriſtus ſemper habuit ius ad hæreditatem.

Digitized by Google

licèt hoc non habuerit in primo inſtanti, habuit tamen in eodem, diſpoſitionem neceſſitantem ſaltem de congruo ad illud ius; quæ diſpoſitio non alia fuit quàm exigentia ſuppoſiti diuini, cum proprio careret ſuppoſito. Deinde illa prioritas naturæ, qua natura humana concipitur priùs exiſtens, quàm à Verbo aſſumpta, non ſufficit ad illam rationem extranei ex parte adoptandi requiſitam, cum extraneitas ſit aliquid extrinſecum præſupponens naturam completam ſecundùm omnes ſuos modos, & conſequenter natura priùs concipi debet vt completa ſecundùm ſubſiſtentiam, quàm dici poſſet extranea, vel non extranea. Sed in illo priori naturæ non concipitur natura humana Chriſti affecta perſonalitate, nec intrinſecè perfecta. Ergo non poteſt cenſeri extranea ad hæreditatem. Hoc abſurdum ſequeretur etiam, ſi Chriſtus in quantum homo eſſet Filius adoptiuus; tunc enim etiam ſimpliciter poſſet dici adoptiuus. Sed ex dictis, & probatis eſt falſum, Chriſtum eſſe ſimpliciter filium adoptiuum. Ergo etiam eſt falſum, eſſe filium adoptiuum, quatenus eſt homo. Chriſtus non poteſt abſolutè dici Filius adoptiuus.

Reponunt primò aduerſarij varios Scripturæ textus, quibus contendunt probare Chriſtum vt hominem eſſe filium Dei adoptiuum. Ioann. 14. *Pater maior me eſt.* Sed non eſt inferior Patre, ratione filiationis naturalis; ergo ratione filiationis adoptiuæ. Ad Rom. 1. de Chriſto dicitur, *prædeſtinatus eſt filius Dei*. Sed prædeſtinatio eſt adoptio, cum prædeſtinare ſit ad hæreditatem adoptare. Ergo reuera Chriſtus eſt Filius Dei adoptiuus. Proponitur prima aduerſariorum obiectio ex Scriptura.

Reſpondeo, illa verba Ioannis: *Pater maior me eſt*, & multa alia, quæ videntur denotare minoritatem filij reſpectu Patris, nihil contra noſtram aſſertionem arguere; quia cum Elipandus eadem verba obieciſſet, reſponſum accepit à Patribus Concilij Francofordienſis, illa non fuiſſe dicta à Chriſto propter adoptionem, ſed propter formam ſerui, quam Chriſtus, vt homo habuit; vnde dictum fuit ab ipſis, *Deus & homo erat, qui ſecundùm Deum dicebat; Ego & Pater vnum ſumus, & ſecundùm hominem, Pater maior me eſt*. Ergo illa inferioritas non eſt refundenda in rationem adoptionis, ſed in aſſumptionem humanitatis. Quod ſi aliqui textus appellare videntur Chriſtum noſtrum cohæredem, & confratrem, vt ad Rom. 8. *Si filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti*: ita intelligendi ſunt, non quod ipſe ſit Filius adoptiuus, ſicut nos, ſed quia vt Filius Dei naturalis, eundem habet Patrem, quem nos Filij Dei adoptiui cognoſcimus, & habet ius ad eandem hæreditatem, licèt multò præſtantius, quàm nos, quia eius ius fundatur in filiatione naturali, noſtrum autem in gratuita adoptione. Soluitur. Qua ratione Chriſtus dicatur inferior Patre.

Repo-

Secunda obiectio ex SS. Patribus.

Reponunt ſecundò varias SS. Patrum auctoritates, quibus quodamodo ſignificari videtur Chriſtum eſſe Filium Dei adoptiuum. Irenæus: *Propter hoc enim Verbum Dei homo, & qui Filius Dei, filius hominis ſactus eſt, mixtus homo Verbo Dei, vt adoptionem percipiens fiat Filius Dei.* Hilarius: *Poteſtatis diuinitas non amittitur dum carnis humilitas adoptatur.* Tandem vt cæteros relinquam, Marius Victorinus lib. 1. contra Candidum Arianum ſic habet: *Nos adoptione filij, ille natura,* (loquitur de Chriſto) *etiam & adoptione quadam filius, & Chriſtus, ſed ſecundùm carnem.* Ex quibus colligitur Chriſtum quatenus hominem eſſe Filium Dei adoptiuum.

Lib. 1. aduerſus hæreſes cap. 21.

2. de Trinit. poſt medium.

Quomodo intelligendi ſint SS. Patres, dum dicunt Chriſtum eſſe Filium adoptiuum.

Reſpondeo SS. Patres impropriè vti nomine adoptionis, volentes potiùs per adoptionem humanitatis ſignificare ipſam ſubſtantialem vnionem humanitatis cum Verbo, quam ipſam humanitatem Chriſti fuiſſe adoptatam, vt communiter explicant Theologi. Si enim Chriſtus eſſet Filius adoptiuus, non eſſet præcisè petenda eius adoptio ab vnione hypoſtatica, quia illa per ſe non confert rationem diuinæ filiationis. *Ad S. Hilarium* dico lectionem illam videri mendoſam, quia quamuis in aliquibus codicibus ſit illud *adoptatur*, in alijs tamen dicitur *adoratur*, vt reperi in antiquo Codice impreſſo Anno Sal. M.D.X. qui extat apud me in Bibliotheca S. Pudentianæ de Vrbe num. 1001. ibi enim loco ſupracitato fol. 9. ſermonem habens de Chriſti Natiuitate ſecundùm carnem ait: *Aliud intelligitur: aliud videtur: aliud oculis: aliud animo conſpicitur. Parit virgo: partus à Deo eſt: Infans vagit: laudantes Angeli audiuntur: panni ſordent: Deus adoratur. Ita poteſtatis dignitas non amittitur: dum carnis humilitas adoratur.*

Tertia obiectio.

Reponunt tertiò. Ideò Chriſtus eſt Filius Dei naturalis, quia eſt genitus à Deo Patre, ſed vt homo non eſt genitus à Deo Patre ergo vt homo non eſt Filius Dei naturalis, ſed adoptiuus. Addo quod Chriſto tribuenda eſt omnis dignitas naturæ humanæ, ſed quod homo ſit Filius Dei adoptiuus eſt dignitas naturæ humanæ, ergo tribuenda eſt Chriſto.

Chriſtum eſſe Filium Dei naturalē, quomodo intelligatur.

Reſpondeo quod hæc propoſitio, *Chriſtus vt homo eſt Filius Dei naturalis* non eſt ſumenda ſpecificatiuè, nimirum Chriſtus ſecundùm quod homo eſt, quia humanitas Chriſti non eſt genita à Deo, ſed à Beata Virgine; ſed ita debet ſumi illa propoſitio, videlicèt Chriſtus vt homo eſt Filius Dei naturalis, quia perſonaliter eſt Filius naturalis Dei. Inter filiationem autem ſimpliciter naturalem, & ſimpliciter adoptiuam datur medium, hoc eſt eſſe Filium Dei, non abſolutè naturaliter, ſed per participationem filiationis naturalis;

Digitized by Google

lis; ſic cum humanitas Chriſti ſit vnita cum perſona Filij naturalis Dei, hinc per participationem dicitur Chriſtus quatenus homo eſſe Filius naturalis Dei. Ad additum dico quod vtique eſſe Filium Dei adoptiuum dicit aliquam perfectionem, ſed admixtam imperfectione. Vnde non omnis dignitas arguens imperfectionem admittenda eſt in Chriſto, ſed ſolùm illa, quæ arguit imperfectionem neceſſariò conſequentem ad naturam humanam. Dignitas autem adoptionis ſupponit extraneitatem, quæ eſt imperfectio non neceſſariò conſequens ad naturam humanam, & per conſequens non eſt admittenda in Chriſto.

Chriſtus Ieſus clauſo B. Mariæ Virginis vtero natus eſt.

De his, qui circa hanc ineffabilem veritatem errauere. Et Vtrum B. Maria Deipara ſemper Virgo extiterit, ante partum, in partu, & poſt partum?

§. IX.

DEiparam Virginem eſſe quis negat? *Hortus concluſus, Soror mea Sponſa, hortus concluſus, fons ſignatus* à Dilecto vocatur. O mirabilis duarum rerum tam diſſimilium vnio! Virginitas, & partus; partus cum virginitate, & virginitas cum partu. *Quis enim inquam, aut in quâ generatione*, exclamat S. Epiphanius, *ſanctæ Mariæ nomen auſus eſt appellare, qui non ſciſcitanti ſtatim vocabulum Virginis adiunxit?* Tanta igitur eſt eius virginitatis puritas, vt virginitatis flos cæterarum Virginum ab hoc lilio odorem receperit. Attamen (O magna impudentia!) non defuerunt, qui eius virginitatem auſu planè temerario impugnauere. Hinc Carpocrates, Cerinthus, & Ebionitæ adeò mente excæcati, Deiparam virili opere Chriſtum genuiſſe aſſerere non timebant, eò quòd in ſacris paginis ipſa vocetur *Mulier*. Nec defuerunt etiam, qui eam poſt partum Virginem remanſiſſe negabant, quod nefarium dogma præ cæteris docuerunt Apollinarij, alijque, quos *Antidicomarianitas* Epiphanius nominat, qui vt idem refert, quaſi præcipuo quodam in Virginem odio ſuſcepto, vt eius gloriam obſcurarent, ſiue inuidia, ſiue erroris tenebris obcæcati, quo mortalium animas inqui-

na-

Cantic. 14. 4.

Hæreſ. 78. 5. 6.

Epiph. hæreſ. 78.

Digitized by Google

narent, eò temeritatis progreſſi ſunt, vt Sanctiſſimam Mariam poſt Chriſtum in lucem editum cum viro ſuo Ioſepho conſuetudinem habuiſſe dicerent; Quin imò hunc errorem ſecuti ſunt Eunomius, Heluidius, Iouinianus, Bonoſus, qui præter Chriſtum vnicum Mariæ Filium, alios ſui viri opere genitos eſſe iactitarunt, qui *Domini fratres* in Euangelio ſæpiùs appellantur. Quæ omnia ab Eccleſia Catholica ſemper deteſtata fuiſſe vt ſacrilega, infrà demonſtrabimus.

Antequàm vlteriùs progrediamur, explicandum eſt, quid ſit Virginitas, & quot conditiones ad illius integritatem requirantur, & vtrùm in Virginibus detur aliqua virginitatis nota, vt tales cognoſcantur. Virginitas definitur à Medicis, quòd ſit *partium muliebrium integritas, à concubitu, & congreſſu virili non violata*. Tria requiruntur ad virginitatem amittendam. Primum, *Virginei ſigilli violatio*. Secundum, *Reſolutio ſeminis delectationem ſenſibilium cauſans*. Tertium, *Propoſitum perueniendi ad talem delectationem*. Hinc colligit D. Thomas, quòd ad virginitatis naturam, & eſſentiam non ſpectat qualiſcumque corporis integritas. Vndè niſi Tertium acceſſerit, nullum ſui diſpendium patitur, & intacta perſeuerat. S. Auguſtinus docet virtutem virginitatis, & pudicitiæ illibatam ſeruari poſſe, etiam ſi corpus inuitè per alienam libidinem polluatur; & dum propoſitum perueniendi ad talem delectationem non adſit, cum caro non ſit in noſtra poteſtate, ſit tamen mens, ait enim: *Sed cùm pudicitia virtus ſit animi, comitemque habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo conſentire decernat: nullus autem magnanimus, & pudicus in poteſtate habeat, quid de ſua carne fiat, ſed tantùm quid annuat mente, vel renuat: quis tandem ſana mente putauerit ſe perdere pudicitiam, ſi forte in apprehenſa, & oppreſſa carne ſua exerceatur & expleatur libido non ſua? Si enim hoc modo pudicitia perit, profectò pudicitia virtus animi non erit*.

Virginitas quid?

D. Thomas 2. 2. quæſt. 152.

Lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 18.

Ad Virginitatem amittendam requiritur propoſitum perueniendi ad talem delectationem.

Vtrùm verò dentur aliqua virginitatis ſigna, & quæ, ſint apud Medicos controuerſum eſt. Attamen ferè omnes medicæ artis Profeſſores contendunt, quandam membranulam quæ *hymen* vocatur ſuper induci in ore vteri corporis virginei, quæ quandiu integra perſeuerat, Virginitas ſtet illibata, vbi verò per actum libidinis frangitur, omninò corporea mulieris Virginitas pereat. Pro hac ſententia ſunt Daniel Sennertus *tom. 3. lib. 4. part. 2. ſect. 2. cap. 1. de Virginitate*, Auicennas *lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 1.* Auerroes *tract. 1. collectan. cap. vlt.* Idem ferè ex Auicenna docent Nicol. Florentinus *ſerm. 1. tract. 1. cap. 7. & ibid. tract. 3. cap. 30.* Andreas Veſa-

Digitized by Google

Veſalius, Falopius, Picolominus, Aquapendens, Caſſerius, idemque aſſerit *Anotomia Bartholiniana*, cap. 31. de *Hymene*. Hujus ſententiæ annuere videtur aliquatenus Auguſtinus loc. ſupr. dum ait; *Obſtetrix virginis cuiuſdam integritatem manu velut explorans, ſiue maleuolentia, ſiue inſcitia, ſiue caſu dum inſpicit, perdidit; Non opinor quemquam tam ſtultè ſapere, vt huic periiſſe aliquid exiſtimet, etiam de ipſius corporis ſanctitate, quamuis membri illius integritate iam perdita*. Per quæ verba probat etiam ſanctitatem, & virginitatem corporis, non in ſola membrorum integritate conſiſtere. Idem ad probandam virginitatem non amitti per quandam violationem corporis, in medium profert Lucretiam nobilem Romanam, quæ violenter, & libidinosè oppreſſa à Sexto Tarquinio Regis filio, poſtquam nequiſſimum ſcelus Viro indicauerit, rogans vt vindictam de adultero ſumeret, ægra, & impatiens fæditatis in ſe commiſſæ, ſe ipſam peremit. *Vos appello*, exclamat Auguſtinus, *Leges, Iudiceſque Romani. Nempe poſt patrata facinora, nec quenquam ſceleſtum indemnatum, impunè voluiſtis occidi. Si ergo ad veſtrum iudicium quiſquam deferret hoc crimen: vobiſque probaretur, non ſolùm indemnatam, verùm etiam caſtam, & innocentem interfectam eſſe mulierem; nonnè eum qui id feciſſet, ſeueritate congrua plecteretis? Hoc fecit illa Lucretia, illa illa ſic prædicata Lucretia: innocentem, caſtam, vim perpeſſam Lucretiam Lucretia inſuper interemit. Proferte ſententiam. Quòd ſi propterea non poteſtis &c.*

Virginitas non amittitur per quandam corporis violationem.

Lucretia Romana.

Lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 19.

His breuitèr ad Virginitatis notitiam attactis, quæritur in præſenti, vtrùm B. Virgo Maria antequam Chriſtum pareret, vel in ipſo partu, vel etiam poſt partum, illud Virginitatis ſigillum, clauſtrumque illibatum ſeruauerit. Et in primis tanquam fabuloſum reijcio quod narrat Bartholomæus Chaſſanęus in Catalogo gloriæ Mundi part. 4. ex Suida, nempè quod Sacerdotes iuſſerunt fideliſſimis obſtetricibus, vt diligenter perſcrutarentur, ſi Maria Virgo eſſet: Obſtetrices verò re talitèr inuenta affirmarunt Virginem eſſe. Quem errorem temporibus noſtris ſecutus eſt Ioannes Maria Vincenti in ſuo libro Italicè edito, cui titulus eſt: *Il Meſſia venuto, Diſcorſ. 22. pag. 209.* meritò à Sacra Congregatione Indicis prohibito; Quod ſi curioſè quæras, cur hæc ſit fabula de puriſſima Virgine dicta, vide *Bartoloccium* in ſua Bibliotheca magna Rabbinica part. 3. derogat enim honori B. V. Mariæ, quòd ab obſtetricibus illius virginitas fuerit explorata.

Bartholomęus Chaſſanæus.

Suidas.

Ioannes Maria Vincenti.

Iulius Bartoloccius.

Dicendum eſt igitur ab omnibus Catholicis, Deiparam Mariam Virginem fuiſſe ante partum; ſua virginitate illæſa Chriſtum pepe-

riſſe,

riſſe, ac poſt partum illibatam Virginem permanſiſſe corde, corpore, ſpiritu, voluntate, deſiderio, affectu, facto, voto, & cogitatione, ante partum, in partu, & poſt partum. Quo poſito ſequitur, vt nunquam cogitarit, deſiderarit, nunquam propoſuerit, nunquam voluerit, nunquam conſenſerit admittere in ſe carnalem corruptionem. Hæc veritas determinata fuit in pluribus Concilijs tàm Generalibus, quàm Prouincialibus, præſertim in Lateranenſi ſub Martino I. conſult. 5. can. 3. vbi generatim definitur Mariam Deiparam non ſolùm in conceptione Chriſti, & partu, ſed etiam poſt partum Virginem illibatam fuiſſe, his verbis: *Si quis ſecundùm SS. Patres non confitetur propriè, & ſecundùm veritatem, Dei genitricem ſanctam, ſemperque Virginem, & Immaculatam Mariam, vtpote ipſum Deum Verbum ſpecialiter, & veraciter, qui à Deo Patre ante omnia ſæcula natus eſt, in vltimis ſæculorum abſque ſemine concepiſſe ex Spiritu Sancto, & incorruptibiliter eam genuiſſe, indiſſolubili permanente, & poſt partum eiuſdem virginitate, condemnatus ſit.* Quòd ſi in ipſo partu virginitatem amiſiſſet, poſt partum indiſſolubilis ipſa non maneret, cum Virginitas ſemel amiſſa recuperari non poſſit. Eandem veritatem profeſſi ſunt omnes SS. Patres tàm Græci, quàm Latini. Vnde S. Epiphanius contra Antidicomarianitas ait: *Nam quæ rationes ad illud oſtendendum non ſuppetant, Beatam Virginem in caſtimonia perſtitiſſe? Doceant nos illi, poſt Saluatorem in lucem editum vllos Mariam peperiſſe liberos. Dicant horum nomina, ac ſi placet, confingant, fraudis, ac verſutiæ omnis architecti. Sed illud demonſtrare nunquam poterunt. Non enim vllam Virgo viri conſuetudinem habuit. Abſit vt habuiſſe putemus.* S. Fulgentius ſerm. 2. de Natal. Domini idem aſſeuerat. *De Cœlis*, inquit, *medicus tranſiens per Virginem, poſt tranſitum ſuum illam fecit virginem permanere. Qui enim dirupta corporum membra in alijs poterat integrare tangendo, quanto magis in ſua Matre, quod inuenit integrum, potuit non violare naſcendo? Creuit eius partu integritas corporis potius, quàm decreuit; & virginitas ampliata eſt potiùs, quàm fugata.* S. Ambroſius lib. de inſtitut. Virg. cap. 7. ita concludit: *Quæ eſt hæc porta, niſi Maria? Ideò clauſa, quia Virgo. Porta igitur Maria, per quam Chriſtus intrauit in hunc mundum, quando virginali fuſus eſt partu, & genitalia Virginis clauſtra non ſoluit. Manſit intemeratum ſeptum pudoris, & inuiolata integritatis durauere ſignacula, cum exiret ex Virgine, cuius altitudinem mundus ſuſtinere non poſſet.* S. Auguſtinus pluribus in locis id etiam affirmat: vt in ſerm. 21. *Virgo genuit, quia virgo concepit, inuiolata pepe-*

S. Epiphanius hæreſ. 78.

S. Fulgentius.

S. Ambroſius de myſtica porta Ezechielis cap. 44.

S. Auguſtinus.

hh *rit,*

rit, quia in conceptu libido non fuit. Vtrobique miraculum: & ſine corruptione grauida, & in partu Virgo puerpera. Tandem meus theodidactus Bernardus inquit: *Nouum fecit Dominus ſuper terram, vt mulier circumdaret virum, nec alium quàm Chriſtum, de quo dicitur: Ecce vir Oriens nomen eius.* Et paulò poſt: *Hanc enim Sacerdotalis virga, dum ſine radice floruit: hanc Gedeonis vellus, dum in medio ſiccæ areæ maduit: hanc in Ezechielis viſione orientalis porta, quæ nulli vnquam patuit, præſignabat.*

S. Bernardus ſerm. in cap. 12. Apocal.

Probatur, & præcipuè contra Iudæos. In Iſaia legimus: לכן יתן אדני הוא לכם אות הנה העלמה הרה וילדת בן וקראת שמו עמנואל חמאה ודבש יאכל לדעתו מאוס ברע ובחור בטוב : *Idcircò dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo prægnans, & pariens filium, & vocabis nomen eius Himmanuel: butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare in malo, & eligere in bono.*

Iſa. 7. v. 14. & 15. Vulgata. *Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.*

Ex Talmud in tractatu Maccot cap. 3. intelligitur hanc prophetiam eſſe de Meſſia ſcriptam, ſed perfidia iudaica, vt non manifeſtetur veritas, vertit ſenſum prophetiæ, ſumendo loco Virginis nomen iuuenculæ, vel puellę innuptæ. Sed ſi ſic eſt quarè ſupra dicitur: *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum? Nouum debet eſſe*, ait D. Hieronymus, *atque mirabile. Sin autem iuuencula, vel puella, vt Iudæi volunt, & non Virgo pariat, quare ſignum poterit appellari: cum hoc nomen ætatis ſit, non integritatis?* Alij Hebræorum vertentes vocem עלמה *Almà* pro puella non apta ad pariendum, dicunt ſignum conſiſtere in hoc, quòd puella, quæ non eſt apta ad pariendum, concipiet, & pariet; Inſulſa tamen eſt hæc interpretatio, quia verè miraculum, ſeu ſignum in hoc conſiſtere debet, quòd Virgo concipiet, & pariet, remanente eadem virginitate poſt partum, quæ ante partum erat. Hinc ad nihilum valet, meo videri, argumentum Landriani Mediolanenſis Monachi Oliuetani in primo tractatu de partu Virginis contra Hebræos, & Hæreticos, vbi auditis Rabbinorum verbis, precipuè R. Salomonis dicentis: ויש פותרים שזה האות שהעלמה היתה ואינה ראויה לוולד : *Et ſunt exponentes, quia ſignum iſtud, quòd Ngalmàh erat; & non ipſa apta ad prolem.* Ita Landrianus exclamat, ac exultat: *Bone Deus! Quid clarius, quid maius à Rabbinis dici poterat pro confeſſione huius catholicæ veritatis prophetiæ? Si hæc puella non erat idonea ad coitum viri, ad concipiendum, & pariendum filium; ergo falſum eſt, quòd fuerit uxor, vel Prophetæ, vel Regis, vel cuiuſque; ergo veriſ-*

Talmud tract. Maccot. cap. 3.

S. Hier. in Iſa. 7.

Argumentum Landriani refellitur.

Digitized by Google

veriſſimum eſt, *quod fuerit Virgo*. Hæc vltima conſequentiá non tenet, nec rectè infertur ex pręmiſſis, quia poteſt fœmina non eſſe idonea ad coitum viri, & tamen poteſt eſſe vxor alicuius, vel poteſt eſſe ſterilis; ergo ex ineptitudine ad prolem, ad coitum viri, & ad concipiendum, non rectè infertur Virginitas. Pariter ſi nomine puellæ ſemper intelligeretur virgo, non diceret Scriptura, quòd ſerui Regis Dauid quæſierunt puellam virginem ad calefaciendum eum. Audiamus textum: ויאמרו לו עבדיו יבקשו לאדני המלך נערה בתולה ועמדה לפני המלך ותהי־לו סכנת ושכבה בחיקך וחם לאדני המלך ׃ ויבקשו נערה יפה בכל גבול ישראל וימצאו את־אבישג השונמית ויבאו אתה למלך ׃ והנערה יפה עד־מאד ותהי למלך סכנת ותשרתהו והמלך לא ידעה ׃ *Dixeruntque ei ſerui eius: Quęrant Domino meo Regi puellam virginem*, *& ſtet ad facies Regis*, *& ſit ei proficiens*, *& cubet in ſinu tuo*, *& fiat calor Domino meo Regi*. *Et quæſierunt puellam pulchram in omni termino Iſrael*, *& inuenerunt Abiſagh Sunamiten*, *& adduxerunt eam ad Regem*. *Et puella pulchra* (erat) *admodum*, *& erat Regi proficiens*, *& miniſtrabat ei*, *& Rex non cognouit eam*. Non erat igitur neceſſe ponere *puellam virginem*, ſi *puellæ* nomen ex ſe ſignificaret virginitatem. Hinc videbis, quod non ponitur עלמה *Virgo*, ſed eius loco ponitur בתולה, quę vox non ſcribitur in ſupracitato textu Iſaiæ 7. 14. cum eius loco poſitum ſit העלמה, quæ vox præter LXX. qui poſuerunt ἡ παρθένος, omnes *adoleſcentulam* tranſtulerunt. Ambiguum enim eſt hoc Verbum עלמה apud Græcos, cum dicatur de adoleſcentula, & abſcondita, ſumendo eius radicem à עלם, quæ ſignificat abſcondere: inde *Almà* vocatur Virgo abſcondita viro; hinc & lingua Punica, quæ hebrææ affinis eſt, Virgo vocatur *Almà*; Igitur non aliam interpretationem huius vocis *Almà* admittendam eſſe cenſeo, præter hanc de Virgine adoleſcentula, vel abſcondita, & ignota viro, dicente D. Hieronymo: *Et quantum cum mea pugno memoria, nunquam me arbitror* Almà *in muliere nupta legiſſe*.

3. Reg. 1. 2. Vulgata. *Dixerũt ergo ei ſerui ſui: Quæramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram rege, & foueat eum, dormiatque in ſinu ſuo, & calefaciat dominum noſtrum Regem. Quæſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & inuenerunt Abiſag Sunamitidẽ, & adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum Rege, & miniſtrabat ei, Rex verò non cognouit eam.*

S. Hieron. in Iſa. 7.

Probatur ex locis ſacræ Scripturæ vbi reperitur hæc vox *Almà*. Primò reperitur Geneſ. vbi dicitur: הנה אנכי נצב על־עין המים והיה העלמה היצאת לשאב *Ecce ego ſtans ſuper fontem aquæ*, *& erit puella egrediens ad baurien-*

Geneſ. 24. 43. Vulgata. *Ecce ſto iuxta fontẽ aquæ; & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam, etc.*

dum &c. Quę verba ſunt ſerui Abrahę Deum deprecantis pro Iſaac, vt dignaretur ei oſtenderę puellam, quam Dominus ſuus duceret in vxorem, puellam (inquam) non corruptam, ſed Virginem, vt Vulgata ſentit in hoc verſu.

Secundò reperitur Exod. vbi ſoror Moſis vocatur העלמה dicitur enim ibi ותלך העלמה ותקרא את־אם הילד *Et iuit puella, & vocauit matrem pueri*; Neque de ſorore Moſis ſuſpicandum eſt, quòd non fuerit virgo, quia nuſquam legimus virum habuiſſe, nec cognouiſſe, tunc ſaltem viro nondum data fuerat.

Exod. 2. 8. Vulgata. *Perrexit Puella, & vocauit matrem ſuã.*

Tertiò reperitur Prouerb. 30. vbi dicitur: שלשה חמה נפלאו ממני וארבעה לא ידעתים: דרך הנשר בשמים דרך נחש עלי צור דרך אניה בלב ים ודרך גבר בעלמה: *Tria ipſa abſcondita ſunt à mę: & * quatuor non cognoui: Viam Aquilæ in cœlis, viam ſerpentis ſuper petram, viam nauis in cordę maris, & viam viri in puella* (Virgine). Hoc quartum intelligitur de Meſſia, qui venturus erat ex vtero Virginis, abſque læſione virginitatis ſuæ ſacratiſſimæ, ac immaculatæ matris, & quia hoc eſt omninò ſupra captum, & intellectum hominis, hinc eſt, quòd Salomon hoc non cognouit, licèt ſapientiſſimus. Vndè ait D. Hieronymus: *Igitur quod natura non habuit, vſus neſciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum, ſtupet terra, creatura omnis, & cœleſtis miratur. Hoc totum eſt, quod per Gabrielem Mariæ promittitur, & per Spiritum Sanctum adimpletur.* Conformiter ad hoc nos admonet S. Leo, *Cum ad intelligendum Sacramentum Natiuitatis Chriſti, qua de Maria Virgine eſt ortus, accedimus, abigatur procul terrenarum caligo rationum, & ab illuminatæ fidei oculo mundanæ ſapientiæ fumus abſcedat.* Et quia Iudæi inter quos Kimchì, volunt hoc nomen עלמה eſſe genericum cum נערה, & tam ſignificare Virginem, quam mulierem viro cognitam, adducunt in teſtem quod ſequitur Prouerb. 30.

Prouerb. 30. 18.

Vulgata: *Tria ſunt difficilia mihi, & * quartum penitus ignoro: viam aquilæ in Cœlo, viam colubri ſuper petrã, viam nauis in medio maris, & viam viri in adoleſcentia.*

Serm. de aſſumpt. Virg. Mariæ.

Serm. 7. de Natiuit.

19. כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה פיה ואמרה לא פעלתי און: *Sic via mulieris adulterantis; comedit, & terſit os ſuum, & dixit: non operata ſum iniquitatem.* Ex hoc igitur arguunt Iudęi hanc vocem עלמה eſſe communem tum virgini, tum mulieri adulteranti, quia poſtquam Salomon dixit ſe non cognouiſſe viam viri in עלמה *virgine*, ſequitur: *ſic via mulieris adul-*

Ibid. Vulgata. *Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit: Non ſum operata malum.*

Iona in annot. 7. Doctrinæ Christianæ.

adulterantis &c. Hoc eſſe falſiſſimum oſtenditur auctoritate *R. Ben Scioeb* relata à Ioanne Baptiſta Iona, vbi in Paraſcià ואת חוקת התורה cap. 19. Num. dicit, quod ille locus *Sic via mulieris &c.* intelligitur de virtute pœnitentiæ, & non de muliere adultera, qualis virtus pœnitentiæ eſt tanti valoris, vt licèt inueniat animam ad inſtar meretricis, per pœnitentiam aſcendit ſupra gradum iuſti perfecti. Vndè ita dixerunt Hebræorum ſapientes: *Locus in quo ſtant pœnitentes, ibi non poſſunt aſcendere iuſti*. Quod conſonat cum illo Chriſti Domini: *Ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia*. Niſi velimus dicere, quod hæc mulier adultera ſit Synagoga, quæ Deo deſponſata in monte Sinai in legis ſuſceptione, ſtatim declinauit à Deo per Idololatriam in adoratione vituli, & nunc effecta inuerecunda, & viuens publicè de meretricio, reputat totum ſibi licere, ideoque terſit os ſuum, & dixit, non ſum operata iniquitatem, negando ſe in Chriſtum peccaſſe, vt metaphoricè gloſſat *Lyranus*.

Luc. 15. 7.

Lyr. in gloſſ. ord. Prouerb. 30. 19.

Obiectio cuiuſdam Iudæi de virginitate Mariæ diluitur.

Quadam die cum de hoc ſermonem haberem cum quodam hebræo, obiecit mihi dicendo, quod D. Hieronymus in hoc loco Iſaiè vertit hanc vocem עלמה pro *Virgine*; & in Cantica Cantic. 1. 2. vbi dicitur על־כן עלמות אהבוך ly עלמות vertit pro *Adoleſcentulis*, Igitur ſic arguit: ſi עלמות ſignificat *Adoleſcentulas*, עלמה ſignificat adoleſcentulam; ergo ſicut nomine adoleſcentularum non intelliguntur Virgines, neque per nomen adoleleſcentulæ intelligitur Virgo. Conceſſo à me antecedenti, negaui vtramque conſequentiam, videlicèt, quod nomine adoleſcentularum non intelliguntur Virgines, deſumendo rationem ab eodem lib. Cantic. 6. v. 7. vbi dicitur: ששים המה מלכות ושמונים פלגשים ועלמות אין מספר: *Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta Concubinæ (*Vxores*) & adoleſcentularum non eſt numerus*; Vndè ſic argumentatus ſum contra ipſum: hæ adoleſcentulæ quid ſunt? non Reginæ, quia iam enumeratæ ſunt; non Concubinæ, quia pariter ſunt enumeratæ; ergo quid erunt, niſi Virgines intactæ, & illibatæ? Certè inter Reginas, & Concubinas, ſiue Vxores, non aliud, niſi virginitatis medium reperitur. Neque audiendi ſunt hæretici dicentes, hæc verba *Ecce Virgo prægnans*, ſeu vt Vulgata refert, *concipiet* intelligenda eſſe in ſenſu diuiſo, hoc eſt, quæ antea erat Virgo concipiet, & poſt conceptionem non remane-

Cantic. 6. 7. Vulgata idem vertit.

Digitized by Google

manere Virginem. Error enim grauiſſimus eſt, & hæreſis apud Catholicos, vt ſupra oſtenſum eſt, quia verè in ſenſu compoſito cum virginitate, Virgo eſt ante partum, in partu, & poſt partum; de quo ineffabili myſterio ſtupens S. Cyprianus exclamat. *O Domine quam admirabile eſt nomen tuum, verè tu es Deus, qui facis mirabilia. Non modò huius Mundi ſtaturam admiror, non ſtabilitatem terræ, non Lunæ defectum, non Solem ſemper integrum, & laborem eius perpetuum &c. Miror Deum in vtero Virginis, miror Omnipotentem in Cunabulis; miror quomodo Verbo Dei caro adhæſerit.*

S. Cypr. tract. de Natiuit. Chriſti. Quidquid ſit, an hic tract. ſit genuinus vel non.

Ex alijs ſacræ Scripturæ auctoritatibus oſtendi poteſt Meſſiam debere naſci ex Virgine, quarum aliquæ ſunt præſentes: In Iſaia 53. legimus: ויעל כיונק לפניו וכשרש מארץ ציה *Et aſcendit ſicut virgultum coram eo* (hoc eſt coram Deo) *& ſicut radix de terra ſiccitatis*. Quæ verba R. Moſes Garundenſis explicat de Meſſia, dicens virgultum ſignificare Meſſiam, & radicem de terra ſiccitatis ſignificare vterum Virginis illius matris: & ſicuti terræ ſiccæ non datur, nec ipſa recipit ſemen, hinc cum Beata Virgo ſit figurata per illam terram ſiccam, abſit vt dicatur ipſam debuiſſe recipere ſemen humanum ad concipiendum Meſſiam, ex quo ſequitur manifeſtè debuiſſe naſci ex Virgine intacta, & illibata, & non ex muliere corrupta. Sed quid mirum quod populus ſic incredulus & durę ceruicis non credat Meſſiam debuiſſe naſci ex Virgine? Nonne hoc etiam prædixit Ieremias dicens: שובי בתולת ישראל שובי אל־עריך אלה׃ עד־מתי תתחמקין הבת השובבה כי־ברא יהוה חדשה בארץ נקבה תסובב נבר׃ כה־אמר יהוה צבאות אלהי ישראל׃ *Reuertere Virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſquequò vertes te illuc, & huc filia refractaria, quia creauit Dominus nouum in terra, Fœmina circumdabit virum. Sic dixit Dominus exercituum Deus Iſrael &c.* R. Dauid Kimchi exponens hunc locum dicit per *Virum* ſignificari populum hebræum, & per fœminam ſignificari diuinitatem, quæ illum debebat circumdare, cum ad Deum conuerſus fuiſſet. Alij verò tàm perfidi vel per fas, vel nefas, volentes omnibus modis negare Meſſiam debuiſſe naſci ex Virgine, explicant præfatum Ieremiæ vaticinium hoc modo, videlicèt, per hominem intelligi debere Holofernem, & per fœminam Iudith, eò quòd hæc virili animo eum in proprio conopæo circumdans caput am-

Iſai. 53. 2. Vulgata. *Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti.*

R. Moſes Garundenſis.

Ierem. 31. 22.

Vulgata. *Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſquequò delicijs diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum ſuper terram: Fœmina circumdabit virum. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael.*

Digitized by Google

amputauit. Sed contra eſt, quia quo ad primum, non eſſet nouum hebræos debere conuerti ad Deum, quia aliàs hoc fecerunt, & quotieſcumque in eius gratia perſeuerabant, à diuinitate circumdati erant. Ad ſecundum pariter dico non eſſe nouum, quia antequam Iudith caput Holofernis amputauerit, aliæ fœminæ ſimilia facinora fecerunt: vt Tamira Scitharum Regina, quæ vt vltionem ſumeret de amato filio, Cyri Perſarum Regis caput amputauit. Hecuba Priami Regis Troiæ vxor, oculos Polinaſtres Tracum Regi effodit. Pariter lib. 4. Reg. cap. 11. v. 1. Athalia mater Ochoziæ, videns mortuum filium ſuum, ſurrexit, & interfecit omne ſemen regium. Ex hoc igitur deducitur, quod licèt facinus Iudith fuerit magnum, tamen non eſt nouum, quia ſimilitèr fecerunt aliæ fœminæ. Fuit verò nouum, & inauditum, quod vir circumdatus eſſet à Virgine, natus ex ea abſque læſione virginitatis eius. Et hoc eſt quod dicit Iſaias בטרם תחיל ילדה בטרם יבוא חבל לה והמליטה זכר: מי־שמע כזאת מי ראה כאלה *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret dolor ei, & enixa eſt maſculum. Quis audiuit tale? quis vidit huic ſimile?* ſcilicèt antequam B. Virgo Maria dolorem partus ſentiret, peperit, quia ſicut Virgo concepit, ita ſine dolore peperit, & quia nec ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, addit Propheta. *Quis audiuit tale? Quis vidit huic ſimile?* Sicut enim nulla alia Virgo, Virginitate remanente concepit, ita nec ſine dolore peperit. Hæc eſt illa myſtica Porta, de qua locutus eſt Ezechiel dicens: וישב אתי דרך שער המקדש החיצון הפנה קדים והוא סגור: ויאמר אלי יהוה השער הזה סגור יהיה לא יפתח ואיש לא־יבא בו כי יהוה אלהי־ישראל בא בו והיה סגור: *Et redire fecit me viam portæ ſanctuarij exterioris reſpicientis Orientem, & ipſa clauſa. Et dixit ad me Dominus: Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non egredietur in eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt in eam, eritquè clauſa.* Quid clarius? En ter dicitur clauſa. Primò *Et ipſa clauſa* quia erat Virgo, antequam concipiat. Secundò *Porta hæc clauſa erit, non aperietur*, quia in eius conceptione, ſeu in partu virgo erit; Quare? *Quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt in eam.* Tertiò tandem *Erit clauſa*, quia in partu, & poſt partum virgo permanebat. Hanc tuam virginitatem o Deipara conſeruatam agnouimus

in

Iſai. 66. 7.
Vulgata.
Antequam parturiret peperit, antequā veniret partus eius, peperit maſculum. Quis audiuit vnquā tale? & quis vidit huic ſimile?

Ezech. 44. 1. 2.

Vulgata.
Et conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientē: & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Porta hęc clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſibit per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa.

Digitized by Google

Veſalius, Falopius, Picolominus, Aquapendens, Caſſerius, idemque aſſerit *Anotomia Bartholiniana*, cap. 31. de *Hymene*. Huius ſententiæ annuere videtur aliquatenus Auguſtinus loc. ſupr. dum ait: *Obſtetrix virginis cuiuſdam integritatem manu velut explorans, ſiue maleuolentia, ſiue inſcitia, ſiue caſu dum inſpicit, perdidit; Non opinor quemquam tam ſtultè ſapere, vt huic periiſſe aliquid exiſtimet, etiam de ipſius corporis ſanctitate, quamuis membri illius integritate iam perdita.* Per quæ verba probat etiam ſanctitatem, & virginitatem corporis, non in ſola membrorum integritate conſiſtere. Idem ad probandam virginitatem non amitti per quandam violationem corporis, in medium profert Lucretiam nobilem Romanam, quæ violenter, & libidinosè oppreſſa à Sexto. Tarquinio Regis filio, poſtquam nequiſſimum ſcelus Viro indicauerit, rogans vt vindictam de adultero ſumeret, ægra, & impatiens fæditatis in ſe commiſſæ, ſe ipſam peremit. *Vos appello*, exclamat Auguſtinus, *Leges, Iudiceſque Romani. Nempe poſt patrata facinora, nec quenquam ſceleſtum indemnatum, impunè voluiſtis occidi. Si ergo ad veſtrum iudicium quiſquam deferret hoc crimen: vobiſque probaretur, non ſolùm indemnatam, verùm etiam caſtam, & innocentem interfectam eſſe mulierem; nonnè eum qui id feciſſet, ſeueritate congrua plecteretis? Hoc fecit illa Lucretia, illa illa ſic prædicata Lucretia: innocentem, caſtam, vim perpeſſam Lucretiam Lucretia inſuper interemit. Proferte ſententiam. Quòd ſi propterea non poteſtis &c.*

Virginitas non amittitur per quandam corporis violationem.

Lucretia Romana.

Lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 19.

His breuitèr ad Virginitatis notitiam attactis, quæritur in præſenti, vtrùm B. Virgo Maria antequam Chriſtum pareret, vel in ipſo partu, vel etiam poſt partum, illud Virginitatis ſigill[illegible] clauſtrumque illibatum ſeruauerit. Et in primis tanquam [illegible] reijcio quod narrat Bartholomæus Chaſſanęus in Catalogo [illegible] Mundi part. 4. ex Suida, nempè quod Sacerdotes [illegible] ſimis obſtetricibus, vt diligenter perſcrutarentur, ſi Maria Virgo eſſet: Obſtetrices verò re talitèr inuenta affirmarunt Virginem [illegible] Quem errorem temporibus noſtris ſecutus eſt Ioannes Maria Vincenti in ſuo libro Italicè edito, cui titulus eſt: *Il* [illegible] *Diſcorſ.* 22. *pag.* 209. meritò à Sacra Congregatione [illegible] bito; Quod ſi curioſè quæras, cur hæc ſit [illegible] gine dicta, vide *Bartoloccium* in ſua Bibliotheca [illegible] part. 3. derogat enim honori B. V. Mariæ [illegible] lius virginitas fuerit explorata. 78.

Di[illegible] *hom*[illegible]

Vir[illegible]

Digitized by Google

riſſe, ac poſt partum illibatam Virginem permanſiſſe corde, corpore, ſpiritu, voluntate, deſiderio, affectu, facto, voto, & cogitatione, ante partum, in partu, & poſt partum. Quo poſito ſequitur, vt nunquam cogitarit, deſiderarit, nunquam propoſuerit, nunquam voluerit, nunquam conſenſerit admittere in ſe carnalem corruptionem. Hæc veritas determinata fuit in pluribus Concilijs tàm Generalibus, quàm Prouincialibus, præſertim in Lateranenſi ſub Martino I. conſult. 5. can. 3. vbi generatim definitur Mariam Deiparam non ſolùm in conceptione Chriſti, & partu, ſed etiam poſt partum Virginem illibatam fuiſſe, his verbis: *Si quis ſecundùm SS. Patres non confitetur propriè, & ſecundùm veritatem, Dei genitricem ſanctam, ſemperque Virginem, & Immaculatam Mariam, vtpote ipſum Deum Verbum ſpecialiter, & veraciter, qui à Deo Patre ante omnia ſæcula natus eſt, in vltimis ſæculorum abſque ſemine concepiſſe ex Spiritu Sancto, & incorruptibiliter eam genuiſſe, indiſſolubili permanente, & poſt partum eiuſdem virginitate, condemnatus ſit.* Quòd ſi in ipſo partu virginitatem amiſiſſet, poſt partum indiſſolubilis ipſa non maneret, cum Virginitas ſemel amiſſa recuperari non poſſit. Eandem veritatem profeſſi ſunt omnes SS. Patres tàm Græci, quàm Latini. Vnde S. Epiphanius contra Antidicomarianitas ait: *Nam quæ rationes ad illud oſtendendum non ſuppetant, Beatam Virginem in caſtimonia perſtitiſſe? Doceant nos illi, poſt Saluatorem in lucem editum vllos Mariam peperiſſe liberos. Dicant horum nomina, ac ſi placet, confingant, fraudis, ac verſutiæ omnis architecti. Sed illud demonſtrare nunquam poterunt. Non enim vllam Virgo viri conſuetudinem habuit. Abſit vt habuiſſe putemus.* S. Fulgentius ſerm. 2. de Natal. Domini idem aſſeuerat. *De Cœlis*, inquit, *meditus tranſiens per Virginem, poſt tranſitum ſuum illam fecit virginem permanere. Qui enim dirupta corporum membra in alijs poterat integrare tangendo, quanto magis in ſua Matre, quod inuenit integrum, potuit non violare naſcendo? Creuit eius partu integritas corporis potius, quàm decreuit; & virginitas ampliata eſt potiùs, quàm fugata.* S. Ambroſius lib. de inſtitut. Virg. cap. 7. ita concludit: *Quæ eſt hæc porta, niſi Maria? Ideò clauſa, quia Virgo. Porta igitur Maria, per quam Chriſtus intrauit in hunc mundum, quando virginali fuſus eſt partu, & genitalia Virginis clauſtra non ſoluit. Manſit intemeratum ſeptum pudoris, & inuiolata integritatis durauere ſignacula, cum exiret ex Virgine, cuius altitudinem mundus ſuſtinere non poſſet.* S. Auguſtinus pluribus in locis id etiam affirmat: vt in ſerm. 21. *Virgo genuit, quia virgo concepit, inuiolata pepe-*

S. Epiphanius hæreſ. 78.

S. Fulgentius.

S. Ambroſius de myſtica porta Ezechielis cap. 44.

S. Auguſtinus.

ed by Google

Veſalius, Falopius, Picolominus, Aquapendens, Caſſerius, idemque aſſerit *Anotomia Bartholiniana*, cap. 31. de *Hymene*. Hujus ſententiæ annuere videtur aliquatenus Auguſtinus loc.ſupr.dum ait: *Obſtetrix virginis cuiuſdam integritatem manu velut explorans, ſiue maleuolentia, ſiue inſcitia, ſiue caſu dum inſpicit, perdidit; Non opinor quemquam tam ſtultè ſapere, vt huic periiſſe aliquid exiſtimet, etiam de ipſius corporis ſanctitate, quamuis membri illius integritate iam perdita*. Per quæ verba probat etiam ſanctitatem, & virginitatem corporis, non in ſola membrorum integritate conſiſtere. Idem ad probandam virginitatem non amitti per quandam violationem corporis, in medium profert Lucretiam nobilem Romanam, quæ violenter, & libidinosè oppreſſa à Sexto Tarquinio Regis filio, poſtquam nequiſſimum ſcelus Viro indicauerit, rogans vt vindictam de adultero ſumeret, ægra, & impatiens fæditatis in ſe commiſſæ, ſe ipſam peremit. *Vos appello*, exclamat Auguſtinus, *Leges, Iudiceſque Romani. Nempe poſt patrata facinora, nec quenquam ſceleſtum indemnatum, impunè voluiſtis occidi. Si ergo ad veſtrum iudicium quiſquam deferret hoc crimen: vobiſque probaretur, non ſolùm indemnatam, verùm etiam caſtam, & innocentem interfectam eſſe mulierem; nonnè eum qui id feciſſet, ſeueritate congrua plecteretis? Hoc fecit illa Lucretia, illa illa ſic prædicata Lucretia: innocentem, caſtam, vim perpeſſam Lucretiam Lucretia inſuper interemit. Proferte ſententiam. Quòd ſi propterea non poteſtis &c.*

Virginitas non amittitur per quandam corporis violationem.

Lucretia Romana.

Lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 19.

His breuitèr ad Virginitatis notitiam attactis, quæritur in præſenti, vtrùm B. Virgo Maria antequam Chriſtum pareret, vel in ipſo partu, vel etiam poſt partum, illud Virginitatis ſigillum, clauſtrumque illibatum ſeruauerit. Et in primis tanquam fabuloſum reijcio quod narrat Bartholomæus Chaſſanęus in Catalogo gloriæ Mundi part. 4. ex Suida, nempè quod Sacerdotes iuſſerunt fideliſſimis obſtetricibus, vt diligenter perſcrutarentur, ſi Maria Virgo eſſet: Obſtetrices verò re talitèr inuenta affirmarunt Virginem eſſe. Quem errorem temporibus noſtris ſecutus eſt Ioannes Maria Vincenti in ſuo libro Italicè edito, cui titulus eſt: *Il Meſſia venuto*, *Diſcorſ.* 22. *pag.* 209. meritò à Sacra Congregatione Indicis prohibito; Quod ſi curiosè quæras, cur hæc ſit fabula de puriſſima Virgine dicta, vide *Bartoloccium* in ſua Bibliotheca magna Rabbinica part. 3. derogat enim honori B. V. Mariæ, quòd ab obſtetricibus illius virginitas fuerit explorata.

Bartholomęus Chaſſanaus.

Suidas.

Ioannes Maria Vincenti.

Iulius Bartoloccius.

Dicendum eſt igitur ab omnibus Catholicis, Deiparam Mariam Virginem fuiſſe ante partum; ſua virginitate illæſa Chriſtum pepe-

riſſe,

Digitized by Google

riſſe, ac poſt partum illibatam Virginem permanſiſſe corde, corpore, ſpiritu, voluntate, deſiderio, affectu, facto, voto, & cogitatione, ante partum, in partu, & poſt partum. Quo poſito ſequitur, vt nunquam cogitarit, deſiderarit, nunquam propoſuerit, nunquam voluerit, nunquam conſenſerit admittere in ſe carnalem corruptionem. Hæc veritas determinata fuit in pluribus Concilijs tàm Generalibus, quàm Prouincialibus, præſertim in Lateranenſi ſub Martino I. conſult. 5. can. 3. vbi generatim definitur Mariam Deiparam non ſolùm in conceptione Chriſti, & partu, ſed etiam poſt partum Virginem illibatam fuiſſe, his verbis: *Si quis ſecundùm SS. Patres non confitetur propriè, & ſecundùm veritatem, Dei genitricem ſanctam, ſemperque Virginem, & Immaculatam Mariam, vtpote ipſum Deum Verbum ſpecialiter, & veraciter, qui à Deo Patre ante omnia ſæcula natus eſt, in vltimis ſæculorum abſque ſemine concepiſſe ex Spiritu Sancto, & incorruptibiliter eam genuiſſe, indiſſolubili permanente, & poſt partum eiuſdem virginitate, condemnatus ſit.* Quòd ſi in ipſo partu virginitatem amiſiſſet, poſt partum indiſſolubilis ipſa non maneret, cum Virginitas ſemel amiſſa recuperari non poſſit. Eandem veritatem profeſſi ſunt omnes SS. Patres tàm Græci, quàm Latini.

S. Epiphanius hæreſ. 78.

Vnde S. Epiphanius contra Antidicomarianitas ait: *Nam quæ rationes ad illud oſtendendum non ſuppetant, Beatam Virginem in caſtimonia perſtitiſſe? Doceant nos illi, poſt Saluatorem in lucem editum vllos Mariam peperiſſe liberos. Dicant horum nomina, ac ſi placet, confingant, fraudis, ac verſutiæ omnis architecti. Sed illud demonſtrare nunquam poterunt. Non enim vllam Virgo viri conſuetudinem habuit. Abſit vt habuiſſe putemus.*

S. Fulgentius.

S. Fulgentius ſerm. 2. de Natal. Domini idem aſſeuerat. *De Cœlis*, inquit, *medicus tranſiens per Virginem, poſt tranſitum ſuum illam fecit virginem permanere. Qui enim dirupta corporum membra in alijs poterat integrare tangendo, quanto magis in ſua Matre, quod inuenit integrum, potuit non violare naſcendo? Creuit eius partu integritas corporis potius, quàm decreuit; & virginitas ampliata eſt potiùs, quàm fugata.*

S. Ambroſius de myſtica porta Ezechielis cap. 44.

S. Ambroſius lib. de inſtitut. Virg. cap. 7. ita concludit: *Quæ eſt hæc porta, niſi Maria? Ideò clauſa, quia Virgo. Porta igitur Maria, per quam Chriſtus intrauit in hunc mundum, quando virginali fuſus eſt partu, & genitalia Virginis clauſtra non ſoluit. Manſit intemeratum ſeptum pudoris, & inuiolata integritatis durauere ſignacula, cum exiret ex Virgine, cuius altitudinem mundus ſuſtinere non poſſet.*

S. Auguſtinus.

S. Auguſtinus pluribus in locis id etiam affirmat: vt in ſerm. 21. *Virgo genuit, quia virgo concepit, inuiolata peperit,*

rit, quia in conceptu libido non fuit. Vtrobique miraculum: & ſine corruptione grauida, & in partu Virgo puerpera. Tandem meus theodidactus Bernardus inquit: *Nouum fecit Dominus ſuper terram, vt mulier circumdaret virum, nec alium quàm Chriſtum, de quo dicitur: Ecce vir Oriens nomen eius.* Et paulò poſt: *Hanc enim Sacerdotalis virga, dum ſine radice floruit: hanc Gedeonis vellus, dum in medio ſiccæ areæ maduit: hanc in Ezechielis viſione orientalis porta, quæ nulli vnquam patuit, præſignabat.*

S. Bernardus ſerm. in cap. 12. Apocal.

Probatur, & præcipuè contra Iudæos. In Iſaia legimus: לכן יתן אדני הוא לכם אות הנה העלמה הרה וילדת בן וקראת שמו עמנואל חמאה ודבש יאכל לדעתו מאוס ברע ובחור בטוב׃ *Idcircò dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo prægnans, & pariens filium, & vocabis nomen eius Himmanuel: butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare in malo, & eligere in bono.*

Iſa. 7. v. 14. & 15.
Vulgata.
Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum.

Ex Talmud in tractatu Maccot cap. 3. intelligitur hanc prophetiam eſſe de Meſſia ſcriptam, ſed perfidia iudaica, vt non manifeſtetur veritas, vertit ſenſum prophetiæ, ſumendo loco Virginis nomen iuuenculæ, vel puellę innuptæ. Sed ſi ſic eſt quarè ſupra dicitur: *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum? Nouum debet eſſe*, ait D. Hieronymus, *atque mirabile. Sin autem iuuencula, vel puella, vt Iudæi volunt, & non Virgo pariat, quare ſignum poterit appellari: cum hoc nomen ætatis ſit, non integritatis?* Alij Hebræorum vertentes vocem עלמה *Almà* pro puella non apta ad pariendum, dicunt ſignum conſiſtere in hoc, quòd puella, quæ non eſt apta ad pariendum, concipiet, & pariet; Inſulſa tamen eſt hæc interpretatio, quia verè miraculum, ſeu ſignum in hoc conſiſtere debet, quòd Virgo concipiet, & pariet, remanente eadem virginitate poſt partum, quæ ante partum erat. Hinc ad nihilum valet, meo videri, argumentum Landriani Mediolanenſis Monachi Oliuetani in primo tractatu de partu Virginis contra Hebræos, & Hæreticos, vbi auditis Rabbinorum verbis, precipuè R. Salomonis dicentis: ויש פותרים שזה האות שהעלמה היתה ואינה ראויה לוולד׃ *Et ſunt exponentes, quia ſignum iſtud, quòd Ngalmàh erat; & non ipſa apta ad prolem.* Ita Landrianus exclamat, ac exultat: *Bone Deus! Quid clarius, quid maius à Rabbinis dici poterat pro confeſſione huius catholicæ veritatis prophetiæ? Si hæc puella non erat idonea ad coitum viri, ad concipiendum, & pariendum filium; ergo falſum eſt, quòd fuerit uxor, vel Prophetæ, vel Regis, vel cuiuſque; ergo veriſ-*

Talmud tract. Maccot. cap. 3.

S. Hier. in Iſa. 7.

Argumentum Landriani refellitur.

Digitized by Google

veriſſimum eſt, quod fuerit Virgo. Hæc vltima conſequentiá non tenet, nec rectè infertur ex pręmiſſis, quia poteſt fœmina non eſſe idonea ad coitum viri, & tamen poteſt eſſe vxor alicuius, vel poteſt eſſe ſterilis; ergo ex ineptitudine ad prolem, ad coitum viri, & ad concipiendum, non rectè infertur Virginitas. Pariter ſi nomine puellæ ſemper intelligeretur virgo, non diceret Scriptura, quòd ſerui Regis Dauid quæſierunt puellam virginem ad calefaciendum eum. Audiamus textum: ויאמרו לו עבדיו יבקשו לאדני המלך נערה בתולה ועמדה לפני המלך ותהי־לו סכנת ושכבה בחיקך וחם לאדני המלך ׃ ויבקשו נערה יפה בכל גבול ישראל וימצאו את־אבישג השונמית ויבאו אתה למלך ׃ והנערה יפה עד־מאד ותהי למלך סכנת ותשרתהו והמלך לא ידעה ׃

3. Reg. 1. 2. Vulgata. *Dixerũt ergo ei ſerui ſui: Quæramus domino noſtro regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram rege, & foueat eum, dormiatque in ſinu ſuo, & calefaciat dominum noſtrum Regem. Quæſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & inuenerunt Abiſag Sunamitidẽ, & adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum Rege, & miniſtrabat ei, Rex verò non cognouit eam.*

Dixeruntque ei ſerui eius: Quęrant Domino meo Regi puellam virginem, & ſtet ad facies Regis, & ſit ei proficiens, & cubet in ſinu tuo, & fiat calor Domino meo Regi. Et quæſierunt puellam pulchram in omni termino Iſrael, & inuenerunt Abiſagh Sunamiten, & adduxerunt eam ad Regem. Et puella pulchra (erat) *admodum, & erat Regi proficiens, & miniſtrabat ei, & Rex non cognouit eam.* Non erat igitur neceſſe ponere *puellam virginem*, ſi *puellæ* nomen ex ſe ſignificaret virginitatem. Hinc videbis, quod non ponitur עלמה *Virgo*, ſed eius loco ponitur בתולה, quę vox non ſcribitur in ſupracitato textu Iſaiæ 7. 14. cum eius loco poſitum ſit העלמה, quæ vox præter LXX. qui poſuerunt ἡ παρθένος, omnes *adoleſcentulam* tranſtulerunt. Ambiguum enim eſt hoc Verbum עלמה apud Græcos, cum dicatur de adoleſcentula, & abſcondita, ſumendo eius radicem à עלם, quæ ſignificat abſcondere: inde *Almà* vocatur Virgo abſcondita viro; hinc & lingua Punica, quæ hebrææ affinis eſt, Virgo vocatur *Almà*; Igitur non aliam interpretationem huius vocis *Almà* admittendam eſſe cenſeo, præter hanc de Virgine adoleſcentula, vel abſcondita, & ignota viro, dicente D. Hieronymo: *Et quantum cum mea pugno memoria, nunquam me arbitror* Almà *in muliere nupta legiſſe.*

S. Hieron. in Iſa. 7.

Probatur ex locis ſacræ Scripturæ vbi reperitur hæc vox העלמה *Almà*. Primò reperitur Geneſ. vbi dicitur: הנה אנכי נצב על־עין המים והיה העלמה היצאת לשאב *Ecce ego ſtans ſuper fontem aquæ, & erit puella egrediens ad haurien-*

Geneſ. 24. 43. Vulgata. *Ecce ſto iuxta fontẽ aquæ; & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam, etc.*

dum &c. Quę verba ſunt ſerui Abrahę Deum deprecantis pro Iſaac, vt dignaretur ei oſtenderę puellam, quam Dominus ſuus duceret in vxorem, puellam (inquam) non corruptam, ſed Virginem, vt Vulgata ſentit in hoc verſu.

Secundò reperitur Exod. vbi ſoror Moſis vocatur העלמה dicitur enim ibi ותלך העלמה ותקרא את־אם הילד *Et iuit puella, & vocauit matrem pueri*; Neque de ſorore Moſis ſuſpicandum eſt, quòd non fuerit virgo, quia nuſquam legimus virum habuiſſe, nec cognouiſſe, tunc ſaltem viro nondum data fuerat.

Exod. 2. 8.
Vulgata.
Perrexit Puella, & vocauit matrem ſuã.

Tertiò reperitur Prouerb. 30. vbi dicitur: שלשה המה נפלאו ממני וארבעה לא ידעתים: דרך הנשר בשמים דרך נחש עלי צור דרך אניה בלב ים ודרך גבר בעלמה: *Tria ipſa abſcondita ſunt à mę: & * quatuor non cognoui: Viam Aquilæ in cœlis, viam ſerpentis ſuper petram, viam nauis in cordę maris, & viam viri in puella* (Virgine). Hoc quartum intelligitur de Meſſia, qui venturus erat ex vtero Virginis, abſque læſione virginitatis ſuæ ſacratiſſimæ, ac immaculatæ matris, & quia hoc eſt omninò ſupra captum, & intellectum hominis, hinc eſt, quòd Salomon hoc non cognouit, licèt ſapientiſſimus. Vndè ait D. Hieronymus: *Igitur quod natura non habuit, vſus neſciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cœlum, ſtupet terra, creatura omnis, & cæleſtis miratur. Hoc totum eſt, quod per Gabrielem Mariæ promittitur, & per Spiritum Sanctum adimpletur.* Conformiter ad hoc nos admonet S. Leo, *Cum ad intelligendum Sacramentum Natiuitatis Chriſti, qua de Maria Virgine eſt ortus, accedimus, abigatur procul terrenarum caligo rationum, & ab illuminatæ fidei oculo mundanæ ſapientiæ fumus abſcedat.* Et quia Iudæi inter quos Kimchì, volunt hoc nomen עלמה eſſe genericum cum נערה, & tam ſignificare Virginem, quam mulierem viro cognitam, adducunt in teſtem quod ſequitur Prouerb. 30. 19. כן דרך אשה מנאפת אכלה ומחתה פיה ואמרה לא פעלתי און: *Sic via mulieris adulterantis; comedit, & terſit os ſuum, & dixit: non operata ſum iniquitatem.* Ex hoc igitur arguunt Iudęi hanc vocem עלמה eſſe communem tum virgini, tum mulieri adulteranti, quia poſtquam Salomon dixit ſe non cognouiſſe viam viri in עלמה *virgine*, ſequitur: *ſic via mulieris adul-*

Prouerb. 30. 18.
Vulgata.
*Tria ſunt difficilia mihi, & * quartum penitus ignoro: viam aquilæ in Cœlo, viam colubri ſuper petrã, viam nauis in medio maris, & viam viri in adoleſcentia.*

Serm. de aſſumpt. Virg. Mariæ.

Serm. 7. de Natiuit.

Ibid.
Vulgata.
Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit: Non ſum operata malum.

Digitized by Google

Iona in annot. 7. Doctrinæ Christianæ.

adulterantis &c. Hoc eſſe falſiſſimum oſtenditur auctoritate *R. Ben Scioeb* relata à Ioanne Baptiſta Iona, vbi in Paraſcià זאת חוקת התורה cap. 19. Num. dicit, quod ille locus *Sic via mulieris &c.* intelligitur de virtute pœnitentiæ, & non de muliere adultera, qualis virtus pœnitentiæ eſt tanti valoris, vt licèt inueniat animam ad inſtar meretricis, per pœnitentiam aſcendit ſupra gradum iuſti perfecti. Vndè ita dixerunt Hebræorum ſapientes: *Locus in quo ſtant pœnitentes, ibi non poſſunt aſcendere iuſti*. Quod conſonat cum illo Chriſti Domini: *Ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia*. Niſi velimus dicere, quod hæc mulier adultera ſit Synagoga, quæ Deo deſponſata in monte Sinai in legis ſuſceptione, ſtatim declinauit à Deo per Idololatriam in adoratione vituli, & nunc effecta inuerecunda, & viuens publicè de meretricio, reputat totum ſibi licere, ideoque terſit os ſuum, & dixit, non ſum operata iniquitatem, negando ſe in Chriſtum peccaſſe, vt metaphoricè gloſſat *Lyranus*.

Luc. 15. 7.

Lyr. in gloſſ. ord. Prouerb. 30. 19.

Obiectio cuiuſdam Iudæi de virginitate Mariæ diluitur.

Quadam die cum de hoc ſermonem haberem cum quodam hebræo, obiecit mihi dicendo, quod D. Hieronymus in hoc loco Iſaię vertit hanc vocem עלמה pro *Virgine*; & in Cantica Cantic. 1. 2. vbi dicitur על־כן עלמות אהבוך ly עלמות vertit pro *Adoleſcentulis*, Igitur ſic arguit: ſi עלמות ſignificat *Adoleſcentulas*, עלמה ſignificat adoleſcentulam; ergo ſicut nomine adoleſcentularum non intelliguntur Virgines, neque per nomen adoleleſcentulæ intelligitur Virgo. Conceſſo à me antecedenti, negaui vtramque conſequentiam, videlicèt, quod nomine adoleſcentularum non intelliguntur Virgines, deſumendo rationem ab eodem lib. Cantic. 6. v. 7. vbi dicitur: ששים חמה מלכות ושמונים פלגשים ועלמות אין מספר: *Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta Concubinæ (*Vxores*) & adoleſcentularum non eſt numerus*; Vndè ſic argumentatus ſum contra ipſum: hæ adoleſcentulæ quid ſunt? non Reginæ, quia iam enumeratæ ſunt; non Concubinæ, quia pariter ſunt enumeratæ; ergo quid erunt, niſi Virgines intactæ, & illibatæ? Certè inter Reginas, & Concubinas, ſiue Vxores, non aliud, niſi virginitatis medium reperitur. Neque audiendi ſunt hæretici dicentes, hæc verba *Ecce Virgo prægnans*, ſeu vt Vulgata refert, *concipiet* intelligenda eſſe in ſenſu diuiſo, hoc eſt, quæ antea erat Virgo concipiet, & poſt conceptionem non re-

Cantic. 6. 7. Vulgata idem vertit.

mane-

Digitized by Google

manere Virginem. Error enim grauiſſimus eſt, & hæreſis apud Catholicos, vt ſupra oſtenſum eſt, quia verè in ſenſu compoſito cum virginitate, Virgo eſt ante partum, in partu, & poſt partum; de quo ineffabili myſterio ſtupens S. Cyprianus exclamat. *O Domine quam admirabile eſt nomen tuum, verè tu es Deus, qui facis mirabilia. Non modò huius Mundi ſtaturam admiror, non ſtabilitatem terræ, non Lunæ defectum, non Solem ſemper integrum, & laborem eius perpetuum &c. Miror Deum in vtero Virginis, miror Omnipotentem in Cunabulis; miror quomodo Verbo Dei caro adhæſerit.*

S. Cypr. tract. de Natiuit. Chriſti. Quidquid ſit, an hic tract. ſit genuinus vel non.

Ex alijs ſacræ Scripturæ auctoritatibus oſtendi poteſt Meſſiam debere naſci ex Virgine, quarum aliquæ ſunt præſentes: In Iſaia 53. legimus: ויעל כיונק לפניו וכשרש מארץ ציה *Et aſcendit ſicut virgultum coram eo* (hoc eſt coram Deo) *& ſicut radix de terra ſiccitatis*. Quæ verba R. Moſes Garundenſis explicat de Meſſia, dicens virgultum ſignificare Meſſiam, & radicem de terra ſiccitatis ſignificare vterum Virginis illius matris: & ſicuti terræ ſiccæ non datur, nec ipſa recipit ſemen, hinc cum Beata Virgo ſit figurata per illam terram ſiccam, abſit vt dicatur ipſam debuiſſe recipere ſemen humanum ad concipiendum Meſſiam, ex quo ſequitur manifeſtè debuiſſe naſci ex Virgine intacta, & illibata, & non ex muliere corrupta. Sed quid mirum quod populus ſic incredulus & durę ceruicis non credat Meſſiam debuiſſe naſci ex Virgine? Nonne hoc etiam prædixit Ieremias dicens: שובי בתולת ישראל שובי אל־עריך אלה: עד־מתי תתחמקין הבת השובבה כי־ברא יהוה חדשה בארץ נקבה תסובב גבר: כה־אמר יהוה צבאות אלהי ישראל: *Reuertere Virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſquequò vertes te illuc, & huc filia refractaria, quia creauit Dominus nouum in terra, Fœmina circumdabit virum. Sic dixit Dominus exercituum Deus Iſrael &c.* R. Dauid Kimchì exponens hunc locum dicit per *Virum* ſignificari populum hebræum, & per fœminam ſignificari diuinitatem, quæ illum debebat circumdare, cum ad Deum conuerſus fuiſſet. Alij verò tàm perfidi vel per fas, vel nefas, volentes omnibus modis negare Meſſiam debuiſſe naſci ex Virgine, explicant præfatum Ieremiæ vaticinium hoc modo, videlicèt, per hominem intelligi debere Holofernem, & per fœminam Iudith, eò quòd hæc virili animo eum in proprio conopæo circumdans caput am-

Iſai. 53. 2.
Vulgata.
Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti.

R. Moſes Garundenſis.

Ierem. 31. 22.

Vulgata.
Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſquequò delicijs diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum ſuper terram: Fœmina circumdabit virum. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael.

Digitized by Google

amputauit. Sed contra eſt, quia quo ad primum, non eſſet nouum hebræos debere conuerti ad Deum, quia aliàs hoc fecerunt, & quotieſcumque in eius gratia perſeuerabant, à diuinitate circumdati erant. Ad ſecundum pariter dico non eſſe nouum, quia antequam Iudith caput Holofernis amputauerit, aliæ fœminæ ſimilia facinora fecerunt: vt Tamira Scitharum Regina, quæ vt vltionem ſumeret de amato filio, Cyri Perſarum Regis caput amputauit. Hecuba Priami Regis Troiæ vxor, oculos Polinaſtres Tracum Regi effodit. Pariter lib. 4. Reg. cap. 11. v. 1. Athalia mater Ochoziæ, videns mortuum filium ſuum, ſurrexit, & interfecit omne ſemen regium. Ex hoc igitur deducitur, quod licèt facinus Iudith fuerit magnum, tamen non eſt nouum, quia ſimilitèr fecerunt aliæ fœminæ. Fuit verò nouum, & inauditum, quod vir circumdatus eſſet à Virgine, natus ex ea abſque læſione virginitatis eius. Et hoc eſt quod dicit

Iſai. 66. 7.
Vulgata.
Antequam parturiret peperit, antequã veniret partus eius, peperit maſculum. Quis audiuit vnquã tale? & quis vidit huic ſimile?

Iſaias בטרם תחיל ילדה בטרם יבוא חבל לה והמליטה זכר : מי־שמע כזאת מי ראה כאלה *Antequam parturiret, peperit: antequam veniret dolor ei, & enixa eſt maſculum. Quis audiuit tale? quis vidit huic ſimile?* ſcilicèt antequam B. Virgo Maria dolorem partus ſentiret, peperit, quia ſicut Virgo concepit, ita ſine dolore peperit, & quia nec ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, addit Propheta. *Quis audiuit tale? Quis vidit huic ſimile?* Sicut enim nulla alia Virgo, Virginitate remanente concepit, ita nec ſine dolore peperit. Hæc eſt illa

Ezech. 44. 1. 2.

myſtica Porta, de qua locutus eſt Ezechiel dicens: וישב אתי דרך שער המקדש החיצון הפנה קדים והוא סגור : ויאמר אלי יהוה השער הזה סגור יהיה לא יפתח ואיש לא־יבא בו כי יהוה אלהי־ישראל בא בו והיה סגור :

Vulgata.
Et conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad Orientẽ: & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Porta hęc clauſa erit: non aperietur, & vir non tranſibit per eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa.

Et redire fecit me viam portæ ſanctuarij exterioris reſpicientis Orientem, & ipſa clauſa. Et dixit ad me Dominus: Porta hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non egredietur in eam: quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt in eam, eritque clauſa. Quid clarius? En ter dicitur clauſa. Primò *Et ipſa clauſa* quia erat Virgo, antequam conciperet. Secundò, *Porta hæc clauſa erit, non aperietur*, quia in eius conceptione, ſeu in partu virgo erit; Quare? *Quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt in eam*. Tertiò tandem *Erit clauſa*, quia in partu, & poſt partum virgo permanebat. Hanc tuam virginitatem o Deipara conſeruatam agnouimus

in

Digitized by Google

in rubo, quem viderat Moiſes, incombuſto וירא והנה חסנה

Exod 3. 2.

בער באש והסנה אננו אכל : ויאמר משה אסרה־נא
ואראה את־המראה הגדל הזה מדוע לא־יבער
חסנה : *Et vidit, & ecce rubus ardebat in igne, & rubus ipſe non conſumptus; Et dixit Moſes diuertam nunc, & videbo viſionem magnam hanc, cur non ardeat rubus.* Quid aliud eſt hic rubus niſi Deus in vtero B. Virginis abſque læſione ſuæ virginitatis? Sæpè virginitas per ignem probata fuit. Hinc Abbas ille, qui meretricem Porphyriam conuertit, ſuſpicionemque ſceleris cum ea commiſſi incurrit, ad ſuam innocentiam oſtendendam, ignem veſte illæſa ferens ait: *Credite fratres, quia ſicut Deus rubum cuſtodiuit incombuſtum ab igne: ſicut nec tunicam meam incenderunt prunæ iſtæ: ita nec ego agnoui peccatum mulieris, ex quo natus ſum.* Idem fecit caſtiſſima Romanorum Imperatrix Chunegundis, quę, cùm aliquando inſtigante humani generis hoſte ſuſpicio quędam contra ipſam fuiſſet exorta, nudis pedibus ſuper ignitos vomeres incedens illæſa, egregium ſuæ innocentiæ ac virginitatis præbuit argumentum.

Vulgata. *Et videbat quòd rubus arderet, & nō combureretur. Et dixit Moyſes: Vadam, & videbo viſionem hanc magnā, quare non comburatur rubus.*

Porphyria meretrix ad Deum conuerſa.

In vita S. Ioann. Elemoſynarij.

S. Chunegundis.

Meſſiam vnigenitum Filium Dei debuiſſe naſci ex Virgine prædixit Iſaias illis verbis: כי־ילד ילד־לנו בן נתן־לנו ותהי
המשרה על־שכמו ויקרא שמו פלא יועץ אל נבור
אבי־עד שר־שלום : לםרבה המשרה ולשלום
אין־קץ על־כסא דוד ועל־ממלכתו להכין אתה
ולסעדה במשפט ובצדקה מעתה ועד עולם קנאת
יהוה צבאות תעשה־זאת : *Quia Paruulus natus eſt nobis, filius natus eſt nobis, & erit principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius; Admirabilis, Conſiliarius, Deus, fortis, pater æternitatis, princeps pacis. Ad multiplicandum principatum, & ad pacem non finis ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius, ad parandum illud, & ad fulciendum illud in iudicio & in iuſtitia, ex tunc, & vſque in ſeculum. Zelus Domini exercituum faciet hoc.* Nota in hoc vaticinio verbum illud לםרבה *ad multiplicandum*, quòd ſcribitur cum litera clauſa ם finali in medio, quæ litera non ponitur, nec reperitur niſi in fine. Vndè etiam apud Hebræos continetur hìc aliquod myſterium: ſcriptum eſt enim in Talmud מם פתוחה מאמר פתוח מם סתומה מאמר סתום *Mem* מ *aperta* ſigni-

Iſai. 9. 6.

Vulgata. *Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia, amodò & vſque in ſempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc.*

Ghemerà ord. 2. Cod. Sciabbath. cap. 12.

Digitized by Google

ſignificat rem apertam; Mem *clauſa* ם *ſignificat rem clauſam*. Et alio in loco dicitur: מם סתומה דבר סתום רומז, ſcilicet *Mem clauſa rem clauſam indicat*.

In lib. *Sanbedrin* cap. *Chelek* redditur ratio, cur Propheta hanc *Mem* clauſam poſuit in medio dictionis præter conſuetudinem, ac modum literarum hebraicarum, dicitur enim ibi:

Ibid. ord. 4. Cod. Sanbedr. cap. 10.

אמר ר׳ תנחום מפני מה כל מם״ שבאמצע התיבה פתוחה ווו סתומה בקש הקב״ה לעשות ח
חזקיה משיח וסנחריב גוג ומגוג אמרה מדת הדין לפניו רבש״ע ומה דוד שאמר לפניך כמה
שירות ותושבחות ולא עשית משיח וחזקיה שעשית לו כל הנסין האלה ולא אמר לפניך ש
שירה תעשה משיח לכך נסתם מיד וגו׳ יצתה בת קול ואמרה רזי רזי לי וגו׳ אמר נביא עד מתי,

Dixit R. Tanchuma, Quamobrem omne Mem *quod eſt in medio vocis, apertum eſt, & iſtud* (loquitur de Mem quod eſt in hac dictione לםרבה Eſa. 9. v. 7.) *clauſum? Quæſiuit Deus Sanctus benedictus facere Ezechiam Meſſiam, & Senacheribun Gog, & Magog: Dixit Proprietas iudicij* (attributum Dei, & vna ex decem Sephirot) *coram eo: Domine mundi; Et quid Dauidem, qui dixit faciei tuæ tot cantica, & laudes, non feciſti Meſſiam; Ezechiam verò, cui feciſti omnia ſigna hæc, & non dixit canticum faciei tuæ, vis facere Meſſiam? Propterea clauſum fuit ſtatim, &c. Egreſſa eſt vox, & dixit ſecretum meum, ſecretum meum mihi, &c. dixit Propheta: vſquequo veniet Meſſias.* Per hanc traditionem, quamuis partim ridiculam, habemus Meſſiam non fuiſſe nec Dauidem, nec Ezechiam, vt ipſi aliquibus in locis ſomniant; Ex hoc verò quod Propheta præter conſuetudinem poſuit literam *Mem* clauſam in medio dictionis, voluit nobis oſtendere Meſſiam naſciturum eſſe ex Virgine clauſa præter conſuetudinem, & communem modum naſcendi, & ſicut in vllo alio loco totius Sacræ Scripturæ reperitur hæc *Mem* clauſa in medio dictionis, ita nec inter omnes huius Vniuerſi mulieres alia reperitur, quæ clauſa peperit. Porrò verba R. Salom. ſupracitata, videlicet *vſquequo veniat Meſſias*, concordant cum Propheta, quaſi diceret poſt annos 600. veniet Meſſias, ſicuti de facto venit, quia à tempore huius Prophetiæ Iſa. 9. 7. vſque ad natiuitatem Meſſiæ fluxerunt 600. anni, quod tempus nobis indicauit illud *Mem* clauſum in illa dictione לםרבה, quia cum hebræi numerant per literas Alphabeti, terminatis omnibus literis eiuſdem per literam ת quæ numerat 400. accipiunt literas finales, quæ ſunt ך, ם, ן, ף, ץ, & ſic litera ך numerat 500. ם *Mem* 600. ן *Nun* 700. &c.

Mem clauſum in Iſa. 9. 7. ſignificat Meſſiam debere naſci ex Virgine poſt 600. annos.

Hic autem menti occurrit id quod ſcripſiſſe fertur in hanc literam *Mem* clauſam R. Iudas ben Rabban Simeonis, per excellen-

tiam cognomento רבי *Rabbì*, communiter vocatus רבינו הקדוש *Rabènu Hakkadòſc Magiſter noſter Sanctus*, vir apud hebræos maximæ auctoritatis, non quidem lectum in eius ſcriptis quæ hodiè non reperiuntur, quia multa in fauorem Catholicæ Religionis apertè ſcripſit, ſed acceptum ex traditione maiorum; nempe quod in his duabus dictionibus לםרבה המשרה continetur ſanctiſſimum nomen Matris Meſſiæ, *Mem* ſumendo non tamen vt clauſum hoc modo. Accipiantur primæ tres literæ huius dictionis לםרבה, videlicet ל *Lamed*, ם *Mem*, & ר *Reſc*, faciunt למר, quod ſi addas literam ה eiuſdem dictionis לםרבה cum ה alterius dictionis המשרה, hæ duæ literæ ה quarum ſingulæ 5. important, æquiualent numericè ad literã י *Iod*, vtpoteq. decẽ ſignificant. Iam verò ſi cum litera (י) componatur litera מ *Mem* vocis המשרה fit ים, quæ ſyllaba in compoſitione cũ למר facit למרים quod ſi accipias alias tres literas, quæ ſuperſunt à dictione, המשרה nempè שרה, habebis למרים שרה *Mariæ Principi*. Huiuſmodi Kabbalam magnoperè æſtimant Hebræi, eaque plurimum delectantur, idcircò eam propoſui, nam indicat per tales voces Matrem Meſſiæ nuncupari debere *Mariam*, & ipſam fore *Dominam* & Reginam, ſicuti de facto fuit, & ita ab Eccleſia Dei, & à Chriſti fidelibus ſalutatur per hæc verba: *Aue Regina Cœlorum*, *Aue Domina Angelorum &c. Regina Cœli lætare, &c.*

Tandem Meſſiam naſciturum ex Virgine nobis indicat R. Moſis haddarſchan, ex eo quod ſuper illud *Geneſ.* 41. 1. ופרעה חולם *Et Pharao fuit ſomnians* ita diſſertè in rem noſtram loquitur:

אריב״ל בא וראה שלא כמדת הקב״ה מדת ב״וד מכה באיזמל ומרפא ברטיה והקב״ה אין אומנותו כן אלא כדבר שהוא מכה בו מרפא הה״ד כי אעלה ארוכה לך וממכותיך ארפאך וכן את מ מוצא בישראל כדבר שחכם בו כדבר רפאם חטאו בבתולה שנ׳ ושם עשו דדי בתוליהן ו ולקו בבתולה שנ׳ נשים בציון ענו בתולות בערי יהודה ומתנחם בבתולה שנ׳ שובי בתולת ישראל שבי אל עריך אלה עד מתי תתחמקין הבת השובבה כי ברא יהוה חדשה בארץ נ נקבה תסובב גבר ר׳ הונא בש״ר אידי וריב״ל אומר זה מלך המשיח שנאמר בו אני היום י ילדתיך ועליו ישעיהו אומר למען ציון לא אחשה ולמע ירושלם לא אשקוט עד יצא כנוגה צ צדקה וישועתה כלפיד יבער וזה שאמר הכתוב יבחר אלהים חדשים אז לחם שערים:

Quæ verba ſic exponit Raymundus Martinus, videlicèt: *Dixit R. Ioſua filius Leui; Veni, & vide quoniam non eſt mos Dei ſancti benedicti mos carnis, & ſanguinis: Caro, & ſanguis vulnerat cum nouacula, & ſanat cum emplaſtro. Deus verò ſanctus benedictus non habet talem artem; ſed cum eiſdem cum quibus vulnerat, medetur, & ſanat; & hoc eſt quod ſcribitur Ierem.* 30. v. 17. Obducam enim cicatricem tuam; & ex vulneribus tuis curabo te: *& ſic*

tu

tu inuenis in Iſrael, cum illa eadem re, cum qua vulnerauit illos, ſanauit eos. Pecauerunt in virgine, ſicut dictum eſt Ezechielis 23. v. 3. Ibi ſubacta ſunt vbera virginitatis tuæ: *Puniti quoque ſunt in Virgine, ſicut dictum eſt Threnor.* 5. v. 11. Mulieres in Sion humiliauerunt, virgines in ciuitatibus Iuda: *Et conſolatus eſt eum in virgine, ſicut dictum eſt Ierem.* 31. v. 21. &c. Reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas, vſquequo inſanies filia apoſtatrix? Creauit enim Deus nouitatem in terra, fœmina circumdabit virum. *R. Hunà in nomine R. Idi; & R. Ioſua ben Leui dixerunt quod iſte eſt Rex Meſſias, de quo dictum eſt Pſal.* 2. v. 7. Ego hodie genui te. *Et ſuper eum dixit Iſa.* 66. v. 1. Propter Sion non tacebo, & propter Ieruſalem non ſilebo, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluatio eius ardeat vt facula, *& hoc eſt quod ſcriptura dicit Iudicum* 5. v. 8. Elegit Dominus nouitates, tunc debellabit portas.

Ioann. Opſop. in fragment. Sibyll. Or. Probatur ex ipſis Sibyllarum vaticinijs, ex vetuſtiſſim. codice deſcriptis.

Perſica.

Virgine matre ſatus, pando reſidebit aſello,
Iucundus princeps, vnus qui ferre ſalutem
Ritè queat lapſis: tamen illis forte diebus
Multi multa ferent, immenſi fata laboris.
Solo ſed ſatis eſt oracula prodere verbo:
Ille Deus caſta naſcetur virgine magnus.

Libyca.

Ecce dies venient, quo æternus tempore princeps,
Irradians ſata læta, viris ſua crimina tollet,
Lumine clareſcet cuius ſynagoga recenti:
Sordida qui ſolus reſerabit labra reorum,
Aequus erit cunctis gremio rex membra reclinet
Reginæ mundi, ſanctis, per ſæcula viuus.

Delphica.

Non tardè veniet, tacita ſed mente tenendum.
Hoc opus, hoc memori ſemper qui corde reponet.

ii 2 *Huius*

Digitized by Google

Huius pertentant cor gaudia magna prophetæ.
Eximij, qui virgineæ conceptus ab aluo
Prodibit, ſine contactu maris: omnia vincit
Hoc naturæ opera: at fecit, qui cuncta gubernat.

Cimmeria.

In teneris annis facie præſignis, honore
Militiæ æternæ regem ſacra virgo cibabit
Lacte ſuo: per quem gaudebunt pectore ſummo
Omnia, & eoo lucebit ſidus ab orbe
Mirificum: ſua dona Magi cum laude ferentes,
Obijcient puero myrrham, aurum, thura Sabææ.

Samia.

Ecce dies, nigras quæ tollet læta tenebras,
Mox veniet, ſoluens nodoſa volumina vatum
Gentis Iudææ, referent vt carmina plebis.
Hunc poterunt clarum viuorum tangere regem,
Humano quem virgo ſinu inuiolata fouebit.
Annuit hoc cœlum, rutilantia ſidera monſtrant.

Cumana.

Iam mea certa manent, & vera, nouiſſima verba,
Vltima venturi quod erant oracula regis,
Qui toti veniens mundo cum pace, placebit,
Vt voluit, noſtra veſtitus carne decenter,
In cunctis humilis, caſtam pro matre puellam
Deliget, hæc alias forma præceſſerit omnes.

Helleſpontica.

Dum meditor quondam, vidi decorare puellam,
Eximio (caſtam quod ſe ſeruaret) honore.
Munere digna ſuo, & diuino numine viſa,

Quæ

Quæ ſobolem multo pareret ſplendore micantem:
Progenies ſummi, ſpecioſa & vera Tonantis,
Pacifica mundum qui ſub ditione gubernet.

Phrygia.

Ipſa Deum vidi ſummum, punire volentem
Mundi homines ſtupidos & pectora cæca rebellis.
Et quia ſic noſtram complerent crimina pellem,
Virginis in corpus voluit demittere cælo
Ipſe Deus prolem, quam nunciet Angelus almæ
Matri, quo miſeros contracta ſorde leuaret.

Europæa.

Virginis æternum veniet de corpore verbum
Purum, qui valles & montes tranſiet altos.
Ille volens etiam ſtellato miſſus Olympo,
Edetur mundo pauper, qui cuncta ſilenti
Rex erit imperio: ſic credo, & mente fatebor:
Humano ſimul ac diuino ſemine gnatus.

Tyburtina.

Verax ipſe Deus dedit hæc mihi munia fandi,
Carmine quod ſanctam potui monſtrare puellam;
Concipiet quæ Nazareis in finibus, illum
Quem ſub carne Deum Bethlemica rura videbunt.
O nimium felix, cælo digniſſima mater,
Quæ tantam ſacro lactabit ab vbere prolem!

Agrippa.

Summus erit ſub carne ſatus, clariſſimus atque,
Virginis & veræ complebit viſcera ſanctum
Verbum, conſilio, ſine noxa, ſpiritus almi:
Deſpectus multis tamen ille, ſalutis amore,

Ar-

Digitized by Google

Arguet & noſtra commiſſa piacula culpa:
Cuius honos conſtans, & gloria certa manebit.

Erythræa.

Cerno Dei natum, qui ſe demiſit ab alto,
Vltima felices referent cum tempora ſoles:
Hebræa quem virgo feret de ſtirpe decora,
In terris multum teneris paſſurus ab annis,
Magnus erit tamen hic diuino carmine vates,
Virgine matre ſatus, prudenti pectore verax.

Lib. VIII. de Sybillinis Oraculis à Ioanne Opſopœo Græcè, & Latinè editis, hæc habentur.

Πρῶτα μὲν οὖν Γαβριὴλ σθεναρὸν ἁγνὸν ἐδείχθη,
Δεύτερα καὶ κούρην αὐτάγγελος ἔννεπε φωνῇ·
Δέξαι ἀχράντοισι θεὸν σοῖς παρθένε κόλποις.
Ὣς εἰπὼν, ἐμπνεῦσε θεὸς χάριν, ἠδ' ἀεὶ κούρη,
Τὴν δ' ἄρα τάρβος ὁμοῦ, θάμβος, θ' εἷλεν ἐσαΐουσαν.
Στῆ δ' ἄρ' ἀποτρομέουσα, νόος δέ οἱ ἐπτοίητο
Παλλομένης κραδίης, ὑπ' ἀγνώστοισιν ἀκουαῖς.
Αὖθις δ' εὐφράνθη καὶ ἰάνθη κέαρ αὐδῇ,
Κουρίδιον δ' ἐγέλασσεν, ἑὴν δ' ἐρύθηνε παρειήν,
Χάρματι τερπομένη, καὶ θελγομένη φρένα αἰδοῖ.
Καί οἱ θάρσος ἐπῆλθεν, ἔπος δ' εἰσέπτατο νηδύν.
Σαρκωθὲν δὲ χρόνῳ, καὶ γαστέρι ζωογονηθὲν,
Ἐπλάσθη βροτέην ἰδέην, καὶ κοῦρος ἐτύχθη
Παρθενικοῖς τοκετοῖς. τόδε γὰρ μέγα θαῦμα βροτοῖσιν.
Ἀλλ' οὐδὲν μέγα θαῦμα θεῷ πατρὶ, καὶ θεῷ υἱῷ.
Τικτομένου δὲ βρέφους, ποτὶ δ' ἔφθατο γηθοσύνῃ χθὼν,
Οὐράνιος δ' ἐγέλασσε θρόνος, καὶ ἀγάλλετο κόσμος.
Καινοφανὴς δὲ μάγοισι σεβάσθη θέσφατος ἀστήρ.

Ac primum corpus Gabriel oſtendit honeſtum
Nuncius, hinc tali affatur ſermone puellam:
Accipe virgo Deum gremio intemerata pudico.
Sic ait: aſt illam cæleſtis gratia molli
Leniit afflatu: tum virginitatis amatrix
Perpetuæ magnæ ſubito correpta ſtupore,
Atque metu, trepida preſſit formidine mentem,
Ignotis verbis commoto corde tremiſcens.

Hinc

Hinc vt lætificis mens eſt recreata loquelis.
Erubuit malas ridens puerile venuſtas,
Lætitia, dulcique animum demulſa pudore.
Tunc ad ſe rediјt, verbumque volauit in aluum,
Idque ſuo factum atque animatum tempore corpus
Mortali facie cretum eſt: puer inde creatus
Virgineo partu; mira eſt mortalibus hæc res;
Sed res nulla Deo Patri Natoque ſtupenda.
Hoc puero nato properauit gaudia tellus,
Cæleſtis riſit ſedes, & geſtijt orbis:
Diuinamque Magi ſtellam coluere recentem.

Neque hìc referre pigeat ſequentem narrationem de Sibyllis in veteribus membranis Ioann. Nicolij exhibitam, & venerab. Bedæ à nonnullis adſcriptam, in qua præclariſſimum Tiburtinæ vaticinium de Ieſu, eiuſque Matris integritate ante & poſt partum deſcribitur.

Sybillæ, quæ & quales.

Sibyllæ generalitèr omnes fœminæ dicuntur prophetantes, quæ ob diuinam voluntatem omnibus interpretari, & ventura pronunciare ſolebant. Tradunt autem doctiſſimi auctores, decem fuiſſe Sibyllas: quarum prima, Perſis: ſecunda, Libyca: tertia, Delphica, quæ ante Troiana bella vaticinata eſt: quarta, Cumæa, in Italia: quinta, Erythræa, in Babylonia orta, dicta Erythræa ab inſula in qua eius dicta ſunt carmina: ſexta, Samiana, à Samo flumine Beneuentano vocata: ſeptima, Amalthæa vel Cumana: octaua, Helleſpontica: nona, Phrygia: decima, Tiburtina Græcè, Albunea Latinè vocatur: ex cuius carminibus multa de Deo & Chriſto ſcripta continentur. Fuit igitur hæc Sibylla Priamidis regis filia, & ex matre Hecuba procreata. Vocata eſt autem Græcè Tiburtina: Latinè verò Albunea nomine vel Caſſandra. Vixit annos cc. & vſq; in diem mortis ſuæ ſemper virginitatem cuſtodiuit, & illa circuiens diuerſas prouincias & partes orbis, prædicauit Aſiam, Macedoniam, Eroſtachiam, Agaguſdeam, Ciliciam, Pamphyliam, & Galatiam. Quumque mundi partes vaticinijs ſuis repleſſet, inde venit Aegyptum, Aethiopiam, Bragadam, Babyloniam, Aphricam, Libyam, Pentapolim, Mauritaniam, & Palatinum. In omnes has prouincias prædicauit, & ſpiritu Prophetiæ repleta prophetauit bonis bona, malis mala. Scimus namque quæ in præconijs ſuis annunciauit, & quæ in nouiſſimis erant ventura prædixit. Audientes igitur famam eius Romani, ſtatim nunciauerunt in conſpectu Senatorum. Mittentes ergo Senatores legatos ad eam, fecerunt ipſam cum magno honore deduci Romam. Centum igitur viri ex ſenatu

natu

natu Romano, ſomnium in vna nocte viderunt ſinguli: videbant ſinguli quod nouemſoles eſſent in cælo, qui ſigillatim diuiſi diuerſas in ſe figuras habebant. Primus ſol erat ſplendidus & fulgens ſuper omnem terram. Secundus ſol ſplendidior & magnus æthereàm habens claritatem. Tertius ſol ſanguineo colore flammiger, igneus & terribilis, ac demum ſplendidus ſatis. Quartus ſol ſanguineus, rubicundior tertio, ex quo vitra erant in meridie radio radiante. Quintus ſol erat tenebroſus, ſanguineus, & lampades ſicut in tonitruo tenebroſas emittens. Sextus ſol tenebroſus nimis, habebat aculeum ſicut ſcorpio. Septimus verò ſol terribilis erat, & ſanguinem tetrum habens, in medio gladium. Octauus autem ſol erat effuſus, ſanguineum habens colorem in medio. Nonus ſol erat nimis tenebroſus, vnum tamen habens radium fulgentem. Quumque Romam ingreſſa eſſet Sibylla, videntes eam ciues Romani, admirabantur nimiam pulchritudinem eius: erat enim venuſto aſpectu, decora vultu, eloquens in verbis, atque Dei pulchritudine ſatis bene compoſita, ſuis auditoribus dulce præbebat eloquium. Venientes autem viri, qui ſomnia viderant, dicunt ad eam: Magiſtra & domina, quàm magnus decor eſt corporis tui, qualem nunquam in fœminis præter te vidimus. Precamur vt ſomnium, quod omnes nos in vna nocte vidimus, quid futurum præmonſtret, aperias. Reſpondens Sibylla dixit ad eos: Non eſt æquum in hoc loco ſtercoribus pleno, & diuerſis contaminationibus polluto ſacramentum huius viſionis detegere. Sed venite, aſcendamus ad Auentinum montem, & ibi adnunciabo vobis quæ ventura ſunt ciuibus Romanis. Et fecerunt vt dixit. Quos interrogauit: & illi viſionem, quam viderant, narrauerunt ei. At illa dixit ad eos: Nouem ſoles quos vidiſtis, omnes futuras generationes præſignant. Quod verò diſſimiles eos vidiſtis, diſſimilis erit vita in filijs hominum. Primus autem ſol prima generatio eſt. Erunt homines ſimplices & clari, amatores libertatis, veraces, manſueti, benigni, conſolatores pauperum, & ſatis ſapientes. Secundus autem ſol ſecunda generatio eſt, in qua erunt homines ſplendidè viuentes, creſcentes multùm, Deum colentes, ſine malitia conuerſantes in terra. Tertius verò ſol tertia generatio eſt, in qua exurget gens contra gentem, & erunt pugnæ multæ Romanis. Quartus autem ſol quarta generatio eſt, in qua erunt homines quod verum eſt abnegantes. Et in diebus illis exurget mulier à meridiano de ſtirpe Hebræorum nomine M. habens ſponſum nomine I. & procreabunt ex ea ſine commiſtione viri, de Spiritu ſancto, nomine *Ieſus*: & ipſa erit virgo ante partum, & virgo poſt partum: qui ergo ex ea naſcetur, erit verus homo, ſicut

cut

cut omnes Prophetæ prædicauerunt: adimplebitque legem Hebræorum, & adiunget ſua propria inſimul, & permanebit regnum eius in ſæcula ſæculorum. Naſcente autem eo, exercitus Angelorum à dextris & à ſiniſtris erunt, dicentes: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Veniet namque vox ſuper eum, dicens: *Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite*. Erant ibi ex Sacerdotibus Hebræorum, qui audientes hæc verba, indignati dixerunt ad eam: Iſta verba terribilia ſunt: ſileat hæc regina. Reſpondens Sibylla, dixit eis: O Iudæi? neceſſe eſt iſta fieri, ſed vos non credetis in eum. Dixeruntque: Nos non credemus, quia verbum & teſtamentum dedit Deus Patribus noſtris, & non auferet manum ſuam à nobis. Reſpondit eis iterum: Deus cœli ſibi generaturus eſt filium, vt ſcriptum eſt: qui ſimilis erit patri ſuo, & poſtea vt infans per ætates creſcet, & inſurgent reges in eum, & principes terræ. In diebus illis erit Cæſari Auguſto celebre nomen, & regnabit in Roma, & ſubijciet omnem terram ſibi. Non multi, vel non pauci: non tres neque duo ſunt dij, ſed vnus Deus, ſolus & immenſus, qui fecit cœlum, ſolem, ſtellas, & lunam, frugiferamque terram & mare. Qui autem illum honorant, æternam vitam hæreditabunt perpetuum cuius ipſi hæreditabunt paradiſum. Mortuorum verò ſimul reſurrectio erit, & claudorum curſus velociſſimus erit: ſurdi audient, & cæci videbunt: non loquentes loquentur. Ex quinque panibus quinque millia hominum ſaturabit, & colligentur reliquiæ fragminum duodecim cophini, exinde replebunt in ſpecie populorũ. Ventos compeſcens verbo, mare calcans, ambulans ſuper vndas, infirmitates omnibus ſoluet: ſurgere faciet mortuos, repellens multos dolores: & de pane vno, ſaturatio erit viuorum. Sed cùm omnia fuerint perfecta, quæ dixi, in ipſo omnis reſoluetur lex, & impias manus infidelium poſtea inueniet. Poſt hæc conuenient Sacerdotem Hebræorum contra Ieſum, quia multa ſigna faciet, comprehendentque eum, dabunt Deo alapas manibus inceſtis, & in vultu ſacro expuent venenata ſputa. Dabit verò ad verbera ſanctum dorſum ſimpliciter, & colaphos accipiet: tacebit, ne quis agnoſcat vnde verbum venit: corona ſpinea coronabitur: ad cibum autem fel, & ad ſitim acetum dabunt, & ſuſpendent eum in ligno, & occident. Templi verò velum ſcindetur in medium, & dies erit tenebroſus per horas ſex, & ſortem mortis finiet tribus diebus ſomno ſuſcepto, & tunc ab inferis regreſſus ad lucem veniet. Et nihil valebit eis, quia die tertia reſurget, & oſtendet ſe diſcipulis ſuis, & ipſis videntibus in cælum aſcendet, & regni eius non erit finis. Dicunt me Iudæi inſanam & mendacem Sibyllam. Dixitque principi-

kk bus

Digitized by Google

bus Romanorum : Quintus autem ſol quinta generatio eſt. Eliget ſibi Ieſus duos piſcatores de Galilæa, & leges ſuas docebit eos, dicens : Ite, & doctrinam, quam accepiſtis à me, docete omnes gentes, & per ſeptuaginta & duas linguas ſubijcientur omnes nationes. Sextus autem ſol ſexta generatio eſt, & expugnabunt iſtam ciuitatem annos tres & menſes ſex. Septimus verò ſol ſeptima generatio eſt. Et exurgent duo reges, & multas facient perſecutiones in terra Hebræorum propter Dominum. Octauus autem ſol octaua erit generatio, & in deſertatione erit Roma, & propugnantes vlulabunt in tribulationibus & doloribus dicentes, Putas ne periemus? Nonus autem ſol nona generatio eſt. Et exurgent Principes Romani in perditione multorum. Tunc exurgent duo reges de Syria, & exercitus eorum innumerabiles ſicut arena maris, & obtinebunt ciuitates & regiones Romanorum vſque ad Chalcedoniam. Et tunc multa erit ſanguinis effuſio, Omnia hæc cum reminiſcuntur, ciuitas & gens contremiſcunt in eis, & diſperdent Orientes. Et poſt hęc ſurgent duo reges de Aegypto, & expugnabunt quatuor reges, & occident eos, & omnem exercitum eorum, & regnabunt annos tres & menſes ſex. Et poſt eos alius rex per C. literam nomine, potens in prælio, qui regnabit annis triginta, & ædificabit templum Deo, & implebit legem, & faciet iudicium propter Deum in terra. Et poſt eum ſurget alius rex qui regnabit paucis temporibus, & expugnabunt, & occident eum. Poſt hæc verò erit rex per B. nomine, & de B. procedet rex Audon, & de Audon egredietur A. & de A. procedet A. & de hoc generabitur A. & ipſe ſecundus A. erit bellicoſus nimis & præliator. Et de ipſo A. naſcetur rex per R. nomine, & de R. naſcetur L. & poteſtatem habebit ſuper decem & nouem reges. Et poſt hæc ſurget rex Salicus de Francia per K. nomine : ipſe erit magnus & pijſſimus, potens & miſericors, & faciens iuſtitiam pauperibus. Tanta enim erit in eo virtutis gratia, vt per viam gradientem arborum contra eum inclinentur cacumina. Aqua enim occurrens minimè curſum eius tardabit. Similis autem imperio Romanorum rex ante non fuit, nec poſt eum futurus eſt. Et veniet rex poſt eum per L. nomine, & poſt hunc regnabit L. & poſt L. triginta, & de L. egredietur A. & ipſe A. erit nimis bellicoſus & fortis in prę-lio, & multus erit per terram, ſiue per aquas, & non dabitur in manibus inimicorum, & morietur exul extra regnum, & in manu Dei anima eius erit. Tunc exurget rex per V. nomine, & ex vna parte Salicus, & alia Longobardus, & ipſe habebit in terra poteſtatem contra pugnantes, & contra omnes inimicos, & in diebus illis procedet rex per O. nomine, & erit potentiſſimus, & fortis, &

bonus,

Digitized by Google

bonus, & faciet iuſtitiam pauperibus; & rectè iudicabit, & de ipſo procedet alius O. potentiſſimus, & erunt ſub eo pugnæ inter paganos & Chriſtianos, & ſanguis Græcorum eorum effundetur, & cor eius in manu Dei, & regnabit annis ſeptem, & de ipſa muliere naſcetur rex per O. nomine: hic erit ſanguinarius & facinoroſus, & ſine fide & veritate; & per ipſum multa erit malitia in terra, & multa ſanguinis effuſio, & deſtructæ erunt Eccleſiæ in ipſius poteſtate. In alijs namque regionibus tribulationes erunt multæ & prælia. Tunc ſurget gens contra gentem in Cappadociam, & Pamphyliam captiuabunt in illo tempore, eò quòd non intrauit per oſtium in ouile. Hic namque rex regnabit per annos. Et poſt eum ſurget rex per H. nomine, & in diebus eius pugnæ erunt multæ, Syriam expugnabunt, & Pentapolim captiuabunt. Ipſe enim rex erit ex genere Longobardorum. Tunc exurget alius rex Salicus per C. nomine, & expugnabit Longobardos, & erunt prælia & pugnæ. Ipſe autem Salicus erit fortis & potens, & paucis temporibus erit regnum eius. Tunc exurgent Agareni, & tyranni, & captiuabunt Tarentum & Barro, & multæ ciuitates deprædabuntur. Et etiam volentes venire Romam, & non eſt qui reſiſtat eis, niſi Deus Deorum, & Dominus Dominantium. Tunc venientes Armeni Perſidem diſperdent, ita vt non recuperentur ciuitates; quas deprædabunt, & accurrentes ipſi, ponent foſſas iuxta Orientem, & expugnabunt Romanos, & obtinebunt pacem aliquantiſper. Et intrabit rex Græcorum, vir belligerator in Aepolim, deſtruet templa idolorum, & veniet locuſta & bruchus, & comedent omnes fructus Cappadociæ & Ciliciæ, ac fame cruciabuntur, & poſtea non erit amplius. Et conſurget rex Salicus alius, ſcilicet H. vir fortis & belligerator, & indignabuntur contra eum multi vicini & parentes. In diebus illis tradet frater fratrem; & cum ſorore commiſcebitur, & multa nefanda hominum erunt in terra. Senes cum virginibus cubabunt, & ſacerdotes mali cum deceptis puellis. Epiſcopi malefactorum ſectatores erunt, & fiet effuſio ſanguinis in terra, & templa ſanctorum polluent. Et erunt in populo fornicationes, immunditiæ, & ſodomiticum ſcelus, ita vt viſio ipſorum in contumelia eius appareat. Er erunt homines raptores, contumelioſi, odientes iuſtitiam & amantes falſitatem, & iudices Roma immutabuntur. Si hodie ad iudicandum admittuntur, alio die mutabuntur, propter pecuniam accipiendam, & non iudicabunt rectum, ſed falſum. Et erunt in diebus illis homines rapaces, cupidi & periuri, & amantes falſitatem; & deſtruetur lex & veritas, & fiet terræmotus per loca diuerſa & inſulares ciuitates, & regiones dimergentur. Et erunt per loca

Digitized by Google

peſtilentiæ hominum, & terra ab inimicis deſolabitur, & non præualebit conſolari eos vanitas deorum. Poſtea exurget rex per L. nomine: & erunt ſub illo bella, & 12. annis regnabit. Et poſt ſurget rex per F. nomine, & veniens obtinebit, & regnabit aliquanto tempore, & veniet Romam, & captiuabit eam, & non mortificabitur animus eius in manu inimicorum vllis diebus vitæ ſuæ: ſed erit bonus & magnus, & faciet iuſtitiam pauperibus, & ipſe viuet multo tempore. Poſt hæc verò ſurget alius rex per H. nomine, & de ipſo H. procedent duodecim H. & erit de genere Longobardorum, & Teuthonicorum, & regnabit per annos centum. Tunc poſt eum exurget rex H. nomine, Salicus de Francia. Tunc initium dolorum erit, qualis non fuit ab initio ſeculi. Et erunt in diebus ipſius multæ pugnæ & tribulationes multorum, & ſanguinis effuſio, & terræmotus per ciuitates & regiones, & terræ multæ captiuabuntur, & non erit qui inimicis reſiſtat, quia Dominus iratus erit in terra. Roma in perſecutione & gladio expugnabitur, & erit deprehenſa in manu ipſius regis. Et erunt homines rapaces, cupidi, tyranni, odientes pauperes, opprimentes inſontes, & ſaluantes noxios. Eruntque iniuſti & nequiſſimi, & dominatores exterminij captiuabuntur, & non eſt in terra qui pro eis reſiſtat, & eruat eos propter malitias eorum & cupiditates. Et tunc exurget rex nomine H. animo conſtans. H. ille idem conſtans erit rex Rom. & Græcorum: hic ſtatura grandis, aſpectu decorus, vultu ſplendidus, atque per ſingula membrorum lineamenta decenter compoſitus, & ipſius regnum 122. annis terminabitur. In illis ergo diebus erunt diuitiæ magnæ, & terra abundanter dabit fructum ſuum, ita vt tritici modium denario vno venundetur, modium vini denario vno. Et ipſe rex ſcripturam habebit ante oculos, dicentem: Rex Rom. omne ſibi vendicat regnum Chriſtianorum. Omnes ergo inſulas & ciuitates paganorum deuaſtabit, & vniuerſa idolorum templa deſtruet, & omnes paganos ad baptiſmum conuocabit, & per omnia templa Crux Chriſti erigetur. Tunc namque præueniet Aegyptus Aethiopiam munus dare Deo. Qui verò Crucem Chriſti non adorauerint, gladio punientur. Et cùm completi fuerint 122. anni, Iudæi conuertentur ad Dominum, & erit ab omnibus ſepulchrum eius glorioſum. In diebus illis ſaluabitur Iſrael, & habitabit confidenter. In illo tempore ſurget princeps iniquitatis de tribu Dan, qui vocabitur Antichr iſtus. Hic erit filius perditionis, caput ſuperbiæ, magiſter erroris, plenitudo malitiæ, qui ſubuertet orbem, & faciet prodigia & ſigna mala per falſas ſimulationes: deludet autem per artem Magicam multos, ita vt ignis de cælo deſcendere videatur. Et minuentur

Digitized by Google

nuentur anni ſicut menſes, & menſes ſicut ſeptimana, & ſeptimana ſicut dies, & dies ſicut hora. Et exurgent ab Aquilone ſpurciſſimæ gentes, quas Alexander rex incluſit, Goth videlicet & Magoth. Hæc duodecim regna, quorum numerus eſt ſicut arena maris. Cùm autem audientur hæc, rex Roman. conuocato exercitu debellabitur eos, atque proſternet vſque ad internecionem. Et poſtea rex veniet Hieruſalem, & ibi depoſito capitis diademate, & omni habitu regali, regnum Chriſtianorum Deo Patri relinquet, & filio eius Ieſu Chriſto. Et cum ceſſauerit Imperium Romanorum, tunc reuelabitur manifeſtè Antichriſtus, & ſedebit in domo Domini in Hieruſalem. Regnante autem eo, egredientur duo clariſſimi viri, Helias & Enoch, ad annunciandum aduentum Domini, & Antichriſtus occidet eos, & poſt dies tres à Domino reſuſcitabuntur. Tunc erit perſecutio magna, qualis non fuit antea, nec poſtea ſubſequetur. Abbreuiabit autem Dominus dies illos propter electos, & occidetur virtute Domini Antichriſtus à Michaele Archangelo in monte Olíueti. Cumque hæc Sibylla & alia multa Romanis prędiceret futura, quibus etiam ſignis ad iudicandum Dominus venturus eſt vaticinando verſus intonuit, dicens:

Iudicij ſignum tellus ſudore madeſcet,
E cœlo rex aduen iet per ſecla futurus;
Scilicet in carne præſens vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent, incredulus atque fidelis,
Celſum cum ſanctis iam terminus extat in ipſo,
Sic animæ cum carne ademet quas iudicat ipſo,
Cùm tacet incultus denſis in vepribus orbis,
Reijcient ſimulacra viri cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis pontumque polumque.
Inquirens tetri portas effringet Auerni.
Sanctorum ſed enim cunctæ lux libera carni,
Tradentur ſontes, æternaque flamma cremabit.
Occultos actus manifeſtans quiſque loquetur,
Secreta atque Deus reſerabit pectora lucis,
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentibus omnes.
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris,
Voluetur cælum, lunaris ſplendor obibit,
Deijciet colles, valles extollet ab imo:
Non erit in rebus hominum ſublime vel altum,
Iam æquantur campis montes, & cærula ponti,

Omnia

Digitized by Google

Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit:
Sic pariter fontes torrentur fluminaque igni,
Sed tuba per ſonitum triſtem dimittet ab alto,
Orbe genus facinus miſerum varioſque labores,
Tartareumque chaos, monſtrabit terra dehiſcens,
Et coram hoc domino reges ſiſtentur ad vnum,
Recidet è cælis igniſque, & ſulphuris amnis.

Tunc iudicabit Dominus ſecundùm vnius cuiuſque opus, & ibunt impij in gehennam ignis æterni: iuſti verò vitæ æternæ præmium recipient, & cœlum nouum, & terram nouam: & mare non erit. Et regnabit Dominus cum Sanctis in ſæcula ſæculorum. Amen.

Hucuſque narratio, quam integram placuit exſcribere. An autem conficta ſit, an vera, iudicent alij. Quicquid ſit, qui etiam confingunt famæ communi ſe accommodant, ideoque conſtantem famam de ſenſu Sibyllarum circa virginitatem Deiparę colligere ſemper poterimus

Hæreticorum, & Iudæorum Argumenta contra Deiparæ Virginitatem ſoluuntur.

§. X.

AVctoritatibus Sanctorum Patrum, Mariam Virginem non remanſiſſe in partu, contendunt probare hæretici. Et primò: Origenes homil. 14. in Lucam ait, *Quemcumque de vtero effuſum marem dixeris, non ſic aperit vuluam matris ſuæ, vt Dominus Ieſus, quia omnium mulierum non partus infantis, ſed viri coitus vuluam reſerat; Matris verò Domini eo tempore vulua reſerata eſt, quo & partus editus: quia ſanctum vterum, & omni dignatione (venerationis) venerandum ante natiuitatem maſculus omninò non tetigit*. Ambroſius in cap. 2. Lucæ: *Hic*, inquit, *qui aperuit matris ſuæ vuluam, vt immaculatus exiret*. Baſilius in Orat. de Natali Domini, ait Chriſtum appellari *primogenitum, qui primus aperit vuluam, non qui poſt ſe alios fratres habeat, &c.* Tandem Tertullianus lib. de carne Chriſti cap. 23. apertiſſimè aſſerit B. Mariam Virginem, Virginitatem in partu amiſiſſe, vnde ait: *Quis propriè vuluam adaperuit, quam qui clauſam patefecit? Cæterum omnibus nuptis patefaciunt: itaque magis patefacta eſt, quia magis*

erat

erat clauſa: vtique magis non Virgo dicenda eſt, quam Virgo, ſaltu mater ante, quàm nupta. Et quid vltra retractandum eſt? Cum hac ratione Apoſtolus, non ex Virgine, ſed ex muliere editum filium pronunciauit; agnouit adapertæ vuluæ nuptialem paſſionem. Quibus verbis cohęret illud Lucæ 2. quo ſignificatur conuenire Chriſto iſtud deſumptum ex Exodi 13. *Omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur.*

Reſpondeo illas, & ſimiles SS. Patrum auctoritates nihil probare contra Virginitatem puriſſimæ Virginis Deiparæ, quia per apertionem vuluæ non intelligunt fractum, & interruptum fuiſſe in Virgine Virginitatis ſigillum, ſed tantùm quòd Dominus noſter Ieſus Chriſtus ex Virginis vtero proceſſerit, & hoc, & non alio modo explicanda eſt illorum mens. Quantùm ad Origenem, & Tertullianum non eſt mirum eos in hoc ſentire cum hæreticis, cum aliquo hæretico Spiritu laborauerint in alijs ad fidem Catholicam ſpectantibus; Vndè S. Hieronymus contra Heluidium in ſuæ opinionis vindicem Tertullianum proferentem, ita reſpondet; *De Tertulliano quidem nihil amplius dico, quàm Eccleſiæ hominem non fuiſſe.* Quando verò Exodi 13. dicitur, *Omne maſculinum adaperiens vuluam &c.* ly *aperire vuluam* nihil aliud ſignificat quàm ex materno vtero naſci ex Hebraica phraſi & communi modo loquendi, vt communiter explicant Theologi. Neque obſtat quod dicitur Luc. 2. de Virgine Maria, videlicèt, *Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius*, quia diuerſa fuit purgatio Mariæ à cæteris mulieribus; Cæterę enim mulieres indigent purgatione ad luendas corporis, & animæ ſordes, ideòquę purgantur; Maria verò nulla indigebat purgatione, quia Virgo permanſit, & ſicut Filius non erat ſubditus circumciſioni, & tamen voluit circumcidi, vt legem adimpleret, ita eius Mater licèt purificationi ſubdita non eſſet, cum ipſa non indigeret, tamen voluit ſe ad templum præſentari, non ſolum vt legem adimpleret, ſed vt humilitatis argumentum nobis præberet. Vndè ait S. Idelphonſus lib. contra eos, qui diſputant de perpetua Virginitate Mariæ ſupra illud Lucæ 2. *Poſtquam impleti ſunt &c. Et hæc eſt*, inquit, *completio dierum ſecundùm conſuetudinem legis, & non ſecundùm neceſſitatem purificationis: quia beata, & intemerata, & incorupta permanſit, nullis coinquinata ſordibus, nullis vexata Euæ cruciatibus.*

S. Idelphonſus.

Conſtanter igitur tenendum eſt, partum Beatiſſimæ Virginis fuiſſe puriſſimum; quia vti concepit Virgo ſine viro, Spiritu Sancti operante virtute: Sic & peperit Virgo, clauſo ſcilicet vtero, ita vt Chriſtus naſcens eùm non aperuerit, ſed penetrauerit: quare nullus

in hoc

Digitized by Google

in hoc partu eſſe potuit fluxus ſanguinis, aut ſecundinarum. Quin- etiam in ea nullus fuit ſanguis ſuperfluus, ſed tantùm is qui neceſſarius erat ad Chriſti conceptionem, & nutritionem. Quare ſanguis, quo Chriſtus alitus fuerat in vtero, poſt partum non effluxit, ſed ad vbera tranſiens, ibidem in lac conuerſus aluit, & lactauit Chriſtum iam natum. Vnde S. Auguſtinus *Stulte*, ait, *vnde ſordes in virgine matre, vbi non eſt concubitus cum homine patre? Vnde ſordes in ea, quæ nec concipiendo libidinem, nec pariendo paſſa eſt dolorem?* S. Epiphanius, *Natus eſt* ait, *per genitales meatus citra pudefactionem impollutè, abſque inquinamentis*. Apud S. Cyprianum, *Maria genitrix & obſtetrix, nullus dolor, nulla naturæ contumelia*.

S. Auguſt. lib. de quinque hæreſ. cap. 5.

S. Epiphanius lib. 3. contra hæreſes in fine.

Auctor ſerm. de Natiuitat. apud S. Cyprianum.

S. Bernardus ſerm. 3. in die Purific.

Mellitiſſimus Clareuallenſis Abbas inquit: *In lege enim ſcriptum erat, vt mulier quæ ſuſcepto ſemine peperiſſet filium, immunda eſſet ſeptem diebus, & octauo die circunciderettur puer: dehinc ablutioni & purificationi intenta abſtineret ab ingreſſu templi triginta tribus diebus, quibus expletis offerret filium Domino cum muneribus. Sed quis non aduertat in ipſo ſententiæ huius initio, liberam matrem Domini ab hoc præcepto? Putas enim, quia dicturus Moyſes mulierem, quæ peperiſſet filium, immundam eſſe, non timuerit ſuper Matre Domini blaſphemiæ crimen incurrere, & idcirco præmiſerit ſuſcepto ſemine? Alioquin niſi parituram prævidiſſet ſine ſemine virginem, quæ neceſſitas erat de ſuſcepto ſemine fieri mentionem? Patet itaque quòd lex iſta matrem Domini non includit, quæ non ſuſcepto ſemine filium peperit, ſicut prædictum erat per Ieremiam: Quia nouum faceret Dominus ſuper terram. Quæris quod nouum? Mulier, inquit, circundabit virum. Non altero viro virum ſuſcipiet, non humana lege concipiet hominem, ſed intra viſcera intacta & integra virum claudet: ita ſanè vt intrante, & exeunte Domino iuxta alium Prophetam: Porta Orientalis clauſa iugiter perſeueret. Putas ergo non poterat moueri animus eius & dicere: Quid mihi opus purificatione? Cur abſtineam ab ingreſſu templi, cuius vterus neſciens virum, templum factus eſt Spiritus Sancti? Cur non ingrediar templum, quæ peperi Dominum templi? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum: nimirum cum proles iſta fons pietatis ſit, & purgationem venerit facere delictorum. Quid me legalis purificet obſeruatio, quæ puriſſima facta ſum ipſo partu immaculato? Verè ò Beata Virgo, verè non habes cauſam, nec tibi opus eſt purificatione. Sed nunquid filio tuo opus erat circumciſione? Eſto inter mulieres tamquam vna earum, nam & filius tuus ſic eſt in numero puerorum* Et alibi exclamat: *O partus ſine dolore*,

Serm. 1. in Vig. Natiuit.

lore, ſolus neſcius pudoris ; corruptionis ignarus, non reſerans, ſed conſecrans virginalis vteri templum! O natiuitas ſupra naturam, ſed pro natura: miraculi excellentia ſuperans, ſed reparans virtute myſterij!

Chriſtus fuit in vtero Virginis abſque vllis ſecundinis.

Colliges ex dictis, Chriſtum fuiſſe incluſum in vtero Beatiſſimæ Virginis abſque vllis ſecundinis ſiue membranis, vti includuntur cæteri infantes, tùm quia membrana hæc primitus fit ad conſeruandum ſemen virile; Chriſtus autem conceptus fuit ſine ſemine ex Spiritu Sancto; tùm quia Chriſtus in primo conceptionis ſuæ inſtanti perfectè fuit formatus, organizatus & animatus, cùm cæteri infantes ſenſim formentur, organizentur & animentur, ideòque membrana ſua contineri, & foueri debeant; tùm quia decentius erat, vt ipſe vterus Virginis locum membranæ suppleret, ipſumque Chriſtum proximè tangeret, foueret, & per venas, quas habet, ſanguine ſuo aleret; tùm denique quia Chriſtus in vtero nulla emiſit cibi excrementa, ſed tantùm id ſumpſit, quod corpus aleret & augeret: quare non eguit membrana, quæ excrementa hæc exciperet. Fauet Concilium Trullanum can. 79. vocans Virginis partum ἀλόχευτον τόκον *ſine fluxu partum*, ſine λοχεία, quam vocem Zonaras, dum exponit illum canonem λοχεία δέ ἐστιν ἡ μετ' ὠδίνων τοῦ βρέφους ἀπότεξις, καὶ ἡ τῶν αἱμάτων ἀκόλουθος ῥύσις, ὧν μὴ πειραθῆναι τὴν θεοτόκον πιστεύομεν. Sic interpretatur: *Eſt verò* λοχεία *puerperium, emiſſio fœtus, quam doloris ſenſus profluuium ſanguinis comitantur, quibus quidem malis obnoxiam fuiſſe Deiparam credimus.* A Zonara ſua exſcripſit Matthæus Blaſtarius, vt obſeruat Leo Allatius. Quamobrem in eodem Canone 79. abrogatur conſuetudo à nonnullis obſeruari ſolita illis temporibus, ſimilam coquendi poſt diem Natiuitatis Chriſti, eamque ſibi inuicem impertiendi, honoris ſcilicet prætextu ſecundinarum impollutæ Virginis matris. Vide eumdem Canonem, & in eum Zonaram, Balſamonem, Blaſtarium: à quibus non longè abeſt Alexius Ariſtenus, ex obſeruatione eiuſdem Allatij: οὐκ ἔστι τοῦτο τιμὴ παρθένῳ, τῇ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον τὸν ἀχώρητον τεκούσῃ λόγον σαρκὶ ἐκ τῶν κοινῶν τε, καὶ καθ' ἡμᾶς τὰ κατὰ τὸν ἄφραστον αὐτῆς τόκον ὁρίζειν καὶ ὑπογράφειν. Διὰ τοῦτο εἴ τις μετὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν γεννήσεως σεμίδαλιν εὑρίσκοιτο ἕψων, καὶ ταύτην παρέχων τισὶ προφάσει τιμῆς δῆθεν λοχιῶν τῆς ἀχράντου παρθενομήτορος· εἰ μὲν κληρικός ἐστι καθαιρεθήσεται· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορισθήσεται· ἀλόχευτον γὰρ ὁμολογοῦμεν τὸν ἐκ τῆς παρθένου θεῖον τόκον, ὡς καὶ ἀσπόρως συστάντα. *Non eſt honor hic Virginis, quæ ſupra omnem rationem, & intellectum, Verbum quod nullus locus capere poterat in carne peperit, & ex communibus, & nobis accidentibus inenarrabilem*

Zonaras in Can. 79. Trullanum.

Blaſtarius in Nomocan. lit. k. cap. 8. Allatius de libris & rebus Eccleſiaſticis Græcorum diſſert. 2. vbi de Paracletice.

llius partum determinare, ac circumſcribere. Quapropter qui poſt liem ſanctæ Chriſti veri Dei noſtri Natiuitatis ſimilam coxerit, & ùm altari exhibuerit, quaſi honorem deferens ſecundinis impollu-æ Virginis Matris; ſi Clericus eſt, deponatur: ſi laicus, excom-nunicetur. Abſque enim vllis ſecundinis diuinum ex Virgine par-um, vt qui ſine ſemine fuit, confitemur. Illud ἀλόχευτον dictum le partu Virginis, Ioucrius non vertit *abſque ſecundinis* vt modò le-iſti, ſed *abſque dolore*. Græcum enim ἀλόχευτον ſi à λοχεύω, ideſt *ario, parturio, fœtum cum dolore*, & niſu magno enitor, deri-es, ſignificat *ſine dolore, ſine niſu pariendi*, qualis eſt in puerpe-is & puerperia: hic enim non fuit in B. Virgine. Verùm ſi ἀλόχευτον eriues à λόχια, vel λοχεῖα, ideſt purgamenta, quæ in vtero poſt artum remanent, quales ſunt ſecundæ ſiue ſecundinæ, vti ex Dio-ſcoride & Ariſtotele docet Henricus Stephanus in Lexico, tunc ἀλό-χευτον, idem eſt quod *ſine purgamentis, ſine ſecundinis*. Et ſic anc vocem accipere Concilium, patet ex ijs quæ ſubdit: cauſam nim ſubijcit dicens: *vt qui ſine ſemine fuit*. Quaſi diceret: Par-us cæterarum fit ex ſemine, ſed partus Virginis fuit ſine ſemine, er-o & ſine ſecundinis. Secundinæ enim primitus à natura formantur d ſeruandum ſemen, ne diffluat. Cum ergo B. Virgo non conce-erit ex ſemine, hinc ſecundinis non eguit. Attamen licet B. Vir-o in Virgineo partu nullum ſanguinis profluuium, nullam ſecun-arum eruptionem, nullam tunicarum ruptionem, nullam mea-ıum amplificationem, nullum dolorem, nullam moleſtiam, nul-m inquinamentum paſſa ſit; non ideò tamen negare poſſumus ve-ac propriè λοχείαν eius partum dici, ſi λοχεία nihil aliud ſit, quàm *rtus* ipſe, vel *actus pariendi*, quemadmodùm & λόχευμα ſed iſtud ocabulum quod hoc præciſè ſignificat, habet ordinariè annexum nceptum dolorum ſecundinarum &c. quia naturaliter, & in alijs ulieribus non poteſt ſine ſimilibus inquinamentis atque immundi-s fieri: in Virgine autem aliter factum eſt, cum præter naturam gneret. Propterea Methodius Patarenſis oratione elegantiſſima Hypapante dixit τόκον ἀμόλυντον, καὶ καθαρσίων ἀνεύθυνον *partum im-llutum, & purgamentis minimè obnoxium*. λοχείαν ὑπερφυῆ, *erperium ſupernaturale*. ἄσπορον, *ſine ſemine*. ἀγεώργητον καρπὸν *ſtum ſine vlla cultura*. Et Virginem τὴν ἀφθάρτως ἐγκυμονήσασαν, καὶ ἀῤῥήτως ἀποκυήσασαν, *quæ ſine corruptione conceperat, & ineffa-liter pepererat*. μητέρα ὑπὲρ φύσιν καὶ τόκον ὑπὲρ λόγον, καὶ λόχον ἀπειρόγα-ν, *Matrem ſupra naturam, & fœtum ſupra omnem rationem, puerperam nuptiarum expertem*. γαστέρα οὔτε διανοιγεῖσαν, οὔτε ἐν σπερμάτων ὠδίνοις(?), *vterum neque prius apertum, neque antea ſemi-conſperſum*. Au-

Etiam partus Vir-ginis dicitur λοχεία

Methodius Pataren-ſis.

Baron. Annal. Ecleſ. An. 1. num. 6. & 7. Audiamus purpuratum Annalium Patrem, graphicè in hac re
,, loquentem. Sed iam, *inquit*, ad ipſum Sacroſanctum Virginis
,, puerperium redeamus. Cum naturæ Dominus gignitur, naturæ
,, legibus non tenetur: quæ conceperat ſine viro, parit ſine dolore;
Mariæ Virginitatis integritas. ,, & quæ Virgo ſemper fuerat ante partum; æque permanſit in par-
,, tu, ac proinde eadem perſeuerauit poſt partum; vnde ipſa in Ec-
,, cleſia Dei à perpetua virginitate conſecuta eſt cognomentum.
,, Nam quantumuis Dei mater eſſet, quo excellentior nullus eſt
,, titulus: tamen nunquam nominari à maioribus conſueuit ſine
,, ſuperaddito cognomine Virginis. In quam ſententiam hæc Epi-
Epiphan. hæreſ. 78. ,, phanius. *Quis vnquam, aut quo ſæculo auſus eſt proferre no-*
,, *men S. Mariæ, & interrogatus, non ſtatim intulit Virginis vo-*
,, *cem? Ex ipſis enim nominibus epithetis etiam virtutis ſigna elu-*
,, *cent: dignitatis enim appellationem acceperunt iuſti, vnuſquiſ-*
,, *que decenter, vt congruum fuit. Et Abraham quidem impoſi-*
,, *tum eſt epitheton, Amicus Dei, & non diſſoluetur: Iacob verò,*
,, *vt Iſrael vocetur, & non alternabitur: Apoſtolis, Boanerges,*
,, *hoc eſt; filij tonitrui, & non relinquetur: & Sanctæ Mariæ*
,, *vox, Virgo, & non mutabitur: impolluta enim permanſit &*
Cypr. de oper. in nat. Chriſti. ,, *ſancta.* Hæc Epiphanius. *Quæ ergo & in partu & poſt partum*
,, *virgo diuina virtute permanſit, æque ſine dolore parturijt, nec*
,, *aliquo indiguit obſtetricantis obſequio; ſed ipſa genetrix & ob-*
,, *ſtetrix deuotam dilectæ ſoboli exhibet clientelam, atrectat, am-*
,, *plectitur, iungit oſcula, porrigit mammam, totum negotium*
,, *plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puer-*
,, *perio.* Hæc apud Cyprianum. Nihil ſanè commune cum cę-
,, teris mulieribus in hoc habuit, vt ſicut illæ, peccati pœna id ex-
,, poſcente, cum dolore parerent, vel quæ partum ſequuntur, expe-
S. Zeno Ep. ſerm. 6. in nat. ,, rirentur moleſtias laſſitudinis. Vnde & Sanctus Zeno Epiſcopus
,, Veronenſis de his agens, hęc ait: *Non mater eius tanti partus pon-*
,, *dere exhauſta, totis pallens iacuit reſoluta viſceribus: non filius*
,, *matris aut ſuis ex vllis ſordibus delibutus: neque enim reuera*
,, *aliquid circa ſe habere poſſet immundum, qui humani generis*
,, *peccata, ſordes, & maculas venerat mundaturus. Denique*
,, *purgationes, quæ ſunt tarditate periculoſæ, nullo puerum ma-*
,, *ternorum viſcerum ſecutę ſunt damno: nulla adhibita rudi fœ-*
,, *ta ſueto more fomenta: neque enim, fratres, his poterat indigere,*
,, *quæ accipere in vterum meruerat animarum omnium ſaluato-*
,, *rem.* Hæc ille. Quæ autem mox ſubdit de pœna incredulæ ob-
Apocrypha de obſtetrice. ,, ſtetricis, & ſoſpitate eidem reſtituta, haud dubium ex apocryphis
,, eſt mutuatus; ſic enim ait: *Maria incorrupta concepit, poſt con-*

,, *ceptum virgo peperit, & poſt partum virgo permanſit. Obſte-*
,, *tricis incredulæ periclitantis, enixa in teſtimonium reperta eiuſ-*
,, *dem eſſe virginitatis, incenditur manus; qua tacto infante, ſta-*
,, *tim edax illa flamma ſopitur: ſicque illa medica feliciter curio-*
,, *ſa, dum admirata mulierem virginem, admirata infantem*
,, *Deum, ingenti gaudio exultat, quæ curandum venerat curata*
,, *receſſit.* Hactenus Zeno; ſed non aliunde, vt diximus, quam ab
,, apocryphis accepta. Refelluntur iſtæc de obſtetricis obſequio,
,, ex his quæ Athanaſius ſcribit his verbis. *Quæ ſine dolore aliquo* Athan. ſerm. de nat. Chriſti.
,, *mater fuit, eadem & obſtetricis munere functa eſt, cum à nulla*
,, *muliere didiciſſet: non enim permiſit quemquam impuris mani-*
,, *bus attrectare partum ab omni labe purum: illa per ſe eum, qui*
,, *ab ipſa, & pro ipſa genitus eſt, ſuſcepit, pannis inuoluit, & in*
,, *præſepio reclinauit.* Hæc ille.

Quinimò ego valde probabiliter exiſtimo cum Toleto hìc, B. Virginem nunquam paſſam fuiſſe menſtrua. Ratio eſt, quia menſtrua ſunt pœna peccati, & comites concupiſcentiæ. Vnde in ſtatu innocentiæ nulla fuiſſent menſtrua. B. Virgo autem immunis fuit ab omni peccato & concupiſcentia: ergo à menſtruis. Menſtrua enim ſunt ſanguis fœtidus & noxius, adeoque venenatus, vti fusè docet Plinius: Virginis autem ſanguis erat puriſſimus. Taceat igitur *Antonius Byneus*, qui auſus eſt aſſerere, temerarium omninò ... ſe, qui matricem B. Virginis adapertam negat in partu, eamque ... Virginem, quæ poſt partum inuiolata permanſit, ipſe cum ſordibus & dolore peperiſſe affirmat.

B. Virgo non habuit menſtrua.

Antonius Byneus de Nat. Ieſu Chriſti lib. 2. cap. 3.

Antidicomarianitæ cum Eunomio, Heluydio, Iouiniano, ...onoſo, & alijs huiuſcemodi farinæ, Mariam poſt Chriſtum in lucem editum alios habuiſſe filios nobis ſuadere contendunt aliquibus ſacræ Scripturæ teſtimonijs ab ipſis malè, ac hæreticè explicatis. Primò illud Matthæi *Cum eſſet deſponſata mater eius*, loquitur de Chriſto, *Maria Ioſeph, antequam conuenirent, inuenta eſt habens in vtero de Spiritu Sancto*. Hinc ſic arguit Heluidius. Si poſteà non conueniſſent, vel non fuiſſent conuenturi nou diceret Euangeliſta *antequam conuenirent*, ſicut ſi quis non eſſet pranſurus, malè eo diceretur, antequam pranderet, ergo conſequens eſt, quod poſteà conuenerint. *Secundò* ibidem dicitur, *Non cognoſcebat eam, ...nec peperit filium ſuum primogenitum*. Et ibidem Chriſtus dicitur *Filius primogenitus Mariæ*: Sed primogenitus non dicitur niſi in comparatione facta cum alijs poſteà genitis. Ergo ſi de Maria dicitur peperiſſe primogenitum, conſequens eſt, quod deinde alios peperit. Accedit ratio: Si Chriſtus alia lege natus fuiſſet, quàm cæte-

Antidicomarianitæ

Digitized by Google

cæteri, nequaquam verè videretur natus, ſed ſolum in lucem profectus, quod dicitur de alijs rebus à Deo creatis, quæ tamen natæ minimè dicuntur.

Reſpondet D. Hieronymus *Ad primum*, in Opuſculo aduerſus Heluidium, & in comment ſuper cap. 1. Matth. *Quod dicitur antequàm conuenirent, non ſequitur, vt poſteà conuenerint, ſed Scriptura quid factum non ſit oſtendit.* Hinc apparet quod illa particula *antequam* non ſemper denotat aliquid poſtea faciendum, ſicuti per hoc quod de Heluidio dicatur morte præuentum eſſe antequam pœnitentiam ageret, non ſequitur quod poſtea pœnitentiam egerit. *Ad ſecundum* reſpondetur Euangeliſtam per ly *donec peperit filium ſuum primogenitum*, tantummodò ſignificare velle Ioſephum non cognouiſſe Mariam ante partum, de quo apud hæreticos dubitatio aliqua eſſe poterat, inſinuans multò minùs poſtea virum iuſtum voluiſſe tangere, ac carnalitèr cognoſcere illam Dei, ac Domini ſui Matrem; Vnde illa particula *donec* non ſemper denotat aliquid futurum, ſed præteritum, & præſens: Sic de accuſatoribus Danielis in lacum leonum proiectis dicitur: *Non peruenerunt vſque ad pauimentum, donec arriperent eos leones*, vbi non ſignificatur, quod poſtea ad pauimentum peruenerint. Hæ verò locutiones frequentes ſunt in ſacra Scriptura, vt Geneſ. 8. Pſalm. 109. 1. ad Corinth. 15. &c. Ad id quod dicitur Chriſtum eſſe primogenitum Mariæ, dico per ly *primogenitum*, idem ſignificare ac vnigenitum, vt ait S. Hieronymus probans hanc explicationem ex illo Numer. 18. *Quidquid primum erumpit è vulua carnis quam offerunt Domino, ſiue ex hominibus, ſiue de pecoribus fuerit, tui iuris erunt, ita dumtaxat, vt pro hominis primogenito pretium accipias.* Vnde ſi ille ſolùm eſt primogenitus hominis, quē ſequuntur alij fratres, non debebatur Sacerdotibus primògenitus, donec alius frater procreatus non eſſet. Hinc apparet omne vnigenitũ eſſe primogenitum, non verò omne primogenitum eſſe vnigenitũ, & quia Filius Marię fuit vnigenitus, hinc rectè dicitur primogenitus. Primogenitus enim aliquando ſumitur poſitiuè & reſpicit ſequentes, vt cum dicitur *Primogenitus in multis fratribus*, quia eſt ante illos, prout Chriſtus Dominus ante omnes homines electus quos ratione humãitatis & filiationis cõmunis reſpectu Dei Patris dicit fratres: aliquando ſumitur negatiuè, & reſpicit alios ante ſe, quaſi dicat neminem alium ante ſe genitum fuiſſe. In hoc ſenſu eſt lex Primogeniti, & reuera hoc ſenſu Chriſtus eſt primogenitus Virginis. Ad illam rationem vltimò adductam reſpondet Idelfonſus, quod *ipſa lex naturæ ſub qua nunc mulieres pariunt, verè non eſt lex naturæ quodammodo, ſed maledictionis, &*

S. Hier. Opuſc. contra Heluidium num. 8.

culpæ;

ılpæ; *nam ſi Adam, & Eua non peccaſſent in paradiſo, nemo* *inceps naſceretur in culpa peccati*. Et ſic nec mulieres cum ærum-s, & doloribus parerent, cum hæc omnia per peccatum inflicta-ıt. Quia autem Maria vtpote benedicta inter mulieres, culpam-ırruptionis non habuit, hinc nec in dolore, nec ſub corporis cor-ptione peperit. Patet igitur Chriſtum Dominum verè ac propriè ci natum.

Inſtant primò denuò, recenſendo omnes illos Scripturæ textus, ıibus aliqui dicuntur *fratres Domini*: ſic Matth. 12. *Ecce mater* *a, & fratres tui foris ſtant quærentes te*. Et Ioann. 2. *Poſt hoc de-* *endit Capharnaum ipſe, & mater eius, & fratres eius &c.*

Reſpondeo quatuor modis in Scriptura ſumi nomen *fratris*. ːimò *natura* quia ſunt ex eodem Parente, ſic Iacob dicitur frater ːau. Secundò *gente, & natione, & religione*, ſic Iſraelitæ om-s dicuntur fratres, vt Deut. 15. *Si autem emeris fratrem tuum,* *ıi eſt Hebræus &c.* Rom. 9. *Optabam enim ego ipſe anathema eſſe* *Chriſto pro fratribus meis* ſcilicet Hebræis. Idem verò Apoſtolus Cor. 5. v. 11. Chriſtianos vocat fratres, & alibi. Tertiò *cogna-* *ɔne* eo quia oriuntur ex eadem familia, ſic Abraham, & Loth di-ntur fratres Gen. 13. Quartò denique *affectu* ſic Chriſtus Domi-ıs Apoſtolos ſuos *fratres* appellauit *Ioan*. 20. Ex hoc apparet non ınes illos, qui dicuntur fratres, progenitos eſſe ex eodem patre, matre. Vndè vtique aliqui in Euangelio appellantur fratres Do-ini, ſed *cognatione*, quatenus erant conſanguinei, non quate-ıs ab eodem patre, & matre ortum ducerent.

Nomẽ *Fratris* quadrupliciter ſumitur in Scriptura.

Inſtant ſecundò. Beata Virgo Maria non poterat virginitatem ıuere, quia hoc prohibitum erat in lege Moſaica, vbi Geneſ. 1. eus iubet prolem generandam cum dicit; *Creſcite, & multiplica-* *ini*. Exod. 23. v. 26. *Non erit ſterilis & infœcunda in terra tua:* Deuter. 7. v. 14. *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus*, ſed rilitas quodammodo infertur ex virginitatis voto. Ergo B. V. aria non poterat virginitatem vouere.

Reſpondeo. Supracitatos textus intelligendos eſſe tanquam nedictiones, non verò tanquam præcepta, præmiſerat enim Scri-ura, *Benedixitque illi Deus, & ait: Creſcite, & multiplicami-* *, & replete terram, & ſubijcite eam, & dominamini*, & hoc ın ſolum dictum fuit homini, ſed etiam piſcibus maris, & ſicuti ſcibus non datum fuit tanquam præceptum, ita nec homini. Eo-m pacto intelligendum eſt, quod dicitur. Deuter. 7. ibi enim æmiſerat Scriptura v. 12. & 13. *Si poſtquam audieris hæc iudi-* *ı, cuſtodieris ea, & feceris, cuſtodiet, & Dominus Deus tuus*

pactum

Digitized by Google

pactum tibi, &c. benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, &c. Non erit apud te ſterilis vtriuſq; ſexus tàm in hominibus, quàm in gregibus tuis. Qui textus declarat textum exodi 23. ad quem refertur. Quod autem virginitas prohibebatur in lege Moſaica, hoc eſt falſiſſimum, immò magno in pretio apud Iudæos erat, vt probat D. Hieronymus poſt exempla Heliæ, Heliſæi, & Ioannis Baptiſtæ, imò & Danielis, & trium puerorum, quos certum eſt Virgines fuiſſe. Præterea virginitas maximè commendatur Sapientiæ 3. v. 13. *Quoniam felix eſt ſterilis, & incoinquinata, quæ neſciuit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum: & ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem.* Iſaiæ 56. v. 4. *Quia hoc dicit Dominus Eunuchis: Qui cuſtodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus; dabo nomen ſempiternum illis, &c.* Cui conſonat quod dicitur à Chriſto Domino Matth. 19. 12. *Sunt enim eunuchi, qui de vtero matris ſic nati ſunt, & ſunt eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus: & ſunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter Regnum Cœlorum. Qui poteſt capere, capiat.*

Virginitas non prohibebatur in lege vet.

Lib. 1. contra Iouinianum num. 30.

Lutherus, Melanchthon, & Caluinus multa mendacia protulerunt contra virginitatis votum. Aſſerebat enim *primò* Lutherus in Epitalamio, mulieres non niſi ad matrimonium creatas eſſe. Sed ſi hoc eſſet, in cœlo nullæ eſſent mulieres, quoniā ibi neq; nubent, neq; nubentur. *Secundò* dicit Chriſtū nunquam conſuluiſſe virginitatem, ſed ab ea potius deterruiſſe; ſicut & Apoſtolum, cum ait: *De virginibus præceptum Domini non habeo; conſilium autem do;* voluiſſe dicere non conſulo, ſed abſterreo. Tamen hìc Lutherus ſibi ipſi contradicit, cum in aſſertione artic. 30. ait, nullum eſſe conſilium Euangelicum, niſi vnum virginitatis. Cætera horum hæreticorum mendacia relinquo, cum horreſcat, pudeatque animus talia referre. Stat igitur B. Virginem Mariam abſque vlla legis iniuria potuiſſe virginitatis votum emittere, ſicuti de facto antequam deſponſata fuit, emiſit, Angelo annuncianti reſpondente, *Quomodo fiet iſtud, quoniam virū non cognoſco*; auditoque ab Angelo non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum, dixit Maria *Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum*, & ſtatim virtute Altiſſimi obumbrante, concepit Saluatorem Mundi. In defenſionem eius virginatis ſcripſerunt ferè omnes Sancti Patres, Athanaſius, Cyrillus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius, Leo, Chryſologus, Bernardus, & alij, inter quos accerrimus propugnator fuit Idelfonſus, qui ob defenſionem Virginis Mariæ, verſum fuit in prouerbium,

B. Virgo Maria emiſit virginitatis votum.
Luc. 1.

Enſis

Enſis in offenſis, *erat Abbas Agalienſis*; vt referunt Villegas, Ribadeneyra, Portocarrero, & Petrus Salazar de Mendoza Toletanæ Eccleſiæ Canonicus in vita S. Idelfonſi. Ita & in Martyrologio de eo legimus, quod *ob ſingularem vitæ integritatem*, *ſuſceptamque defenſionem aduersùs hæreticos Dei genitricis virginitatem impugnantes*, *ab eadem candidiſſima veſte donatus eſt*. Plura de eo in defenſione Beatæ Virginis Mariæ refert Reuerendiſs. P. Franciſcus Biuarius Ciſtercienſis Monachus in libello, cuius titulus, *Sancti Patres vindicati à vulgari ſententia*, *&c. vindice Franciſco Biuario*, *&c.* Gaude igitur Maria Virgo, quia tu ſola cunctas hæreſes in vniuerſo Mundo interemiſti, quæ Gabrielis Archangeli dictis credidiſti: dum Virgo Deum & hominem genuiſti, & poſt partum Virgo inuiolata permanſiſti. Solutis Hæreticorum figmentis aduerſus Virginitatem genitricis Dei ſemper Virginis Mariæ ſomniatis, ad Iudæos verba faciamus.

S. Idelf in Martyrologio ſub die 23. Ianuarij.

Franciſcus Biuarius.

Obijciunt primò Iudæi, non eſſe credibile datum fuiſſe ſignum Regi Achaz ab Iſaia, quod ipſe videre non poſſet. Sed Achaz non poterat videre Virginem concipientem, & parientem, cum non niſi longe poſt mortuum Achaz Virgo Maria Chriſtum pepererit. Ergo Propheta cum dicit הנה העלמה הרה *Ecce Virgo prægnans*, *&c.* non eſt intelligendus de Beata Virgine Maria. *Iſa. 7. 14.*

Argumenta Iudæorum ſoluuntur.

Reſpondeo. Signum iſtud non fuiſſe datum Regi Achaz, ſed domui Dauid; cum enim Achaz renuiſſet petere ſignum à Domino iuxta Prophetæ monitum, dixitque: לא־אשאל ולא אנסה את־יהוה ויאמר שמעו־נא בית דוד המעט מכם הלאות אנשים כי תלאו גם את־אלהי ׃ לכן יתן אדני הוא לכם אות הנה העלמה הרה וגו׳ ׃ *Ibid. v. 12.*

Non petam, *& non tentabo Dominum*; *& dixit* (Propheta) *Audite nunc domus Dauid*: *Nunquid parum à vobis fatigare homines*, *quod efficiatis labore etiam Deum meum? Ideò dabit Dominus ipſe vobis ſignum*: *Ecce Virgo pregnans*, *&c.* En igitur ſignum datum fuiſſe domui Dauid, & non Regi Achaz.

Vulgata. *Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo domus Dauid: Numquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis, & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet &c.*

Obijciunt ſecundò contra id quod ſequitur ex præcitato Iſaiæ vaticinio, vbi dicitur, וקראת שמו עמנואל *& vocabis nomen eius Himmanuel*. Hoc nomen *Himmanuel* debet eſſe Meſſiæ, ſi ſupracitatum vaticinium intelligitur de Meſſia. Sed in circumciſione non fuit vocatus *Himmanuel*, ſed *Ieſus*, & hoc nomine communiter à Nazarenis vocatur. Ergo hic *Ieſus* non eſt Meſſias, nec

ille

ille de quo ſupra dictum eſt; *Et vocabis nomen eius Himmanuel.*

Reſpondeo, Aliud eſſe nomen naturæ, aliud nomen impoſitio-
Deus varijs nominibus appellatur. nis. Vnde cum *Himmanuel* ſignificet *nobiſcum Deus*, potiùs ei competit ex natura, ſicuti varijs nominibus appellatur in Sacro Te-
Pſalm. 118.22. xtu; appellatur אבן *Lapis* אבן מאסו הבונים היתה
לראש פנה *Lapidem* (quem) *reprobauerunt ædificantes, fuit*
in caput anguli. Appellatur הר *Mons* מי־אתה הר הגדול
Zachar. 4.7. *Quis tu Mons magne*. Appellatur שלמה *Scelomoh* צאינה
Cantic. 3.11. וראיבה בנות ציון במלך שלמה *Egredimini, & videte*
Zachar. 9.9. *filiæ Sion in Regem Salomonem*. Appellatur צדיק *Iuſtus* הנה
מלכך יבוא לך צדיק *Ecce Rex tuus veniet tibi iuſtus*. Ap-
Pſalm. 107.20. pellatur דבר *Verbum* ישלח דברו וירפאם *Miſit Verbum*
Zachar. 6.12. *ſuum & ſanauit eos*. Appellatur צמח *Germen* הנה־איש צמח
שמו *Ecce vir Germen nomen eius*. Iſaia de eo loquens, ſic effa-
Iſai. 9.6. tus eſt: ויקרא שמו פלא יועץ אל גבור אבי עד שר
שלום *Et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater æternitatis, Princeps pacis*. Appellatur Propheta: *Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis*. Appellatur Magiſter:
Luc. 7. *Matth.* 22. *Corinth.* 9. *Ioann.* 1. *Luc.* 12.
Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege. Appellatur Petra: *Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos Petra. Petra autem erat Chriſtus*. Appellatur Agnus: *Ecce Agnus Dei*. Appellatur Filius hominis: *Quia qua hora non putatis Filius hominis veniet*.
Ioann. 10. *Ibid.* 8. *Matth.* 23. *Ioann.* 14. 6.
Appellatur Paſtor: *Ego ſum Paſtor bonus*. Appellatur Lux: *Ego ſum Lux Mundi*. Per ſimilitudinem appellatur Gallina: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum Gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* De ſeipſo dicit: *Ego ſum via, veritas, & vita*. Et tandem Sacroſancta Romana Eccleſia canit ἅγιος, ὁ Θεὸς, ἰσχυρὸς, ἀθάνατος, *Sanctus, Deus, Fortis, Immortalis*. Vnde hæc nomina, & his ſimilia, alia ſunt Deo naturalia, alia ſimilitu-
Ieſus nomen impoſitionis. dinaria, alia attributalia, aliaque metaphorica. IESVS verò eſt nomen impoſitionis, & eſt nomen illud, quod à Iudæis in circumciſione, & à Chriſtianis in baptiſmo imponitur, & iuxta hunc modum vnico tantum nomine vocatus eſt Meſſias noſter, ſcilicet ישוע *Ieſus*, quod denotat ſalutem, & ſaluationem, ſicut habetur in Talmud Hieroſol. cod. *Auodà Zarà*. Quinimmò in ſcribendo huiuſ-

modi nomen hebræo ſermone auferunt literam ע , dicendo ישו, ſic eum vocando ex eorum malignitate, cum per tales literas illud delere intendant. Dicunt enim literam י *Iod* ſonare ימח *Imach deleatur*; literam ש *Scin* ſonare שמו *Scemò nomen eius*, & literam ו *Vau* וזכרו *Vezicbrò & memoria eius*; Et ſic reddunt illam ſignificationem, *Deleatur nomen eius, & memoria eius*; vt notant Ioannes Baptiſta Iona, Buxtorfius, Ioannes Vulfer,& alij. Tamen hoc ab eorum perfidia gratis dicitur, quia per *Raſcè theuòt capita dictionum* redditur hæc alia ſignificatio à Sancto Irenæo, & ab alijs doctiſſimis viris relata; Per י *Iod* redditur יהוה *Adonai Dominus*; per ש *Scin* שמים *Sciamaim Cœli*; per ו *Vau* וארץ *& terræ*, & ſic ſonat *Dominus Cœli, & terræ*. En igitur in quo conſiſtit tota Iudæorum doctrina, tota Iudæorum ſpeculatio, tota Iudæorum ſagacitas, ad quam illudendam poſſet quoque aliquis, vti tali doctrina per *Raſcè theuòt capita dictionum* in titulo ab eis maximo in honore habito, videlicet חכם מחכם ורב רבנו *Sapiens, & Magnus Doctor noſter*, qui per *Raſcè theuòt* ſonat חמור *Aſinum*.

Iona in Præfat. ad ſua Euang. Heb.
Buxtorf. de Abbreuiat. heb.
Vulfer. in Theriac. Iudaic.
Bartolocc. in Bibliot. Magna Rabb. tom. 4 cum de numiſmatibus hebraicis agitur.

Quapropter ſi conſideremus hoc nomen ישו vt ſonat, nihil mali continet, tamen ne videamur illud pronunciare vt Iudæi, & cum illis conuenire in eorum nefaria explicatione per *Raſcè theuòt*, debemus pronuntiare literam ע in fine, dicendo ישוע, cum tali modo pronunciatum ſit ab Angelo annuntiante. Quod ſi à Latinis prò ישוע dicatur *Ieſus*, hoc prouenit, quia ipſi non loquuntur cum gutture vt Hebræi ſolent. Hinc corrigendus eſt Chriſtophorus Lauretus Agendicenſis in lib. cuius titulus eſt *Hazòar, ſiue Illuſtratio Prophetarum de plenitudine temporis Meſſiæ*, edit. Pariſijs ann. ſal. 1610. vbi in quadam Præfatione hebraico ſermone conſcripta vtitur hoc nomine ישו loco ישוע. Neque ſit, qui nimio charitatis zelo erga Iudæos conetur eos excuſare dicendo, ideò ab eis dici ישו prò ישוע, quia nimiam difficultatem patiuntur in pronunciando literam ע vt obſeruat Elias Leuita, cuius hæc ſunt verba: יש לומר לפי שהברת העין קשה לבטא לגוים כמו שכתב ראע שכל מי שאינול למד קריאת חחית והעין בנערותו לא יוכל לבטא אותם כל ימיו לפיכך הגוים אינם קורין ו בלשונם ישוע אך ישו או ישוש *Dicendum eſt, quòd littera* ע *difficilis ſit prolatu gentibus, quemadmodum ſcribit R. Aben Ezra, neminem unquam poſſe proferre literas* ח & ע *, niſi qui id didicerit à pueritia. Propterea gentes non pronunciant in lingua ſua* ישוע*, ſed* ישו *Ieſu, aut* ישוש *Ieſus*. Idem enim Elias ſibi ipſi contradicit, dum alio

Chriſtophorus Lauretus corrigitur.

Elias Leuita in Thisbi.

alio in loco eiuſdem *Thisbì* aliam aſſignat cauſam, nempe:
ולפי שהיהודים אינם מודים שהוא היה המושיע לפיכך אינם רוצים לקראו ישוע והפילו ה
העין וקורין לו ישו: *Et quia Iudæi non credunt, quòd ipſe ſit ſeruator ille, idcircò nolunt ipſum vocare* ישוע *Ieſcuah, ſed tollunt* ע *Ain literam, & pronuntiant Ieſcu.*

Solum nomen יהוה eſt Dei proprium.

R. Moſes in Morè Neuuchìm, part. 1. cap. 61. vult ſolum nomen τετραγράμματον eſſe Dei proprium, vnde ait:

כל שמותיו יתעלה הנמצאים בספרים כולם נגזרים מן הפעולות וזה מה שאין העלם בו אלא שם אחד והוא יו״ד ה״א וא״ו ה״א שהוא שם מיוחד לו יתעלה ולזה נקרא שם המפורש:

Omnia nomina Dei, quæ in libris ſacris inueniuntur, deriuata ſunt, vt palam eſt, ab operibus eius, vnico excepto Iod, He, Vau, He, quod eſt nomen Dei proprium, vnde etiam vocatur Schembamephoràſch; ideſt vt ipſe explicat, nomen, quod clarè, & citra vllam æquiuocationem de ſubſtantia Dei docet.

Obijciunt tertiò hæc verba *Ecce Virgo prægnans, &c.* intelligenda eſſe de vxore Iſaiæ, & non aliter, vt explicat R. Salomon hunc locũ exponendo, ait enim אשתי הרה השנה הזאת והיא היתה שנת ארבע של אחז ויולדת בן וקראת שמו רוח הקדש שתשרה עליה ותקרא שמו עמנואל לומר שיהיה צורינו עמנו *Vxor mea concipiet hoc anno, & eſt annus quartus Regis Achaz, & pariet filium, & vocabit nomen eius Spiritus Sanctus, qui requieſcet ſuper ipſam, & vocabit nomen eius Immanuel, quaſi dicit, quod conditor noſter erit nobiſcum.* Ita & ipſe Propheta cap. 8. v. 3. dicit: ואקרב אל הנביאה ותהר ותלד בן: *Et acceſſi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit filium.* Ergo hæc Virgo eſt Vxor Iſaiæ, & Immanuel eius filius.

Vulgata. *Propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Aſſyriorum, & omnem gloriã eius, & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius, & ibit per Iudam inundãs, & tranſiens vſq; ad collum veniet. Et erit extenſio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ò Emmanuel.*

Reſpondeo Immanuelem non fuiſſe filium Iſaiæ, neq; vxoris eius, & hoc clarè oſtenditur ex eo quòd ipſe Propheta in eodem c. v. 7. & ſeq. ait ולכן הנה אדני מעלה עליהם את־מי הנהר העצומים והרבים את־מלך אשור ואת־כל־כבודו ועלה על כל אפיקיו והלך על־כל גדותיו: וחלף ביהודה שטף ועבר עד צואר יגיע והיה מטות כנפיו מלא־רחב ארצך עמנואל: *Et ideò Ecce Dominus aſcendere faciens ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas, Regem Aſſur, & omnem gloriam eius, & aſcendet ſuper omnes decurſus eius, & ibit ſuper omnes ripas eius. Et tranſibit per Iudam, inundabit, & tranſibit, vſq; ad collũ pertinget, & erit extenſiones alarum eius, plenitudo* lati-

Digitized by Google

latitudinis terræ tuæ Immanuel. Hæc autẽ omnia non poſſunt competere filio Iſaiæ,qui perſona priuata fuit,& nunquam terram habuit ad regendum. Ad id quod ſequitur, *Et acceſſi ad Prophetiſſam, & concepit*. Reſpondeo ibi poni præteritum pro futuro,vt mos eſt apud Hebræos, & ſæpius reperitur in ſacris paginis. Vndè in *Midràſc Tehillîm* ſuper illud Pſalm. 107. v. 2. יאמרו גאולי יהוה אשר גאלם מיד צר *Dicent redempti Domini, quos redemit de manu tribulantis*, ſic ſcriptura eſt: אמרו גאולי יהוה אשר גאלם או יאמרו גאולי יהוה אשר יגאלם א"ר יהודה יפה הוא אומר לפי שמאמרו של הכ"ה מעשה א"ר דוסתא וממקום אתה למד שמאמרו של הקב"ה מעשה הוא וממי אתה למד מאברהם דכתוב ביום ההוא כרת יהוה את אברם ברית לאמור לזרעך נתתי את הארץ הזאת אתן אינו אומר אלא נתתי וכי עד עכשיו לא הוליד בנים אלא שמאמרו של הכ"ה מעשה הוא א"ר חנינא ומכאן א אתה למד שמאמרו של הכ"ה מעשה שנ' אני יהוה דברתי ועשיתי ומתי נעשה אלא שמאמרו של הכ"ה מעשה הוא וכן הוא אומר אלה הדברים עשיתים. פר"שי אעשם כל לשון הנבואה מדבר על העתיד כאלו עשוי Quæ verba ſic vertit Raymundus Martinus: Part.3.diſt.3.cap.7. Pug.Fid. *Dicendum erat*; Dixerunt redemit, *vel* dicent redempti quos redemit. *Dixit R. Iuda, pulchrè dicit propter hoc, quia dictum Dei eſt habendum tanquam iam factum. Dixit R. Doſtha, Ex alio quoque loco doceris, quod dictum Dei factum reputandum eſt: Et à quo doceris? Ab Abraham, de quo ſcriptum eſt (Geneſ.* 15. *v.* 18.*)* In die illa percuſſit Dominus fœdus, *vel pactum* cum Abrahamo dicens, Semini tuo dedi terram hanc: *Non dixit* dabo, *ſed* dedi. *Et quomòdo? Nondum enim genuerat filios? Sed quia dictum Dei factum eſt. Dixit R. Chaninà: etiam ex hoc doceris, quod dictum Dei factum eſt, quòd dicitur (Eſaiæ, Ezech.* 17. *v.* 24.*)* Ego Dominus locutus ſum, & feci. *Et quando fecit? ſed quoniam dictum Dei factum reputatur. Sic quoque dixit (Eſa.* 24. *v.* 16.*)* Hæc verba feci illis. *Vbi Gloſſa R. Salomon ait, ideſt faciam; Omnis quippe lingua prophetarum loquitur de futuro tanquam de facto.*

Obijciunt quartò Iudæi exponentes illud Iſaiæ 7. v. 14. de Ezechia filio Achaz, eò quòd ſignum illud de Virgine concipiente datum fuit Regi Achaz.

Reſpondeo in primis falſum eſſe ſignum hoc datum fuiſſe Regi Achaz, vt dictum eſt ſupra in prima obiectione huius §. Contrarium quoque refertur à R. Salomone, qui in expoſitione illius Iſa. 7. v. 14. וקראת שמו עמנואל *Et vocabis nomen eius Immanuel*, ſic loquitur: יש פותרין שעל חזקיה נאמר ואי אפשר שהרי כשאתה מונה שנותיו תמצא שנולד חזקיה לפני מלכות אביו תשע שנים *Sunt aliqui exponentes quod de*

Eze-

Ezechia dictum eſt hoc ; & non eſt poſſibile : cum enim tu numeraueris annos eius , inuenies eum natum fuiſſe ſecundùm hoc ante Regnum patris ſui annos nouem .

Hanc prophetiam non poſſe intelligi de vxore Achaz , & filio eius Ezechia probat Petrus Alphonſ. tit. 7. Dialogi ſui aduersùs Iudæos , & refertur à Ioſepho de Voiſin in annot. ad cap. 7. part. 3. diſt. 3. Pug. Fid. Eonamque tempore , *inquit* , quo hæc ad Achaz dicta ſunt , iam erat Rex ipſe , & filius eius Ezechias nouem iam annos tranſierat : die etenim prima regni Achaz erat ipſe Rex 20. annorum , & regnauit annis 16. Ezechias autem filius eius , qui ei proximus in Regno ſucceſſit 25. annos habebat quando regnare cœpit. Nouem itaque annos habebat Ezechias , quando Pater eius Rex effectus eſt . Hæc igitur de qua agimus , prophetia , nec propter vxorem Achaz , nec propter filium ſuum Ezechiam dicta eſt &c.

4. Reg. 16. 4. Reg. 18.

Præterea dicunt Hebræi quòd illud quod ſequitur in Iſaia 7. v. 16. כי בטרם ידע הנער מאוס ברע ובחור בטוב תעזב האדמה אשר אתה קץ מפני שני מלכיה *Nam antequàm ſciat puer reprobare in malo , & eligere in bono , derelinquetur humus , quam tu deteſtaris à facie duorum regum ſuorum .* De Achaz intelligi debere quaſi diceret . Poſtquam hic puer natus erit , antequàm ſciat reprobare malum , & eligere bonum , præfatus Rex Achaz à prędictis duobus Regibus liberatus eſſet . Verùm vt 4. Reg. cap. 16. legitur , ipſe liber extitit pluſquam centum annos ante Aduentum Meſſiæ ; ergo hoc ſignum non fuit datum Regi Achaz , neque de eius filio vllo modo intelligi poteſt .

Vulgata . *Quia antequam ſciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra , quam tu deteſtaris à facie duorum regum ſuorum .*

Hæc habui quæ ſcriberem pro modulo meo de Rege Meſſia cuius aduentum , diuinitatem atque humanitatem veram defendere ſtudui oppugnando varios errores fidei Catholicæ aduerſarios præcipuè Iudæorum : quandoquidem adeò exoptatum tractatum de Meſſia Iudaico à P. Abb. Bartoloccio meo Magiſtro promiſſum , ſicut & præeuntem Bibliothecam Latino-hebraicam neque in veſtigio quiſquam videre potuit .

FINIS.

INDEX

Rerum, vocumq; memorabilium, quæ in Diſſertationibus de Aduentu Meſſiæ contra Iudæos & Hæreticos continentur.

A

Aron. 13. *Abdon*. 16.
Abel. 4.
Abeſan Bethleemita. 16.
Abia. ibid.
Abimelech ſeptuaginta fratres ſuos interemit. 15.
Abner. 17.
R. Abraham. 30.
Abram. 5. *Deſcendit in Ægyptum*. 11. *Deus iniit fœdus cum ipſo*. ib. *Moritur*. 12.
Abſalom. 17.
Achab. 19.
Achaz. 21.
Adam. 4.
Ado. 31.
Adon Archiepiſc. Viẽnenſis. ibi.
Agar. 11.
Agnoitæ. 219.
Ahialon. 16.
Albanenſes. 203.
Albumaſar Aſtrologus. 201.
Alexander Antiochi nobilis filius. 26.
Alexander Iannæus. 27.
Alexander Magnus. 25.
Allatius. 265.
Alſtedius. 30.
Aman. 24.
Amaſius. 20.
S. Ambroſius. 157. 162. 169. 194. 241. 262.
Amenophis. 13. 14.
Ammianus Marcellinus. 117.
Amnon primogenitus Dauidis. 17.
Amri. 19.
Anabaptiſtæ. 204.
Angelus apparet Zachariæ. 28.
Angelus annunciauit Mariæ, & ipſa concepit. ibid.
Anima Chriſti adhuc viatoris habuit intuitiuam Dei viſionem ab inſtanti ſuæ cõceptionis. 212. *Obiectiones in contrarium ſoluuntur*. ibid. *De his qui circa animam Chriſti Domini, eiuſq; facultates errauerunt*. 207.
Animæ quotidie creantur ex ſẽtentia Iudæorum. 76.
Anna prophetiſſa. 27.
Annus Iubilæi primus. 15.
—— *Secundus*. ibid.
—— *Tertius*. ibid.
—— *Quartus*. ibid.
—— *Quintus*. ibid.
—— *Sextus*. 16.
—— *Septimus*. ibid.
—— *Octauus*. 17.
—— *Nonus*. 18.
—— *Decimus*. 19.
—— *Vndecimus*. ibid.
—— *Duodecimus*. 20.
—— *Decimus tertius*. ibid.
—— *Decimus quartus*. 21.
—— *Decimus quintus*. ibid.
—— *Decimus ſextus*. ibid.
—— *Decimus ſeptimus*. 22.
—— *Decimus octauus*. 23.
—— *Decimus nonus*. 24.
—— *Vigeſimus*. ibid.
—— *Vigeſimus primus*. 25.
—— *Vigeſimus ſecundus*. ib.
—— *Vigeſimus tertius*. ibid.
—— *Vigeſimus quartus*. ibi.
—— *Vigeſimus quintus*. ibi.
—— *Vigeſimus ſextus*. ibid.
—— *Vigeſim. ſeptimus*. 27.
—— *Vigeſimus octauus*. ibi.
—— *Vigeſimus nonus*. 28.
Annus Sabbaticus primus. 22.
—— *Secundus*. 23.
—— *Tertius*. 28.
Anſelmus Cantuarienſis. 226.
Antidicomarianitæ. 268.
Antiocus. 25. & ſeqq.
Antiocus Eupator. ibid.
Antonius Bynæus. 268.
Aod. 15.
Apelles. 202.
Aphthardocitæ. 203.
Apollinariſtarum hæreſis. 197.
Aron. 5.
Archelai cum Manichæo diſputatio. 191.
Argolus. 30.
Ariſtobolus. 27. 28.
Arius ſimilis Iudæ proditori, eiuſq; pœna. 163.
Ariani. 207. *Eorum argumenta refelluntur*. 169. & ſeqq.
Armeni. 203. 229.
Arnaldus Albertinus. 149.
Arnaldus Pontacus. 31.
Arnoldus de Villanoua. 203.
Arphaxad. 5.
Artaxerſes. 24.
Aſer. 12.
Aſſuerus. 24.
Athalia. 19.
S. Athanaſius. 148. 160. 164. 176. 178. 192. 198. 207. 268.
S. Auguſtinus. 31. 110. 118. 153. 157. 158. 160. 163. 196. 199. 239. 240. 241. 264. 268.
Auicenna. 30.
Authotheanorum hæreſis. 183.

Digitized by Google

Chriſtus habuit gratiam habitualem. 211. *Omnes virtutes morales. ibid. Omnia dona Spiritus Sancti*. 212.
In Chriſto datur libertas indifferentiæ neceſſitati oppoſita. 221.
Chriſtus gentium diſſidia componit. 99.
De his qui circa corpus Chriſti Domini errauerunt. 185.
S. Chryſoſtomus. 173.
S. Chunegundis. 248.
Cinei, Cenizæi, & Cadmonæi, quinam fuerint. 104.
Clemens Alexandrinus. 31.
Concilium Bracarenſe primum. 157.
Concilium Chalcedonenſe. 152. 160. 228.
Concilium Conſtantinopolitanum primum. 149.
Concilium Conſtantinopolitanum ſecundum. 152.
Concilium Conſtantinopolitanum tertium. 154.
Concilium Epheſinum. 150. 158. 159. 224.
Concilij Francofordienſis nomine, quid comprehendatur. 235.
Concilium Nicænum primum. 149. 160.
Concilium Nicænum ſecundum. 155.
Conradus Pauuellius. 31.
Cornelius Cornelij. 30.
Cornelius de la Peire. ibid.
S. Cyprianus. 32. 246.
Cyrillus Alexandrinus. 227.
Cyrillus Hieroſolymitanus. 188
Cyrus rex Perſarum. 23.
Cyrus figura Chriſti. 84.

D

S. Damaſcenus. 154.
S. Damaſus. 226.
Dan. 12.
Danielis hebdomadæ de Chriſto exponuntur. 80. *Varia Iudæo-*

Carpocratiani. 158.
Caſſiodorus. 31.
Cedrenus. ibid.
Cerdonianorum hæreſis. 189.
Cerinthiani. 158.
Chriſtianus Seuerinus. 30.
Chriſtus Ieſus clauſo B. Mariæ Virginis vtero natus eſt. De his qui circa hanc ineffabilem veritatem errauere. 238 *& ſeqq.*
Chriſtus fuit in vtero Virginis abſq; vllis ſecundinis. 265.
Chriſtus venit in ſimilitudinem carnis peccati, non vt omnes alij in carne peccati. 196.
Chriſti corpus fuit doloribus obnoxium. 206.
Chriſtus neque vt homo, vllo vnquam ignorantiæ genere laborauit. 213. *Nihil ab hominibus, vel ab Angelis didicit*. 215. *Per ſcientiam beatam cognoſcit omnia poſſibilia, præterita, præſentia, & futura*. 216. *Per ſcientiam infuſam cognoſcit omnes res naturales præteritas, præſentes, & futuras*. 217. *Cognoſcit ſecreta cordium. ibid. Cognoſcit omnia entia per ſe ſupernaturalia per ſcientiam infuſam*. 218. *Omnia myſteria diuina. ibid.*
Chriſtus impropriè dicitur Propheta. 69. *Quomodo dicatur compoſitum*. 153.
Chriſtus quatenus homo non eſt abſolutè dicendus Filius Dei adoptiuus. 235. *Aduerſariorum obiectiones ſoluuntur*. 236. *& ſeqq. Semper habuit ius ad hæreditatem*. 235. *Qua ratione dicatur inferior Patre*. 236. *Quomodo intelligendi ſunt SS. Patres dicentes Chriſtum eſſe Filium Dei adoptiuum*. 237. *Ipſum eſſe Filium Dei naturalem, quomodo intelligatur. ibid.*

B

Bachides. 26.
Bala. 12.
Balthaſſar rex. 23.
Bar Cochàu pſeudo-Meſſias. 112.
Barac aduerſus Siſaram. 15.
Baronius. 31. 161. 233. 267.
Bartholomæus Chaſſanæus. 240.
Barzillai Galaadites. 16.
S. Baſilius. 175. 262.
Baſilidiani. 185.
Beda. 31.
Bellarminus. 30. 175. 204. 209. 227. 229.
Bellum inter Abiam, & Ieroboam. 18.
Bellum Gog & Magog 107. *& ſeqq. Per Gog & Magog gentes Scythicas nonnulli intelligunt*. 110. *Alij Getas & Maſſagetas. ibid. Myſticè eorum nomina intelligenda ſunt. ibid. Hoc bellum erit tempore Antichriſti in fine mundi. ibid.*
Benedictus Arias Montanus. 30
Beniamin. 12.
S. Bernardus. 57. 195. 211. 242. 248. 264.
Beryllus. 184.
Blaſtarius. 265.
Bogomilli. 203.
Brentius. 31. *Defendit vbiquitatem humanitatis*. 204.
Brietius. 31.
Bukolcerus. 30.
Bullialdus. ibid.
Bullungerus Elkſtormius. ibid.
Buxtorfius. ibid.

C

Caath. 12.
Cain. 4.
Cainan. ibid.
Caluinus. 183. 209.
Caluiſius. 30.
Carolus Bouillus. ibid.
Carolus Molinæus. 209.

Heli. 15. 16.
Heluicus. 30.
Henricus Buntingus. ibid.
Henricus Philippi. 31.
Henricus Samericus. ibid.
Hermanus. 30.
Herodes creditur Chriſtus. 111.
S. Hieronymus. 30. 110. 159. 194. 242. 243. 244. 269. 271.
Hieronymus Bardius. 30.
Hieronymus à S. Fide. ibid.
S. Hilarius. 156. 172.
Hiram. 18.
Per vocem Hodie quid intelligatur. 71.
Holofernes. 21.
Horatius Scoglius. 31.
Horatius Torſellinus. 30.
Hoſea filius Ela. 21.
Humanitas Chriſti pro eodem inſtanti reali temporis fuit producta, & vnita Verbo. 211. ſanctificatur formaliter ſanctitate Verbi. ibid.
Hypoſtaſis Verbi diuini quomodo dicatur ſuppoſitum humanæ naturæ. 202.

I

Iacob. 12.
Iacobus Billius. 225.
Iacobus Faber. 230.
Iacobus Gordonus. 31.
Iacobus Vſſerius. ibid.
Iahel occidit Siſaram. 15.
Ianſenius. 30.
Iared. 4.
Iaſon. 25.
S. Idelfonſus. 263. 272.
Idolorum, & Simulachrorum cultus quando capit. 5.
Iechonias. 23.
Iehoachaz. 20.
Iehoram. 19.
Iephte Galaadites. 16.
Ieremias. 22.
Ierusha. 20.
Ieſus nomen impoſitionis. 273.
Ieſus de ſemine Abrahami, Iſaaci,
Euilmerodacus. 23.
Euſebius. 31. 180. 187.
Eutyches. 203.
Eutychiana hæreſis. 228. & ſeq.
Exiſtentia in Chriſto duplex. 206.
Ezechias. 21. Ezechiel. 22.

F

Fabricius Vecchiettus. 30.
Farinaccius. 149.
Faſti Siculi. 31.
Felix Vrgelitanus. 232.
Filius Dei an ſit autotheos. 183
Filius non eſt inſtrumentum Patris. 168.
De his qui circa filiationem Chriſti Domini errauerunt. 232.
Fortunatus. 202.
Franciſcus Biuarius. 272.
Fraſſen. 157. 232.
Fratris nomen quadrupliciter ſumitur in Scriptura. 270.
S. Fulgentius. 156. 199.
Funcius. 30.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

G

Gabriel Bucelinus. 31.
Gad. 12.
Galatinus. 30.
Gaſpar Suuěkfeldius. 204. 230.
Genebrardus. 31.
Georgius Venetus. 30.
Gerardus Mercator. ibid.
R. Gerſon. ibid.
Ghemarà. 248.
Gnoſtici. 209.
S. Gregorius Nazianzenus. 210. 225.
Gregorius Neocæſarienſis. 225.
Gualterus. 30.
Guilielmus Hoelius. 31.
Guilielmus Langius. ibid.

H

Hæreticus quid. 149.
Heber. 5.
daorum opiniones de ipſis. 82. & ſeqq.
Dauidis. 16. 17. & ſeqq.
Dauid Almuſſer. 115.
Dauid El Dauid. 114.
Dauid Lemlein. 115.
Debora Lapidothana. 15.
Demetrius. 26.
Deus iudicat quadrupliciter. 99. Varijs nominibus appellatur. 273.
Dei appellatio aliter Sanctis, aliter Chriſto tribuitur. 158.
Diluuium à Deo cōminatur. 4.
S. Dionyſius. 180.
Diuinitas filij arguitur ex eius virtute, & poteſtate quæ diuina eſt. 167.
Diuinitas & æqualitas filij cum Patre probatur ex ſcripturis contra Arianos. 165.
De his qui circa diuinitatem Chriſti Dñi errauerunt. 157.
Dolionus. 30.
Dunaan Hebræus Homerita Æthiops. 113.

E

Ebionitæ. 159. Eorum dogma cohæret cū Ario. 160.
Edom nomine non veniūt Chriſtiani. 109.
Ela. 19.
Eliachim. 21.
Elias igneo curru in Cœlum aſcendit. 19.
Elipandus Toletanus. 232. Eius error. 233.
Eliſæus. 19.
Elxaitarum hæreſis. 175.
Emmanuel à Schelſtrate. 158. 185.
Enoch. 4. Enos. ibid.
S. Epiphanius. 31. 157. 158. 160. 177. 186. 190. 191. 198. 207. 238. 264. 267.
S. Ephrem. 193.
Eſau. 12.
Eſdras Sacerdos. 24.
Eſther. 24. Eua. 4.

Digitized by Google

Leporius Presbyter. 156.
Lia. 12.
Libertas humana non fuit læſa per aduentum Chriſti in mundum. 85.
Lombardus. 30.
Lucas Tudenſis. 31.
Lucretia Romana. 240.
Ludouicus Capellus. 31.
Lutherus. 209. 230.
Lyranus. 30.

M

Macarius. 219.
Magus in Perſia ſe Meſſiam fecit. 115.
Mahometus Azoarà. 203.
Malalehel. 4.
Maluenda. 31.
Manaſſes. ibid.
Manichæorum hæreſis. 191.
Marcellus Ancyranus. 180.
Marcion. 189. & ſeqq.
Marcus Antonius Cappellus. 30.
R. Mardochài. 116.
Margaritæ generatio. 193.
Mariæ Virginitatis integritas. 267.
Maria Virgo ritè emiſit votum Virginitatis. 271.
Sola Virgo Maria mater ſimul θεοτοκὸς, & χριστοτόκος. 158. Semper Virgo extitit ante partum, in partu, & poſt partum. 238. Non habuit menſtrua. 268. Iudæorum, & hæreticorum argumenta contra Virginitatem B. V. Mariæ ſoluuntur. 272.
Marianus Scottus. 31.
Martinus Bucerus. 209.
Martinus Chemnitius. 230.
Martyrologium Romanũ. 31.
Maſæus. 30.
Mathathias. 26.
Matthæus Beroaldus. 30.
Matthias Cheſneux. 30. 176. 207.
Mathuſala. 4.

S. Ma-

Ioſephus Hebræus, 31.
Ioſephus Mathathiæ filius. ib.
Ioſaphat. 19.
Ioſias filius Amon. 21. & ſeqq.
Ioſue. 14. 15.
Irenæus. 185.
Iſaac. 11.
Iſachar. 12.
S. Iſidorus Damiaten. 31.
Iſidorus Hiſpalen. ibid.
Iſmael. 11. 22.
Iſmael Sophì. 115.
Iſraelitæ opprimuntur à Madianitis. 15. Ceduntur à Philiſthæis. 16.
Iuda. 12.
Iudas Machabæus. 25.
Iudæi periurij. 75.
Iudæorum pertinacia, perfidia, & cæcitas. 142.
Iudæorum reiectio, & diſperſio, eorumque abolenda ſacrificia. 144.
Iuditha. 21.
S. Iulianus. 30. 32.
Iulianus. 113.
Iulius Bartoloccius. 240. 274.
Iuſtina Auguſta fauet Arianis. 161.

L

Labbe. 31.
Laborſoarchodus. 23.
Lactantius. 31. 184.
Lamech. 4.
Landriani argumentum refellitur. 242.
Lanſpergius. 30.
Laurentius Codomanus. 31.
Leontius Bizantinus. 231.
Leuì. 12.
R. Leuì. 30.
Lex vetus non fuit data in ſempiternum, ideòque debebat mutari, tempore Meſſiæ. 95. Legalium, & cæremonialium abrogatio. ibid. 133. Sanctio nouæ legis, eaque ſpiritualis, & æterna. 196.
Leo Papa primus. 156.

aci, Iacobi, Iudæ. 119. De ſemine Ieſſe, Dauidis & Salomonis. 120. Tempus aduentus eius. ibid. Naſcitur 28. De Virgine. 122.
Ieſus Verbum Dei, Filius Dei, Deus. 123. Sacerdos, Propheta, & Paſtor. 127. Lux, Ignis, Sol, Stella. 129. Germen, ſeu Oriens, Radix, Flos, Virga. 131. Legumlator. ibid.
S. Ignatij martyris Epiſtola. 158.
Obiectiones hæreticorum contra veram Verbi Diuini Incarnationem ſoluuntur. 197. & ſeqq.
Ingratitudo aduersùs Meſſiam fuit cauſa hodiernæ captiuitatis. 93.
Ioab. 17.
Ioatham. 15. 21.
Ioannes Buxtorfius. 274.
S. Ioannes Chryſoſtomus. 199. 225.
Ioannes Cluerius. 30.
Ioannes Georgius Heruuart. ibid.
Ioannes Hyrcanus. 27.
Ioannes Iacobus Hofmãnus. 31
Ioannes Kepplerus. 30.
Ioannes Ligfoot. ibid.
Ioannes Lucidus. ibid.
Ioannes Maria Vincenti. 240.
Ioannes Nauclerus. 31.
Ioannes Nicolaus. 255.
Ioannes Opſopæus. 251.
Ioannes Philoponus. 229.
Ioannes Regiomontanus. 32.
Ioannes de Roa d'Auila. 31.
Ioannes Sommerus. 231.
Ioas. 20.
Iocebeda. 13.
Ioel. 16.
Ioiada. 20.
Iona. 245. 274.
Ionathas. 27.
Iornandus. 31.
Ioſeph. 12.
Ioſephus Blancanus. 31.

Digitized by Google

Othoniel. 15.
Oza tangendo Arcam, à Domino occiditur. 17.

P

Palatium Salomonis abſoluitur. 18.
Panodorus. 31.
Pantaleon. 30.
Partes excrementitiæ non ſunt immediatè aſſumptæ à Verbo. 205.
Partus V. dicitur λοχεία. 266.
Paulianiſtarum hæreſis. 176.
Paulus Foroſempronienſis. 31.
Paulus à S. Maria. 30.
Paulus Oroſius. 31.
Paulus Samoſatenus. 176.
Pererius. 31.
Pekatà. 21.
Petauius. 30.
Petrus de Alliaco. 31.
Petrus Balliſardus. 30.
Petrus Bogdanus. ibid.
S. Petrus Chryſologus. 194.
Petrus Opmeer. 30.
Pezeronius. 31.
Phaleg. 5.
Pharaonis ſomnia. 12. & ſeqq.
Philaſtrius. 31.
Philippus Bergomenſis. ibid.
Philo Hebræus. 30.
Photiniani. 180.
Picus Mirand. 30.
Porphyria meretrix ad Deum conuertitur. 248.
Priſcillianiſtæ. 203.
S. Proſper. 195.
Ptolomæus Philometor rex Aegypti. 27.

Q

Quintus Iulius Hilarion. 31.

R

Rabanus Maurus. 31.
Rachel. 12.
Raymundus Lullius. 230.
Raymundus Martinus. 250. 276.

Re-

Moſes. 14.
Moſes Cretenſis. 113.
R. Moſes bar Maimon. 31.
R. Moſes Garundenſis. 246.
Muhammed. 113.
Mundum ſex millia annorum duraturum aſſerunt Iudæi ex traditione Scholæ Eliæ. 86.

N

Naboth. 19.
Nabuchodonoſor. 21. & ſeqq.
Nabuzardan. 22.
Nachor. 5.
Nadab. 19.
R. Nahaſſon. 30.
Natalis Alexander. 31.
Natura in Chriſto duplex, & vna perſona. 79. *Quomodo ſtant ſimul*. 151.
Naturæ nomen aliquando ſumitur pro hypoſtaſi. 154.
De his qui circa vnionem naturæ diuinæ cum humana in Chriſto Domino errauerunt; & præcipuè de Neſtoriana, ac Eutychiana hæreſi. 223.
Nehemias. 24.
Nephtalim. 12.
Neſtoriana hæreſis. 223.
Nicephorus Conſtantinop. 31.
Nicephorus Caliſtus. ibid.
Nicolaus Eymericus. 230.
Nicolaus Gallaſius. 209.
Nicolaus Mullerus. 31.
Nilus Theſſalonicenſis. 219.
Noë. 4.
Solum nomen יהוה *eſt Dei proprium*. 275.

O

Ochozias. 20.
Odiaton Aſtrologus. 31.
Onan. 12.
Onias pſeudo-Pontifex. 25.
Onuphrius Panuinius. 32.
Origanus. 30.
Origenes. 31. 262.

S. Maximus. 164. 192. 219. 225.
Melanchton. 30.
Mem ם *clauſũ ſignificat Meſſiam debere naſci ex Virgine poſt* 600. *annos*. 249.
Menachem. 20.
Menelaus. 25.
Meshullẽeth filia Haruzi. 21.
Meſſias filius Ioſeph, & Meſſias Filius Dauid, vnus & idem apud antiquos Iudæos. 56.
Tempus aduentus Meſſiæ iam elapſum eſſe, ex ipſa traditione ſcholæ Eliæ euincitur. 87. *Propter ipſorum peccata diſtuliſſe aiunt Iudæi, eius aduentum*. ibid. *Sed ipſum venturum eſſe, non habita peccatorum ratione, alibi aſſerunt Iudæi*. 88. *Varios terminos aſsignant Iudæi aduẽtui pſeudo-Meſſiæ ſui*. ibid. *Omnes illos terminos eſſe elapſos oſtenditur*. ibid.
Meſſiam de Iuda ortum eſſe, fatentur Iudæi. 89. *Ipſum aduenisse ex Teſtamento veteri euincitur*. 91. *Iudæorum obiectiones diluuntur*. 91. & ſeqq. *Probatur ipſum aduenisse, auctoritatibus Rabbinorum*. 86.
Meſſiam habere naturam diuinam, ex hebræorum textibus probatur. 70.
Meſſias miraculorum patrator. 103. *Naſcitur eadem die, qua deſtructum eſt Templum, ex Iudæorum opinione*. 74. *Vbi nunc ſit ex ipſorum opinione*. ibid. *Similes eorum opiniones de eius aduẽtu refellũtur*. 73.
De pſeudo-Meſijs à Iudæis poſt Ieſu Chriſti aduentum receptis. 111. & ſeqq.
Methodius Patarenſis. 266.
Methodorus. 31.
Micralius. 30.
Monophyſitæ. 229.
Monothelitæ. 218.

BIBLIOTECA N. ROMA

Elipandum ab hæreſi Neſtoriana ſoluuntur. 233. & ſeq.
Ebbo Emmius. 30.
Vbiquetarij. 204.
Verbum diuinũ aſſumpſit verã humanitatem eiuſdem ſpeciei cum noſtra. 204. Quomodo factum ſit caro oſtenditnr ex doctrina ſacrorum Conciliorum contra hæreticos. 149.
Vincentius Belouacenſis. 30.
Vincentius Lirinenſis. 180.
Virginitas quid? 239. Ad virginitatem amittendam requiritur propoſitum perueniendi ad talem delectationem. ibid. Virginitatis ſigna quænam ſint. ibid. Non amittitur per violationem corporis. Non prohibebatur in lege veteri. 271. Obiectiones Iudæorum de Virginitate B. M. diluuntur. 245. 272.
Virorum nomina apud Hebræos tria ſignificant. 110.
De his qui circa voluntatem Chriſti Domini errauerunt. 218. & ſeqq.
Vrbis & Templi inſtaurandi ſpes omnis Iudæis adempta. 147.
Vulferus. 274.

X

Xantes Pagninus. 31.

Z

Zabulon. 12.
Zacharias Ieroboami filius. 20.
Zara Rex Æthiopum pugnat contra Aſam. 19.
Zelpha. 12.
S. Zeno. 267.
Zonaras. 265.
Zuinglius. 209.

F I N I S.

aduerſus Cenebæum. 27.
Sirmium Ciuitas poſita in Illyrico. 161.
Siud, ſiue Seluka. 226.
Sixtus Senenſis. 30.
Spondanus. 31. Suarezius. ibi.
Subſiſtentiæ nomen & hypoſtaſis, olim cum ſubſtantia confundebatur. 160.
Suidas. 32. 182. 240.
Syrus quidam ſe Meſſiam finxit. 114.

T

Templum Domino ædificatur. 18.
Templum captum eſt à Pompeio. 27.
Terra promiſſa duplex. 105.
Tertullianus. 176. 185. 190. 262.
Thare. 5. Themiſtius. 219
Theodoretus. 175. 187. 191.
Theodorus. 180.
Theodorus Beza. 231.
Theodorus Bibliander. 30.
Theodatus Bizantinus. 186.
Theodotiani. ibid.
Theophanes. 31.
Theophylatus. 210.
Theophylus. 30. 31.
Theophylus Antiochenus. 31.
Theorianus. 221. Thola. 15.
S. Thomas. 153. 167. 172. 174. 195.
Thomas Lydiat. 31.
Thou Rex Emath. 17.
Tirinus. 30. Torniellus. 31.
Toſtatus. 30.
Traditio Talmudica magnę auctoritatis apud Iudæos. 65.
Trinitatis myſterium probatur. 76.
SS. Trinitatis opera ad extra ſunt diuiſa. 78.

V

Valentinianorum hæreſis. 187.
Vaſqueſius. 232. Eius argumẽta, quibus conatur liberare

Rebekka. 12.
Reboboam. 18.
Reu. 5.
Ribera. 3.
Ricciolus. 31.
Roma à Romulo condita. 21.
Rupertus Tuitienſis. 214.

S

Sabelliani. 177. & ſeqq. Sabellij, & Photini argumenta ſoluuntur. 181.
Sale. 5. Salianus. 31.
Salmanaſar. 21. Salmeron. 30.
Salomon. 18. & ſeqq.
R. Salomon Molchò. 115.
Samſon. 16.
Samuel Iudex liberat Iſraelitas à Philiſtæis. ibid.
Sanguis humanitatis Chriſti Domini fuit à Verbo immediatè aſſumptus. 205.
Sarug. 5.
Saturlianorum hæreſis. 185.
Saul. 16. An fuerit vnctus in Scilò. 66.
Scaligerus. 30.
Vocis שבט Sceuet, variæ Iudæorum expoſitiones. 65.
Sciabbathai Tzeuì. 116.
Scientia Beata Chriſti eſt creata. 213. Præter ſciẽtiam beatam datur in Chriſto ſcientia infuſa, acquiſita, ſeu experimentalis. ibid.
Vocem שילה Scilòh Iudæi perperam explicãt pro loco. 65. Diuerſitas quando ſignificat locum, & quando Meſſiã. 66. Alij exponunt de Dauide, alij de Moyſe. 67. Verus ſenſus quinam ſit. ibid.
Scriptura ſacra, ſẽſus varij. 58.
Scultetus. 30. Sedekias. 22.
Sela. 12. Sem. 4.
Sennacherib. 21. Seth. 4.
Seuerinus Binius. 229.
Shallum. 20.
Sibyllæ quæ & quales. 255.
Simeon. 12.
Simon ſenex mittit exercitum

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google